
NAZIONALE
BIBLIOTECA
VITT. EMANUELE
13
8 G
18

TOBIÆ PAVRMEISTERI,
A KOCHSTET, IC.
AVLÆ CÆSAREÆ COMITIS,
CONSILIARII SAXONICI
ET
EPISCOPATVS HALBERSTADENSIS CANCELLARII:

# DE IVRISDICTIONE IMPERII ROMANI, Libri II.

EDITIO SECVNDA.

*CVM ACCVRATA SINGVLORVM RECENſione, tum Capitum aliquot nouorum Controuerſiarum illuſtrium definitiones continentium:*

Inprimis vero NOBILIS huius temporis quæſtionis, de coniuncta Cæſaris cum Camera Iuriſdictione repetitæ ſolidioris explicationis acceſſione,

*ITA AVCTA ET POLITA, VT NOVAE haud abſimilis eſſe videatur.*

LOCA ITEM GERMANICA NE QVEM LINguæ noſtræ ignarum remorentur, latinè reddita.

*ADIECTIS AD CAPITA SINGVLA OBSERVATIS, & Indice ad calcem locupletiſſimo.*







Cum gratia & priuilegio Cæſareo ad ſexennium.



Francofurti ad Mœnum, typis Nicolai Hoffmanni,
Impenſis Petri Kopffii.



M. DC. XVI.


TOBIAS PAVRMEISTER A KOCHSTET IN HADEBER ET ZILLING. IC. COM: PAL: CÆS: ANO: M.D.C.VIII
MENTEM FORMA TVAM. DOCTRINAM PENNA CHERVSCI
ACTA FIDEM CÆSAR GVELPHIADESQVE PROBANT.
IANVS IACOBVS BOISSARDVS VESVNTINVS.



# SERENISSIMO AC POTENTISSIMO PRINCIPI AC DOMINO, DOMINO HENRICO IVLIO, Postulato Episcopo Halberstadensi, Duci Brunsuicensi ac Lunæburgensi, Domino suo clementissimo.



ANNVS *iam agitur vicesimusoctauus,* SERENISSIME *ac* POTENTISSIME PRINCEPS, *Domine clementissime, quando disciplinæ legalis spaciis, cum in aliis Saxoniæ, tum præcipuè in celebri Academia Francofordiana ad Viadrum pene decursis, superioris quoque Germaniæ Gymnasiis plerisque perlustratis,* FRIBVRGI *tandem* BRISGOIÆ, *eo fine subsisterem, vt inde in Galliam vicinam, Iuris-Ciuilis studiis tota tum Europa clarissimam, prima quaque occasione transirem. In quam itinere suscepto, cum apud* Sequanos, *interiora eius propter tumultus bellicos & pestem vbique ferè desæuientem absque periculo penetrari non posse, intellexissem, postquam* Vesuntioni, *quo, & vniuersa pene Schola,* Do-

lana, *eiusdem contagiosæ luis causa, subidem tempus se receperat, aliquandiu substitissem; tandem* Burgundia *&* Lotharingia *peragrata Friburgum sum reuersus, ibiq; cum propter summam ciuium humanitatem, tum quod vicini eius loci primates, Reuerendi maxime Illustres ac Generosi Principes ac Domini, Dn.* Philippus Flachius *ordinis Equitum Diuo* Iohanni *sacrorum per Germaniam Magister, Dn.* Guilielmus Bocklinus *Primariæ ac Metropolitanæ Ecclesiæ Magdeburgensis Præpositus (cui Magnifici & Nobilissimi Dn.* Ioachimi Mynsingeri à Frundeck *Ducatus Brunsuicensis Camerarii hæreditarii, Illustrissimorum ac laudatissimorum Principum* Henrici Iunioris *&* Iulii *Aui ac Parentis tui Ducum Brunsuicensium ac Luneburgensium olim Cancellarii meritissimi commendatione primum innotueram) Dn item* Lazarus Svvendius *Baro in Hohenlandsberg, de Republica Christiana aduersus Mahumetem præclare meritus, singulari me gratia & fauore prosequerentur, familiari quoque consuetudine nō dedignarentur, per aliquod tempus commorari constitui. Ex pluribus autem singularis beneuolentiæ mihi à Proceribus Academiæ, tunc exhibitis officiis, hoc non postremum erat, quod mihi Dignitatis in Iure gradu nullo dum ornato, vel opinione aliqua doctrinæ ex publicis quibusdam, de grauioribus ac difficilioribus iuris*

nostri

nostri locis, Possessione & Seruitutibus à me ibi habitis disputationibus, vel peculiari quadam in gentem nostram propensione, ad exercendas ingenij vires primo in Collegio SAPIENTIÆ nuncupato, postea in publico Iureconsultorum auditorio, Zasii & Mynsingeri Jurisprudentiæ temporum suorum, maximorum Ducum, fama nobilitato, Iuris extra ordinem docendi locum communi sententia concederent. Inter alia vero, quæ auditoribus meis tunc proponerem, quædam etiam de stricto ac perplexo Iurisdictionis argumento meditari cœpi. Exercitio itaque isto vltra annum continuato ac JC. postea titulo publice accepto, Anno 1581. in patriam reuocatus, quib. postea conditionib. vitam traduxerim, pluribus apud C. T. commemorare intempestiuum ac superuacaneũ foret. Etsi autem toto isto tempore forensium & aulicorum negotiorum multitudine tantum nõ obrutus, de iis, quæ de iure & locis quibusdam Politicis, literis mandare institueram, pertexendis plane desperaram; imo ne cogitaram quidem: cum tamen ante paucos annos, operosissimi Cancellariatus muneris, quo apud te vna cum Tutela & administratione Comitatus tui Reinsteinensis & Blanckenburg. perfungebar, propter imminentem valetudinis imbecillitatem, qua toto ferme biennio postea conflictabar, vacatione demisse petita, ac tandem bona cum gratia impetrata, in prædiola

*mea secedens, supellectilem meam librariam in ordinem digererem, inter alia lætioris istius temporis exercitia quædam quoque de Iurisdict. quam dixi, rudiori filo contexta reperi. Quæ licet ad ea quæ iam edo perficienda, ne tantillum quidem momenti afferre posse viderentur: Occasione tamen ex veteri consilio arrepta, in nobiliß. hoc iuris publ. capite non quidem vulgato* Accursii & Bartoli *more repetendo, nec item scrupulosas ac subtiles solummodo quæstiunculas quasdam, ad rationẽ ac statum Reipub. præsentem aut parum, aut nihil pertinentes persequendo (de quib. post Longouallum, Gilottum & Loriottum, Baro, Duarenus, Goueanus, Charondas, & alii potißimũ digladiantur:) sed ita explicando, vt non tantũ vis argumenti propria ex legib. & constitutionib. enucleata, & in ordinem redacta ad fontes scientiæ Politicæ, (sine qua manca & imperfecta est Iuris omnis, publici præsertim, cognitio) inprimis vero summam illam Rerump. rectarum omnium, limitib. certis definitam potestatem, quam* πολίτευμα *vel* ἀρχὴν *ac* δύναμιν πολιτικὴν, *Aristoteles,* Ius Maiestatis *vulgo appellant, referentur: Sed etiam ad statum Imperii nostri præsentem, à veteri Romano toto cœlo distantem, tam in vniuersa Reipublicæ gubernatione, quam partium singularum administratione recte accommodaretur, quantum per alia negotia licuit, operam & cogitationem omnem*

*fixi*

*fixi & locaui: Etsi autem priuati saltem vsus causa, neutiquã vero in id à me primo ea erant parata, vt in publicum aliquando emitterentur, ac si ita visum fuisset, limatiore tamen plurium annorum politura opus esse me non fugiebat, quem aliorum exempla commonent, quam ingeniosa in carpendis alienis operibus sit Inuidia, quamque facilima plerisque videantur abstrusissima & inuolutissima quæq; ab aliis aperta & enodata, non secus ac* oui *istius* columbini, *in parte acutiori semel ostensus positus: Tamen cum eximiæ quidam & spectatæ eruditionis Viri ea apud me animaduersa pro limato iudicio suo expendissent, quantumuis hæc & alia causarer, manum tandem de tabula tollendam, laboremque illum, vt ipsis videbatur, Reipublicæ vtilem nequaquam supprimendum esse censuerunt. Eorum itaque authoritati obtemperandum, magisque officii, & commodi communis, quam insanabilis peruersorum eiusmodi Vitilitigatorum obtrectandi & cauillandi cacoethis, rationem habendam esse duxi.*

*Quod autem sub splendidissimi nominis Celsitudinis Tuæ auspicio ac præsidio lucubrationes hasce meas publicis formis describendas Typographo tradiderim, causæ non tantum sunt galeatæ istæ ac tralaticiæ: quod nimirum vel priuatim expediat monumenta ingenio-*

*rum contra calumnias ac morsus Sycophantarum autoritate ac patrocinio Virorum illustrium muniri: vel publice & maxime intersit, vt scripta ad Rempublicam pertinentia, ab iis, qui ad gubernacula sedent, cognoscantur: Sed singulares complures inter easque potißimæ. Quod primo Archimedis exemplo nemini nisi eorum intelligenti & perito hæc mea inscribenda iudicauerim. Quæ autem præter raram ingenij & iudicij exactißimi acrimoniam, tua sit, cum in omni aliarum disciplinarum genere, vltra communem ordinis tui hominum modum præstantia, tum vero Iuris-Ciuilis, adeoque totius doctrinæ Politicæ solertißima cognitio, quanta denique prudentia ac rerum vsus & exercitatio, vt hoc loco commemorare, nec ingenii, nec virium est mearum; ita plane superuacaneum esse arbitror, quod quantum & togæ & militiæ artium laudibus excellas & quam recte in te pro loco quadret Homericum illud:*

Ἀμφότερον βασιλεύς τ' ἀγαθὸς κρατερός τ' αἰχμητής,

*orbi iam sit decantatißimum. Alterum est, vt ea quæ præter Iurisdictionis materiam amplißimam de Vniuersa ἀρχῇ πολιτικῇ ad statum Imperii hodiernum adaptanda, eo præsertim consilio hic exposita, vt quantum efficere & consequi possem, plures in Republica nostra peregrinantes errantesque tanquam hospites domum deducerem,*

*cerẽ, vt qui & vbi sint cognoscere possint, non ex edicto Prætoris, vel Ll. XII. Tabularum; sed (vt in genere* κυριωτέρυς καὶ περὶ κυριωτέρων τῶν κατὰ γράμματα κατὰ τὰ ἔθη νόμυς *esse dicit Philosophus) medio rerum vsu, Legationes ad comitia tam vniuersalia, quam particularia, Aulas item Cæsaris & aliorum Principum, nomine ac mandato tuo obeundo didicissem, ad* Celsitudinem Tuam *cuius auspicio comparata essent, tanquam ad fontem, à quo promanarunt, reducerentur. Cui proximum & affine est, vt pro immortalibus tuis in me & familiam meam in hunc vsq; diem continuatis meritis, publicum quoddam grati animi extaret testimonium. Postremo & illud accedit, vt cum officii, quod dixi, Palatini abdicati consilium ad fugam ac detrectationem laborum à maleuolis quibusdam relatum animaduertissem, hos simul redarguerem, tibiq; quem negotiorum administratorum* εὔθυμον *agnosco maxime, otii quoq; honeste peracti rationem redderem.*

*Fronte itaque, quod dicitur, serena, hilarique vultu hosce meos labores suscipe Princeps humanissime, perpetuæ meæ in te deuotionis & obseruantiæ testes & monumentum. Quos si C. T. non adspernatam intellexero, ad alia, quæ sub manibus habeo, eiusdem generis Deo fauente maturanda ac depromenda animum mihi addet. Deus optimus, maximus C. T. vna cum Re-*

** gia

EPISTOLA DEDICATORIA.

*gia coniuge ac liberis Illustrißimis, Sacro-Sanctæ Religioni, Reipublicæ ac literis diu florentem & incolumem conseruet. E rure meo Hadeberiano Calendis Februarii. Anno* M. DC XVI.

Cels. tvæ

Addictissimus Cliens

*TOBIAS PAVRMEISTERVS à Kochstet I.C.*



# CARMINA QVÆDAM AVTORIS VITAM HVCVSQVE ACTAM BREVITER COMPLECTENTIA, ex Panegyribus Clarissimorum Germaniæ Poetarum Lipsiæ, Anno 1597. in ipsum editis excerpta.

## DE ASTRO ET FORTVNA TOBIÆ PAVRMEISTERI A KOCHSTET.

*Mira quidem, TOBIA, verum omnia vera fateris*
*Me dixisse, Scholam Parthenopesq́; tibi:*
*Contemplans etenim generosæ frontis honorem,*
*Ingenium, studium, verba diserta, manum.*
*Terceor infantem stellis felicibus ortum,*
*Et cæleste tibi Numen adesse ducem,*
*Nam Deus & Natura nisi faueant foueantq́;,*
*Præclaras ad res nemo animosus erit:*
*Quare scrutatus genitalis sidera cæli,*
*Herculeum pectus surgere conspicio.*
*Iustitiæq́; domum primam librare Bilances,*
*Quæ fuit Augusto Cæsare digna domus.*
*In qua virgineam spicam subit alma Diana,*
*Et fratrem quarta parte nouanda videt.*
*Mercurii, Veneris, Martis, Iouis & Saturni*
*Protinus igniculis irradiata bonis:*
*Præterea Phœbus capricorni signa peragrat,*
*Vnde animas humiles pronus ad alta vocat.*

*Mars cæli in medio graditur sub corde Leonis,*
*Mercurium comitem gaudet habere Venus.*
*Hæc inquam, TOBIA, meditans ardentius insto,*
*Artes vt discas cum pietate bonas.*
*Præmiaq́; ostendo quæ promittuntur ab astris,*
*Præmia quæ studiis dat cumulatq́; Deus.*
*Res bene successit. Deus adiuuat, vrget alumnus*
*Ad Musas durum nil remoratus iter.*
*Donec Iustitiæ decernitur esse sacerdos,*
*Consiliisq́; suis aulica sacra regit.*
*Atq́; fit Augusto nostro mandante RODOLPHO*
*Inde PALATINVS clarus honore COMES.*
*Ergo Deus, cælum, Parnasus, Cæsar, & ipse*
*Illustris Princeps, quam dat habere Leo,*
*Quem virtus tua, quem doctrina meretur honorem,*
*Hunc tibi, mi TOBIA, gratulor ex animo;*
*Et precor, vt patriæq́; Duciq́; tuisq́; superstes,*
*Et commune bonum vir bonus esse queas.*
*Donec te canum videat vel Nestoris ætas,*
*Donec in æterna pace beatus agas.*

GEORGIVS ROLLENHAGIVS
GYMNASII MAGDEBVRG.
RECTOR.

## AD TOB. PAVRMEISTERVM A KOCHSTET LL. CANDIDATVM, EX ACADEMIA FRANCOFORDIANA IN FRIBVRGENSEM BRISGOIÆ DECEDENTEM, ANNO M. D. LXXX. MENSE FEBRVARIO.

VT fructum capiat sui laboris,
Agrestis colit inquietus hortos,
Et vertit studio frequente campos.

Nec

Nec fert vinea culta negligenter
Gratam triſtitiæ ſerenitatem,
Et ſolatiolum doloris ægri.
Sicut nec fugiens grauem laborem
Terris eruet aureos aceruos.

Nec doctrina poteſt venuſta quæri,
Ni ſudor vigilans comes ſit auſis,
Sudor, gloria viua quem ſequatur.

Ergo ne graue ſit videre terras
Claræ laudibus eruditionis
Ornatas, & amare diligentes
Vt Reſpublica creſcat, & quieſcat
In vera pietate: cautiores
Effingunt animos profectiones.
Felix qui potuit diſertiorum
Vſus iudicio parare nomen
Præclarum ſibi, veritate lætus.

TOBIA, Viadrum tibi fauentem
Senſiſti: quia ſæpe voce dulci
In ripa meditatus elegantes
Verſus, dum ſonat aura, concinebas,
Quales fundat Acanthis ore ſuaui.
Non ſic riuulus auferat querelas
Inter gramina leniter vagatus,
Vt tu mœſticiam tuis retundis
Bellis verſiculis, cieſque plauſum.

Sic eſt. Nunc grauiora ſuadet ætas:
Non quod dicere plurimam ſalutem
PAVRMEISTERE venuſtulis Camœnis
Argutiſque velis: vt ornet illas
Inculpata Themis, paras & optas.

Friburgi ſubeas Lycea felix,
Et cum mens fuerit referta veris
Theſauris, quibus omne cedat aurum,
Et vulgi fauor, ad tuos reuerſus
Offer præmia ciuibus fauoris.

Iucundum bona scire multa: verum
Qui seruit patriæ, decus meretur.
Nulli cernis aquam negare fontem.

MICHAEL HASLOBIVS M. PVB. IN ACADEMIA MARCHICA POETICES ET POESEOS PROFESSOR.

## AD TOBIAM PAVRMEISTERVM A KOCHSTET, CVM IN ACADEMIA FRIBVRGENSI Brisgoiæ I. V. D. renunciaretur, Anno 1581. die 19. Septembris.

T *E quibus elogiis meritis, quo coner honores*
O *rdine susceptos concelebrare tuos?*
B *albutiem cognosco meam: nil quippe leporis,*
I *ncultum Musa nil nisi carmen habent.*
A *c licet expositus, Theonino Zoile dente,*
S *im tibi: sat rectis sit placuisse viris.*
P *AVRMEISTERE pium, Thesaei pignus amoris,*
A *ccipito votum: Dii tua cœpta iuuent.*
V *irtutum felix meritos amplectere honores,*
R *ebus & hæc gestis præmia digna tuis.*
M *aximus eloquii Romani TVLLIVS autor*
E *t studia atq; artes dicit honore coli.*
I *dem sic alibi: nemo non vsque laborum*
S *perat mercedem, nomina clara, decus.*
T *e tibi propositum finem hunc in rebus agendis*
E *xtremum tanquam constituisse reor:*
R *adices quoniam studii gustaris amaras,*
D *isrupit varius nec tua cœpta labor*
O *b fructus dulces, qui gloria honosque perennis:*
C *ontingunt votis cuncta petita tuis.*
T *empus nunc ortumq; tuum moresq; videndi*
O *rdine, quo cunctis constet aperta fides.*

RO

R  es quas vt puer, vt iuuenis quas virq; patraris,
F  tant hæc, refert, nota & aperta bonis.
I  nprimis natale solum COCHSTADIA dictum,
T  erra ferax, oris cognita Saxonicis.
F  ilius in lucem hic prognatus vtroque parente
R  ecte coniunctis coniugibusque piis.
I  llos condigno semper veneratus honore,
B  ellas delicias hinc habuere suas.
V  erum haud naturæ satiatus dotibus illis,
R  aris ornasti laudibus ingenium.
G  rammatices posito primum fundamine in vrbe,
I  uxta Albim celebris qua Magdeburga sita est
B  arbarie vt pulsa Sophiam cognoscere veram
R  ite queas, Viadri flumina clara petis.
I  llic dum veterum peruoluis scita Sophorum,
S  ummum Palladia nomen in arte capis.
G  ressu hinc at celeri (non hoc contentus honore)
O  mine felici nobiliora petis.
I  usticiæ studio magno præeunte SCHRADERO,
Æ  stu animi insudas nocte dieque pari.
A  nnos complures hic vasta volumina legum,
N  ec non pontificum scita verenda teris.
N  on ibi subsistis, felicia nomine ZASII QVE
O  mine FRIBVRGI celsa lycea petis,
M  ellificas sectatus apes, quæ flore liquores
D  e vario dulces vere tepente legunt.
L  egum hic in studio quantum progressus & auctus,
V  nica vel testis sit schola nostra tibi:
V  nica sit testis quæ te schola iura docentem,
V  nde tibi laus est non moritura, videt.
V  nde tibi merito DOCTVRÆ insigna confert,
V  t sint virtuti præmia digna tuæ.
V  irtus hei quantum res nam sit amabilis ecce
I  lle etiam applausus publicus, ecce docet.
V  tque tuo studeat Princeps, BOCKLINVS honori,

Vide.

*V ideris & reliquos ore fauente viros:*
*I nclytus heroum splendet qui SCHVVENDIVS ortu,*
*I ngenua ecce in te lumina fixa tenet.*
*I n te nobilium propendet turba virorum,*
*I n te oculos docti composuere viri.*
*V iuito ter felix, patriæ spes maxima gentis,*
*S is quoq; VVALVVICII sis memor, oro, vale.*

CHRISTOPHORVS WALWICIVS I.V.D.
INCLYTI IOHANNITARVM PRINCIPIS CONSILIARIVS.

## NOBILI ET MAGNIFICO VIRO, DN. TOBIÆ PAVRMEISTERO A KOCHSTET, Iurisconsulto:

## HENRICI IVLII, DVCIS BRVNSWICENSIS ET LVNEBVRG. CONSILIARIO INTIMO ET EPISCOPATUS Halberstad. Cancellario designato, Anno 1594. mense Aprili.

*FAma tulit nobis te nuper honoribus auctum*
*Applausus populi sustinuisse nouos:*
*Ordinis vt sacri datus ad tabularia præses*
*Publica iudicio scripta sagace regas;*
*Quod simul ac hausi, simul imis læta medullis*
*Signa dedi, ac voui sors sit vt ista tenax.*
*Debet vt alterius nobis dolor esse dolori:*
*Sic & fortunis voce fauere pium est.*
*Non sumus à sensu vacui, sed pectora motus*
*Pro rerum euentu conuenienter habent.*
*Quare parta noui decoris tibi nomina grator,*
*Ac in te studii pignora mitto mei.*
*Vix genere hoc vitæ tibi posset honestius vllum,*
*Vtilius populo, gratius esse Deo.*
*Quæque tuæ passim virtutis opinio regnet:*
*Arguit officii credita cura noui.*

*Nam*

Nam quidam gradus est maiorum ad culmen honorum,
Gratia quos meritis concipit æqua tuis.
Incrementa tuis tantum Deus annuat annis,
Teq; iuuent quorum commoda voce iuuas.
Euentura cano; namq; his quos arte parasti
Accessit titulis nuper equestris honor,
Teq; sacri Comitem Cæsar dedit esse palatI,
Virtutiq; habita est gloria digna tuæ.
Nec temere aut cæco fortunæ euenit amore
Impulsore Deo est Cæsaris iste fauor.
Nec nisi præclare meritos hic auget honore;
De quo non alio nos decet ore loqui.
Quid tamen externi accessum tibi grator honoris
Cum sis officio clarus, & arte tua?
Si tamen vrgendæ bonitatis calcar in illo est
In votis vnum quod tibi semper erat:
Gaudeo quod nactus sis instrumenta merendi;
Commodus est multis qui tibi cessit honos.
Non petis hunc pro te, censu neq; ponis in vllo:
Sponte sed oblatum non prohibere potes.
Nec tu iudicio sapientum obsiste virorum,
Qui tibi non ficto pectore & ore fauent,
Nempe, quod à teneris doctrina excultus es annis;
Non ergo illecebris tempus inane dabas.
Ac vt eras animo Themidos propensus ad artes:
In iure es summum nactus vtroq; gradum.
Quid commissa tibi, atq; exhausta negotia narrem,
Totq; obita externis munia limitibus?
Non metus inuidiæ tibi cor deflexit ab æquo,
Aut spes magnarum sollicitauit opum,
Quin, vt consiliis esses grauis autor, & acri
Impositas gereres cum ratione vices.
Temperie pastus, modicaq; ope corporis vtens
Quæsisti patria commoda, nulla tibi:
Sacra nec interea neglecta est concio templi,

*Vt melior fieres, qui bene doctus eras.*
*Errat, qui legit in chartis, & lecta relinquit,*
*Moribus assumit nec documenta suis.*
*Sed tua si tentem versu ornamenta referre,*
*Digerere in Siculo monte putabor apes.*
*Sint licet vnius quas tollo in carmine dotes,*
*Non tamen hæ possunt vnius ore cani.*
*Si virtute pares habeas, vt credere dignum est,*
*At vix qui studio te superabit, habes.*
*Siue facultatem ingenii spectemus, & artis:*
*Siue fidem in causis, eloquiiq; decus.*
*Sunt in te veterum sancta exemplaria morum,*
*Scipio, vel Curii, vel Cato talis erat.*
*Quam grauis es, si vel defendis iura clientum,*
*Nil precio inductus, speve, minisve facis.*
*Sed virtute tua, non nostra laude quiescis;*
*Virtutis testis laus tamen ista tua est.*
*Vt quisq; est melior, sic laude potentius idem*
*Ducitur; & famæ cura probanda venit.*
*Sed varios subeunt casus qui præside Christo*
*Virtutis niti constituere via.*
*Non his vlla mali, non his tentanda laborum est*
*Vlla fuga: éque oculis excutienda quies.*
*Nec tamen est quisquam tam duro pectore habendus,*
*Pro facili vt dubiam malit adire viam.*
*Quæ res ergo animos ad aperta pericula durat?*
*Vnica spes laudis subleuat omne malum.*
*Negligit hæc vitam vt fama sine morte fruatur,*
*Et bona compenset fluxa perenne loco.*
*Isteq; virtutis diuinitus insitus ardor*
*Verborum fructu diuite debet ali.*
*Est hoc iustitiæ proprium dare dona merenti,*
*Lausque mouet plures vt meruisse velint.*
*Gloria nam recte factorum in carmine viuit,*
*Tempus edax tabulas, marmoraque alta terit.*

*A te præteritum nihil eſt quod carmine dignum eſt;*
*Si non digna tuli carmina, culpa mea eſt.*

IOHAN. MAIOR D.

AD

# *MAGNIFICVM ET NOBILISSIMVM VIRVM, DN. TOBIAM PAVRMEISTERVM A* *Kochſtet in Hadeber & Zilling, Sereniſſ. Henrici Iulii Ducis Bruſvvicenſis Conſil. intimum & Epiſcopat. Halberſtad. Cancellarium:*

A

RVDOLPHO II. ROM. IMPER. COMITEM PALATINVM CREATVM IN COMITIIS Ratisbon. Anno 1594. menſe Maio.

*Virtuti & meritis bene præmia debita ſancit,*
*Obuia diuinæ Regula iuſtitiæ.*
*Edita voce Dei, contingunt illa, beati,*
*At quibus his mundi moribus & ſcelere*
*Proſpera non diuturna manent. Id quæris at vnde?*
*Miſcentur lætis noxia, læta malis.*
*Non caſu, ſummi ſed IVDICIS ordine: mira*
*Iuſti cum miti temperie rigidi:*
*Æternis qui poſt donis compenſat acerba,*
*In recto conſtans quæ ſibi quiſq; tulit.*
*Te dignos igitur lætos tibi grator honores.*
*Quos teſte à magno CÆSARE nactus habes.*
*His & perpetua Deus vt te laude coronet,*
*Virus & inuidiæ diſſipet omne, precor.*
*Dura ferunt pietas, virtusq; tyrannide dira*
*A Satanæ & ſæui fraude ſatellitii.*
*Non ita ſuccumbit tamen alterutra vnquam, vt in hoſte*
*Non præſto vltorem cernat adeſſe Deum.*
*Vtraque ſi iaceat penitus, ſimiliſque peremptæ,*
*Vero in victrici mox rediuiua viget.*

*Vllis nec moritur seclis: falsi ac violenti*
*Mendaces auum deuouet omne fabros.*

CASPAR PEVCERVS PATER MEDICINÆ D.

Non mea nunc apta est pangendis versibus ætas,
Nec sinit hic, totum qui me mihi luctus ademit,
Carpere purpureos Musarum in tempe si flores:
Nec tamen ipse tibi, quod sic virtute merentem
Blandius aspectans facie fortuna serena,
Diuitiis cumulat, gratis & honoribus auget,
Inuideo, nec enim sedem teterrima pestis,
Detestata bonis, in nostro pectore figat.
Quod tibi GVELPHIADES decernit præmia, magnum est:
Magnum etiam, quod non dubio te mactat honore,
Qui potitur rerum nostro RVDOLPHVS in orbe.
Sed mihi crede, tibi bona sunt in te omnia: nec te,
Quicquid erit præter te, sic bene iuuerit, vt tu:
Quæ tamen & Phœbo te debere omnia noris,
Musisq; & diuæ Themidi magnæq; Mineruæ:
Atq; hæc inprimis opulenta promit ab arca,
Quæ populus fastidit, auent neq; nosse profani.
Tu vero patriæque tibique iis vtere porro,
Cætera securus: satis & fortunæ & honorum,
Vnicuique, salus homini cui publica cordi est.

IOANNES CASELIVS.

*AVGVSTI Comitem CÆSAR te iure PALATI*
*PAVRMEISTERE, creat, sorte fauente, sui.*
*Scilicet hunc virtus probitasque meretur honorem,*
*Et SOPHIÆ par laus, & tua nota fides.*
*Tot bona, tot laudes in te tot dona nitere*
*Iudicio CÆSAR comprobat ipse suo.*

*Sit*

*Sit felix tibi tantus honos, sit & (euge) perennis*
*Gloria: Cæsareum stat sine morte decus.*

NICOLAVS REVSNERVS LEORINVS,
IC. EQVES ET COMES PALATINVS
CÆS. CONSIL. S.

*Ius armat, clypei decorant ensesque, coronam*
*CÆSARIS, vt CÆSAR IVSTINIANVS ait.*
*CÆSAR idem, serie primo non laude secundus,*
*Æui laus huius prima, RODOLPHVS ait:*
*Totq; domi PAVLOS rebus CELSOSQVE togatos*
*Præficit, armatos quot foris HARMINIOS.*
*Nimirum nil bella foris, nil aspera prosunt*
*Arma, nisi ius sit consiliumque domi.*
*Nec nisi IVS bellum fundat, se iusta maniplis*
*Persuadent alacres bella mouere duces.*
*Ius acuit bello celeres, iniuria frangit:*
*Si qua mouere velis bella, coacta moue.*
*Furta idem ab exuuiis longe, spoliisque rapinas*
*Separat, à cæcis bella latrociniis.*
*A prædonis idem discernit acinace THRACIS,*
*Sceptra, IOVA CÆSAR quæ tribuente tenet.*
*Hic Pater & patriæ princeps: THRAX iste tyrannus:*
*Errantis custos hic gregis, ille latro.*
*Sanguinis humani vindex acerrimus hic est:*
*Sanguine & agnato polluit iste manus.*
*Quicquid hic ædificat, vastator destruit iste:*
*Cum Phœbo Musas hic fouet; iste fugat.*
*Hoc SOPHIES THEMIDOSQVE patent sacra CÆSARE,*
*Induperator vbi possidet iste, latent.* (regnum
*Salue priscorum decus immortale QVIRITVM,*
*Europæ spes O vna, RODOLPHE, tua:*
*Aulam qui sacris augustam legibus armas,*
*Et CELSOS comites POMPONIOSQVE legis,*
*Quos inter virtute locum tuus ille meretur*

*TOBIAS priscis prætor Imaginibus.*
*Nec ius agricolis vnis hic dicere nouit,*
*Atque humiles æqui dirigere arte casas:*
*Sed proceres vtriusq; sacri pariterque profani*
*Ordinis, æque suis reddere iura, docet:*
*Iamque recognoscens edicta æquissimus aulæ,*
*Hercynius gelido quam rigat amne Padus,*
*VVOLFIADÆ comitem se iure binominis, imo*
*Inuicti comitem CÆSARIS, esse probat.*

HENRICVS PETREVS I.V.D.
DVC. BRVN, ET LVNEB.
CONSIL. S.

Tot sunt propinquis SAXONIÆ in plagis
Viri eruditi, queis radios tuæ,
PAVRMEISTERE, lucis fenerasti,
Vt sua quique remotiores
Terrarum in oras lumina porrigant,
Tuumque reddant vsque celebrius
Nomen, Camenarum fideli
Ore, ministerioque freti
Lyræ sonantis munere Delio.
In astra quamuis ardua te ferat
Pennis refulgens ales albis
PEGASVS, ætheriique consors
Fias honoris, conciliet tamen
Fas est, minoris te populi manus
Gratanter applaudens, in alta
Numine non renuente vectum
Sequatur vltro, nam COMITIVA quid
Non promeretur, Cæsario data
Fauore? quid non dignitatis
Contulit hæc tituli potestas?
Iam Phœbus illos plus adamauerit

Tractus

Tractus rigentes: iamq; nouem Deæ
Se cultiores iactitabunt
Non ſine Palladio nitore.
Nunc & ſecundo Mercurialium
Se flos alumnûm vere regerminans
Extollet ad famam, diemq;
Poſthabitis nebulis ſerenum
Sperabit, alma laudis adorea
Lætum renidens. Edite vertices
Sublime in æthram laureati
Gloriolaq; noua ſuperbi
Ite ô Poetæ, cura dehinc Ducum &
Regum futuri. Contigit en boni
Vobis patroni confugela,
Anchora ſacra velut petendi.
Is portus atq; cura eſt dubio in mari
Pronſis, aſylum nantibus, araq;
Salutis illis quos cruenta
Barbaries nece territatos
Ad grande poſcit ſupplicium reos.
Quin tanta in illo non pietas modo
Ineſt, ſed æque tanta recti
Integritas animi probiq;.
Vt vtra virtus vincat vtram ambigas.
At omnia iſtæc celſius euehent,
Quos ille conſtrictos benignis
Pro meritis ſibi deligauit.

PAVLVS MELISSVS FR. COMES PALAT.
ET EQV. AVR. CIVIS ROMANVS.

Ardore vatis Mœonii entheo
Te Muſa ſolers CASELII canet,
Cui Phœbus aſſurgit canenti
Terna ſimulq; trias ſororum.
Te ſuccinentes CASELIO chorus

Vatum,

Vatum, TOBIA, IVLIA quos ſchola
Oſtentat, æmulo canoris
Carmine oloribus obloquentes.
Illi tuarum per titulos eant
Laudum: ſonantes te fide Lesbia,
Te buccina ſacrent MARONIS,
Te Latio pede, te Pelaſgo.
Dicant RODOLPHI Cæſaris & pium
In te fauorem, munus & annuli
Inſigne, Romanique ſacrum
Eximiumque decus Palatî.
Æterna laudis præmia: mos quibus
Et cura ſummo eſt imperii arbitro
Donare virtutem, viroſque
Ingenii meritos coronam,
Obliuiones nec tua liuidas
Facta & labores carpere, poſtuma
Ætate permittant, tuæq;
Integritatis opus ſileri.
Qua ciuitates, templa, ſcholas regis,
Vindex iniquæ fraudis & arbiter
Conſultus æqui, pertinace
Recti animo, neq; lucri auaro:
Qua ſtricta legum per retinacula
Addis vaganti frena licentiæ,
Mulcesq; dictis obſtinatos,
Conſilio reprimis rebelles.
Curæq; nauas atq; opere fidem
Magno DYNASTÆ, ſtemmate nobilis
Qui LONGOBARDO, qui vetuſto
Sanguine GVELPHIADVM celebris:
Qui coniugata nomine aui & patris
Prælustris, huius certat & illius
Virtutis ac laudum trophæis,
Ingenii ſuperans vtrumq;

Artisq;

Artisque cultu multiiugæ, decus
Famamq; summi qua Ducis abstulit:
Porrexit ad Gadesque nomen,
Æquore ab Oceani refuso,
Hæc prædicabunt quos pudor haud vetat
Musæ indisertæ, nec paris arduis
Firmæque rebus, magna paruis
Quæ tenuare solet Camœnis.
Me fessa ceruix mole labans sua
Audere fractis grandia viribus
Refrænat, æternumq; iussis
Versibus æternumq; lyra valere,
Sacris vacantem hinc cultibus & preci,
Defuncta templis arma refigere
Hortatur ætas, sena iam bis
Claudere lustra parans canenti.

GEORGIUS BERSMANNUS ILLUST. GYMNASII IN VETERUM SORABORUM METROPOLI RECTOR ET PROFESSOR.

*Hæc memini arcanis Phœbum mihi prodere verbis,*
*Et tacita attonitum pascere lætitia:*
*Quæ nunc liberior per gentes fama susurrat,*
*Thespiadumq; sacer vulgat in orbe chorus.*
*Salue Diue parens: tu Vatibus abdita pandis:*
*Per te retrusas nouimus ire vias.*
*Per te secreti spectare silentia mundi*
*Possumus, & nigro subdita fata chao.*
*Hactenus adstrictas laxare in carmina voces*
*Quid vetat, & lætum deproperare melos?*
*Quale nec Arcadius potuit deducere vates,*
*Nec dedit Inachij Musa venusta Lini.*
*O mihi nunc senibus cygnis & pectine Phœbi*
*Mollior ambrosio profluat ore sonus.*

*Quo tibi Cæsarium munus titulosq; recentes*
*Gratuler, & Superis debita vota feram.*
*Non ego nunc repetam primæ lanuginis annos*
*Cætera nec vitæ lustra peracta tuæ,*
*Ex quibus emicuit venturæ gloria messis,*
*Ante diem fructus præmeditata suos.*
*Non addam oblatos haud vno à principe honores,*
*Non bona fortunæ plurima, plura tori.*
*Omnia virtutis stipendia debita ducas:*
*Omnia sudatæ præmia militiæ.*
*Hic restabat apex, auctoramenta laborum*
*Cæsariæ vt caperes nobiliora manus.*
*Summus honos ille est si quem primoribus addit*
*Cæsar, & æquali mandat honore frui.*
*Ite huc insignes virtutum pondere: quorum*
*Publica res operas exigit, orat opem.*
*Cedite degeneres, quos assentatio palpans*
*Plærumq; indignis tollit ad alta modis.*
*Salue fausta dies, & festa recurre quotannis,*
*A superis tantæ conscia facta rei.*
*Qua sacer indutus radiata Cæsar abolla*
*Consedit nitido sceptriger in solio,*
*Consilioq; habito procerum, quibus aula regenda,*
*Verba serenatis protulit ista labris.*
*Cura mihi imperium & concredita sceptra tueri:*
*Hic opus est armis; legibus hic & opus.*
*Arma gerit miles, sed doctus iura ministrat:*
*Est patrocinio dignus vterq; meo.*
*Iam sua militibus, mox sancio munera doctis:*
*Nec me munificum non videt vlla dies.*
*Nunc quoq; danda viro noua præmia, nobile cuius*
*Ingenium, & linguam Saxonis ora stupet,*
*PAVRMEISTERVS is est, vos cætera nostis; & illi*
*Quos iuuat eloquio consiliisq; duces.*
*Sit COMES & proceres interscribatur honores,*

*Aula*

*Aula PALATINOS quos Laterana vocat.*
*Dixerat: applausere omnes, diplomata fiunt:*
*Spargitur & late fama per ora virum.*
*Felix Cæsariæ qui sumit munera dextræ,*
*Quem caput Imperii Semideiq; probant.*
*At tu flos Pithus, Themidisq; sacerrime mysta,*
*Viue diu, & titulis notior esto nouis.*
*Sis comes, at comis: fastigia nactus, amicos*
*Vt decet antiqua perge iuuare fide.*
*Dumq; vagus stringet fœcundas Holthema glebas,*
*Bodaq; spumosis vitreus ibit aquis:*
*Nulla tuas vnquam delebunt secula laudes,*
*Nomina Semonum Musa latere vetat.*

HENRICVS MEIBOMIVS POETA CÆSARIVS, ACADEMIÆ IVLIÆ PROFESSOR.

*PAVRMEISTERE, tuæ lux præclarissima gentis,*
*Atq; idem Astrææ regula Iustitiæ,*
*Quo tua te doctrina loco virtusq; leuarunt?*
*Quam spargunt iubaris fulgura crebra sui?*
*Consiliatoris sapientia munia pridem*
*Quæ de cancellis nomina clara tenent,*
*Suspiciendus obis, qua IVLIAS aula superbit,*
*Et qua Halberstadii sacra cathedra patet.*
*Nunc te etiam AVGVSTI Comitem legit ipsa PALATI*
*Induperatoris ter veneranda manus.*
*Dignus cui ROSEÆ spiret bonus halitus auræ,*
*Acer magnanimas iactet equusq; iubas.*

ADAMVS THEODORVS SIBERVS.

# MAGNIFICO ET NOBILISSIMO VIRO, DOMINO TOBIÆ PAVRMEISTERO A Kochstet, in Hadeber & Zilling IC. Com. Palat. Cæsar. Episcopatus Halberstadensis Cancellario:

AB


## ILLVSTRISSIMO HENRICO IVLIO, BRVN. ET LVNEBVRG. DVCE, Comitatus Reinsteinensis & Blanckenburg. Tutori & Administratori designato Anno 1597. mense Maio.

*ECquæ fama recens nostris allabitur oris?*
*Quis nominis splendor tui*
*Huc sese penetrat nouus, ASTRÆÆ inclyte Mysta,*
*Senator optimi DVCIS*
*Optime, dulce decus patriæ, Generisque columna,*
*Palatii Comes sacri?*
*Nempe salutabam te sic ego nuper, honoris*
*Parti recens bene conscius,*
*Conscius ingenii, pietatis, conscius artis,*
*Prudentiæ, facundiæ,*
*Nobilitatis Germanæ, censusque, animiq;*
*Virtute diuitiis tui.*
*Ast harum seriem laudum nunc auget, & ornat,*
*Munus nouum, noua dignitas,*
*Dum tibi commissa est alienæ heroica prolis*
*Tutela, & educatio,*
*Non quam obscura tulit casa, vulgi fece creatam,*
*REINSTEINIO sed stemmate.*
*Hoc sat erat dixisse (genus tot secula notum*
*Namq; omnis oræ Teutonis,*
*Totq; affine DVCVM proauis quis nescit?) & vna*
*Cum prole herili dum tibi*

Colle-

*Collegæq; bono generosæ est credita Gentis*
*Omnis salus, dum credita*
*Seria non paruæ ditionis cura regendæ:*
*Tanti tuam facit fidem,*
*Consiliumque sagax & mirum mentis acumen,*
*HENRICVS ILLE IVLIVS,*
*Summus Iusticiæ Antistes, Phœbique sacerdos,*
*Virtutis hospes regiæ.*
*Hæc igitur fama illa recens, hic nominis ille*
*Splendor nouus, noua dignitas.*
*Ergo incrementum tanti tibi grator honoris,*
*Amice candidißime.*
*Teque ita compello: salue ASTRÆÆ inclyte Mysta,*
*Senator optimi DVCIS*
*Optime, dulce decus patriæ, Generisque columna,*
*Palatii Comes Sacri,*
*Fide Gubernator, TOBIA, ditionis opimæ,*
*Altiq; TVTOR sanguinis,*
*Stirpe Comitum, quos extulit inclyta virtus,*
*Salue ò, vale ò, viue ò diu.*

SALOMON FRENCELIVS, POETA CÆSARIVS, ACADEMIÆ IVLIÆ PROFESSOR.



# *ELENCHVS*
# ORDO ET INDEX
## LIBRORVM SINGIL-LATIM

ET

CAPITVM.

# Liber Primus

*IVRISDICTIONIS VNIVERSÆ TAM QVO ad* Νομοθεσίαν, *quam* δικαιοδοσίαν *vim ac naturam omnem, methodo concinna explicatam, & ab argumentis cognatis distinctam continet, Seriem capitum hanc habet.*



11 Diui-

11 Diuiſionem iurisdictionis latiſſime acceptę in νομοθεσίαν, καὶ δικαιοδοσίαν ac huius in partes eſſentiales diſtinctionem continet.

12 De iuriſdictionis ſecundum modos habendi diuiſione.

13 De iuriſdictionis ex ſubiectis & adiunctis diuiſione.

14 Mendoſæ tam veterum, quam recentiorum quorundã interpretum iuriſdictionis partitiones referuntur.

15 Varias l. 3. de iuriſdictione lectiones & correctiones cõtinet.

16 Vera & iuri analoga lectio & interpretatio nobiliſſimi Reſponſi Vlpiani in d.l. imperium, de iuriſdictione.

17 Falſarum interpretum diuiſionum cõfutationem continet.

18 Iuriſdictionis ſecundum præſentis temporis vſum diuiſio.

19 De modo acquirendæ iuriſdictionis politicæ & quatenus eſt in Imperio.

20 De modo acquirendæ iuriſdictionis proprie ſic dictæ, & primo an & quatenus ſit in commercio.

21 De iure reali iuriſdictionis acquirendo.

22 Qualis traditio ad acquirendum dominium, & alia iura realia ſit neceſſaria.

23 De vſucapione iuriſdictionis.

24 De acquirenda poſſeſſione iuriſdictionis.

25 De obligatione iuriſdictionis in genere.

26 De mandato iuriſdictionis.

27 De prorogatione iuriſdictionis.

28 De notione arbitraria acquirenda.


29 De effectis iuriſdictionis.

30 De ſubiectis iuriſdictionis.

31 De adiunctis iuriſdictionis.

32 De modis amittendæ vel finiendæ iuriſdictionis.

Liber



# Liber Secundus

## TO ΠΟΣΟΝ, SIVE QVÆ ET QVANTA CVM IMPERIO VNIVERSO, TVM CÆSARI, PRINCIPIBVS AC Statibus singulis in territoriis suis iurisdictio, & potestas competat, ostendit, hac capitum serie.



DN, TO-



# DN. TOBIÆ PAVRMEISTERI A KOCHSTET, IC.

## De Iurisdictione Imperii Romani

## *LIBER I.*

### CAPVT PRIMVM.

### *De nomine Iurisdictionis.*

OBSERVATA.

1 *Variorum de iurisdictione errorum causa prima verbi* ὁμωνυμία *hactenus perfecte non explicata.*

2 *Neglecta* ὀνομάτων *notitia ad* νοημάτων *notionem perueniri non potest.*

3 Ὁμωνυμίας *tria genera.*

4 *Prima & latissima verbi* iurisdictionis *significatio iuris tam publice constituendi, quam postulantibus singulis reddendi facultatem comprehendit.*

5 *Pro* νομοθεσίᾳ *prætoria accipitur.*

6 *Pro* δικαιοδοσίᾳ *siue iuris reddendi facultate in genere.*

7 *Pro edictis prætorum.*

8 *Pro sententia, decreto ac iussu iudicum.*

9 *Pro decreto vel iussu prætoris vel ædilium.*

10 *Pro subiecto loco, causis & personis, in quas exercetur iurisdictio.*

11 *Pro iure ac legibus, secundum quas exercetur iurisdictio.*

12 *Pro iurisdictione iure magistratus vel more maiorum competente.*

13 *Pro parte iurisdictionis ciuilis ea, quæ modicam quoque coercitionem excludit.*


14 *Pro parte essentiali iurisdictionis notione nimirum, remoto imperio.*

15 *Græci iurisdictionem δικαιοδοσίας vel lo reddunt.*

16 *Quot significationes sint verbi* Gericht/ *quo iurisdictio appellatur in Germanicis Imperij constitutionibus.*

17 *Quibus verbis Itali & Galli appellent iurisdictionem.*

18 *Vocis* Gericht *in iure Saxonico varij acceptus.*



VM post definitam iam olim à Papiniano *lib. 1. quæstionum.* veterē de mandata iurisdictione controuersiam, responso item Vlpiani *lib. 1. de offic. quæstor.* vel, vt alii malunt Pauli *lib. 1. ad edictum relato in l. 3 de iurisdict. omn. iud.* ex vtriusque Consulti verbis, tam inter veteres, quam recentiores Pandectarum Iustinianearum commentatores, multipliciū ortarum quæstionum, reique totius obscurationis potissima pars
1 † ex ὁμωνυμία vocum *iurisdictionis* & *imperii* profecta constet, Baro *var. quæst. 1. fol.* 1. operę precium me facturum arbitror, si à diligentiori explicatione ambiguitatis vtriusq; vocabuli commentationis susceptæ initium faciam, id quod ab omnibus, qui de hac re scripserunt, hactenus prætermissum video. Etsi enim alii quoque de verbi significatione quædam præmittunt, inprimis vero Baro *var. quæst. 1.* tum ex aliis scriptoribus, Cicerone, Gellio, Suetonio, Dione, Spartiano, Capitolino, Lampridio, Ammiano Marcellino, Cassiodoro, Asconio Pædiano, &c. tum vero ex Iureconsultorum responsis & principum constitutionib. omnia ferme, quæ ad iurisdictionem pertinere videntur, loca magno studio collegit: ὁμωνυμίαν tamen vniuersam vtriusque verbi inexplicatam, & hic lectorib. ipsis ex locis illis quasi in tabella, vt ait, sub vno aspectu positis considerandam reliquit.

2 Et neglecta † ὀνομάτων noticia ad νοημάτων notionem perueniri non possit.

3 Ac licet ὁμωνυμίας † tria sint genera. Primum, cum diuersis rebus & plurimum distantibus idem nomen est impositum. Secundum

dum quando propter ſimilitudinem quandam plurib. idem nomen obtigit. Tertium quod Ariſtoteles κατὰ τὸ πρότερον καὶ ὕστερον, καὶ πρὸς ἓν καὶ ἀφ' ἑνὸς appellat, quando nomen commune vni rei principaliter, ſecundario autem alteri, propter mutuum ad primum illud reſpectum tribuitur; priora tamen genera ad iuriſdictionis & imperii vocabula parum pertinent, ſed in iis tertii ſolummodo generis eſt ὁμωνυμία. De iuriſdictionis igitur nomine hoc, de imperii voce infra *c. 9.* re ſic ferente, agemus.

Propria ſignificatio † latiſſima eſt illa, quæ non tantum iuris 4
priuatim ſingulis poſtulantibus reddendi, ſed & publice ciuibus vniuerſis conſtituendi poteſtatem, tam perpetuam Reipublicæ, quam pro tempore Prætori & aliis Magiſtratibus conceſſam, & ſic tam νομοθεσίαν, quam δικαιοδοσίαν complectitur, idque verbi ipſius origine & natura ſic deſignante. Dicitur autem iuriſdictio à verbo *ius*, quod à *iubendo*, & *dicere*, quod Latinis non tantum *proloqui*, ſed *pro imperio ac poteſtate dicere* ſignificat, vt & *deriuata dictare*, & *dictator* declarant, vti ex Varrone oſtendit Donel. *com. lib. 17. cap. 6.* Cicero *in Verrinis lib. 3.* Quibus Senatus legum dicendarum poteſtatem permiſerat: Sic accipitur *in princip. Inſt. de obligat.* Prætoriæ ſunt, quas prætor ex ſua iuriſdictione conſtituit, *§. ſed & iſtæ. Inſtitut. de actionibus.* Aliæ ſunt, quas Prætor ex ſua iuriſdictione comparatas habet, *l. 5. de verb. obligat.* vbi ædilitias conſtitutiones à iuriſdictione venire. Baro *var. quæſt. 1. fol. 21.* Prætoris enim poteſtas in duabus rebus ſita erat, in iure conſtituto priuatim reddendo & eodem publice proponendo & conſtituendo. *l. 2. §. eod. de origin. iur.* quæ omnia *iuriſdictionis* verbo cõprehenduntur. Nam & tunc ius dici perhibebatur, cum publice proponeretur multo ante quam vſus poſtulantium id exigeret. Dicebatur enim, id eſt, conſtituebatur, quod ius de controuerſia quaq; Prætor redditurus eſſet, vt ſcirent ciues & ſe præmunirent, vt ait Caius *in d. l. 2. §. eodem. de orig. iuris.* Donell. *ad Tit. Inſtit. de actionib. §. ſed & iſtæ.* Et ita generaliter verbo iuriſdictionis vtitur Cic. *lib. 4. in Verrin.* vbi ait: *An hoc quiſquam dubitabit, quin is venalem in Sicilia iuriſdictionem habuerit, qui Romæ totum edictum atque omnia decreta vendiderit.* Et ibidem; *Ecce crimina Verris in iuriſdictione, cuius voluntate comes ob cor-*

*rumpendum ius*, id est, *Edictum, Decretum, Iudicium pecuniam accepit.* Baro *var. quæst.* 1. *fol.* 21. Sic eodem sensu ex subiecta materia verbum *iurisdictionis* accipiendum est *in l. si in aliquam. de offic. procons.* Cum plenissimam iurisdictionem Proconsul habeat, omnium enim partes, qui Romæ vel quasi Magistratus vel extra ordinem ius dicunt, ad ipsum pertinent. Nam eandem quæ Prætoribus cum iuris singulis postulantibus reddendi, tum edicta etiam proponendi potestatem Proconsulibus datam fuisse, ex Caio ad edictum constat, & longo post temporis interuallo aliis etiam Præsidibus Prouinciarum sub Probo, sed postea hanc facultatem Prætoribus, Proconsulibus, & aliis omnibus ademptam præter Principem & Præfectum Prætorio orientis, modo tamen legibus & constitutionibus non aduersaretur euulgatio, Iustinianus nemini competere voluit. *l. fi. C. de legib. & l.* 1. *C. de SS. Eccles. l. nõ ambigitur. de leg. l. formam. C. de off. præf. prætor.* Baro *in l. nam vt ait Pædius de leg. & ad tit. de offic. prætor.* Idem *in l.* 1. *§. quod si non. quod cuiusque vniuers. nom.* Licet autem *iurisdictionis* vox latius in iure quam diximus non accipiatur: Iuris tamen verbum interdum pro vniuerso imperio politico apud latinæ linguæ authores positum reperias. Sic enim eo vtitur Ouidius *lib. 2. Tristium ad Augustum:*

*Hæc est Ausonio sub iure nouissima, vixque*
*Hæret in Imperii margine terra tui.*

5 Proxima & maxime huic cognata † est ea significatio, qua per Synecdochen integri pro νομοθεσίᾳ Prætori & aliis Magistratibus concessa accipitur *in l. nam vt ait Pædius ex Vlpiano lib. 1. ad edictum Ædilium Curulium de leg. vbi:* quoties lege aliquid vnum vel alterum introductum est, bona occasio est, & cætera quæ tendunt ad eandem vtilitatem vel interpretatione, vel certe iurisdictione suppleri.

6 Tertio & quidem vsitatius † ac frequentius accipitur pro ea potestatis politicæ parte, quæ in iure singulis postulantibus siue priuatis siue Reipublicæ tam iudicando, quã exequendo in caussis ciuilibus & capitalibus reddendo consistit, siue in inuitos siue volentes exerceatur. Hoc sensu ius dicere Pomponius ait: *l.* 2. §.

*cumq;*

*cumq; consules. & §. capta deinde Sardinia, vers. ita decem. de orig. iur.* non tantum eos prætores, qui iuris in aliis rebus reddendi causa sunt constituti, sed & eos, qui de quæstionib. publicis, de falso, de parricidio, de sicariis, & de iniuriis iudicarent. *l. non possunt. de l.* is qui iurisdictioni præest, ad similia procedere, atq; ita ius dicere debet *l. 2. de off. procons.* omnes proconsules statim atq; vrbē ingressi fuerint, habent iurisdictionē, non tamen cōtentiosam sed voluntariam. Sic Græci quoque *δικαιοδοσίας* voce vtuntur *βασιλικῶν lib. 7. tit. 3. cap. 1. ὁ ἔχων δικαιοδοσίαν ϗ διακατοχὴν δίδωσι ϗ εἰς νομὴν πέμπει, ϗ ἐπιτρόπους ϗ δικαστὰς δίδωσιν*, id est, qui habet iurisdictionem & bonorum possessionem dat & in possessionem mittit, & tutores atque iudices dat *leg. 1. de off. eius, cui mand. est iurisdict.* Et ideo videantur errare magistratus, qui cum publici iuris habeant exercitionem lege vel senatusconsulto delegatam (veluti *l. Iulia de adulteriis*, & si quæ sunt similes) iurisdictionem suam mandant. Et qui mandatam iurisdictionem suscepit, proprium nihil habet, sed eius, qui mandauit, iurisdictione vtitur. *l. 3. de offi. eius, cui mand. est iurisd.* etsi prætor sit is, qui alienam iurisdictionem exequitur, non tamen pro suo imperio agit, sed pro eo, cuius mandato ius dicit, quoties partibus eius fungitur. *leg. 4. de offi. eius, cui mand. est iurisd.* cum propriam iurisdictionem, legatis tuis dederis, *leg. 5. eod.* mandatam iurisdictionem, *leg. 4. de off. procons.* Post hæc ingressus prouinciam mandare iurisdictionem suam legato debet, & eodem loco: credendum est legatum habere iurisdictionem. *l. 5. eod.* aliquando mandare iurisdictionem proconsul potest. *leg. 13. de off. procons.* legati proconsulis nihil proprium habent, nisi à proconsule eis demandata sit iurisdictio. *l. 5. de iurisdict.* vt is demum iurisdictionem mandare possit, *& l. seq.* vbi quater *iurisdictionis* verbum hoc significatu generaliter Paulus vsurpat. Et quia nec principaliter ei iurisdictio est, nec ipsa lex defert, sed confirmat iurisdictionem mandatam. Ideoque si is, qui mandauit iurisdictionem, decesserit ante, quam res ab eo, cui mandata est iurisdictio, geri cœperit. *leg. 6 de off. procons.* sicut autem mandare iurisdictionem vel non mandare, & eodem loco adimere mandatam iurisdictionem. *l. 7. eod. tit.* cum plenissimam autē iurisdictionem proconsul habeat. Sic quoq; gene-

raliter accipitur *leg.3.§ fin. de iurisdict.* Iurisdictio est etiam iudicis dandi licentia, vt *cap.3.* circa legis eiusdem interpretationem plenius exponetur *l.11 de iurisd om.iud.* coaceruatio vero omnium excedat modum iurisdictionis eius, & *l.14.eod.* vt si quis maior vel æqualis subiiciat se iurisdictioni alterius *leg.16.eod.l.seq* prætor sicut vniuersam iurisdictionem mandare potest. *l. cum quædam puella. de iurisdict.* quoties de quantitate ad iurisdictionem pertinente quæritur. *l.1. quod quisque iur. in alterum statuit.* quod statuerit, qui iurisdictioni præest, & *eadem l.* & ideo si inter eos quis dixerit ius, inter quos iurisdictionem non habet. *l. si quis in ius vocat.* non suppositum iurisdictioni illius *l.cum ii. de transact.* sed nec mandare ex hac causa iurisdictionem vel præses prouinciæ vel prætor poterit. *l. 1. de iudic.* inter cõsentientes, cuiusuis iudicis, qui tribunali præest, vel aliam iurisdictionem habet, est iurisdictio *l.sciendum.de Aedil. edict.* vel quia nunquam istorum de hac re iurisdictio fuit *l.37. de admin.tut.* nam diuisio tutelæ, quæ non iuris, sed iurisdictionis est. *l.de damno infecto.* ex hac causa sibi iurisdictionem reseruare. *l.7.eo. tit.* si cuius de re iurisdictio est *l.4.eod.* cætera iurisdictioni suæ reseruauit. *l.1.§.ab eo quis & à quo appellet.* ab eo, cui quis mandat iurisdictionem, non ipse prouocabitur: Sed is erit prouocandus qui prouocaretur ab eo, qui mandauit iurisdictionem *l.29. ad municip.* nec tantum municipali iurisdictioni in vtroque municipio subiectus est. *l. iubemus. C. de Episc. & Clericis.* qui tamen & præsidenti iurisdictioni subiecti sunt *l.1. C. de offic. prætor.* Prætori hæc iurisdictio defertur. *l.2.C.de offic.eius, qui vic.* & omnia, quæ ad iurisdictionem rectoris prouinciæ pertinent. *l.vlt. C.vbi & apud quem iudicem:* cui aliqua est iurisdictio; & qui propriam iurisdictionem non habet; & certæ administrationi, cui iurisdictio adhæret. *l.vnica. C.qui pro sua iurisdict.* si ad iurisdictionem pertineant delegantis. *ibid.* si quis alienæ iurisdictionis causam crediderit delegandã, etsi ipsi, qui delegauerant alienæ iurisdictionis iudices resedissent. *l. vnica. C.qui quacunque prædit.potestat.* liceat personæ cum sua domo iurisdictionem euitare. *Auth. vt sine quoquo suffragio.* & horum subiacere iurisdictioni omnem potestatem damus.

Præmissis locis omnibus, cum verbo iurisdictionis nihil adiiciatur,

ciatur, quod illud ad angustiorem & impropriam significationē trahat, generaliter ac pro tota, ac omni iuris reddendi potestate accipi necesse est, *l. 1. de offic. eius cui mandat. est iurisdict. l. 7. de offic. proconsul. l. 1. de offic. prætor. vrb. l. 9. de offi. præsid.* Generaliter enim, vt interpretes Aristotelis loquuntur, analogum per se positum stat in suo significato famosiore. Nec obstat, quod aliquibus in locis non plane simpliciter, sed de parte aliqua iuris reddendi, vel formali vel materiali dicatur. Ille enim tantum tropus & inuersio est, quando vocabulum simpliciter positum vel per Metaphoram, vel Metonymiam, Synecdochen & Ironiam à natiua significatione immutatur, non quando genus de specie sua prædicatur. Minime enim dubitatur, quin species omnes generi suo inesse, & genus de specie omni proprie dici censeatur. Alciat. *de verb. signifi. lib. 1. fol. 11. num. 5.* Camill. Gallinius *de verb. signif. lib. 3. cap. 2. num. 4.*

Quarto, per Metonymiam causæ efficientis ponitur † pro e- 7
dictis, quæ prætor pro modo potestatis constituendi iuris sibi tributæ proposuit. *l. 7. de iurisdict.* quod iurisdictionis perpetuæ causa *l. 2. C. de restit. militum.* in integrum restitutio, perpetua iurisdictione intra annum vtilem permittitur. *l. postquam. §. Imperator. vers. Princeps. vt legator. nom.* defertur conditio & forma iurisdictionis, *l. quamuis. de in ius vocand.* quamuis non adiiciat Prætor causa cognita se pœnale iudicium daturum, tamen Labeo ait, moderandam iurisdictionem. *l. cum patremfamilias, §. de condit. insert.* iurisdictionis originem perinde seruari æquum est.

Quinto κατὰ μετωνυμίαν causæ pro effecto δικαιοδοσίας, ipsa † nimi- 8
rum ius dicentiū sententia, decreto ac iussu ponitur, *l. 1. si quis ius dicenti non obtemp.* iurisdictionem suam defendat pœnali iudicio, & *eod. loco.* qui quod extremum est, in iurisdictione non fecit *leg. 1. de præ. stip.* sed & si quid vel addi, vel detrahi, vel immutari in stipulatione oportet, prætoriæ erit iurisdictionis. *l. 3. de off. eius, cui mand. est iurisd.* etsi Prætor si is qui alienam iurisdictionem exequitur, nō tamen pro suo imperio agit, sed pro eo, cuius mandato ius dicit. *l. vlt. C. de iurisdict.* periniquum & temerarium esse perspicimus eos qui professiones aliquas seu negociationes exercere noscuntur,

judi-

iudicum, ad quos eæ professiones pertinent, iurisdictionem & præceptionem declinare conari.

9 Sexto eodem tropo † pro iussu solummodo prætoris vel ædilium accipitur *l. 5 de verb. oblig.* prætoriæ sunt, quæ ex mero prætoris officio proficiscũtur veluti damni infecti. Prætorias autem stipulationes sic exaudiri oportet, vt ii, contineantur & ædilitiæ. Nam & hæ à iurisdictione veniunt, ita vt iussus iudicum datorum excludatur.

10 Septimo, per μετωνυμίαν adiuncti accipitur † pro subiecto iurisdictionis loco, nimirum causis & personis, de quibus & in quas ius dicitur, sic generaliter accipitur *in l. si conuenerit. C. de iurisd.* si conuenerit vt alius prætor, quã cuius iurisdictio esset, ius diceret, & *l. extra territorium. eod. tit.* idem etsi supra iurisdictionẽ suam velit ius dicere, *l. 2. si quis in ius vocat. non ierit.* an iurisdictio eius sit. *l. 5. de iudic.* si ex aliena iurisdictione ad prætorem vocetur, *& ead. l. §. 1.* prætoris enim est iudicare an sua sit iurisdictio *l. 5. de re iud.* Qui ad iurisdictionem eius, cui negant obsequi pertinent *l. 5. de iudic.* iudiciũ soluitur, vetante eo qui maius imperium in ea iurisdictione habet. *l. cum quadam puella. de iurisd.* ad viri matrimonium alii iurisdictioni subiecti. *l. 2. si quis in ius voc. non ierit.* à competente iudice pro iurisdictione iudicis damnabitur. *l. 2. C. si aduers. libert.* ab eo cuius iurisdictio est. *l. 11. C. de iurisd.* quarum singularum quantitas intra iurisdictionem ius dicentis sit, *& ead. l.* vtrum singulæ partes spectandæ sint circa iurisdictionem eius, qui cognoscit *l. 1. C. vbi in rem actio exercer. deb.* nec iurisdictionis formam eadẽ prouincia constitutis tam petitore, quam possessore, ob autoris personam, quem in alia prouincia dicis consistere, mutari debet.

11 Octauo, per μετωνυμίαν adiuncti † pro lege & iure circa quod reddendum ius dicentis potestas versatur. Sic accipitur *in l. Diuus Pius. ad leg. Corn. de falsis.* si plus eos meruisse videatur, quam ex forma iurisdictionis pati possunt, vt recte hunc locum interpretatur Accurs. Sic accipitur *in l. antiqua. C. ad SC. Vellei.* antiquæ iurisdictionis retia pro iuris antiqui. *l. 2. de bon. authorit iud possid.* & iurisdictionis tenor *l. Labeo ait. de recept. arbitr.* extra necessitatem iurisdictionis posita. *§. 1. Instit. de fideicom.* paulatim conuersum est in assi-

assiduam iurisdictionem. *l. 20. fam. hercisc.* imperitia cohæredum iurisdictionis formam non mutat. *l. 88. de solution. §. subest illa ex iurisdictione pendens quæstio.*

Nono per synecdochen accipitur † pro ea parte subiectiua 12
iurisdictionis, quæ more maiorũ vel iure magistratus competiit, *l. 12. de off. procons.* legatus mandata iurisdictione iudicis dandi ius habet *l. 1. de off. eius cui mandat. est iurisdict.* quæcunque specialiter lege vel senatusconsulto, vel constitutione principum tribuuntur mandata iurisdictione non transferuntur. *ead. l. 1. de off. eius cui mand. est iurisd.* cum alias iurisdictio etiam à præsente mandetur, *& eadem l.* Verius est enim maiorum more iurisdictionem quidẽ transferri. Quare nemo dicit animaduersionẽ legatũ proconsulis habere mandata iurisdictione, *& vers. fi. d. l.* his verbis *Mandata iurisdictione transire verius est l. 2. de off. eius cui man. est iurisd.* Mandata iurisdictione à præside consilium non potest exercere is, cui mandatur. *& eod. loco.* quod si mandauerit iurisdictionem nequaquam mandata iurisdictione eam quæstionem transferri *l. 4. eod.* Imo & mandata generali iurisdictione. *l. 1 de postulan.* nisi sicubi ex officio iurisdictionis suæ subuenerit *l. 2. de iud.* is quoq;, cui mãdata est iurisdictio. *l. muto. de tutel.* tutoris datio neque imperii, neque iurisdictionis est; *l. 1. de suspect. tutor.* ergo & si prætor mandet iurisdictionem.

Decimo συνεκδοχικῶς quoque accipitur † pro ea iurisdictionis 13
parte, quæ in causis saltem ciuilibus versatur, non tantum grauiori, sed modica etiam coercitione delictorum exclusa *l. 5. de off. eius cui mand. est iurisd.* quia iurisdictio sine modica coercitione nulla est.

Vndecimo κατὰ συνεκδοχὴν integri † pro parte iurisdictionis es- 14
sentiali notione nimirum generaliter accepta, tam cognitionẽ, quam iudicationem complectente, excluso tantum imperio sic vsurpatur *in l. 3. de iurisd.* mistum imperium, cui etiam iurisdictio inest. *l. notionem. de verb. signif.* Notionem accipere debemus & cognitionem, & iurisdictionem Hotom. *in commentario, de verbis iuris verbo notio.* Donel. *comment. iuris ciuilis lib. 17. cap. 6.* Duaren. *in l. ait Prætor, de re iudicata, l. 1. de officio eius, cui mandata est iurisdictio,*

*verſ. fin.* Imo imperium quod iuriſdictioni cohæret, *l. ſi idem. de iuriſdict. omn. iud* eamque ſignificationem diſerte impropriam notat Vlpianus *in l. ait Prætor. de re iudicata* ait Prætor cuius de ea re iuriſdictio eſt, melius ſcripſerit cuius de ea re notio eſt. Etenim notionis nomen ad eos pertinet, qui iuriſdictionem non habent, ſed habent de quauis alia cauſa notionem. *l. cum ii. §. ſed nec. de transact.* ſed nec mandare ex hac cauſa iuriſdictionem vel Præſes Prouinciæ vel Prætor poterit. Goddæus *in l. notionem. de verbor. ſignificat.*

Notio autem pro qua iuriſdictio hoc loco vſurpatur, non eorum tantum eſt cognitio, qui magiſtratus ſunt, vel extra ordinem creantur vel curationi alicui præpoſiti ſunt à Principe: ſed & iudicum Pedaneorum, qui non expectato Prætoris iuſſu humilia negocia diſceptant *l. vlt. C. de Pedan. iudicib.* qui autem ex delegatione cognoſcunt nec iuriſdictionem, nec notionem habere dicit Antonius Goueanus *l. 1. de iuriſd. omn. iud.*

Plures verbi *iuriſdictionis* ſignificationes apud iuris autores mihi quidem reperire non licuit. Etſi enim Baro, qui omnia, vt in principio indicauimus, ad hanc rem pertinentia loca diligenter conquiſiuit *lib. variar. quæſt.* ad Digeſta iuris ciuilis, aliam adhuc referat verbi ſignificationem, qua pro ea iuriſdictionis parte, vbi de priuato ac ciuili negocio per legis aliquam actionem ordinato ius redditur, excluſis Edictis, Decretis & cognitionibus extraordinariis accipiatur; id tamen, licet Ciceronem hoc verbum ita accepiſſe locis ab eo deductis non negem, reſponſo Pauli ab eo relato *in l. 4. de iuriſd. omn. iud.* non probatur: ibi enim iuriſdictionis verbum non de parte aliqua ſubiectiua, ſed eſſentiali notione nimirum imperio, ſiue exequendi poteſtati oppoſita accipitur. Et Baro ipſe, quem in toto hoc argumento inconſtantiæ ac perplexitatis arguit Gouean. ſibi ipſi in hac re non conſentit, dum in principio *fol. 19. d. quæſt. 1.* iuriſdictionis verbũ ad eam, qua alicui in aliquem ius dicitur, de re priuata ac ciuili negocio cõtrahi dicit, & quod Haloandri lectio *l. imperii.* incerta ſit, eaque ſententia, quam minimum recedat à præiudicata Petri & Bartoli opinione: In commentariis autem ad τὰ πρῶτα & libro ſingulari manualium Holo-

Haloandri lectionem probari posse, affirmat, & eodem folio; etsi iurisdictionis vocem *in l. 3. vers. Mistum imperium est cui etiam iurisdictio inest.* pro iurisdictione de ciuili negocio accipi ex vulgari lectione ostenderit, tamen ex Haloandrinis libris magis pro iurisdictione, quæ iure Magistratus competit, vsurpari defendi posse ait. Quæ autē à Duareno de eo verbi *iurisdictionis* significatu quo ad potestatem dandorum iudicum, qui accepta formula & præscripto quodam iuris de facto tantum cognouerunt, coangustetur *disput. lib. 1. c. 53.* adferuntur, (vbi ait ius dicere magistratus dicitur puta Prætor vel alius similis cum in causis priuatis & pecuniariis iudici à se dato ius quoddam quasi constituit, & formulam iuris & æquitatis ei præscribit, quam sequatur, & à qua in iudicando cognoscendoq; recedere non possit:) præterquam quod caput ex iure nullum adducat, quo à natiua, ac generali significatione verbum iurisdictionis, ad tropum eiusmodi, quo pro magistratuum solummodo iudicum ac formularum dandarum, potestate accipiatur immutetur, locis à Barone *var. quæst. 1.* citatis satis refelluntur.

Historici recentiores κατὰ συνεκδοχὴν membri δικαιοδοσίας nimirū pro imperio siue potestate politica in genere iurisdictionis verbo vtuntur, vt Simon Schardius *in tracta. de iurisdictione imperiali inscripto.*

Eodem tropo hanc vocem vsurpat Melchior Goldastus *de iurisdictione Imperiali seu regia, seu Pontificia.*

Thuanus item *histor. lib. 1.* regnum ait Arelatense ante quam in potestatem regum nostrorum veniret: cuius rei memoria post sublatam imperii iurisdictionem aboleri minime potuit.

Et tantum de ὁμωνυμίᾳ verbi in legibus & constitutionibus latinis.

Græci iurisdictionis † vocem latinam tam in Pandectarum responsis quam Principum constitutionibus semper δικαιοδοσίας verbo reddiderunt, vt patet ex titulo περὶ δικαστῶν, καὶ δικαιοδοσίας, *de iudicibus & iurisdictione* βασιλικῶν *lib. 7.* ac *tit. 3. cap. 1. eiusdem libri.* Ὁ ἔχων δικαιοδοσίαν καὶ διακατοχὴν δίδωσι, καὶ εἰς νομὴν πέμπει, καὶ ἐπιτρόπους δικαστὰς δίδωσιν, ex *l. 1. de iurisdictione:* Qui habet iurisdictionem & bonorum 15

dat possessionem, & in possessionem mittit & tutores atque iudices dat, & *cap 5. eiusdem tituli*, ὁ οἰκείῳ δικαίῳ, καὶ οὐκ ἀλλοτρίῳ ἔχων δικαιοδοσίαν δύναται αὐτὴν ἐντέλλεσθαι, id est, qui iure suo non alieno iurisdictionem habet, potest eam alii mandare, & *cap. 32.* μηδεὶς ἑαυτῷ δικαζέτω ἢ δικαιοδοτείτω τοῦτο γὰρ ἄδικον ἐστιν. Nemo sibimet sit iudex, vel ius dicat. Hoc enim iniquum est. & *tit. 5. cap. 76.* οὐ δύναται δικαστὴς εἶναι ὁ μήτε δικαιοδοσίαν ἔχων. Non potest iudex esse, qui neque iurisdictionem habet, &c. Ac βασιλικῶν *lib. 2.* περὶ ῥημάτων σημασίας. *tit. 2. cap. 99.* γνῶσιν ποιεῖν δυνάμεθα, καὶ τὴν διάγνωσιν καὶ τὴν δικαιοδοσίαν: notionem accipere possumus & cognitionem & iurisdictionem.

16 Apud Germanos vocabulum † quo proprie iuris reddendi facultas exprimatur, non habemus, sed communi & forensi vocabulo **Gericht** vtimur, quod proprie idem quod Latinis iudicium significat, (quod vltra vulgatas descriptiones, litium, quæ inter aliquos oriuntur, disceptationem iudicialem definit Cuiacius *ad tit. 1. lib. 2. decretalium.*) *Reform. Iudiciorum VVestphalicorum Max. 1. §. 2. 3. 4. & 5. Ordinat. Regimenti eiusdem Max. in proœm. & tit. fin. §.* **vnd wir.** constit. Max. *1. de processu Cameræ Anno 1548. in proœm. tit. 1. 2. 3 4.* & passim in Ord. Cam. *Anno 1531. 1533. 1548. Decr. Ratisb. 1532.*

Per Metonymiam vero effecti pro ipsa causa & facultate iuris reddendi tam in priuatis ac pecuniariis iudiciis, quam rerũ quoque capitalium quæstionibus accipitur. *Reform. Friderici III.* **von dem heimlichẽ Gericht.** *De occulto iudicio. Decret VVormacensi 1495. Et passim in aliis Comitiorum constitutionibus & decretis.* Per adiuncti vero transnominationẽ pro personis & Magistratibus iurisdictionem exercentibus accipitur. *Ord. Cam. VVorm. 1495. Anno* 1500. *& VVorm. 1521. Constit. pacis publicæ Anno 1521. Ord. Cam. Anno 1538. Decreto Augustano 1548 & passim compluribus in locis.*

17 Itali Latino vocabulo † *Giurisdictione*, Galli quoque eodem & κατὰ μετονυμίαν finis pro forma verbo *Iustice* vtuntur, *Com. ad Edictum Iudic. Præsidialium promulgatum Anno 50. gl. 12. n. 4.* Ac tantũ de verbo *iurisdictionis* in iure communi.

18 Quia vero, † qui leges Quiritum omnes teneant, si in consuetudine regionis suæ peregrini sint in litibus disceptandis, tanquã in sole

in ſole caligare putentur, vt ait Renatus Chopin. *in præf. lib. de leg. Andium Municipal* & alias turpe eſſe dicatur à IC. *in l. 2 de orig. iur.* ius in quo verſamur, ignorari, Ruin. conſ. 204. *n.* 13. Lancell. Gallia *conſ.* 105. *n.* 50. Quomodo hoc verbum in gentis noſtræ Saxonicæ iure vſurpetur, obiter quoque indicabimus. Et primo generalis vtramque partem iuriſdictionis cognoſcendi nimirum, & quod iudicatum eſt effectum reddendi poteſtatem tam in ciuilibus, quam criminalib. cauſis comprehendens, eſt huius verbi ſignificatio Iuris prouincialis, ſiue Landt Recht *art.* 55. 58. *lib.* 1. *Art.* 60. 63 64. 73. 75. 87. *lib.* 3. Iuris municipalis Magdeburgenſis communiter tamen in tota prouincia poſtea recepti, quod Germanice Weichbildt indigetamus. *art.* 8. Lehenrecht *capit.* 11. 61. *verſ.* Wehrgericht *& ſeq.* Secundo per Synecdochen totius pro ea iuriſdictionis parte accipitur, quæ in cauſis pecuniariis, & delictorum leuiorum cognitione & animaduerſione verſatur, quam inferiorem iuriſdictionem Erbgericht & Vndergericht appellamus, de qua infra *cap.* 16. *num.* 9. Weichbildt *art.* 11. *in fin. art.* 5. *in fin.* vtrobique alta iuriſdictio ab inferiori diſtinguitur. Per Metonymiam autem varie accipitur. Ac primo pro loco & ſolennitate iudicii *art.* 50. 51. 62. 66. 67. 68. 69. 70. *lib.* 1. *art.* 6. 11. 15. 19. 21. 22. 30. 45. 63. 64. 67. *lib.* 2. *art.* 10. 17. 31. 32. 36. 37. 39. *lib.* 3. Weichbildt *art.* 17. 22. 31. Secundo pro iudicio ſiue actibus iudicialib. *art.* 1. *lib.* 3. Weichbildt *art.* 4. *num* 6. 36. 44. 47. 52. 55. 57. 76. 86. 92. 95. 105. 110. 116. 129. Tertio pro perſonis Iudicum, & aliis quæ ad expediendam iuriſdictionem adhibentur *art.* 53. Landt Recht *lib.* 1. *art.* 22. *lib.* 2. *art.* 9. *&* 58. *lib.* 3. Weichbildt *art.* 2. Quarto per Metonymiam adiuncti pro territorio ac diſtrictu Magiſtratus ponitur *art.* 59. 60. 70. *lib.* 1. *art.* 5. 26. 27. *lib.* 2. *art* 63 *lib.* 2. *art.* 16. 24. 26. *&* 40. *lib* 3 *art.* 53. 60. *&* 67. *in fin. lib.* 1. Weichbildt *art.* 22. 28. 33. 104. Lehenrecht *cap.* 12. 23. Quinto pro pœna à iudice irroganda *art.* 13. Landt Recht *lib.* 2. Sexto, pro delicto iuriſdictione vindicando *art* 66. Landt Recht *lib.* 3. Hæc verbi *iuriſdictionis* diligentior ac prolixior explicatio, ſi odioſe lectorem remorari videatur, cum vtilitate, quæ inde ad totius rei planiorem intellectum redundabit, comparetur. Non tantum enim, vt initio ſtatim huius capitis indicauimus, inter veteres Iureconſul-

tos, ſed & recentiores interpretes tam infinitæ ac variæ diſſenſionis, multipliciumque errorum nullam aliam cauſam, quam ipſius vocabuli ambiguitatẽ eſſe, paulo attentiores lectores per ſe deprehendent.

## CAPVT II.

### *De definitione Iuriſdictionis in genere, & quatenus eſt pars Imperii politici.*

OBSERVATA.

1 *Perfecta definitionis deſcriptio.*
2 *Falſus intellectus, quorundam l. omnis definitio. de reg. iuris.*
3 *Vera eiuſdem interpretatio.*
4 *IC. in pronunciando ſumma ſemper modeſtia vſos fuiſſe.*
5 *Difficilis non impoſſibilis in iure definitio.*
6 *Logica, commune omnium artium ac diſciplinarũ tractandarum inſtrumentum.*
7 *Iuriſdictionis Imperii Romani definitio.*

1 QVANTVM ad definitionem, certũ eſt, omnem † eam perfectam eſſe, quæ è ſolis cauſis eſſentiam rei conſtituentibus, quales genere & forma comprehenduntur, rem ita deſcribit, vt nec latior nec anguſtior ſit definitio, ſed cum eo cõuerti ac reciprocari poſſit. Hæc etſi ſolis ſcholarum philoſophicarum finibus contineri vulgo arbitrantur interpretes *in l. omnis definitio. de reg.*
2 *iur.* vbi omnem definitionem † in iure periculoſam diſerte relatũ eſt, id quod etiam Alciatum ſecutum mirere *lib. 1. de verb. ſign. n. 8.* vbi ait, *Definitio, cum ſit propria ac breuiter comprehenſa rerum ſubſtantia enarratio, quæ genere, ſpecie, propriis ac differentib.* vt inquit Quintilianus, *conſtat.* non ferme multas huiuſmodi in iure reperias, ſed haſce ſubtilitates Iureconſulti Dialecticis reliquerunt ipſiq; ſatis habuerunt, ſi ſubſtantiam rei ex communi regula deſcriberent. Ioan. Ram. *in Enchiridio reg. iur. axiom. 1.* tamen lex illa non de definitione quæ rei eſſentiam explicat: ſicuti aduerſus Accurſium recte

recte hic sentientem eam interpretantur Decius & Cagnol. item Anton. Peregrin *de iure fisci, lib. 1. Tit. 1. in princip.* qui definitionis nomen proprie hic accipiendum, & ad iuris vocabula, non res ipsi subiectas referendum, falso existimant, sed de regula † ac 3
decisione intelligenda est, qua in significatione quoque verbum *definire*, accipit Vlpian *in l. Labeo, de verbor. signific.* & imperatores *in l. definimus, C. de agric. ac censitis lib. 11.* ac definitionem in iure νόμιμον κανόνα interpretatur Harmenopolus Hotom. *in comment. verb iur. in verb. definitio regularem traditionem.* Georg Vinienus *ad l. omnis. de reg. iur.* Tiraquell. *in tract. de præs. fol. 77 glos. 4.* Modica enim, vt ait Cuiac. *ad l. 1. de reg. iur.* obiectione aut circumstantia destruitur. Vt enim de præceptis siue legibus dicendi vniuersalibus à Quintilian. *lib. 2. instit. orator. cap. 13.* traditum est verbis sequentibus: *Propter quæ mihi semper moris fuit quam minime me alligare ad præcepta, quæ catholica appellant. Raro enim reperitur hoc genus, vt non labefactari aut subrui possit.* Sic quoque maximos † & doctissimos IC. 4
in pronunciando summa semper modestia vsos fuisse, pluribus in iure locis ostenditur, vbi regulæ ac decisionis generalitas non tantum particula aliqua restrictiua temperatur, sed ipsa etiam vitia, vel exceptiones plerumque adiiciuntur. *l. pen. §. & si placet. de verbor. obligat. l. regula. de iur. & fact. ignoran. l. cum principalis. de reg. iur. leg. 205.* ibi, *plerunque fit leg. 153.* ibi, *fere quibusmodi l. centesima octaua, fere in omnibus pœnalibus. leg. 178. plerunque. l. 193. fere iura heredum. l. si venditor. l. in testamentis. eod. titulo,* Cuiac. ac Petr. Fab. *in l. 1. de reg. iur.* Verum licet, vt quod res est, fateamur, eadem ratione † definitio logica, qua decisio in iure difficilis sit ac peri- 5
culosa. Arius Pinell. *in l. 2. de rescind. vendit. cap. 3. numer. 28.* Sturcius *in l. omnis. de reg. iur.* non tamen propterea impossibilis. Est enim logica † cõmune omnium artium ac disciplinarum tractan- 6
darum instrumentũ, ac rerum in iure notarum, non tantũ vnam sed etiam plures easq; ex arte confectas edi posse, erudite docet Cuiac. *in præfat. ad paratitla Digest.* Idq; pluribus accuratissimarum definitionum exemplis demonstrari posse ait. Cum autem non simpliciter de iurisdictione, sed de imperii Romani iurisdictione tractatio à me suscepta sit, eaq; dupliciter consideretur, vel quatenus

tenus est in ipsa Politia; siue ab vno, siue pluribus regatur: vel in
Magistratibus, siue perpetuis siue temporariis, de illa prius, de
7 hac postea agemus. Priorem sic definire † tentabimus, vt sit pars
imperii Politici, quæ Reipublicæ Romanæ tam in iure publice
constituendo, quam postulantibus singulis reddendo competit.
Cum autem doctrinarum ac disciplinarum omnem dianoeticam institutionem ἐκ προϋπαρχούσης γνώσεως, id est, vt Seuerin. Boethus interpretatur, ex præexistente, vel, vt Pacius exponit, antecedente cognitione procedere oporteat. Aristoteles *post. Analyt. lib. 1. cap. 1. & Top. lib. 6. cap. 4. in prin.* Quo natura generis iurisdictionis politicæ à nobis constituti rectius intelligi possit, primo summam totius potestatis politicæ: tum cognatarum potestatum, Regalium nimirum, Hierarchiæ siue potestatis Antistitum Ecclesiasticorum, ac iuris illius, quod Principibus ac optimatibus imperij tam in vniuersæ Reipublicæ gubernatione, quam in prouinciarum suarum personas ac res competit, & quomodo singula à se inuicem, & à iurisdictione sic definita differant, exponemus.

## Capvt III.

## *De Imperio politico, quod vulgo ius maiestatis appellatur.*

### Observata.

1 *Imperii politici definitio.*
2 *Vox πολιτεία apud Græcos varie accipitur.*
3 *Vt &* Reipublicæ *verbum apud Latinos.*
4 *Quo nomine Imperium Politicum apud Græcos appelletur.*
5 *Apud Latinos & Iureconsultos generali imperii potestatis vel Regimenti verbo exprimitur.*
6 *Bodinus primus* Maiestatem *Tropo ab effecti Metonymia petito vocauit.*
7 *Verbi* Maiestatis *Etymologia, & significatio.*
8 *Græce μεγαλότης, μεγαλοφροσύνη vel καθοσίωσις dicitur.*

9 *Impe-*

9 Imperii politici à munere Magistratuum distinctio.
10 Quomodo à Senatus authoritate discernatur.
11 Item à Iure quod Regibus & optimatibus vniuersis ac singulis competit.
12 Veteres certos Imperii Politici limites non posuerunt.
13 Imperii omnis politici duo capita principalia iurisdicendi ac belli gerendi potestas. Accessorium vnum Munerum indictio.
14 Finis omnium Rerumpublicarum bene beateq. viuere.
15 Platonis Reipublicæ descriptio.
16 Idem finis vniuersi, qui singulorum.
17 De beatitudine variæ Philosophorum opiniones.
18 Verior Platonis sententia eam in θεωρίᾳ siue contemplatione ponentis.
19 Aristoteles de summo bono sibi ipsi consentanea non tradit, ac Platonis tandem sententiæ accedit.
20 Salus Reipublicæ in pace ac tranquillitate consistit.
21 Tria nec plura capita esse Imperii Politici, Homeri, Platonis, Aristotelis & aliorum tam Græcorum, quam Latinorum scriptorum autoritate probatur.
22 Bodini in definienda ac diuidenda Maiestate errores ostenduntur.
23 Inter grauamina Caroli V. tempore relatum de imminuta libertate Germanicæ Nationis Edictum, ne quis exteris militet.
24 Eadem de re grauis Maurity Electoris Saxoniæ Passauii habita querela Anno 1552.
25 Lazari Schvvendii existimationis diminutio ob captum Vogelspergerum.
26 Vogelspergeri de Schvvendio querela & in perferendo supplicio constantia.
27 Schvvendii de Vogelspergero purgatio & culpæ in alios translatio.
28 De libertate Germanica literæ Illustriss. Principis Ioannis Guilelmi Ducis Saxoniæ ex Castris Gallicis, Anno 1559.
29 Henrici II. Galliarum Regis in Carolum V. propter Germanis exteris militandi libertatem ademptam & supplicio affectum Vogelspergerum acerbissima inuectio.

DE prima autem summa, nimirum Politiarum seu Rerumpublicarum potestate, quam vulgo Bodinum secuti *Maiestatem* appellant, eo mihi difficilior ac periculosior commentatio futura est, quod ea nec à Græcorum, nec Latinorum autorum tam veterum quam recentiorum vllo, vel definita, vel in partes suas rectè distributa reperiatur, licet à nonnullis & inprimis Bodino, non tantum præclare hoc tentatum, sed numeris etiam omnibus ab iis, qui in politicis nihil nisi ex eo sapiunt, absolutum existimetur.

Primo itaq; meam de hac re sententiam, postea quid in aliorũ
1 commentariis requiratur, ostendam. Imperium † politicum definio: REIPVBLICÆ IN PERSONAS AC RES DITIONIS SVÆ, POTESTATEM.

2 Vt autem *politiæ* vocabulum † apud Græcos varie accipitur. interdum pro ipsa societate Imperii Aristot. *lib.3.cap* 4. κοινωνία γάρ ἐστιν ἡ πολιτεία. Respublica societas est.

Aliquando κατὰ μετωνυμίαν adiuncti in genere pro Tropo siue forma gerendi Imperii societate contracti. Aristot. *lib.3.cap.3.* πολιτεία ἐστὶ τάξις τῶν τὴν πόλιν οἰκούντων. Respublica est ordo ciuitatem inhabitantium. Sic etiam legitur *cap.vlt.lib.10.Ethicor.* ἡ πολιτεία ἀρίστη. Aliquando etiam ita late, vt παρεκβάσεις siue labes Reipublicæ quoque comprehendat, Tyrannidem nimirum, Oligarchiam, Democratiam ad pauperum solummodo vtilitatem comparatam. Aristot. polit. *lib.3.cap.8.* ὀλιγαρχία δ' ὅταν ὦσι οἱ κύριοι τῆς πολιτείας οἱ τὰς οὐσίας ἔχοντες. Κατὰ συνεκδοχὴν generis pro recta, & ad vtilitatem cõmunem instituta Democratia, Aristot. *cap.7. lib.3.* ὅταν δὲ τὸ πλῆθος πρὸς τὸ κοινὸν πολιτεύηται συμφέρον καλεῖται τὸ κοινὸν ὄνομα πασῶν τῶν πολιτειῶν, πολιτεία. & *lib.4. cap.2.* λοιπὸν περὶ πολιτείας διελθεῖν.

Secundo autem tropo μετωνυμίας subiecti transfertur ad ipsum Rerumpublicarum imperium & potestatem *l.3.cap.7.* πολιτεία μὲν καὶ πολίτευμα σημαίνει ταὐτά. & *eodem l. capit. 8. numer. 8.* κύριος τῆς πολιτείας.

Tertio pro illa ciuium parte, quæ actu gerit Rempub. Aristot. *l.3.ca.6.* πολίτευμα δέ ἐστιν ἡ πολιτεία. Sic quoque Reipublicæ verbum

quod

quod vſu, penes quem, teſte Horatio, eſt vis & norma loquendi, ex duobus in vnum contractum eſt, plures habet ſignificationes.

Aliquando enim accipitur pro libera & iuſta Reipublicæ administrandæ † forma. Sic eo generaliter vtitur Cic. *Epiſtola ad* 3
*Plancum*: Nihil ex rebus humanis præclarius aut præſtantius eſt, quam de Repub. bene mereri. & *Philippic. 9.* Maiores noſtri, qui ob Rempublicam mortem obierunt. Et *lib. 4. ad Herennium.* Pro Republica, in quo & hoc illud ſanctiſſimum patriæ nomen continetur. Sic quoque hoc verbo vtitur Iuſtin. *Inſtit. de excuſation. tutor. §. qui pro Republica ceciderunt, in æternum per gloriam viuere intelliguntur.* Aliquando pro δημοκρατία, quam πολιτείαν Ariſtot. appellat *libro tertio politicor. cap. 7. l. 2. § initium. de orig. iur.* ita Reſpublica ſtatum ſuum recepit. Aliquando κατὰ μετωνυμίαν ſubiecti pro ἀρχομένοις ſiue ſubditis reipub. interdum pro negociis publicis vel communibus. Plautus *in Amphytr.* Vt geſſerit Rempublicã. Hic autem pro cœtu ac populo imperandi ac parendi iure ſociato accipimus, quem Ariſtot. πολίτας κοινωνοῦντας τῆς ἀρχῆς appellat *lib. 3. politicor. cap. 2.* Nec apud Græcos vel Latinos autores † vno 4
nomine vis poteſtatis illius politicæ exprimitur, ſed nomine generali à Græcis ἀρχὴ πολιτικὴ dicitur, Ariſtot. *politicor. lib. 3. cap. 4. & 6.* & ſimpliciter ἀρχὴ *cap. lib. 3.* & πολιτικὴ *polit. lib. 1. ca. 6.* Nec eſſe verbum quo vno ἀρχὴ ἀόριστος ea exprimi poſſit, diſerte ait Ariſtot *polit. lib. 3. ca. 1.* ἀνώνυμον γὰρ τὸ κοινὸν ἐπὶ δικαστοῦ καὶ ἐκκλησιαστοῦ: in quibus vniuerſa hæc poteſtas conſiſtit.

Apud Latinos quoq; authores † & I. C. generali Imperii ver- 5
bo, quo & *diuina potentia appellatur.* Horat. *carm. lib. 3. Ode. 1.*

*Reges in ipſos imperium eſt Iouis.*

Et Virgil. *5. Æneid.*

*Nec Iouis Imperio fatiſve infracta quieſcit.*

Idem *6. Æneid.*

*Sed me iuſſa Deum, quæ nunc has ire per umbras,*
*Imperiis egere ſuis.*

Vel *poteſtatis* vocabulo exprimitur, Cic. *de ll. Imperii genus ad ho-*

 *mines*

*mines iustissimos & sapientissimos, vel ad vnum, vt Regalis potestas d fere-batur.* Virgil. *6. Æne d.*

*En huius nate auspiciis illa inclyta Roma*
*Imperium terris, animos aquabit Olympo.*

Sic imperium dicitur summa potestas in principem translata *reg. 1. de constitut. Princip.* quo in significatu etiam hoc verbo vtitur Virgilius:

*Imperium Oceano, famam qui terminet astris,*
*Imperium sine fine dedi.*

Et Ouidius *lib. 2. Tristium* ad August. Cæs.

*Nec te mod ratius vnquam*
*Imperii potuit frena tenere tui.*

Eleganter quoque Iacob. Sannazarius ad Frid. Reg. *publica nimirum res tunc sibi constat, & aequum Imperium, cum rex, quod iubet, ipse facit.* Idem *regimentum* dicitur *l. vnica §. 1. de offi. praefecti prator.* Regimentis reipublicæ ad Imperatores perpetuo translatis. Bodi-
6 nus nullo veterum † exemplo Maiestatem appellat, tropo longe petito ab effecti μετωνυμία. Est enim maiestas à magnitudine eo-
7 dem † fonte deriuata, quo *magnus, magis, maius, magistratus,* reuerenda quædam magnitudo, non tantum in iis, qui Imperium totum Reipublicæ tenent, vt est locus apud Horat. *carmin. libr. 4. Ode 15.*

*Famaq; & Imperii porrecta maiestas ad ortum*
*Solis ab Hesperio cubili.*

Idem *Epistolar. lib. 2.* ad Augustum: *Si quantum cuperem possem quoque, sed neq; paruum carmen maiestas recipit tua:* Sed in genere omnis personæ eminentioris ac sanctioris, amplitudo, potestas, digni-
8 tas, securitas, quam Græci μεγαλότητα † plerunq;, Theophilus vero *in paraphrasi Institutionum* μεγαλοπρέπειαν appellat, de hac loquitur IC. *in l 9. de iurisdict.* Ibi fortasse, *quia & hic contempta Maiestas Prætoris vindicatur.* Et ad Deos quoq; transfertur. *l. non distinguimus. §. sacerdotio. de arbitr.* De diuitum autoritate Iuuenalis *Satyr. 1. sanctissima diuitiarum Maiestas.* Idem *Satyra 3.* de Dierum festorum reuerentia, ipsa dierum festorum herboso colitur, si quando Theatro maiestas.

Licet

Licet κατ' ἐξοχὴν pro autoritate eorum qui potestatem omnem politicam habent, præcipue vero Reipublicæ Romanæ plerunque vsurpetur Cic. *de orat.* Maiestas est amplitudo ac dignitas ciuitatis. item in partitionibus oratoriis: Maiestas est Imperii atq; in omni Populi Romani dignitate, quam minuit is qui per vim multitudinis rem ad seditionem vocat, idem *lib. 2. de inuentione, ac tot. titul. in D. & C. ad L. Iuliam maiestat.* in cuius tituli argumento à Græcis Harmenopul. Glossario, German. & à Iustinian. in Nouellis καθοσίωσις dicitur. Quod enim in Diis θεμιτὸν fas, in hominibus δίκαιον ius, in personis sacrosanctis, quales sunt Principes ὅσιον, Augustum maiestatis plenum & venerandum dicitur, vt erudite refert elegantissimus I C. Anton. Contius *in comment. ad leg. Iul. maiestatis. leg. 1. §. maiestatis.* Ideoque crimen maiestatis καθοσιώσεως ἔγκλημα dicitur *lib. sexagesimo,* βασιλικῶν *titul. 36.* περὶ ἐγκλημάτων *c. 12.* vbi σβέννονται τὰ ἐγκλήματα τῇ τελευτῇ τοῦ κατηγορουμένου, χωρὶς τοῦ περὶ καθοσιώσεως. Extinguuntur crimina morte rei, excepto crimine Maiestatis. Vulgo etiam secundum subiecti μετωνυμίαν pro ipsis personis imperantium, Iustinian. *proœm. Institut.* Imperatoriam maiestatem non solum armis decoratam, sed legibus etiam oportet esse armatam. Et sic ea quotidie in aulis hoc tempore vtimur. Sed de eo, quod dixi Bodinum nullo veterum exemplo, imperium, siue ἀρχὴν πολιτικὴν maiestatem vocasse, grandem iniuriarum dicã mihi scripsit Henningus Arnisæus, quasi falso Bodinum introducti in scholas noui vocabuli insimularim. Quæ tamen depulsione non eget, antequam vllum apud probatos latinæ linguæ autores verbi sic vsurpati, exemplum relatum ostendatur. Ex honore enim & reuerentia sata, non sacra, Ouidii & Imperatoria Triboniani maiestas, ab eo producta, me non tenet. Erit & propediem alius spero, de toto hoc genere disserendi locus.

Dixi potestas Reipublicæ † vt primum excludantur administrationes & munera Magistratuum in quacunque Politiæ speciе constitutorum. Etsi enim ἀρχαιρεσία, vt appellat Aristoteles *libro quarto politicor.* id est, creatio & constitutio Magistratuum non de substantia Reipubl. sed in arbitrio Regentum sit, per se vel alios Reipubl. negocia administrare; vt etiam initio ciuitatis

omnia manu Regis gubernata eſſe, ait Pomponius *in prin. l. 2. de orig. iuris.*

Tamen cum ea, quæ ad ſtatum politicum pertinent, magnæ præſertim Reſpubl. per ſe procurare non poſſint, ſed præfectis, curatoribus & magiſtratibus ad eam rem idoneis opus ſit, quibus Reipubl. cura aliqua in parte commendetur, vt ſcribit Cicero *libro 3. de legibus.* Ideo magiſtratibus opus eſſe, quod ſine horum prudentia ac diligentia ciuitas eſſe non poſſit, quorum denique deſcriptione omnis Reipublicæ moderatio contineatur: ad res omnes tam ſacras, quam profanas, militares & vrbanas adminiſtrandas, in omnibus fere Rebuſpubl. ii conſtitui ſolent.

Sed horum nulla eſt poteſtas & liberum id, quod iniunctum eſt faciendi arbitrium: ſed neceſſaria expeditio & munus, id quod eſt officium ciuile, quod neceſſario obeundum eſt lege, more imperio eius, qui iubendi habet poteſtatem. *L. Munus, de verbor. ſignificat.* ſiue exiſtimationem & dignitatem ea adminiſtratio habeat adiunctam ſiue non. *L. Munus trib. mod. de verb. ſignifi.* Idque non tantum ex iure ciuili, quo ſola politica definiri non poſſunt, ſed omnium gentium vſu ac moribus ita obſeruari teſtatur Ariſtoteles *libro 4. Politicorum capit. 14.* vbi dicit: Rempubl. habere poteſtatem ſtatuendi περὶ τῶν εὐθυνῶν, id eſt, de accipiendis rationibus ab iis, qui magiſtratu vel publico aliquo munere functi ſunt.

Cum igitur modus conſtituendorum & reuocandorum Magiſtratuum in arbitrio & manu ſit politiarum conſtituentium, de quo prolixe tractat Ariſtot. *cap. 15. lib. 4. politicor.* hanc adminiſtrandi officii rationem non ad poteſtatem & imperium, quæ in libero alicuius arbitrio poſita ſit, ſed ad muneris obeundi neceſſitatem referendum eſſe manifeſtum eſt.

Idem verbum *poteſtatis* non tantum à ſingulorum Magiſtratu-
10 um vel curatorum officio, ſed à Senatus † cuiuslibet Reipublicæ autoritate imperium à nobis definitum diſtinguit. Senatus enim eſt collegium eorum, qui ad capienda de Repub. conſilia conſtituti ſunt: Hi enim nullam poteſtatem & imperium in Republica habent,

habent, & quorum ſententiam ſequi vel repudiare liberum eſt Reipubl. vel quibus ea tantum regibus vel optimatibus regenda commiſſa eſt, vt recte hæc explicantur à Bodino, *de Repub. libro 3. cap. 1.*

11 Verbum † *Reipublicæ* (quod hic, vt pars eſt in definitionibus, de Politia proprie ſic dicta accipimus) reſtringit imperium politicũ ad illud, quod habet populus ipſe in Democratico ſtatu, quę proprie Politia & Reſpublica dicitur, *antedicta l. 2. de orig. iur.* his verbis: *Tunc iterum reſpub. ſtatum recepit*, & diſcernit ab eo, quod regib. & optimatib. à populo commendatum eſt. Hi enim non ſuo ſed Reipublicæ nomine imperiũ & ſummam poteſtatem obtinent: de quo plura Deo fauente in politicis noſtris.

Dixi in genere in perſonas ac res ditionis ſuæ, vt non tantum incolæ ac ciues, quos recte Ariſtoteles nulla alia re definiri ait: *lib. 3. cap. 1.* quam κοινωνίᾳ τῆς ἀρχῆς, ſiue ἐνεργείᾳ ſiue ἐξουσίᾳ. Et quorum etiam conditio mutato ſtatu vel τρόπῳ τῆς πολιτείας ſiue Reipub. non mutatur, vt doctiſſime ac rectiſſime ex hoc loco collegit Caſus *in Sphæra ciuitatis lib. 3 cap. 1.* Sed alienæ etiam Reipub. homines, qui quidem in territorio politiæ alicuius non domicilium, ſed res in ea poſſideant, vel ibi contraxerint, aliudve quid commiſerint, vnde obligatio oritur, quemadmodum apud omnes gentes obſeruatur, comprehenderentur.

Sic itaque ſit nobis definitum primum iſtud ex ſocietate ac libera conuentione populi contractum imperium: ſed an illud ita ſummum, abſolutum & infinitum ſit, vt nullis pene terminis vel finibus concludatur, vt de imperatoris poteſtate, quod ita ſit anomala vt nullis legibus frenetur ex Baldo *conſ. 327. col. 3. lib. 1.* affirmat Marcus Mantua *locorũ com. lib. 1. c. 2.* merito reprehenſus à Ferdinando Vaſquio *illuſtr. controuerſ. lib 1. c. 22. n 18.* vel certis quibuſdam metis, quas vltra citraq; conſiſtere nequeat, ſit circumſcripta, de eo nihil certi antea ab iis, qui vel res geſtas diuerſarum politiarum, vel ex profeſſo de Republica ſcripſerunt, nobis relictum eſſe, antea queſti ſumus, & ad huc ferme ſine cortice rari forte apparentes, in gurgite vaſto natamus.

Ac licet, vt diximus, limites † eius apud autores non expriman- 12

mantur: Certum tamen eſt, vt deprauatarum Rerumpublicarum certa & determinata eſt poteſtas, vt dicit Ariſtot. *lib. 3. politicor. cap. 9.* ὅρους τῆς ὀλιγαρχίας καὶ δημοκρατίας δίκαιον ὀλιγαρχικὸν καὶ δημοκρατίας, id eſt, fines & terminos paucorum & popularis imperii eſſe ius oligarchiæ ac Democratiæ proprium. Sic multo magis ὀρθῆς πολιτείας ὅρους καὶ δίκαιον quoddam eſſe. Eſt enim nulla humana poteſtas infinita. Imo licet diuina potentia ſit infinita & abſoluta: Opera tamen & effectiones ſunt finitæ, cum ipſum cœlum finitum ſit, & tempora ſtatis præſcriptionibus conſtituta, ſpecies & à ſe inuicē eſſentiis diſtinctæ & certorum officiorum mutuis nexibus coniunctæ, vt eleganter ſcripſit I.C. Scaliger *de ſubtilitate exercitat. penult. diſt. 8.*

13 Sic igitur ſtatuo Imperium omne † politicum hiſce duob. capitib. iurisdicendi ac belligerendi poteſtate, vno acceſſorio munerum tam realium, quam perſonaliū indictione contineri. Hæc ita eſſe, primum ratione, ſecundo vſu omnium gentium, tertio Platonis, Ariſtotelis & aliorum probatiſſimorum ſcriptorum autoritate comprobabo.

14 Quod ad rationem attinet, certum eſt, finem omnium † Rerumpublicarum inſtitutarum eſſe, vt bene beateque viuatur, vt ait Ariſtot. *politicor. lib. 3. cap. 4. & cap. 9.* τέλος μὲν οὖν πόλεως τὸ εὖ ζῆν, ταῦτα δὲ τοῦ τέλους χάριν: *Finis ciuitatis eſt bene viuere, hæc autem finis gratia.* Ante Ariſtotelem idem ſentit Plato, dum in definitionibus Rem-
15 publicam † deſcribit multitudinis per ſe contentæ ad beatitudinem cōmunem πολιτεία πλῆθος κοινωνία αὐτάρκης πρὸς εὐδαιμονίας. Cum autem finis moneat agentem, & ſit eius, cuius eſt finis perfectio. Scaliger *de ſubtilitate, exercitat. 254. Ea poteſtate præditam neceſſe eſt, Rempubl. quæ ad finem illum aſſequendum ſit neceſſaria.*

Ac eſt in eo incōſentiens Philoſophorum opinio, quod idem
16 ſit finis vniuerſorum † ac Reipublicæ, qui ſingulorum, vt tradit Ariſtot. *lib. 7 polit. cap. 2. in pr. & cap. 3. eiuſdem libri.* In quibus autem ea, quam diximus, beatitudo tam ſingulorum, quam Reipublicæ
17 conſiſtat, etſi inter Philoſophos † non conuenit quorum varias opiniones refert Ariſtot. *lib. 1. Ethi. ad Nicomach. cap. 2. 3. 4.* Verior
18 tamen Platonis eſt ſententia, quod ea in Theoria † ſiue contempla-

platione versetur *libr. 1. de Republic.* Et Marsilius Ficinus *in argumento eiusdem libri*, Aristoteles vero etsi de summo † bono sibi cõsentanea vbique non tradit, tamen *lib. 10. Eth. cap 7. & politic. libro 7. cap. 3.* vbi exactius de eo argumento tractat, licet primo ea, quæ *in 1. Ethi.* de fine beatitudinis tradiderat, repetat, eamque πρᾶξιν esse dicat, tamen in fine postea sic explicat, vt eam non simpliciter in actione ad alia relata, sed quæ finem & absolutionem operis in se ipsa contineat θεωρίᾳ siue contemplatione nimirum collocet. 19

Ea autem contemplatio & consideratio rerum tam humanarum, quam diuinarum fieri non potest sine pace, tranquillitate ac securitate, quam † σωτηρίαν τῆς κοινωνίας appellat Aristoteles *lib. 3. Politicor. capit. 4.* Hæc autem obtineri non potest, nisi inter ciues vt discordia euitetur, ac vis externa ab hostibus illata propulsetur. Vt enim corporis physici incolumitas in remouendis morbis internis, & cauendis ac auertendis periculis externis: sic etiam σωτηρία corporis politici duabus hisce rebus obtinetur. Vt nimirum ea, quæ internum Reipublicæ statum perturbare, & quæ foris ei incõmodum & exitium adferre possint, arceantur. 20

Quemadmodum igitur morbi corporis interni curantur, humoribus ad iustam temperiem redactis, & declinatione ac propulsatione eorum, quæ foris nocitura putantur: Sic ciuilis corporis temperamentum est iustitia, quod si foris Reipublicæ incolumitas læditur, ad arma & bella confugiendum est, vt eleganter hæc coniungit Cic. *offic. lib. 1. vbi dicit: Duo esse decertandi genera, vnum per disceptationem, alterum per vim.*

Ex quibus liquido apparet, Duplici hac potestate ad salutem ac tranquillitatem Reipubl. obtinendam opus esse δικαστικῇ nimirum & στρατηγικῇ δυνάμει, vt ait Aristot. *polit. libr. 3 cap. 17.* ἄνευ δικαιοσύνης καὶ πολεμικῆς ἀρετῆς οὐκ δυνατὸν οἰκεῖσθαι πόλιν. id est, *sine iustitia & bellica virtute ciuitas habitari nequit.* Et *lib. 1. cap. 5.* dicit. βίον πολιτικὸν διῃρημένον εἰς τὴν πολεμικὴν χρείαν καὶ τὴν εἰρηνικήν. *Vitam ciuilem diuisam esse in vsum belli & pacis.* Et cum homines ab origine paris sint conditionis, ideoque æquum sit, vt eodem iure vtantur, vt recte dicit Cicero *de offic. libro primo, ingeneratam esse homini appetitionem Principa-*

*tus, vt nemini animus bene à natura informatus parere velit, &c.* stricte societatis istius politicæ ius hic accipiendum, & vltra terminos ac fines propositæ beatitudinis non extendendum. Sunt itaque summa Imperii politici capita hæc duo, ciuile vel togatum & militare.

Hæc si Respublica per se & absq; opera hominum ac sumptu expedire posset, non progrediendum longius, sed in his solis omne imperium politicum versari dicendum esset.

Iam vero ad vtrumque domi & foris expediendum, opus est gerentibus Rempublicam Consiliariis & ministris, quorum opera publice partim vtuntur, vt sunt Præfecti, Præsides, Quæstores, Iudices, partim, priuatim, vt qui ad Aulæ saltem vsum & splendorem adhibentur, qui *Palatini* vocantur. Lipsius *Politic. libr. 3. cap. 10.*

Item præsidiis ac munimentis ad Rempublicam seruandam: In bello Ducib. Militib. & apparatu armorum, & commeatu, quæ omnia sine opera hominum & pecunia confici nequeunt, vt generaliter concessa iurisdictione vel alia potestate, ea quoque natura ipsa concessionis comprehenduntur, sine quib. hæc explicari non possunt, vt de iurisdictione respondet Iauolenus *in leg. cui iurisdictio, de iurisdict. omn. iud.* Tertio, ac subsidiario quasi Imperii capite, munerum nimirum indictione opus est, qua permittitur Reipub. clauum tenentibus duo hæc imperare ciuib. & aliis municipib. operas, quæ versantur in honorib. gerendis, ac Reipublicæ munerib. obeundis, ac pecuniæ ad res tam ciuiles quam militares explicandas necessarias. Hisce igitur duobus summis, & vno, quod diximus, subsidiario capite vim ac potestatem τῆς ἀρχῆς πολιτικῆς omnem contineri, ac vltra ea non extendi, non tantū ex omnium gentium, qui Respubl. constitutas habuerunt, institutis apparet de rectis, non autem deprauatis Tyrannide ὀλιγαρχίᾳ ac Democratia degenerante. Vbi qui rerum potiuntur, tanquam Domini, omnia ad vtilitatem & libidinem suam, non salutem populi moderantur, hic agimus: sed antiquissimos etiam ac probatissimos tam Græcos quam Latinos autores reuera, & in effectu, etsi quoad formam exacte ita non definiunt, ac distribuunt,

buunt, consentire manifestum est. Sic enim Homerus antiquissimus Poeta † in Rege duo requirit, vt sit bonus Rector & bonus 21
Imperator. *Iliad. 3.* ἀμφότερον βασιλεύς, τ' ἀγαθὸς κρατερός τ' αἰχμητής. Præter hunc insignis quoq; est locus *Odyssea lib. 19.* quem adeo commendat Spondanus *in commentar.* vt cum solum laudem æternam Homero potuisse parare existimet:

*ὥστε τοῦ ἢ βασιλῆος ἀμύμονος, ὅς θεουδὴς*
*ἄνδρεσσιν ἐν πολλοῖσι καὶ ἰφθίμοισιν ἀνάσσων*
*εὐδικίας ἀνέχῃς.*
*Sicut alicuius quidem regis inculpati, qui Deum colens*
*Viris in multis & fortibus regnans*
*Iustitias extendit.*

Plato in Politico, etsi ibi in specie de ἀρχῇ vel δυνάμει πολιτικῇ non agit, sed de officio τέχνῃ καὶ ἐπιστήμῃ βασιλικῇ, quod non sit Practica sed Theorica, & quod ad Regis officium non pertineat, vt ipse exerceat δικαστικὴν, στρατηγίαν, vel ῥητορείαν: sed vt omnibus volentibus agere imperet: Quo respexisse videtur Virgilius dum *lib. 6. Æneid.* sic canit:

*Excudent alij spirantia mollius æra.*
*Credo equidem viuos ducent de marmore vultus.*
*Orabunt causas melius cælique meatus*
*Describent radio, & surgentia sidera dicent:*
*Tu regere imperio populos Romane memento.*
*Hæ tibi erunt artes.*

Tacitus quoq; dicit: *Cætera vtcunque dissimulari, sed boni Ducis imperatoriam esse virtutem.* Quod sequũtur Pet. Greg. Tholos. *de rep. li. 10. c. 1.* Fracheta *in li. de Principe c. 3. & 7.* Scipio Ammirat. *li. 13. discur. 9.* Quia tamẽ idẽ Plato πολιτικῆς ἐπιστήμης, hęc tria sc. στρατηγίαν δικαστικὴν καὶ ῥητορείαν τίμια καὶ συγγενῆ, id est, *honoratiora ac maxime cognata.* Et oratoriã facultatem non de essentia potestatis politicæ, sed instrumentum quoddam regiæ authoritatis conseruandæ esse dicit, δικαστικὴν καὶ στρατηγίαν: summa imperii politici capita eundem quoq; sentire, apparet. Et de στρατηγίᾳ, quod ea nimirum imperii sit politici, lege sanxit *lib. 12. de ll.* ἐάν τις ἰδίᾳ ποιῆται πρός τινας εἰρήνην καὶ πόλεμον ἄνευ τοῦ κοινοῦ, θάνατος ἔστω ζημία, id est, vt interpretatur Lipsius *Poli-*

*liticor. lib. 5. c. 4 Si quis priuatim sine publico scito pacem bellumve fecerit, capital esto.*

Aristoteles vero, etsi nullam vel definitionem vel partium Imperii huius politici diuisionem diserte ponit. Cum enim *politicor. lib. 4. cap. 14.* τρία μόρια constituit, τῶν πολιτειῶν, constat eum non loqui de ipsa potestate, sed de triplici hominum genere, quorum opera ad Reipub. gubernationem necessaria est. Quorum primum τὸ βουλευόμενον περὶ τῶν κοινῶν, quod deliberat ac statuit de rebus ad Rempublicam pertinentibus, quod κατὰ ἐξοχὴν κύριον τῆς πολιτείας appellat, *polit. libr. 6. capit. 1. in principio:* idque in potestate habere dicit consultationem περὶ πολέμου καὶ εἰρήνης καὶ συμμαχίας, καὶ διαλύσεως καὶ περὶ νόμων, καὶ περὶ θανάτου καὶ φυγῆς καὶ δημεύσεως, καὶ τῶν εὐθυνῶν, id est, *de bello, de pace, de fœderibus ineundis ac dirimendis, & legibus, de morte, de exilio, de publicatione bonorum, de accipiendis rationibus publicarum functionum.*

Alterum περὶ τὰς ἀρχὰς, quod versatur circa magistratus, id est, vt postea pluribus declarat; quod statuit, quos oporteat esse magistratus, & quæ cura eorũ esse debeat. Tertium τὸ δικάζον, quam dicit partem eam hominum quæ lites diiudicat: Ipsa tamen officiorum ac munerum singulis classibus adsignata enumeratione, quæ summa sit potestatis istius politicæ Rebuspublicis competentis, satis declarat, licet iustæ distributionis leges non obseruet. Quæ enim nos principalia membra τοῦ κυρίου πολιτικοῦ antea constituimus, hac quoque distributione continentur. Legum enim ferendarum potestas refertur ἐν τῷ βουλευομένῳ περὶ τῶν κοινῶν, verbis περὶ τῶν νόμων, quod de ferendis legibus deliberat, cui si coniungamus τὸ δικάζον, quod iuris reddendi potestatem complectitur, & ea, quæ in secunda parte adduntur de mortis supplicio, de exilio, & publicatione bonorum, quæ omnia ad δικαστικὸν, siue iudiciariam potestatem pertinent, primum caput principale habebimus absolutum.

Secundum caput principale quoq; continetur in prima parte τοῦ βουλευομένου περὶ τῶν κοινῶν, arbitrium scilicet belli & pacis, fœderum ineundorum ac soluendorum facultas.

Quo

Quo etiam in genere comprehenditur poteſtas imperandi munera tam realia, quam perſonalia.

Quæ præterea adduntur de conſtituendis magiſtratibus per ſe partem poteſtatis politicæ non conſtituunt, ſed ſunt trium iſtorum adiuncta. ſicut etiam poteſtas accipiendarum rationum ab iis, qui publico munere functi ſunt. Liberum enim eſt iis, qui Rempubl. gerunt, quæ ad iuriſdictionem & belli gerendi rationem ac munerum exactiones pertinent, per ſeipſos adminiſtrare, aut aliis vel vniuerſa, vel pro parte committere, & poſtea explicati muneris rationes exigere. Idem quoque Ariſtot. *lib. 3. cap. 1.* ſummam politicæ poteſtatis hiſce duabus partibus complexus eſt, κρίσει καὶ ἀρχῇ & in eo vim ac poteſtatem omnem eorum, qui ſunt in ciuili imperii ſocietate, comprehendit. Ciuem enim, ex quorum multitudine πολιτείαν conſiſtere dicit ἀόριστον δικαστὴν καὶ ἐκκλησιαστὴν definit, ac eodem in loco definitionem ſic explicat, vt generaliter eum ciuem eſſe intelligat ἐν ᾧ ἐξουσία κοινωνεῖν τῆς ἀρχῆς βουλευτικῆς, καὶ κριτικῆς, non tantum eos, qui δυνάμει καὶ ἐνεργείᾳ, imperii politici ſunt participes, ſub κριτικῇ igitur iudicandi vel iuris dicendi, ſub βουλευτικῇ legum ferendarum, belligerendi ac munerum indicendorum poteſtatem complectitur. Et quod politica potentia hiſce duabus partibus principalibus conſtet, iudicandi nimirum & belli gerendi poteſtate aperte docet *cap. 4. politic. lib. 4.* Vbi cum plures ciuitatis partes enumeraſſet, duas præcipuas eſſe dicit: τὸ πολεμικὸν, καὶ τὸ μετέχον τῆς δικαιοσύνης δικαστικῆς, ſumpto ſimili à partibus animantis, vt ſicut in eo anima potior eſt corpore, ſic haſce duas magis eſſe partes ciuitatis, quam alias, quas materiam & πλήρωμα ibidem appellat. De muneribus quoque tum ciuilibus, tum militaribus à Republ. ſubditis iniungendis, eiuſdem Ariſtotelis ſententia liquet ex *d. libr. 4. politicorum. cap. 4.* πέμπτον δὲ γένος τὸ προπολεμῆσον ὃ τούτων οὐδὲν ἧττόν ἐστιν ἀναγκαῖον ὑπάρχειν εἰ μέλλουσι μὴ δουλεύσειν τοῖς ἐπιοῦσι. Et *cap. 14. eiuſdem libri*: περὶ πολέμου. Item *lib. 7. cap. 8.* τοὺς γὰρ κοινωνοῦντας ἐπὶ χρημάτων τινὰ εὐπορίαν ὅπως ἔχωσι καὶ πρὸς πολεμικάς Opus eſt Reipublicæ aliqua vi pecuniæ & copia, tum ad vſum domeſticum atq; vrbanum, tum ad ſumptum rei militaris.

Quæ apud Polybium *lib. 6. de militari diſciplina*, ac Dionyſium

Halicarnassæum *lib. 4. antiquit. Romanar.* ad imperium politicum pertinentia, licet nec perfecte nec ordine vllo digesta reperiuntur, prçterquam quod non ad vniuersæ politicæ potestatis, sed ad Romanæ tantũ Reipublicæ descriptionem spectant, ad has tres classes omnia referri possunt.

Quibus sic explicatis confirmatur ac planissimum euadit id, quod antea adseruimus, vim omnem Imperii Politici principaliter consistere in iudiciaria & Imperatoria potestate, ac per consequentiam in subsidiaria munerum tam realium, quam personalium indictione: Legum enim ferendarum potestas, quæ per se de Imperii Politici substantia non est, cum liberum sit illis, qui habent τὸ κύειον τῆς πολιτείας, vel manu regia vt initio Reipublicæ Romanæ quoque factum esse, ait Pomponius *libr. 2. in princip. de origin. iuris.* vel præscriptis legibus tam de rebus sacris quam prophanis gubernare Rempublicam sub iurisdictione continetur. Quæ si exactius considerantur, ad vnum iustitiæ administrandæ ac seruandæ genus omnia referri possint. Non enim iuris tantum dicendi ac reddendi facultas eo pertinet, vt summi cum infimis in Republica pari iure retineantur, sed bella quoque tam priuata quam publica eo fine suscipiuntur, vt vis & iniuria omnis tam interna, quam externa propulsetur, pax & iustitia colatur, siue iniurias illatas vindicemus, vel res ablatas repetamus, siue etiam barbaris ac aliis potentioribus, qui aliena absque legitima belli causa inuaserunt vel inuadunt, bellum inferamus. In quo eadem est causa, coertio nimirum & in malo & iniusto, quod nobis ab illis impendit, repressio, erudite Lipsius *de Republ. libr.* 5. *cap.* 4. Quo pertinet, quod Homerus Regem à Ioue iustitia donatum fingit. Francisc. Patricius *de Regno & Regis iustit. lib. 2. tit. 1.* Et Plutarchus refert Agesilaum existimantem iustitiam omnium virtutum maximam propriamque Regum, cum quidam fecisset mentionem Magni Regis, Persarum enim Regi ob amplitudinem imperii Magni cognomentum tribuebatur *Quid* inquit, *ille maior me est, nisi iustior sit, quasi magnitudinem regum in sola iustitia consistere diceret.* Vincentius Castellanus *de officio Regis lib. 3. par. 2. cap. 1.* Huc etiam respexisse videtur Plato, dum

dum libros suos *de Repub.* inscripsit τῶν πολιτειῶν ἢ περὶ δικαίου: Ac Cic. *lib offic.* 2. dicit iustitiæ fruendæ causa olim bene moratos Reges institutos esse, imo Platonem *in dictis lib. de Republica & legib.* secutus homines omnes ad iustitiam natos esse dicit *in lib. de leg.* Item Aristot. *Ethicor. lib. 5. cap. 3.* vbi dicit: ὥστε, ἕνα μὲν τρόπον δίκαια λέγομεν, τὰ ποιητικὰ καὶ φυλακτικὰ τῆς εὐδαιμονίας. Et *lib. 5. Politic. cap. 10.* vbi: βούλεται ὁ βασιλεὺς εἶναι φύλαξ ὅπως οἱ μὲν κεκτημένοι τὰς οὐσίας, μηδὲν ἄδικον πάσχωσιν ὁ δὲ δῆμος μὴ ὑβρίζηται μηδέν. Rex custos esse debet, vt ii qui facultates & copias habent nulla iniuria afficiantur, populus vero nulla contumelia vexetur. Et *Politicor. cap. 12.* Finem ciuilis vitæ ius esse dicit: πολιτικὸν ἀγαθὸν τὸ δίκαιον. Quam sententiam eleganter expressit Palingenius *in Zodiaco vitæ lib. 9.* vbi de Regum iustorum ac prudentum genere sic scribit:

*Cui si quando Deus rerum commisit habenas,*
*Imperiique decus, tunc aurea secula fiunt.*
*Tunc floret virtus, terrasq́; Astræa reuisit,*
*Pax viget, & vitium duris cohibetur habenis.*

Sed quia iure ac moribus gentium non tantum illa bella censentur iusta, quæ iniurias propulsando & rebus repetitis geruntur. (Quod iura quoq; nostra tam Ciuilia quam Canonica probant *Tit. de captiuis & postlim. reuersis. c. Dominus noster. 23. q. 2.* Baro *l. 4. quod quisq; iur.*) Sed etiam ob certamen gloriæ & imperii, de quo Aristot. *polit. lib. 1. cap. 6.* vbi seruitutem bellicam ex opinione quorundam iustam esse dicit, quod virtus instructa copiis modo quodam etiã vim afferre maxime possit, ac semper sit, quod superat, in exuperatione alicuius boni, vt videatur, nõ sine virtute & violentia esse; quem locum eleganter ac dilucide explicat Anton. Montecatinus *in com. eruditissimo in Politica lib. 1. tex. 60.* Idem Plato *in libr. 3. de legib.* vbi inter septem rationes gubernandi quintam quoq; posuit, vt potentiores imbecilliorib. imperent, natura ita comparatum esse dicit, vt præstantior plus habeat, quam inferior, & potentior quam debilior.

Eadem est sententia Aristidis in oratione ad Rhodios habita relata ab Alciato *lib. 2. Paradox. cap. 21. Lex est natura à potentioribus plane clarior facta, ut maioribus minores pareant.* Quod & Cicero secutus

cutus videtur, dum *libr. 1. offic.* ait. *Ex feciali iure Populi Romani, quo sanctissime aequitas belli descripta sit, intelligi posse, nullum bellum esse iustum, nisi quod & rebus repetitis geratur, aut denunciatum antea sit.* Quo etiam pertinent, quæ de bello tractat Stephan. Forcatulus *comm. de feud. cap. 9. num 9.* vbi bellum omne iustum esse ait, quod geratur ab eo, qui superiorem non agnoscit, & quod capienda sit occasio in re militari feriatum experte, *l. Diuus. de fer.* Et, οὐκ ἔστιν ἐν πολέμῳ δὶς ἁμαρτάνειν, irremeabilis error in bello bis nō committitur, vt apud Stobæum inquit Lamachus: Licet naturæ ac rationi magis consentaneum sit, quod ex sententia Herodoti *lib. 7.* Lips. ait: *pol. lib. 5 cap. 4. Bella non alio dirigenda, quam ad tranquillitatem & tutelam.* vt dicto iam loco quoq; ait Cic. ita bellum suscipiatur, vt nihil aliud quam pax quæsita videatur, propterea capita illa duo distincta retinenda sunt.

22 Ab iis qui nostro æuo de Republica † ex professo scripserunt, nemo est, qui nobilissimum hoc politicæ scientiæ caput vel definire, vel in partes ac capita certa distribuere tentarit, solo Bodino, quod antea diximus, excepto, qui se cornicum oculos hac in re confixisse, & Græcos ac Latinos autores omnes longo interuallo, & quasi in carceribus post se reliquisse iactat. De nomine Maiestatis antea diximus. Rem sic definit: quod sit summa ac legib. soluta in ciues ac subditos potestas, qua in definitione tria iure desiderantur.

Primo enim obscuritatis vitio laborat, propter vocabulum summa, vt comparatiuum, ad alias inferiores potestates, quæ quales sint, non explicatur.

Deinde angustior est definito: quod potestas politica non tantum in liberas personas, ac seruos, qui summæ Reipubl. potestati perpetuo sunt obligati, vti definiuntur à Bodino *libro 1. capite nono*, sed in personas quoque peregrinorum exercetur, qui vel contrahunt vel delinquunt, vel res in ditione Reipubl. sitas habent.

Tertio, nec in eo paria sunt definitionis ac definiti momenta: Quod non ad Politiam in genere, & quæ proprie secundum essentiam πολιτεία vel Respublica dicitur, sed ad τρόπους tantum τῆς

ἀρχῆς,

ἀρχῆς, quando nimirum non ipse populus per se, sed per Magistratus potestatem suam exequitur, Principatum nimirum & optimatum imperium tantum referri possit. Ipse enim populus, qui liber à principio nullarum legum nexu tenebatur, legibus solutus esse dici non potest, cum πᾶσι στέρησις τῦ κατὰ φύσιν ὑπάρχοντος sit, vt ait Aristoteles *Top. lib. 6. cap. 4.* Sed Principes tantum & optimates, quibus singulari priuilegio populi, vt absque legibus positiuis Rempublicam administrent tributum est, vt de Rege cui παμβασιλεία tributa est, dicit Plato in definitionibus. Ac tantum de definitione.

Quod ad diuisionem vel partitionē ius omne Maiestatis quod dicit, in octo capita distribuit,

1 *Quorum primo continetur legum vniuersis ac singulis ciuibus dandarum potestas.*
2 *Belli ac pacis arbitrium.*
3 *Creatio Magistratuum.*
4 *Extrema prouocatio.*
5 *Iure vel iniuria damnatorum contra vim legum ac iudiciorum liberatio, siue de capite & fama, siue de bonis omnibus agatur.*
6 *Ius exigendi iuramenti fidelitatis sine cuiusque exceptione.*
7 *Nummi percutiendi ac constituendi pondera & mensuras potestas.*
8 *Vectigalia, ac tributa imperandi.*

Quæ diuisio multis & innumeris pene vitiis scatet.

PRIMO enim nimis est concisa & articulosa, non membra sed frusta solummodo rei diuidendæ continens. Etsi enim διχολογία in omni ac populari præsertim argumento secundum Platonem *in politic.* (vbi bifariam diuidere difficile esse ait, & Aristo. qui eam interdum impossibilem esse dicit, *lib. de partib. animalium.*) obseruari non possit. Extra tamen controuersiam ea Platonis *in d. Politic.* sententia attendenda, qua si in duo diuisio fieri non possit, in proximū binario numero partitionē fieri præcepit: Quod commode hic fieri poterat. Vnum enim legis ferendæ caput in tria discernit, cum, vt ipse fatetur, nummi percutiendi, ac pon-

dera ac mensuras constituendi facultas generali legis ferendæ potestate contineatur.

Et cum maximũ vitium sit, in diuisione aliquid præterire, teste Cic. *lib. 1. offic.* Hic duo præcipua ad imperium politicum partim principaliter, partim consequenter spectantia omissa sunt; iurisdictio nimirum & munerum personalium iniungendorum potestas. Iurisdictionem ideo ad iura Maiestatis referri non posse ait: quod ea omnib. fere Magistratibus æque ac Principi congruat. Ideoq; Aristotelem, quod eam tribus μορίοις πολιτειῶν accenseat, reprehendit. Qua in re insignis causæ ἔλεγχος est.

Si enim ideo Maiestatis vel potestatis politicæ aliquid non dici debeat proprium, quod per Magistratus id quoq; expediatur, nihil plane eiusdem erit proprium. Non enim iuris tantum reddendi, sed belli quoq; gerendi potestas Magistratibus committitur, sed in eo hæc est differentia, quod hi, quib. mandantur, precario ac alieno, Respublica vero suo nomine ac iure illa habeat & exerceat.

Quod autem iurisdictio præcipua sit pars, in qua ferme cardo totius politicæ gubernationis versetur, & propter quam ferme solam Respublicæ sunt institutæ, vt de Regibus ex Cicerone antea audiuimus, tum rationibus ac vsu omnium Politiarum supra confirmauimus. Ac ipse hac in re sibi plane contrarius est Bodinus, dum ait, extremam prouocationem ad Maiestatis ius pertinere. Vnde autem necessitas prouocandi ad Rempublicam, nisi quod sola Respublica plenam habeat & integram iuris reddendi potestatem; Curatores vero & Magistratus inferiores tantum cognitionem & iudicationem Reipubl. arbitrio ac correctioni obnoxiam.

Munerum personalium, vt de genere toto præmisimus, adeo necessaria est, vt absq; eius adminiculo Reipublicæ negocia nec pacis, nec belli tempore recte expediri possint. Potentia enim, vt sentit quoque Cæsar relatus à Dione *li. 42. p. 207.* quæritur & conseruatur præcipue duob. modis, milite & pecunia, ac de hac Scipio Ammiratus. *l. 1. discurs. in Tacitũ. 9. p. 430. che, i. denari sono il nerno della Guerra.* Vnde etiam hoc ipsum est, quod idẽ dicit Bodinus

*de Re-*

*de Repub. lib. 1. c. 6.* Principibus ac ciuitatib. omnibus pro iure Maiestatis & imperii semper licuisse ac licere, ciues suos ad belli nimirum necessarium vsum domi continere, idque multarum Rerumpublicarum exemplis confirmat. Contra quod more à maioribus accepto ius quoddam singulare sibi vendicant Germani. Quod iam ab Alanis Romanorum tempore deuictis eos consecutos, & huc vsq; continuasse, refertur *in Chronica M. Iordanis, de Imper. & Elect. Tit. Quare Franci liberi & Germani.* De quo *in Decreto Comit. Spirensium Anno 1570.* §. Denselben: Haben wir vns erinnert / wie es im heyligen Reich Teutscher Nation / von alters ein löbliche Gestalt Teutscher Freyheit / vnnd Ehr vnd Ruhm mit Ritterlichen Thatē frembdē Potentatē / ohne alles beleydigē deß Vatter Lands / vnd dessen gehörigen zu dienen gehabt: In sacro Imperio Germanico ab antiquo Germanis liberum fuisse, honoris & gloriæ parandæ causa exteris principibus absque vlla offensione Reipublicæ patriæ militare. Cuius respectu Nobilitas Germanica valde commoueri visa supplicio Sebastiani Vogelspergeri nullam aliam ob causam capite cum sociis, Anno 1548. Augustæ vt fertur mulctati, quam quod militum aliquam manum cōtra Edictum Cæsaris ad splendorem coronationis Regiæ in Galliam adduxerat. Id quoque inter grauamina, † de quibus Ordines Caroli V. tem- 23
pore questi fuerunt, refertur à Mauritio Saxoniæ Electore, literis ad Ordines Imperii datis, Anno 1552. apud Sleidanum *comment. lib. 24.* eiusdem esse generis, quod præter vetustam Imperii libertatem edicitur, ne quis externis militet. Et in oratione † ab 24
eodem Mauritio Passauii coram Ferdinando Rege Romanorū & aliis Legatis Cæsareis Calend. Iunii, An. 1552. nomine Ordinum habita relata à Sleidano *eodem libro*: Grauib. edictis mandari ne quis militet externis, meminit quoque Thuanus *histor. lib. 10 fol. 213.*

Et Lazarus Schwendius † ob virtutem & res præclare & for- 25
titer in Hungaria & aliis bellis gestas ad Baronatus dignitatem à Maximiliano Secundo euectus, maximam summæ existimationis iacturam fecit, quod Vogelspergerum amicitiæ specie circumuentum Augustam ad supplicium duxisse perhiberetur.

26 Qua de re Vogelspergerus † in foro Augustano spiculatori ceruicem iam præbiturus grauissime conquestus, multaque de vitæ cursu locutus, forma & proceritate conspicuus tanta animi constantia vt nullum mortis præsentis horroris signum de se edere videretur, id quod absque lachrymis spectari non potuit. Sed
27 Schvvendius scripto † postea publice edito inuidiam & culpam omnem à se dimouit, & Vogelspergerum à se nec proditum nec captum, sed à Senatu Weissenbergensi mandato Cæsaris præhensum à se & aliis ministris Cæsareis, quos iussa Domini sui exequi oportuerit, Augustam tantum deductum fuisse. Qua de re ipsum Schwendium in arce Bruckheim, Anno 1580 cum Ducibus quibusdam in cœna differentem audiui, vbi totius istius tragœdiæ culpam à sese in Comitem quendam Sueuicum Regis Galliarum antea copiarum Germanicarum ductorem, qui Vogelspergerum sibi propter virtutem à Rege prælatum Cæsari ad-
28 eo inuisum reddidisset, conferebat. Huius quoque † libertatis mentionem facit Illustrissimus Princeps Iohannes Guilielmus Dux Saxoniæ, qui vt narrat Chytræus *Chronicorum lib. 19.* postquam Cæsari Ferdinando operam suam in militia vel toga frustra obtulisset, Henrici Galliarum Regis stipendiis se addicens ei Anno 1558. 3400. equites adduxit, literis ex castris ad Annam Galliæ datis, Anno 1559. Daß wir darauff auß eigenem Bewegnuß / auff zeitigen langwirigem bey vns gehaltenen Rath / ohn einiges zuthun / Geheiß / Anleitung / oder Rathgebnuß / als ein armer junger Fürst / welcher auff freyen Fuß stehet / seine Besserung vnd gedeylig Auffnemmen / Fürstlich Rühmlich / vnd der Teutschen Nation alten löblichen vnd fürstlichen Libertet Freyheit vnd Herkommen gemeß / gantz gerne suchen vnd gewinnen wolte / vnd bey der Königlichen Würde zu Franckreich / vnnd auff derselben vnverschenliches günstiges vnnd freundliches gesinnen vnnd anmuhten / in eine Dienst vnnd Kriegßbestallung begeben vnd eingelassen haben / id est, quod postea matura habita deliberatione nullius instinctu, suasu & consilio vt iuuenis afflictæ fortunæ & liberæ conditionis Princeps, quo rebus nostris honesta ac Principe digna ratione secundum antiquissimam ac laudatissimam Germanicæ nationis ac Principum

liber-

libertatem aliquo modo consuleremus. Serenissimo Galliarum Regi, id præter opinionem à nobis efflagitanti operam bello nauandã addiximus. Et Henricus II. Rex Galliæ in scripto edito, Anno 1552. cum hac Epigrapha. *Henricus Secundus Francorum Rex Vindex libertatis Germaniæ & Principum captiuorum*: Was ist die Vrsach darumb er (id est Carolus V. Imperator) den Teutschen verbeut/ daß sie niemands dann jhme dienen sollen/ja jhrer alten Freyheit zugegen/ darauff sie weder vns/ oder einem andern Potentaten/ der nit sehr gut jres theils were/zuziehen dörffen: id est, quæ alia causa est cur ille, (id est, Carolus V. Imperator.) Germanos prohibeat ne præter se aliis militent, in præiudicium antiquissimæ eorum libertatis, vt neq; nobis neq; aliis Principibus qui non toti sunt suarum partium, se cõiungere audeant. Et postea eodem scripto: Wie viel ehrlicher/ redlicher/ tapffere Männer hat er durch seine insonderheit hierzu bestellte Bluthunde jämmerlich verrahten/ vnd mit schmähelichem Todte hinrichten lassen/ vnd selbst nicht weit von der Blutbanck zu Augspurg/ als man vnsern trewen Diener den Vogeleberger ermordet/gestanden. Quam multos præstantes & fortissimos viros per suos peculiariter ad hoc constitutos exploratores miserrime proditos ignominiosissimis suppliciorum generibus affecit, & fidelis nostri ministri Vogelspergerii Augustæ crudelissime obtruncati pegmati supplicii causa parati proxime astans, spectator fuit. De abusu huius libertatis vide Gail. *de pace publica lib. 1. cap.* 4. & quomodo placitis comitialibus ea sit restricta, *d. decreto Spirensi Anno* 70. §. vnd daß vor etlichen Jahren/ *ca. sequent.* Quemadmodum & alii ex morib. & institutis rigidioribus Germanorum, vt bella priuata, certamina singularia, & alia quæ refert Lazarus Schwendius *in consilio, de Imperio prudenter administrando ad Maximilianum II.* relato à Goldasto *in libro statutorum*, & rescriptorum Imperialium felicioribus hisce temporibus, & Imperatorum quorundam sapientia in desuetudinem abierunt.

Iuramentum fidelitatis sine cuiusque exceptione per se ad summam potestatem nihil facit, sed firmat tantum obligationem subditorum, qua ipso iure imperii politici Reipubl. tenentur.

Vt nec creatio Magistratuum, quæ nec de essentia τῆς ἀρχῆς πολιτικῆς, nec perpetua est; Vt enim in Despotico imperio Patrib. familias liberum est, prout melius commodiusq; videtur, rem familiarem vel per se, vel per Oeconomos & Curatores administrare. Sic quoque vt sæpius iam dictum est, in arbitrio Regis vel Optimatum, vel populi, principatus vel Reipub. negocia tam ciuilia, quam militaria, per se ipsos vel præfectos, præsides, Iudices, ac Duces expedire, ideoq; siue Curatores, siue Magistratus constituantur, vel manu Regia omnia gubernentur, ad Maiestatis vel imperii ipsius substantiam nihil attinet.

Ex imperii itaque politici sic explicata tum definitione, tum diuisione, primo veritas generis iurisdictionis à nobis definitæ, tum quomodo hæc ab illa, tanquam pars nimirum à toto differat, satis apparet: iam quomodo à iure Regis vel Imperatoris Romani proprio distinguatur, videbimus.

## CAPVT IV.

### *De iure regio, siue regalibus.*

#### OBSERVATA.

1 *Regalium verbum ἀνάλογον.*

2 *Eius κατὰ συμπλοκὴν notissima significatio.*

3 *Κατὰ συνεκδοχὴν speciei ad omnem claritudinem & excellentiam refertur.*

4 *In Placitis feudalibus κατὰ συνεκδοχὴν generis pro iis, quæ ad Imperatorem pertinent.*

5 *Secundo pro eo, quod rectà à Rege proficiscitur.*

6 *Iure feudali συνώνυμα Rex & Imperator.*

7 *Feudum regale, quod dicatur?*

8 *Cur Ducatus, Marchia, Comitatus, dignitates regiæ appellentur?*

9 *Contius præter rem à Sixtino reprehensus.*

10 *In diuisione oportet esse opposita, in quibus non est medium.*

11 *Simpliciter κατὰ μετωνυμίαν adiuncti primo generaliter apud Historicos de Præ-*

*de Prædiis, ac rebus ad Imperatorem pertinentibus, corporalibus, incorporalibus, feudalibus, allodialibus.*

12 *Secundo latissima significatione omnia ad Imperatorem vel officii, vel quacunq; alia ratione spectantia.*

13 *Regalia quoque præsertim ea, quæ Maiora appellantur, RESERVATA dicuntur.*

14 *Reseruata cur dicantur.*

15 *In actis imperii vocantur* Keyserliche Hochheit vnd *Reseruata.*

16 *Regalia quoq; priuilegia recte dicuntur.*

17 *Æquiuocatio verbi* priuilegii.

18 *Negatur verbum Germanicum* Herrlichkeit / *regalibus esse* ὁμώνυμον, *à Schradero & aliis adsertum.*

19 *Regalia quæ Gallis dicantur?*

20 *Definitio Regalium.*

21 *Imperite* ἀρχὴν *siue imperium politicum confundi cum regalibus.*

22 Τῆς παμβασιλείας *& regalium discrimen.*

23 *Status Imperij præsens non Regius, sed Aristocraticus.*

24 Βασιλεία κατὰ νόμον *quid Aristoteli.*

25 *Iuris verbi* ὁμωνυμία *erudite collecta à Donello.*

26 *Ius vectigalium & cudendæ monetæ hoc tempore non Regium, sed Aristocraticum defenditur.*

27 *Natura ac proprietas iuris regij.*

28 *Non vt in regnis plenis & absolutis, quæ παμβασιλείαι dicuntur, sic quoque in regnis* κατὰ νόμον *eadem semper Regum potestas fuit.*

29 *Eius rei vetera ac noua exempla.*

30 *Falso regalia ad ius gentium referri.*

31 *Ius Regium iure gentium Regibus concessum longe amplius & augustius esse regalibus Imperatorum.*

32 Ἀπολιτεύτως *liberas ciuitates siue Respublicas, qualis est Venetorum, Heluetiorum & Rhætorum regalia habere dici, quod iis tantum pars politicæ potestatis contineatur, Respublicæ autem perfectæ* κυρίαν πάντων *obtineant.*

33 *Aliarum definitionum examinatio.*

34 *Borcholti.*

35 *Sixtini.*

36 *Verbi*

36 *Verbi consuetudinis ὁμωνυμία.*
37 *Diuisio Regalium.*
38 *Eorundem in maiora & minora distinctio.*
39 *Quæ olim Imperatorum fuerint regalia.*
40 *Quæ hoc tempore.*
41 *Regalibus quoq; annumeratur ius primariarum precum.*
42 *Primariæ preces vnde dictæ.*
43 *Speculatoris & sectatorum falsa de iure precum primariarum sententia.*
44 *Non beneficio Pontificum, sed iure regio ac more à maioribus accepto Imperatores conferre preces.*
45 *Exemplum precum primariarum Caroli IV.*
46 *Rudolphi I.*
47 *Præsentes quoq; Imperatores preces primarias non ex priuilegio Pontificum, sed iure proprio conferre ostenditur.*
48 *Rudolphi II. precum primariarum exemplum.*
49 *Imperatori dignitatum ac beneficiorum omnium collationem iure gentium competentem, fraude ac dolis Pontificum interuersam.*
50 *Iureconsulti cuiusdam Pomerani de precibus Imperatoris sententia confutatur.*
51 *Verba officii & ciuilitatis causa prolata ius & obligationem non inducere.*
52 *Confirmatio nihil noui dat actui per se absoluto.*
53 *Quod in specie confirmationes Imperatorum & Pontificum actui nihil noui dent, sed iura vetera roborent & confirment.*
54 *Confirmantium non est aliquid noui dare, sed tantum roborare prius habita & possessa.*
55 *Vis & effectus precum primariarum.*
56 *Ioannis Andreæ cauillatio verborum recipi in Ecclesia refellitur.*
57 *Idem effectus precum primariarum, qui collationis ordinariæ.*
58 *Imo maior, quod per collationem canonia & præbenda vacans solum, per preces etiam nondum vacante præbenda canonia deferatur.*
59 *Canonia quid?*

60 Quid

REgalium verbum † ἀνάλογον est, & aliquando ſimpliciter, ali- 1
quando κατὰ συμπλοκὴν ſiue complexiue vt loquuntur interpretes Ariſtotelis, vſurpatur. Secundum complexionem † vel 2
adiunctiue apud Latinos autores notiſſima ſignificatio, pro eo quod ad Regẽ pertinet vel rege dignum eſt. Cic. *in oratione pro L. Manilia:* vt Regum afflictæ fortunæ facile multorũ opes alliciunt ad miſericordiam, maximeque eorum, qui aut Reges ſunt, aut viuunt in regno, quod Regale iis nomen magnum & ſanctum eſſe videatur. Ouid. *3. Metamorph.*

*Fremitu regalia turbæ*
*Atria complentur.*

Virgil. *2. Æneid.*

*Regales inter menſas laticeſque Lyæum.* Horat.

*Nec poterunt regales addere maius*
*Diuitiæ.*

Cic. *lib. 3. de legib.* Sed quoniam regale ciuitatis genus probatum quondam, poſtea tam regni quam regum vitiis repudiatum. Ouid. in Epiſt. Heroid.

*Genibuſque tuis regalia tendo*
*Brachia, quid deceat, non videt vllus amans.*

Per Synecdochen † ſpeciei generaliter ad omnem claritudi- 3
nem & excellentiam refertur Cic. *in Catone:* Nihil ei tam regale videri, quam ſtudium colendi agros. Idem *in officiis lib. 1.* regalis ſane & digna Æacidũ genere ſententia. Regalia exta interprete Feſto dicebantur, quæ potentibus inſperatum honorem pollicebantur: priuatis & humilioribus hæreditates, donationem. Barnabas Briſſonius *de formulis & ſolennibus populi Romani verbis, lib. 1. fol. 24.* Flumina quoque regalia ad eum modum quo conſiliaria familiaria, &c. dici ex Seneca, Plinio, Feſto, Marcellino & Seruio, refert idem Briſſonius *li. 1. fol. 127.* Sic luxus regalis Virgil. *2. Æneid.*

*At domus interea regali splendida luxu.*

4 In Placitis † feudalibus primo κατὰ συνεκδοχὴν generis pro iis, quæ ad Imperatorem pertinent, *cap. quæ sint regalia. in verbis, ad felicissimam regalis numinis expeditionem.*

5 Secundo & frequentius, quod recta † à rege, id est, Imperatore proficiscitur, *tit. de feudo Marchiæ.* & ibi Cuiacius. Sic legitur *in tit 9. feudor. de inuestitura Marchiæ, Ducatus vel Comitatus, in prin.* De Marchia vel Ducatu, vel Comitatu, vel aliqua regali dignitate, *lib. 4 de L. Conradi. in princ. vers. quia si inter duos quicunque fuerint,*

6 *de beneficio regali controuersia fuerit.* Iure enim feudali † synonyma sunt Rex & Imperator, *tit. de noua forma fidelitatis.* Ero tibi fidelis Caio domino meo, contra omnem hominem excepto Imperatore vel Rege. Et *in tit. de pace Constantiæ.* Et passim MODO Rex, vt *tit. de iis, qui feuda dare poss. in prin. & §. notandum. tit. de contentione feudi, inter dominum & vasallum. tit. de contentione inuestituræ. tit. de contentione inter feudi dom. & vasall. tit. de L. Conradi. tit. de alienat. feudi. tit. de feudi alienatione & recuperat. tit. de fidelitate. constit. Friderici de pace componenda.* Et regnum dicitur pro Imperio Romano, *cap. 1. de iis qui feud. dare possint.* Et ita in legibus Saxonicis, à quibus consuetudines feudales per Longobardos, qui extra controuersiam Saxones fuerũt, Insubria occupata in Italiam inuectæ sunt. Wesenb. *comm feud. cap. 3. nu. 2.* Imperatores Reges appellantur: Modo Imperator appellatur, *tit. de inuestit. Marchiæ. tit. de content. feudi inter Capitaneos vel Valuasores. de contentione inuestituræ feud. inter dom. & vasall. de inuestitura veteris & noui beneficii.* De iure quod in feudo vasallus habet *§. est autem.* Et *in tit. de Capitulis Corradi, tit. de contentione inuestituræ inter feudi dom. & Valuas. tit. Imperatorem feuda amittere, vel alium pro se fidelem dare.* Constitutio Friderici, *de causis amittendi feudi tit.* Alia constitutio Henrici, *de vasallo, qui vnum ex dom. refutauit.* Constitutio Friderici, *de pace tenenda.* Constitutio Friderici, *de incendiariis & pacis violatoribus.* Constitutio Friderici, *de pace Constantiæ. in pr.* Ex facto incidisse fertur principem nostrũ cum ab initio Dux esset, & pro Ducatu fidelitatem faceret, diuino nutu postea Imperatorem factum.

7 Et feudum † regale dicitur beneficium, quod recta à rege dimanat,

manat, & cui dignitas quædam regia accedit, cuius generis esse dicuntur Ducatus, Comitatus, & limitaneus Ducatus, quem Marchiam appellat Hortensius, *tit. de feudo Marchiæ*, Gallico vocabulo vt putat Baro, *de feud. lib. 1. cap. 3.* Sed rectius à Germanico Marck / id est, limite, vt ex Pomponio Mela notat Vadianus, Steph. Forcat. *comm. feud. cap. 3.* Vt enim feudum regale dicatur, duo requiruntur, primum à Rege, id est, Imperatore inuestiri, secundo dignitatem esse regalem Duar. *in com. feudal. lib. cap. 4. nu. 7.* Schraderus *de feudis. par. 2. cap. 9. num. 3.* Dignitas autem † regia 8
Ducatus, Marchia, Comitatus, non dicitur proprie eo quod Duces, Marchiones & Comites Regibus sint pares, sed partim quod à Rege proxime descendit, *tit. de legib. Corradi*, vbi locũ plane Regium, de feudo regali esse ait Steph. Forcat. *in com. de feudis. c. 3. in pr.* Cuiac. *in tit. de inuest. Marchiæ.* & quod sit maior & excellentior Duar. *com. de feudis. ca. 4. nu. 6.* Hac generali significatione verbi regalis vtitur quoq; Antonius Contius, vir doctissimus, *in com. feudal. c. 3. vers. tertia diuisio* Feudum aliud regale, aliud non regale, regale appellat, cui dignitas regia accedit. Dignitates regis sunt, cum quis potest cudere monetam, iudices dare. Etiam vsus obtinuit Ducatum, Comitatum, Marchiam esse feuda regalia & cæteras dignitates quæ à rege cõferũtur, præter rem ob id reprehensus à Sixtino, *de regal. c. . . nu. 17.* Non enim is † feuda ac digni- 9
tates regias simpliciter & absolute, sed feuda ac dignitates regales scripsit. idẽ Baro, *de feudis. lib. 1. c. 3.* Duaren. *com. in consuet. feud. cap. 4. versic. tertia diuisio.* Wesenbec. *eod. tract. cap. 4. in secunda diuisione.* Non enim nouum est, vt genus species forma diuersissimas complectatur. Et Aristote. † *post. Analyt. cap. 14.* in diuisione 10
esse ἀντικείμενα ὧν μὴ ἐστὶ μεταξὺ, opposita in quibus non est medium. Simpliciter autem & præcise κατὰ μετωνυμίαν adiuncti (eadem ratione, qua Romani Saturnalia, Bacchanalia, & Neptunalia pro Festis, Saturno, Baccho, & Neptuno dicatis, & Græci volumen illud cæteris ἀντιπικώτερον contextum Codicis & Pandectarum compendiosiorem cõtinens, quod Leonem principem vel regem autorem laudaret τὰ βασιλικὰ dixerunt, quod idem ἑξηκοντάβιβλον à numero sexaginta librorum appellatur Ioan. Leunclaius

in Præfatione ad Synopsin *βασιλικῶν:*) duobus modis acceptum reperitur.

11 Primo apud Historicos † generaliter de prædiis ac aliis rebus ad Imperatorem pertinentibus tam corporalib. quam incorporalibus, feudalibus & allodialibus. Dedochinus Abbas relatus à Cuiacio in Tit. *quæ sint regalia: regalia*, inquit, *sunt ciuitates, Ducatus, Marchiæ, Comitatus, moneta, telonea, mercatus, Aduocatiæ, omnia iura centurionum, id est, villicorum, turres & villæ cum omnibus pertinentiis suis militia & castra*. Idem Abbas Vrspergensis citatus ab eodem Cuiacio ad constit. Friderici *de Pace tenenda feudor. lib. 5.* Laicam ait, ab Ecclesiis prohibens inuestituram & recipiens ab Ecclesiis, Ducatus, Marchias, Comitatus, Aduocatias, monetæ, telonea, cæterorumq; regalium quæ possidet summam. Eadem significatione legitur regalium verbum apud Sigonium *libr. 7. de regno Italiæ*, in Othone Magno pro prædiis ac dignitatibus Regiis: Erant autem inquit regalia dignitates & prædia, quæ Rex benemeritis ad arbitrium concedebat, dignitates vt Duces, Marchiones, Comites, Capitanei, Valuasores & Valuasini: Prædia vt vectigalia, telonea, portus, ripatica, pedatica, monetæ, piscariæ, molendina, salinæ, fluminũ vsus & omnis proficiscens ex illis prouẽtus, & quæ generis erant eiusmodi: Duces erant, qui Ducatum, Marchiones qui Marchiam, Comites, qui Comitatum à Rege in feudum acceperant, Capitanei qui à Rege aut Duce, Marchione, Comite, plebem, plebisve partem: Valuasores qui à Capitaneis, Valuasini, qui à Valuasoribus acceperant, quorum tres priores Capitanei Regis, reliqui Valuasores maiores, minores & minimi quoq; vocati sunt.

Stephanus quoque Forcatulus dignitates regales præcise regalia appellat *in com. de feudis cap. 3. nu. 7.* vbi cum etiam postquam feuda perennia esse cœperunt in Ducatu, vt & aliis regalibus illud obtinuit. Sic quoque in Decreto Ratisbonensi, Anno 1508. pro prædiis immediate ab imperio dependentibus accipitur in subscriptione: Johan Fuggern von Kirchberg vnd Weissenhorn / als Inhabern der Reichs Regalien der Herrschafft Mündelheimb: Id est, nomine Ioannis Fuggeri, tanquam Possessoris Regalium

Imperii

Imperii Baronatus scilicet Mundelheimii. Secundo † latissima 12
significatione omnia ad Imperatorem vel officii, vel quacunque alia ratione spectantia Regalium nomine interpretes appellant, Chassanæus *in Catalogo gloriæ mundi, par.5.consid.24.vbi 205.* Regalia enumerat.

Regalia quoque præsertim † ea, quæ maiora appellant reser 13
uata dicuntur Bald.*c.2.de officio delegati.* Spigelius *in Lexico, verbo Regalia, vocabulo à Canonistis mutuato.* Pro feudo autem regali contra ac Hotomannus sentit *in com.de feudis, cap.6.* in placitis feudalibus acceptum nusquam legitur, vt recte annotauit Sixtin. de *regal. cap.1. numer.8.* Adiectiue enim vsurpatum extra controuersiam latinum est. In oratione pro L. Agraria; nisi vt huius ex mediis mortis insidiis vita ad luctum reseruata, mors sepulchro patris priuata esse moneatur. Idem *in oratione pro Aulo Cluentio*: quæstio reseruata huic tempori.) Iacobinus de sancto Georgio *in verbis Princeps Pedemontium versic. vicesima septima specialitas.* Bart. *in l. imperium.n.17.de iurisd.om.iud.* Ibi quoq; Bal. Papæ reseruata refert gl. *in c. quod translationem, de officio legat.* Spec. *in tit. de legato. §. nunc ostendendum.* Rol. à Valle *consil.42.n.32.& 34.lib.2.* Cacheran. *decis. 29.nu.5.* Molin. *in consuet.Paris.tit.1.§.1.gl.5.verbo fiet.nu.55.* Surdus *consil.23.nu.18.* Peregrin. *de iure Fisci.lib.1.tit.2.nu.98.& 100.* κατὰ μάλιστα ... adiuncti † sic dicta, quod dispositione generali non conti- 14
neantur, sed excepta ac reseruata ipso iure esse censeantur, nisi expresse eorum fiat mentio *l.1. de officio eius cui mandat. est iurisd. §. fin. Nouell.89.* Bellugo *in Speculo Principum rubr.14.versic. nunc videamus.* Henning Goden. *consi.23.nu.8.* Mynsing. *consi.30. num. 6.& 7.* Wesenb. *consi.53.nu.11.* Sixtin. *de regalib. lib.1.cap.5.nu.76.* Grauett. *consi.895.nu 11.* Peregrin. *de iure Fisci.lib.1.rubr. de iis qui iura fiscalia habent.nu.75.*

In actis quoque Imperii † vocantur Keyserliche Hochheit vnnd 15
Reseruata. Decreto Ratisbon. Anno 1576. §. weiters seynd. versic. dardurch dann. Et Decreto Spirensi Anno 1570. §. neben angehörten. versic. alsdann auch. Licet immodicis illis Pontificum priuilegiis ideo reseruatorum appellationem tributam esse, vt intelligatur ipsum Papam ea sibi sumpsisse nullis legitimis suffragiis,

putet Conradus Lagus *in method. iuris par. 6 cap. 4 in prin.* Recte
16 quoque priuilegia † dicuntur regalia, circa quod tamen obser-
17 uanda est ὁμωνυμία vocis *priuilegii*, † quæ generalissima significatio-
ne comprehendit leges & constitutiones, quæ vel causæ & ge-
neri actionis, & rei certæ, vel certæ tantum personæ conceduntur *l. priuilegia, & l. in omnib. de reg. iuris.*

Proprie autem & in specie priuilegia constitutiones, quæ in personas singulas sunt conceptæ. quasi leges de singulis hominibus latas. Gell. *in noctib. Atticis, lib. 10. cap. 20.* De imperio Cnei Pompeii de reditu Ciceronis, & Cic. *l. 5. de LL.* Baro *in l. 1. de constit. principum.* Hoc sensu de priuilegiis loquitur Cicero *in oratione pro domo sua.* Leges priuatis hominibus irrogare, id est enim priuilegium. Idem *in oratione pro Publio Sexto.* vbi legem de proscriptione sua latam priuilegium appellat. Cur cum de capite ciuis & de bonis proscripti ferretur, cum & sacris legibus & 12. tabulis sancitum esset, neue priuilegium irrogari, neue de capite ciuis, nisi in Comitiis centuriatis rogari. Idem *in Paradoxo quarto.* Sed quid ego communes leges profero, quibus omnibus es exul. Familiarissimus tuus Cornificius de te priuilegium tulit. Idem *de proscriptione sua* loquens, licuit tibi ferre non legem, sed nefarium priuilegium. Budæus *in annotationibus priorib. ad posteriorem. de orig. iuris. l. legis virtus. de legib.*

Κατὰ μετωνυμίαν vero effecti pro facultate beneficio ac potestate iure singulari tributo Vlp. *in l. Princeps. de LL.* ibi: *Augusta autem licet legibus soluta non sit, Principes tamen eadem illi priuilegia tribuunt, quæ ipsi habent.* Sic quoque accipitur vox *priuilegij, in tit de priuilegiis creditorum.* Et in Codice, *de priuileg. dot. de priuilegio fisci. de priuileg. dom. Augustæ.* Baro *in l. 1. de constitut. principum.* Hoc sensu quoque tam publicarum, quam priuatarum personarum potestates priuilegia appellat Conrad. Lagus *meth. iuris. par. 6. cap 2. nu. 6.* Et passim interpretes ac toto fere commentario *in rubr. & l. final. de constit. principum.*

Quod autem diximus regalia priuilegiorum appellatione contineri, id non de priori, sed posteriori significatione accipiendum est.

Quod

Quod autem Schraderus citatus † à Sixtino, *de regalibus. lib. 1. cap. 1. n. 10. in consi. 18.* inter consilia Borcholten, verbum Germanicum Herrlichkeit/regalibus quoq; συνώνυμον esse dicit, quod & Sixtinus probat, *de regalib. c. 5. nu.* 108. certum est ex communi vsu loquendi, multo generaliorem esse eius vocis significationem, quã vt ad rem tantã, qualis est regia vel Imperatoria potestas restringi possit. Verba autem dispositionum omnium ad communem vsum loquendi referenda sunt. Imola *in c. inter corporalia. nu. 7. versi. Nota. quod in interpretatione. col. 2. de translat. Episc.* Iason *in l. stipulatio ista. §. hoc quoque. de verbor. obligat.* Fulnius Pacian. *consi. 27. num. 3. & 44.* Guido Papæ *quæst. 493. in princip.* Surdus *consil. 434. num. 16.* Imo communis vsus loquendi ipsa proprietate potentior est, *l. anniculus. & l. in vsu. de verbor. significat.* Alciatus *in eundem titulum ad rubricam, num. 18. l. librorum. §. quod tamen Cassius. de leg. 2. l. Labeo. de sup. legat.* Purpuratus *consil. 5. numer. 34. & consi. 606.* Decius *consil. 146. colum.* 1. Menoch. *consil. 566. num. 7.* Apud Gallos iura 18
quæ † Rex in bonis & patrimoniis Pontificum habet interim 19
dum alter in demortui locum substituitur & admittitur, regaliæ singulari numero appellantur à scriptoribus recentioribus Petr. Costalius *in l. de quib. de LL.* Arnulphus Ruzæus & Philip. Prob. *in tr. de iure regaliæ.* Petr. Greg. Tholos. *Syntag. iuris vniuersi lib. 15. cap. 12. nu. 25. & c. 38.* item *lib. 17. c. 8. nu. 1. & 2. 10. 11. 13. & 14.* Eo quoque numero hoc vocabulo vsus est Bonifacius *8. in c. generali in 6.* Sed verbo ab errore vsurpato, vt ait Budæus *in Annotationibus prioribus ad Pandectas: ad tit. de officio præfecti prætorio fol. 209.* vbi Regalia & in antiquis monumentis neutro genere vbiq; vocitari, & vt sic dicantur latinitatẽ exposcere ait, Græcorum more, qui Euangelia neutro genere & pluraliter dicant sacrificia & supplicationes quæ pro iucundo nuncio decerni solent, vel etiam mercedem allati iucundi nuncii.

Molinæus *in consuetud. Paris. tit. 1. de materia feudali. §. 27. numero 9. & 10.* vtroque genere vtitur. Et iura regaliorum Christianissimi regis sui, sic explanat: Quod, vt habent eius verba, in multis Ecclesiis Metropolitanis & Cathedralibus Regni sui earũ vacatione occurrente habeat ius percipiendi temporalia seu

fructus

fructus,vt vocant temporalium,qui ſunt quicunque fructus prædiorum,rerum & iurium quæ à laicis poſſideri poſſunt. Etiam ius pleno iure conferendi beneficia,tam dignitates, quam præbendas,quæ tempore vacationis Cathedralis Eccleſiæ reperiuntur in ea vacare de iure vel de facto,vel quorum vacatio occurrit,donec nouus Epiſcopus vel Archiepiſcopus iuramentum fidelitatis domino Regi præſtiterit, & ab eo inueſtiturā & leuatam manum obtinuerit, ratione bonorum temporalium dictæ Eccleſiæ à Rege feudaliter monentium. Quantum ad DEFINITIONEM
20 ſi † ad iura illa, quæ Imperatori Friderico, vt dixi, interuerſa ab Italis reſtituta referuntur *in ſup. d. cap. vnico quæ ſint regalia.* reſpiciatur,non aliter definiri poſſe ſtatuo, quam à me antea ſunt deſcripta *lib. 1. de iuriſd. Imperii Romani. cap. 4. num. 3.* Partem nimirum poteſtatis politicæ Principi vel Imperatori Romano, tanquam ſupremo magiſtratui tributā. Cum enim Imperii politici duo ſunt principalia membra,iudiciaria nimirum & imperatoria poteſtas eique acceſſoria munerum indictio, & omnia quæ *d. c.* enumerantur, ad dicta duo membra recte referantur; merito genere partis nimirum poteſtatis politicæ contenti fuimus.

Si vero ſtatum præſentem ac iura omnia, quibus imperii iure fruitur Imperator, conſideremus, latius aliquanto ſic recte definitur: Pars poteſtatis politicæ, & alia iura Imperatori Romanorum, tanquam ſupremo magiſtratui competentia. Genus itaque poſui duplex, partem poteſtatis politicæ & alia iura. Etſi enim regulariter vnius rei ſit vnum genus, fit tamen quandoque vt & duo ſint genera vnius non ſubalterna. Non enim omnia genera ſimplici voce explicari poſſunt, itaque ſæpe ex duobus fit vnum genus. Ideo autem vt paria ſint definitionis & definiti momenta, duo genera poſui, quod non omnia Imperatori tributa ad poteſtatem politicam quam *ἀρχὴν πολιτικὴν κυρίαν δύναμιν*, & *κυρίαν πάντων* Plato & Ariſtoteles: Imperium Cicero & alii latinæ linguæ au-
21 tores appellant, referri poſſint. Verbis autem † partem poteſtatis politicæ regalia diſcernuntur primo à poteſtate vel imperio politico in genere cum quo ea imperite plerique confundunt. Bartolus, Iaſon & Baldus *in l. 3. de iuriſdictione.* quod ſequitur Sixtinus

nus *de regalib. lib. 1. cap. 2. num. 6.* eadem ratione, quæ est Ditoni ad Diapason.

Secundo † ab eadem potestate vni tributa, quam quod regii 22
imperii numeros omnes complectatur παμβασιλείαν appellat Philosophus *polit. libr. 3. cap. 14.* ὅταν ἦ πάντων κύριος εἷς ὢν, id est, vt vertit Antonius Montecatinus, cum rerum omnium communium vnus, qui sit summam habet potestatem *in Scholiis textus 110.* ita explanat, rerum omnium, ergo plenam si summam qualemcunque quælibet gens & ciuitas, antequam vlli subiiciatur habet, certe liberam, & à se omnino dependentem. Etsi enim olim Principes Reges Romani fere παμβασιλείαν: Gens quoque Carolina bello subacta Italia & Germania Despoticum magis imperium, quam politicũ obtinuerit: Ea tamen † extincta Respublica statum su- 23
um recepit, & formam Aristocraticam amplexa est, ita vt à tempore Henrici sancti, qui & Claudus vsurpatur, Regibus non iure hæreditario, sed Ordinum siue optimatum liberis suffragiis imperandi potestas, certis limitibus circumscripta, sit delata.

Hanc formam † gubernandi βασιλείαν κατὰ νόμον vocat Aristote- 24
les *lib. 5 cap. 16. in princ.* quæ non certam ac peculiarem Reipublicæ speciem, sed vel sub Aristocratia, si ab optimatibus, vel Democratia, si ab vniuerso populo eiusmodi creatur, magistratus regius comprehenditur.

Quantum † ad alteram generis partem verbi iuris variæ sunt 25
significationes, quas erudite collegit Donell. *com. iuris ciuil. lib. 1. cap. 3.* Hoc autem loco non proprie, sed μετωνυμικῶς accipitur pro potestate siue publica, siue priuata Cæsari à iure tributa.

Formam Regalium exprimunt verba, Romanorum Imperatori, tanquam supremo Magistratui concessa. Quorum prioribus vi & natura numeri singularis, *c. gaudemus. de diuortiis. & in extrauagant c. vnam sanctam. circa finem. de maiorit. & obedientia.* Imperatorum Romanorum Regalia discernuntur. Primo, à reliquorum Imperii optimatum indiuisa cum imperatoria potestate politica: Ex quo sequitur cum hoc † tempore ius vectigalium 26
instituendorum & augendorum, item iura cudendæ monetæ non ad solum Imperatorem, sed simul ad Electorum dispositio-

nem ſpectent, vt de iure vectigalium diſerte patet ex legibus Cæſari in creatione dictis, quas vulgo Capitulationem vocant. Sleidanus *de Caroli V. Capitulatione li. 1. Anno 1519*. Et pactis ſimilibus inter Rudolphum defunctum Imperatorem, & Electores initis Ratisbonæ Anno 1575. hæc continentur: Cum natio Germanica & Imperium Germanicum, hoc tempore terra marique maximis prematur difficultatibus, nemini impoſterum ius nouorum vectigalium inſtituendorum concedemus, abſque ſingulari conſilio conſenſu & permiſſu antedictorum Electorum, vt ſæpe antea indicauimus. Ideoq; ſi quis vel nouorum inſtituendorum vel augendorum Teloniorum ius à nobis petierit, nemini ſpem vllam eorum obtinendorum faciemus, nec literas commendatitias ad dictos Electores dabimus: Wir ſollen vnnd wöllen auch inſonderheit / dieweil Teutſche Nation vnd das Römiſche Reich / zu Waſſer vnd zu Lande / zum höchſten verderbet / beſchweret / nun hinführo keinen Zoll von Newem geben / noch einen Alten erhöhen laſſen / ohne beſondern Rath / Wiſſen / Willen vnnd zulaſſen der bemeldten Sechs Churfürſten / wie vor vnd offt gemeldet. Vnd da jemandt bey vns vmb Newe Zolles Begnadigung / oder Erhöhung der Alten / vnd vor erlangten Zöllen ſupplicirn / vnnd anlangen würde: So ſollen vnd wöllen wir jhme keine Vertröſtung / promotoriales, oder vorbittliche Schreiben nicht geben / oder außgehen laſſen. Item Decreto Ratisbonenſi Anno 1576. §. Weiters ſeynd. & §. Dardurch dann. §. Derhalben. De iure monetæ ex poteſtate regia ad Ariſtocraticam rationem redacto d. Capitulatione diſerta eſt diſpoſitio in §. Wir ſollen vnd wöllen auch / hinführo ohne Vorwiſſen der Sechs Churfürſten / niemandts weß Standtes / oder Weſens der ſey / mit Müntz-Freyheit begaben / oder begnadigen: Id eſt, nemini inpoſterum, cuiuſcunque ſit ordinis & conditionis ius cudendæ monetæ concedemus. Vtrumque continetur pactis ac legibus Imperatori præſenti ab Electoribus dictis in creatione Francofurti, Anno 1612. die 16. Iunii. Quibus nihil derogant, quæ à Sixtino *de regalib. cap. 2. num. 41.* pro tuenda priore ſententia denuo inculcantur ex allegato decreto Ratisbonenſi, Anno 1576. §. Weiters ſeynd. §. Dardurch. & §. Derhalben.

Dictus

Dictus enim §. Weiters ſeynd: diſerte contrarium diſponit, nempe quod vectigalia abſque conſenſu Cæſaris & Electorum Imperii nec noua inſtitui, nec vetera augeri poſſint ac debeant. Ea autem † natura eſt iuris Regii & Monarchici, vt ad ſolum Regem, non etiam ad optimates vel populũ ſimul pertineat, quemadmodum regalia omnia *in d. cap. vnico, quæ ſint regalia*. Idque ſibi ipſi contrarius Sixtinus ante affirmauit *lib. 1. cap. 2 num. 4.* his verbis: licet omnia regalia, quæ ſoli ſupremo Principi competunt. Vni autem ſoli, & non vni ſoli, ſed pluribus competere contradictoriæ ſunt, quarum ea natura eſt, vt ſimul veræ eſſe non poſſint, ſed poſito aiente negans, & poſito negante aiens tollatur. 27

Quod autem in ſeq §. Dardurch/ dicitur, daß die Zölle zu jhrer Keyſerlichen Mayeſtät/ Hochheit vnd Reſervaten gehörig: Id ad §. præcedentem, in quo ius Principis & Electorum, quo ad hoc plane exæquantur, ita trahendum ac temperandum eſt, vt non de toto iure ſoli Imperatori, ſed parte ſaltem indiuiſa relicta in inſtituendis vectigalibus intelligatur: Idque verba ſequentia ipſa hanc generalem definitionem reſtringentia à Sixtino omiſſa: Dann auch ſo wol zu vnſer Keyſerl. als auch der Churf. Reputation Veracht-Schmälerung vnnd Abbruch: & §. *ſeqen.* Dann in dieſem / auch vnſere / vnnd der Churfürſten Reputation / zu keinem Veracht-noch Schmälerung gerahte: id eſt, quod inſtitutio vectigalium propria autoritate ab ordinibus facta non ad Cæſaris tantum, ſed Electorum quoque exiſtimationis læſionem ac diminutionem pertineat, diſerte oſtendunt. Aliud eſt autem κυρίως aliud κατά τι λέγεσθαι, vt ait Philoſophus, proprie & ſimpliciter, vel ſecundum quid dici.

Secundo iiſdem verbis diſtinguuntur ab imperio & poteſtate reliquis Regibus κατὰ νόμον tributo. Regalia enim, de quibus hic agimus ſoli Imperatori Romanorum competunt, vt recte quoque poſt Baldum, Iſerniam, Aluarottum *in c. quæ ſint regalia*, Curtium iuniorem *de feudis, part. 2. de feud. laicorum*, & alios ſentit vir doctiſſimus Hermannus Vulteius *com. de feudis. lib. 1. cap. 5. num. 6.* vbi ideo regalia dicta eſſe ait, quod ſoli Regi competant, quem in textib. feudalibus interpretamur Imperatorem. Et paulo poſt: ſi de iure

loquamur, reuera non nisi Imperatori competunt: Et *ibi* regalia
28 definit iura ad solum Imperatorem pertinentia. Non † enim vt ἐν ταῖς παμβασιλείαις eadem ac certa κυρία πάντων, sed diuersa in omnibus regnis κατὰ νόμον, quibus regum potestas non absoluta, sed certis limitib circumscripta fuit, iura principum fuerunt. Sic regni
29 Heroum † tempore regalia fuerunt imperium bellicum, iura rerum diuinarum & iurisdictio Aristot. *polit.3. cap. 14.* In Laconum Republica vt foris obtineret imperium bellicum & domi curam rerum diuinarum Aristot. *eod. cap.* In regno veteri Romano Regis erat cura rerum diuinarum, custodia legum, iurisdictio in causis maioribus, imperium militare, Senatus & populi consilii habendi causa conuocatio, proinde sententiæ dictio & suffragiorum collectio & conclusio eius, quod pluribus placuisset, cura pecuniæ publicæ. Ex Liuio & aliis Romanæ historiæ scriptoribus Ioachim. Hopperus Frisius *de vera iurisprudentia, libr. 7. tit. 2. in fine.* Nicolaus Cruchus *de comitiis Romanor. lib.3. ca.2. in pr.* Anton. Augustinus *de LL. & SC. in l. regia. in fine.*

Nec par semper in Imperio Romano fuit Principum potestas. Et hoc tempore alia Imperatoris, alia Regis Galliæ, alia Hispaniarum, alia Angliæ, alia Daniæ, Hungariæ, Poloniæ Regum iura: Ducum item Venetorum, quos nulla nominis habita ratione inter reges κατὰ νόμον non inconcinne refert Buchananus *de iure regni apud Scotos.* Ac de REGNO HISPANIÆ, quod hodie inter παμβασιλείας vulgo numeratur, refert Mariana Hispanus *lib. 1. de Rege & Regis Institutione. cap. 9.* eius proceres olim quo reges intra modestiæ & mediocritatis fines continerent, ne se nimia potestate efferrent, vnde publica pernicies existeret, multa sapienter ac præclare sanxisse. Et in his prudenter quod nihil maioris rei sine voluntate procerum & populi sanctum esse voluerunt: eoque consilio delectos ex omnibus ordinibus ad conuentus regni Pontifices tota ditione proceres & procuratores ciuitatum euocare moris fuisse, idq; etiam hoc tempore in regno Arragoniæ & aliis Prouinciis retentum esse.

REGIS GALLIÆ Regalia propria refert Pet. Greg. Tholosan. *Syntag. Iuris vniuersi. lib. 47. cap. 20. in fin.* Indulgentias crimi-

num.

num, restitutiones in integrum & alia, quæ à magna Cancellaria, vel ab aliis officiis æquitatis impetrari debent, nomine Regis.

Verissime quoque scriptum est ab Hostiense *in summa. de censibus. num 9.* legem regiam, quæ de solius Imperatoris Romani potestate lata est, ad Regem Franciæ minime pertinere, vnde eum pedagia concedere ac Monetam mutare non posse infert, nisi eadem potestas quæ principi à populo Romano, Regi Franciæ à Repub. Gallica tributa ostendatur.

Ex quo † erroneum apparet, quod ex Lancellotto (qui tamen 30
Regalium loco citato nullam facit mentionem) affirmat Sixtinus regalia esse iurisgentium. Etsi enim Regnorum & Rerumpublicarum institutiones recte ad hoc ius referuntur, *l. ex hoc iure. de iustit. & iure.* Constitutionem tamen feudorum de regalibus mere ciuilem & ad ius publicum tantum Romanum, nec quicquā † ad alios reges, qui iure electionis longe aliud & plenius ius 31
regium, quod ἀρχὴν siue κυρίαν πάντων, vt ante diximus, appellat Philosophus, cōsequuntur pertinere, ex ipsa iuris ciuilis definitione manifestū est. Frustra ergo in iure nostro de Regum omnium fidelium vel infidelium potestate & imperio disputatur. Leges enim Imperiales ad subditos tantum Imperii non vniuersaliter diriguntur, vt loquitur Iacob. Antonius Marta, Neapolitanus *in tract. de iurisd. inter iudicem Ecclesiasticum & laicum exercenda, par. 1. c. 1. num. 16.*

Multo † vero ineptius ac plane ἀπολίτευτον est, quod regalia ha- 32
bere, & Reges quoque dici affirmant, liberas ciuitates siue Resp. qualis est Venetorum & Genuensium in Italia, item Heluetiorum ac Rhætorum. Bartol. Abbas, Decius, Decianus, Roland. à Valle, & alii citati à Sixtino *de regalib. cap. 4. num. 73.* Cum regalia sint certa ac limitata quædam iura regibus κατὰ νόμον solummodo concessa: Liberæ vero Respublicæ siue Democraticæ, siue Aristocraticæ, ex societate ciuili integram ἀρχὴν siue imperium politicum, quod longe plura & ampliora, quam quæ regalibus annumerantur complectitur, obtineant.

Verbis Tanqvam supremo magistratui regalia sepa-

rantur ab aliis iuribus principi cum aliis priuatis communibus. Quædam enim vt loquitur Lancellottus *in templo Iudicum. libr.1. cap.1.§.4 de præstantia Imperatoris.num.9.* Principi concessa sunt in signum supremæ potestatis subiectionis & superioritatis, & vniuersalis dominii, quædam vero in signum singularis priuilegii superioritate excepta. Nec vt recte scriptũ est ab Andrea Knichio amico meo, *de sublimi ac reg o territorii iure.ca.1.nu.341.* omnia quæ Princeps potest, inter regalia referenda sunt.

33 REGALIA † alii aliter definiunt. Et † primo Ioannes Bor-
34 cholten *inc. vn. quæ sint regalia*, ea sic describit: Regalia sunt iura, quæ Imperatori Romano concessa sunt in præmium immensi laboris, quem pro Republica sustinet: Aliter Sixtinus *de regalib. li. 1.cap.1.num. 14.* Regalia esse iura, ei qui superiorem non recognoscit, vel cui concessione aut præscriptione, cõsuetudine ve quæsita sunt, competentia ad salutem & decus Republi. constituendum.

Borcholti descriptio primo in eo peccat, quod regalium vniuersorum genus γενικώτατον adhibet, cum respectu potissimæ partis appareat genus proximum à nobis positum. Deinde verbis Romanorum Imperatori latior definitio sit definito, quod quædam competant Imperatori priuilegia & iura, quæ cum supremo principis magistratu nihil habeant commune. Deinde redundant verba in præmium immensi laboris quem pro imperio sustinet. Finis enim tanquam causa externa ad definitionem, quę constare debet ex causis essentiam rei constituentibus, nihil pertinet.

35 Eiusdem generis quoque est Sixtini descriptio. Etsi enim per verbum iura solum expressa materia regalium breuior videatur: Stulta tamen vt Aristoteles monet *in Rhetoricis*, breuitatis est affectatio, nisi quantum satis est adhibeatur. Nam & tum breuis est definitio teste Cicerone, cum tantum verborum est, quantũ necesse est. Item autem fiet si ex proximo finitimum quantum fieri potest genus sumatur.

Per verba, qui superiorem non recognoscit, imparia definitionis, ac definiti dupliciter efficiuntur momenta, præterque enim

enim quod à natura Reipublicæ Aristocraticæ, qualis est hoc tempore quoque imperium Romanum, alienum est, magistratum quantumuis summum non agnoscere superiorem: Exterorum regum ac principum iura ad Imperii nostri constitutiones, nihil attinere, in definitione nostra iam expositum est.

Modi autem acquirendi & transferendi regalia, concessio & præscriptio tanquam causæ efficientes: & finis, decus & salus Reipublicæ, nihil pertinent ad definitionem, quæ est instrumentum significandi conceptum quidditatis & vt ait Aristoteles λόγος τοῦ τί ἐστι *Analyt. lib. 2. ca. 19.* Et *Top. lib. 7. cap. 3.* Oratio quæ declarat rei quidditatem. Et oportet ea quę in definitione tribuuntur etiam in quæstione quid est res, sola attribui, κατηγορεῖσθαι δὲ ἐν τῷ τί ἐστι τὰ γένη καὶ διαφοραί: Attribuuntur autem in quæstione, quid est genus & differentia. Genus enim & forma solæ sunt causæ essentiam rei constituentes. Ex iis autem causis definitionem constare oportet, ex quibus essentia rei constituitur, Zabarella *ad lib. 2. post. Analyt. cap. 7.* non causis externis & à re alienis & diuersis quales sunt causæ efficientes & finis Zabarella *d. loco.* & Francisc. Toletanus *in c. 4 lib. 2. post Anallyt.*

Ac præterquam, quod modi acquirendorum regalium à Sixtino positi, aliis quoque rebus & iuribus transferendis sint communes (quamdiu autem commune aliquid attingitur non fit definitio, vt est apud Platonem *in Theateto* ὡς ἄρα τὴν διαφορὰν ἑκάστου ἂν λαμβάνῃς ᾗ τῶν ἄλλων διαφέρει λόγον, ὥς φασί τινες λήψῃ: Id est, vt vertit Ianus Cornarius: Quandiu vnius cuiusq; differentiam acceperis, qua ab aliis differt, λόγον velut quidam aiunt accipies. Et Aristot. *Top. lib. 6. cap. 12.* ἴδιον γὰρ καὶ οὐ κοινὸν δεῖ τὸν ὁρισμὸν εἶναι, propriam & non communem oportet definitionem esse) ambiguitatis quoque & obscuritatis item redundantiæ vitio laborat propter verbum † 36 consuetudinis, cuius in iure quoque varii sunt acceptus. Primo enim generali conceptu pro more & instituto siue vnius sit, siue plurium, *l. si seruus. § fin. de legat. 1.* ante omnia patris ipsius familias consuetudo, deinde regionis in qua versatus est, exquirenda est, & *in l. 1; 2. de V. S.* Anniculus amittitur, qui extremo anni die moritur & consuetudo loquendi ita esse declarat. Secundo, κατὰ

συνεργ

συνεκδοχὴν generis pro facto plurium ad ius aliquod publicum sine scripto introducendum accipitur, *l. de quibus. de LL.* De quibus causis scriptis legibus non vtimur id custodiri oportet, quod moribus & consuetudine introductum est. *l. sed & ea. eod. tit.* ibi: quæ longa consuetudine comprobata ac per annos plurimos obseruata.

Tertio, pro longa possessione ac præscriptione, *l. 1. §. fin. de aqua plu. ar.* Sane cum & in seruitutibus hoc idem sequimur, vt vbi seruitus non inuenitur imposita, qui diu vsus est seruitute, neque vi, neque clam, neque precario habuisse longa consuetudine veluti iure impositam seruitutem videatur. Verbis hisce longa consuetudine æquipollet. *§. ductus. l. 3. de aqua quot. & æst.* Ductus aquæ cuius origo memoriam excesserit iuris constituti loco habetur. Idem *in l. venditor. §. fin. com. præd.* ibi nisi talis consuetudo in illis lapidicinis consistat, vt si quis voluerit ex his cædere, solitum pro hoc salarium domino præstet.

Eadem significatione acceptum legitur in rescripto Innocentii Papæ 3. *in cap. super quibusdam. §. præterea. de V. S.* Comitem Tholosanum quo vetat, ne pedagia, guidagia & salinaria à suis exigat, nisi Imperatorum, Regum, vel Lateranensis concilii largitione ipsi permissa, vel tanti temporis cõsuetudine hominum memoria vetustior quæsita: vbi verbum consuetudinis non proprie, sed pro præscriptione, qua iura regalia Imperatori auferri, & priuato applicari permittitur, intelligitur, vt eleganter hunc locum explicat Connanus *com. iuris ciuil. lib. 1. cap. 10. num. 7. & 8.* Sicque accipi hic vocem consuetudinis probant loca à glossa adducta ex *l. hoc iure. §. ductus. de aqu. quot. & æst. l. 1. §. fin. de aqu. plu. arc.* quæ non de iure moribus introducto, sed de modo per longam possessionem acquirendi loquuntur. Sic etiam consuetudinis vocabulo vtitur Baldus *in rubr. de rer. diuis. col. 1. circa finem.* relatus ab Aretino *in §. flumina. Instit. eod. tit.* vbi dicit Venetos & Ianuenses sua maria habere distincta ex longa consuetudine. Item Pet. Gregor. Tholosanus *Syntag. iuris vniuersi. lib. 4. cap. 15. nu. 3.* consuetudo (id est præscriptio) quæ initii memoriam non habet, aquæ ductum ex publico sustinet, per *d. l. hoc iure. §. ductus aquæ. de*

*aqu. quot. & aest.* vt & accipitur *in l. 1. C. quae sit longa consuetudo.* ibi: Nam & consuetudo praecedens & ratio, quae consuetudinem suasit, custodienda est, *cap. mos est. distinct. 1. item cap. consuetudo, 12. distinct.*

Tertio, (quae nobilissima & frequentissima verbi significatio est,) *μετωνυμικῶς* causa pro effectu sumpta, pro iure tacito consensu populi introducto accipitur, *in d. l. de quibus. § inueterata. de LL. & §. ex non scripto. Instit. de iure nat. gent. & ciuili.* Vbi, inueterata enim consuetudo pro lege accipitur, *& l. diuturna. & l. cum de consuetudine. eod. tit. de legib. tit. & l. 1 §. & ne quid. l. consuetudinis. C. quae sit longa consuetudo. cap. consuetudo 1. distinct.* Consuetudo est ius quoddam moribus introductum: toto item titulo 10. *& in 6. de consuetudine.*

Consuetudinis autem verbum pro praescriptione vel vsucapione & praescriptione per Metaphoram vsurpatur, similitudine ducta à paritate vis & effectus, item temporis ad vtramque inducendam & complendam necessarii, licet alias complures inter eas sint differentiae, quas post gl magnã *in verbo legitime. de consuet.* & Hostiensis *in summa, eod. tit. § fin.* prolixe explicant Balbus *tract. de praescript. 1 part, prin. versi 10. & vlt.* Zas. *in l. de quib. ff. de LL.* Connan. *com. iur. ciuilis. lib. 1. c. 10. n. 8,* Crauet. *in tr. de antiqu. tempor. part. 4.*

Ex quibus hae sunt praecipuae, quod primo genere ipso differant: consuetudo enim est pars iuris publici, praescriptio autem modus acquirendi vel transferendi iuris priuati, quae ius nouum quaerenti adiungit. Secundo effectu: praescriptione enim ius nouum quaerenti adiungitur & detrahitur alteri. Consuetudo vero nihil habet eiusmodi, cum eos tantum legibus suis impleat, à quibus ipsis constituitur, quorum moribus & consensu perficitur. Connan. *com. iur. ciu. libr.* 1. *cap.* 10. *nu.* 5. vel vt ait Duaren. *tit. de LL. capit. 11.* de consuetudine ius publicum est ex consuetudine, ius hominis priuati ex praescriptione. Tertio ratione subiecti: consuetudo tantum potest fieri earum rerum, quarum inducentes habent potestatem. Nec enim aduersum ius naturale lex nec consuetudo, nec contra ius cõmune Regni vel Regis introduci

H potest,

potest. Connan. *d.lib.1.cap.10 num.7*. Vel vt loquitur Bart. *conf.136. incip. Capitaneus in fine*. & Alex. *consi.173.colu.fin. versi. vltra prædicta. libr. 6*. Consuetudo tantum consideratur in his super quibus populus inducens consuetudinē possit inducere. Crauet. *in tract. de antiq temp. part. 4. num.13*. Cum itaque iure præsente Reip. statu, neque populus, neque ipsi principes & optimates, qui nunc soli excluso populo reliquo, participes sunt imperii, nec legem vniuersalem condere, nec priuilegia date possunt, sed illarum potestas penes vniuersum collegium, horum vero ad solum principem spectet, consuetudinem quoque de his inducere non posse haud ambigitur. Ex quibus male tam in definitione quam modis acquirendorum regalium consuetudinē referri manifestum est.

37 Vt autem totius imperii † politici duæ sunt partes, potestas nimirum iudiciaria, & imperatoria, eiq; adminicularis munerū indictio. Sic quoq; membri huius ad eundem finem contendentis eadem est partitio. Vt nimirum quædā ad νομοθεσίαν, ac δικαιοδοσίαν, quædam ad belli gerendi potestatem, quædam Fisci compendia ac munerum tam realium, quam personalium indictionem per-

38 tineant. Interpretes hæc omnia duobus capitibus † comprehendunt, & quædam maiora quædam minora regalia appellant. Maiora quæ ad summam principis autoritatem pertinent, Matt. de Afflict. *in cap. vnico, quæ sunt regalia*. Iacob. de S. Georg. *de feud. super verb. Princeps Pedemontium. vers. sed princeps*. Minora definiunt ea, quæ ad Fiscum Imperatoris spectant. Minora pleriq; arbitrantur quæ *d.c. vnic.* cōprehenduntur. Borch. *d.c. quæ sunt regalia*, quæ nō ad Fiscum solummodo Imperatoris, sed etiam ad supremā eiusdem potestatem in genere spectent. Nunc institutam distributionem persequemur, hac adiecta distinctione, quod quædam olim, quædam hoc tempore in vsu sint regalia.

39 Olim plura, quæ nunc † in desuetudinē abierunt, Imperatori attributa in iure & apud interpretes passim leguntur, & quidem de legum vel vniuersalium vel particularium ferendarum potestate hæc: Quod solus Princeps vniuersalem legem condere possit, *l. fi. §. pen. C. de legib.* ius cudendæ monetæ. *l. C. de falsis monet. l. sacrilegii. §. 1. ad leg. Iul. pecul*, Sixtin. *de regalib. c. 9*. Soli quoq; Principi auto-

autoritas belligerendi competebat. *l. vnica. C. vt armorum vsus inscio Principe interdictus sit. lib. 11.* Et vt solus crearet Magistratus *d. c. vnico: quæ sunt regalia.*

Hæc & alia quam plurima, partim ad supremam Principis autoritatem, partim ad Fisci compendia pertinentia copiose enumerat Bald. *in l. rescripta. C. de precib. Imper. offer.* & Ioan. Platea *in l. contra. C. de re militari, lib. 12.* Restaurus Castaldus *in tract. de Imperatore.* Chassaneus *in catalog. gloriæ mundi. par. 5. consideratione 34.* Lancellot. Conrad. *in templo iudicum, lib. 1. cap. 1. de Imperatore.* Sixtin. & Borchol. *in tit. quæ sint regalia.* Verum ea quod pleraque cum ipsa forma Reipublicæ ab vsu recesserint, persequi, nostri non est instituti. Eorum tamen, quæ præsente imperii statu adhuc sunt in vsu, quædam referemus.

Quorum primum est, quod totius † ἀρχῆς πολιτικῆς semissem 40
non discretam, sed indiuisam cum cæteris imperii optimatibus habeat Imperator, alteram semissem reliqui ordines quoque οὐχ ὡς ἕκαστοι ἀλλὰ πάντες nō vt singuli, sed vt vniuersi obtinent, vt de Populari imperio ait Aristot. *politic. lib. 4. cap. 4.* Secundum, quod solus habeat priuilegiorum ac dignitatum collationem, ad famam & honores vel natales restitutionem, idque non tantum per se, sed & aliis vt Comitibus Palatinis committendi facultatem habet, cum dignitate comitum Palatinorum, vel seorsim, ius quoq; erigendarum scholarum publicarum, quas Academias vel Vniuersitates appellamus. Raphael Cuman. *consi. 162.* Barbat. *in c. per translationem. de offic. delegati.* Bald. *in l. 2. C. de seruitutib. & aqua.* Zasius *de feud. par. 5. num. 4.* Schneid. *de feud. tit. qui feud. dare possit. pag. 14.* Sonsbecc. *de feud. par. 8. num. 109.* Sixtin. *de regal. cap. 2 num. 21.* Decreto quoq; Spirensi, Anno 17. §. Nach dem auch. Statibus nullam dum in imperii comitiis sessionem sortitis, Cæsarem citra imperii alteriusve præiudicium de loco conueniente prospicere posse, statuitur, Petr. Denais. *iuris Cam. tit. 287. ver. sessio. nu. 3.* Item Principes exteros sine permissu Cæsaris copias in imperio conscribere non posse d. decreto Spirensi, Anno 70. §. Dieweil dann solcher. Pet. Denais. *iuris Cam. titul. 19. verb. militum delectus. numer. 17.* Idem quoq; publicæ securitatis tabulas fecialib. ac le-

gatis seruata antiqua formula pro imperiali autoritate tribuere solet. Bodin. *de Repub. lib. 2. cap. 6. fol 220.* De iudicio quoque ROTWILENSI dispositio omnis penes solum est Imperatorem, Max. 2. *in præfat. ad renouatam ordinationem dicti iudicii Rotvvil. & part. 1. tit. ac par. 2. tit. 5. in pr. & tit. vlt. §.* Doch in diesem. Quam autem iuris reddendi potestatem Imperator hoc tempore habeat, *lib. 2. ti. 2. c. 4* explicabitur.

De minoribus regalibus, quæ ad Fisci commoda referuntur, & aliis quæ enumerantur *in ti quæ sint regalia*, Imperator hoc tempore ferme nihil possidet, sed vel per viam contractus Feudalis aut priuilegii expressi vel præsumpti principibus ac optimatibus singulis in territoriis suis concessa sunt, salua tamen ac reseruata principi suprema iurisdictione. Rol. à Valle *consil. 1. nu 115.* Alex. *consi 87 in fin. lib. 6.* Borcholt *in c. quæ sint regalia. num. 19.* Nisi quod redditis commissariis Cæsaris & Visitatoribus de Fisci Cameralis reditibus, rationibus, de reliquis nisi quantum vnius anni necessitas exigit, Cæsaris disponendi sit arbitrium. *Ord. part. 1. tit. 16.* Pet. Denaisl *iur. Cam. tit. 133. §. vlt. num. 1.* de vectigalibus diximus supra *num. 26.*

Cætera ad Cæsaris & Ordinum omnium indiuiduam & collegialẽ, vt sic loquamur, vel vt de iure vectigaliũ & cudendæ monetæ iam explicauimus, ad Imperatoris & Electorũ dispositionẽ redierunt, vt & extraordinaria ad expeditionem militarem imperii, vel alios vsus publicos collatio, quæ non, nisi in Comitiis Cæsaris & Ordinum consensu indici potest.

Quibus loco veteris creationis magistratuum Iudicis & Adsessorum Cameræ constitutio quoq; accenseri potest, quæ à Cæsare & Ordinib. coniunctim fieri debet, iuxta dispositionem *ordinat. lib. 1. c. 1. & 2.*

Præcipuum igitur, quod hoc tempore ad priuatum solius Imperatoris Romanorum commodum pertinet, est de Ducatibus, Comitatibus, Baronatibus ac aliis rebus omnibus Coronæ imperiali ἀμέσως Beneficiariis disponendi arbitrium; Creato enim Cæsare, Principes omnes, Comites, Barones ac reliqui Vasalli, &c. inuestituræ renouationem ab eo petere coguntur. Idem quoque

que iuris est mortuis vasallis siue politicis siue Ecclesiasticis. Successores enim siue iure sanguinis, vt Duces, Marchiones, Comites, Barones, Nobiles & alii politici, siue per electionem, postulationem, vel aliis modis, quibus beneficia ac dignitates ecclesiasticæ conferuntur, defunctis subrogentur, intra annum à tempore successionis vel subrogationis in aula Cæsaris petita inuestitura fidelitatis iuramentum præstare tenentur. Feuda tamen vacantia vel aperta vt nemini conferat, sed in Fiscum vel patrimonium publicum referat, quod incorporare appellat Imperator, *in tit. C. de bon vacantib.* pactis inter Cæsarem & Septemuiros conuentis continetur, vt de legib. Carolo V. in creatione dictis refert Sleidan. *lib 1. rerum An. 1519 gestarum.*

His etiam annumeratur, quod de Priuilegio † aurea bulla 41
bullato, Cæsari à Pontifice indulto commemorat *Speculator titulo. de præbend. paragr. & restat.* Quod in qualibet Alemanniæ Ecclesia, vnum vt ait, recipi iubere possit. Quod ius precum primariarum appellant. Et Augustæ quoque competit, *l. Princeps. de legib.* Preces † primariæ ideo appellatæ, quod vt ait Abbas Vr- 42
spergensis in vita Ottonis IV. quod consuetudo esset Imperatorum, vt hilariter & prompte beneficia seu Ecclesias conferrent primo petentibus. Speculatoris † solius autoritatem licet non 43
addat, quo tempore & à quo Pontifice sit concessum hoc priuilegium, omnes qui precũ eiusmodi meminerunt sequuntur. Io. Andreas *in addit. ad Speculatorem d. tit. & §. in verbo fuit.* Bursatus *consil. 126. num. 39.* Boer. *decis. 32. num. 8.* Rota *decis. 841. incip vtrum liceat. in prin. in antiquis.* Archidiaconus *in c. 2. de præb.* Ioan. Ferald. *in tract. de iurib. & priuilegiis Francorum.* Restaurus Castald. *de Imperatore quæst. 100 num. 15.* Gail. *obs. vlt. lib. num. 7.* Verum rem † aliter 44
se habere, & non beneficio Pontificum: sed quod more à maioribus accepto, non pro aliquo recipiendo intercessionem, sed ius ipsum conferendi beneficii primo vacantis habeat Imperator, ostendunt exempla eiusmodi precum tempore Imperatorum Caroli IV. & Rudolphi I. datarum, quarum primũ refertur à Goldasto *in statutis & rescriptis Imperialib. fol. 342.* alterum constit. Imperial. *tom. 3. fol 44.* quod sic habet:

45 *CAROLVS † Dei gratia Romanorum Rex, semper Augustus & Bohemiæ Rex, honorabilibus Præposito & Conuentui Canonicorum regularium monasterii in Reuengersburch Ordinis Sancti Augustini, Moguntinæ Diœceseos, deuotis nostris dilectis, gratiam regiam, & omne bonum. Assumpti diuinitus, quamuis insufficientibus meritis, ad culmen regiæ dignitatis, libenter personas Ecclesiasticas promouemus, ipsisque gratiam à Deo collatam gratiosius impartimur. Cum itaque nobis tam de iure, quam antiqua & approbata consuetudine à Diuis Romanorum Imperatoribus & Regibus Prædecessoribus nostris hactenus obseruata, competat, quod ex Coronationis nostræ solennibus ad Romanorum Regnum, quæ in nobis nutu diuino dudum sunt completa, in quolibet monasterio in Imperio constituto, vnam tantum personam virtute primariarum precum nostrarum ad beneficium Ecclesiasticum facere possimus promoueri. Hinc est quod pro dilecto Petro Conradi de Dylle Præsbytero, deuoto nostro dilecto, vobis primarias dirigimus preces nostras, deuotionem vestram, attento studio inquirimus & hortamur, vobis nihilominus per regalia sceptra nostra mandantes, quatenus præfato Petro aut ipsius Procuratori, ac nomine & vice ipsius de beneficio Ecclesiastico, cum cura vel sine cura, quod vacat ad præsens, vel quod primum vacauerit, ad vestram præsentationem, collationem, seu quamuis aliam dispositionem spectans, in quacunque diœcesi aut Moguntina aut Treuerensi, aut aliis quibuscunque diœcesibus huiusmodi beneficium constitutum fuerit, autoritate & virtute primariarum precum nostrarum prouidere debeatis, quauis contradictione cessante, dummodo vobis pro alia persona prius non direximus preces nostras: ius nostrum & dictam consuetudinem in præmissis nobis taliter seruaturi, prout iura gratias & libertates vobis, & dicto vestro monasterio à Diuis Romanorum Impp. & Regibus prædecessoribus nostris datas & concessas vos delectet non minuere, sed augere, præsentium sub nostro maiestatis sigillo testimonio literarum. Datum Spiræ, Anno Domini M.CCC L. tertio, indictione Sexta 6. Kal. Decemb. Regnorum nostrorum Anno octauo.*

46 RVDOLPHVS Dei gratia † Romanorum Rex, & semper Augustus, honorabili in Christo deuoto, Abbati, &c. gratiam suam & omne bonum. Cum ex antiqua & approbata ac à Diuis Imperatoribus & Regibus ad nos producta consuetudine, quælibet Ecclesia in nostro Romano Imperio constituta, ad quam bene-

beneficiorum Ecclesiasticorum pertinet collatio, super vnius collatione beneficii, precum nostrarum primarias admittere teneatur, deuotionem tuam rogamus, quatenus huic clerico de Ecclesiastico beneficio, quod ad tuam collationem attinet, ob reuerentiam sacri imperii studeas liberaliter prouidere, &c. Datum Anni Regni nostri primo, Anno à nato Christo, 1273. Cum quo conuenit Thomas Feltriensis *in tit. de reseruat. beneficiorum*, vbi nulla facta mentione priuilegii Pontificii, sed precum primariarũ à Rudolpho I. Abbati cuidam datarum meminit, quē sequitur Arnulphus Ruzæus, *de iure regaliorum priuilegio 47.n.2*. Et quod nec præsentes † Imperatores eo iure non solum beneficio 47
Pontificis, sed iure Imperii proprio vtantur, diserte apparet ex consueta prouisionis Cæsariæ forma sequenti.

Rvdolphvs Secundus, † diuina fauente clementia Electus 48
Romanorum Imperator, semper Augustus, ac Germaniæ, Hungariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatiæ & Sclauoniæ, &c. Rex: Archidux Austriæ, Dux Burgundiæ, Brabantiæ, Styriæ, Carinthiæ, Carniolæ, Lucemburgiæ, Wirtembergæ, superioris & inferioris Silesiæ, &c. Princeps Sueuiæ, Marchio sacri Romani Imperii, Burgouiæ, Morauiæ, superioris & inferioris Lusatiæ, Comes Habspurgi, Tirolis, Ferretis, Kiburgi & Goriciæ, &c. Landgrauius Alsatiæ, dominus Marchiæ Sclauonicæ, Portus Naonis & Salinarum, &c. Venerabili N. Episcopo N. Principi deuoto, nobis dilecto, gratiam nostram Cæsaream & omne bonum. Etsi nos ad Romani Imperii fastigium euectos, titulisque Augusti & Regio diademate decoratos, summa semper ope niti decet, omnia sacri Romani Imperii intemerata iura & consuetudines laudabiles conseruare, par est: tamen, vt hoc diligentiori studio præstemus, si quando integritate vitæ & morum probitate, aliisque virtutibus insignitos, beneficiis ac dignis honoribus afficiendos arbitramur. Siquidem Imperatorum Regumque sublimitas & magnitudo, nullo expressius officio Dei Optimi Maximi similitudinem referre potest, quam si pluribus benefecerit: Quare cum Nobis ad prædecessorum imitationem, ex inueterata consuetudine, etiam Apostolica autori-

autoritate per ſanctiſſimum in Chriſto patrem dominum Gregorium XIII. ſanctæ Romanæ ac vniuerſalis Eccleſiæ Pontificem roborata, ius competat, preces primarias ad omnes & ſingulos Eccleſiaſticorum beneficiorum collatores & collatrices, Capitula, conuentus & collegia ac perſonas alias, de illis quocunque modo diſponendi ius habentes, per vniuerſum Romanum imperium conſtitutas, porrigendi, dandi, concedendi, & decernendi, pro perſonis idoneis & nobis gratis ad conſequendum beneficia Eccleſiaſtica, cum cura & ſine cura, tam ſecularia, quam regularia, etiamſi Canonicatus & præbendæ, dignitates, perſonatus, adminiſtrationes vel officia fuerint, in Collegiata Cathedrali vel Metropolitana Eccleſia, etiamſi ad ea conſueuerint, qui per electionem aſſumi, ad Collatorum, Collatricum, Capitulorum, Collegiorum, ſiue Conuentuum, ac perſonarum prædictarum collationem, prouiſionem, electionem, nominationem, præſentationem, ſeu quamlibet aliam ordinationem coniunctim vel diuiſim ſpectantia (canonicatu nihilominus & prębenda, cum dignitate, perſonatu, adminiſtratione, vel officio etiam ex perſona plurium ſucceſſiue vacantibus pro vno computatis beneficio) & huiuſmodi etiam prædeceſſorum noſtrorum primariis precibus reuerenter hactenus paritum fuerit. Idcirco Romani Imperii iura & conſuetudines (vti tenemur) proſequi & prædeceſſorum veſtigiis inhærere volentes, primarias preces noſtras, pro deuoto nobis dilecto ad D. T. porreximus, dedimus, conceſſimus & decreuimus, ac per præſentes porrigimus, damus, concedimus & decernimus, ita tamen, quod nobis & hæredibus ac Succeſſoribus noſtris Archiducibus Auſtriæ, nullum vnquam per hoc in iuribus, priuilegiis, exemptionibus, & collationibus noſtris generetur præiudicium. D. T. adhortantes, & pro conſeruatione iurium & conſuetudinum Romani Imperii expreſſe requirentes, vt beneficium Eccleſiaſticum, tam regulare quam ſeculare, cum cura vel ſine cura, etiamſi Canonicatus & præbenda, dignitas, perſonatus, adminiſtratio, vel officium fuerit, etiamſi ad illud conſueuerint, qui per electionem aſſumi in Metropolitana, Cathedrali, vel Collegiata Eccleſia,

quod

quod ad præſens ſiue proxime quomodolibet, ſimul vel ſucceſſiue in quocunque menſe vacare contigerit, ad collationem, prouiſionem, electionem, nominationem, præſentationem, ordinationem, ſiue quamlibet aliam diſpoſitionem D. T. pertinens, Canonicatu, vt præfertur & præbenda cum dignitate, perſonatu, adminiſtratione vel officio, etiamſi ex perſona plurium ſucceſſiue vacauerint pro vno computatis beneficio, quod præfatus N. per ſe vel procuratorem ſuum, infra menſem à die notæ ſibi vacationis duxerit acceptandum, eundem N. prout ad D. T. ſpectat, ad illud eligat, nominet, præſentet, ac ei illud conferat & aſſignet, atque etiam de eo prouideat, ponendo eum in pacifica & quieta poſſeſſione, ſtallum in Choro & locum in Capitulo ei aſſignando, cum plenitudine iuris Canonici & fructuum perceptione, qualibet contradictione ceſſante. Datæ in arce noſtra Regia Pragę, die vigeſima nona Octobris, Anno Domini Milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo nono, regnorum noſtrorum Romani quarto, Hungarici octauo, Bohemici vero quinto.

Rudolphus.

*Vice ac nomine Reu. Dn. D. Danielis*
*Archiepiſcopi, Archicancellarii &*
*Electoris Moguntini*

*Vt Viehenſer D.*

*Ad mandatum Sacræ Cæſ.*
*maieſtatis proprium*

*P. Obenburger ſſt.*

Non itaque vt diximus beneficio Pontificum Imperator, qui non tantum Pontificis ipſius legendi, † ſed & Epiſcoporum omnium per ſacri baculi & annuli traditionem inueſtituram, iure quoque gentium, quo magiſtratuum omnium tam ſacrorum, 49

quam prophanorum creatio ad reges & alios τῶν πολιτικῶν ἄρχοντας pertinet, sibi competentem, sed postea fraude ac dolis pontificum interuersam, sed iure antiquo regio, à quo & Pontificis & Episcoporum ac prælatorum aliorum iura originaliter dependent, reliquum esse manifestum est.
50 Ex quo apparet † quam firmum sit argumentum illud IC. Pomerani relati ex Schwanemanno à Matthia Stephano, *de iurisdictione lib. 3. part. 1. ca. 4.* quod ideo preces primariæ Imperatoris locum non habeant in beneficiis vacantibus in Ecclesiis Episcoporum & aliorum Statuum Augustanæ confessioni addictorum, quod ea solo Pontificis priuilegio nitantur: verba enim dictæ formulæ clara & diserta sunt: Quod Imperator concedat AD IMITATIONEM PRÆDECESSORVM EX INVETERATA CONSVETVDINE. Et §. IDCIRCO VBI: ROMANI IMPERII IVRA ET CONSVETVDINES PROSEQVI ET PRÆDECESSORVM VESTIGIIS inhærere volentes, &c. concedimus & decernimus. Adhortantes & PRO CONSERVATIONE IVRIVM ET CONSVETVDINVM ROMANI IMPERII REQVIRENTES, ITEM PER REGALIA SCEPTRA MANDANTES.

Licet autem hodie Imperatores pro ea, qua sunt in Pontificem affectione, ius illud ipso iure sibi ex inueterata Imperii consuetudine Pontificia confirmatione roboratum esse dicant: ea
51 tamen † officii ac ciuilitatis causa prolata verba iuri Cæsaris &
52 Imperii nihil derogare possunt. Et alias tralaticium † est confirmationem etiam ab eo factam, qui ius confirmandi habet, actui per se perfecto nihil noui dare. *l. si donata. §. 1. de donat. inter vir. & vxorem. l. & quia. de iurisd. om. iud.* Natta *consil. 279. num 27. volum. 3.* Menoch. *consil 75. num 32. consi. 191. num. 46.* Paris. *consi. 19. num. 35.* Abbas *in cap. antepen. de confirmatione vtili vel inutili. l. Aurelius §. testamento. de liberat. legata.* Bald. *in l. aduersus. in fine. C si aduersus rem iudicatam* Natta *consi. 193. num 4. tom. 1.* Menoch. *consi. 378. num. 5. & consi. 710 num 8.* Decius *consi. 142. num 6.* Felin. *in cap. inter dilectos. de fide instrum.* Crotus *consi 55. num. 5.* Rol. à Valle *consi. 5. num. 19. vol. 1.* Ioan. Pet. Surdus *consi. 349. num. 7.* Crauetta *consil. 333. nu. 14.*

Et in

Et in ſpecie quod confirmationes † Imperatorum & Pontifi- 53
cum nihil noui dent, ſed iura vetera confirment & roborent *l. legata inutiliter. de legat. 1.* Gail. *lib. 2 obſ. 1. num. 3.* præſertim in forma communi, quæ nullius momenti ac præiudicii, gl. *in c. 1. in verbo confirmationem, de confirmat. vtili vel inutili.* Barto. Iaſon & communiter interpretes *in l. more maiorum. nu. 5. de iuriſd. omn. iud.* Purpura. *conſ. 27. num. 15.* Gail. *d. obſ. & nu.* ... Et quod confirmatio ius antea quæſitum præſupponat Hoſtienſ. *in ſumma, de confirmat. vtili vel inutili.* Bald. *in l. nominationes, circa finem. C. ſi aduerſus rem iudicatam.* Alexand. *conſil. 122. lib. 4.* Purpuratus *conſ. 27. numer. 15. & 16.* Tiber. Decian. *conſi. 22. num. 31. volum. 1.* Menoch. *conſi. 75 num. 32.* Et confirmantium non eſt aliquid † noui dare, ſed tantũ roborare prius 54
habita & poſſeſſa, *c. inter dilectos. § porro. de fide inſtru.* Natta *conſ. 636. num. 27.*

Qvis autem effectus † ſit precum primariarum ſiue iuris il- 55
lius, quod Imperator circa promotionem ad beneficia Eccleſiaſtica habet, contra Speculator & Bald. *in additione ad eundem §. fin. de præbend.* dicunt Imperatorem habere poteſtatem faciendi vnum, qualibet Alemaniæ Eccleſia recipi, quæ verba in gratiam Pontificum ad ſenſum alienum detorquere conatur, quaſi minus ſit in poteſtate faciendi quem recipi, quam in collatione, Ioan. Andr. *in addit. ad Speculatorem. d. §. reſtat. per c. Imperium. 10. diſtinct.* Item *in addit. ad Speculatorem. tit. de legato. §. nunc tractemus, in verbo contulit illum,* vbi dicit Imperatorem non habere poteſtatem conferendi, ſed tantum facere vnum recipi: Magnam autem differentiam eſſe inter conferre, & facere vnum recipi, nulla alia adducta ratione quam *cap. Imperium 10. diſtinct.* Quod κατὰ πολὺ ſtudio quoque Romanæ aulæ ſequitur Ioan. Ferald. *in tract. de iuribus & priuilegiis Regni Francorum in 8. iure Liliorum nu. 21.* vbi adducit autoritatem Panormitani *in cap. fin. de conceſ. præbend.* Meram vero Ioannis Andreæ † cauillationem eſſe ex rationibus 56
ab eo adductis manifeſtum eſt. Quod enim citatur *cap. Imperium. 10. diſtinct.* ibi, non dicitur differentiam eſſe in verbis facere poſſe recipi in Eccleſia, & conferre beneficium, ſed in genere Brocardicum illud, quod ſint diſtinctæ poteſtas politica & Eccleſiaſtica

vel vt vulgo loquuntur, iurisdictionem temporalem nihil præiudicare spirituali, *cap. fin. de prabendis in 6.* nihil de differentia precum Cæsarearum & collationis ordinariæ disponit, sed Comitissę Flandriæ promissionem vacaturorum beneficiorum, in quibus saltem ius patronatus habet interdicit, quod eiusmodi promissiones etiam ipso iure nullius sint momenti. Patronus enim non conferendi, sed præsentandi solummodo idoneum ad vacans beneficium ordinario instituendum facultatem habeat. Ac
57 quod idem sint receptio † Canonici & Collatio recte tradit Pet. Gregor. Tholos. *Syntag. iuris vniuersi lib. 17. cap. 7. num 18.* Imo quod plus sit in precibus primariis, quam in simplici collatione, inde manifestum est, quod per hanc solum Canonia & præbenda iam vacans conferatur, definitur enim donatio Beneficii vacantis, *c. intelligentia. de verb signific.* Pet. Gregor. Tholosa. *Syntag. iuris vni-*
58 *uersi lib. 17. cap. 15. num.* 2. Effectus vero precum † primariarum est, vt vigore earum quis antequam vacet præbenda Canonian ac-
59 cipiat, quæ est ius suffragii ferendi in Capitulo & sedis † seu stalli in choro, & alii honores ex consuetudine Ecclesiæ Canonicis debiti *c. dilecti. & c. illorum. de præbend.* Pet. Gregor. Tholosan. *Syntag. iuris vniuersi. lib. 15. cap. 23. num. 12.* Et proxime in eadem Eccle-
60 sia ad quam directæ sunt preces vacatura † præbendam, id est, annonam Canonicis in compensationem ministerii sui præstari solitam *c. si Monachus 16. q. 1.* Duar. *de sacros. Eccles. & Minist. ac benef. lib. 3. cap. 8.* Vt ex formula actionis qua illi quibus datum est ab Imperatore ius eiusmodi precū, præbendam sibi assignari & in possessionem se mitti petunt, apparet relata à Speculatore sæpe *d. tit. de prabendis. § fin.* his verbis:

*CORAM, &c. propono contra P. quod cum ad primarias precum Serenissimi Principis domini R. Regis Romanorum receptus fuerim in Canonicum & in fratrem in tali Ecclesia, talis præbenda taliter vacauit, quæ mihi de iure debetur, verum dictus P. mihi super ea de facto quæstionem mouet, falso asserens eam ad se spectare, vnde peto per vos Domine auditor, dictam præbendam mihi assignari, & eam ad me iure spectare sententionaliter declarari & me in possessionem mitti, & mittendum fore decerni ac missum defendi, & super eacidem P. perpetuum silentium imponi, cum nullum*

*nullum ius habeat in eadem Ecclesia ext. de test. c. dilecto. de præb. c. dilectus filius § 2. de concess. præb. c. f.*

Huc quoque pensitationes illæ † annuæ in liberas ciuitates 61
singulas descriptæ, quas vulgo Schutzgelt appellant, referri possunt. Nouellis etiam Imperii constitutionibus regalibus annumeratur ius recipiendorum Iudæorum Decreti Augustani Anno 1547. Tit. von den Juden vnnd jhren Wucher / vbi disponitur: *Nullis ex Ordinibus permitti incolatum Iudæis in territoriis suis concedere, nisi qui regalibus vel singulari priuilegio præditi sint.* Conuenit itaque iurisdictio latissime accepta cum regalibus, quod eadem generis communione contineatur. Est enim vtraque pars potestatis politicæ seu ciuilis. Differunt autem † dupliciter. I. Forma 62
ipsa, quod alia sit potestas ferendarum legum, reddendi quoque iuris in ipso imperio, alia Principis, de quo *lib. 2.* exactius tractabitur.

Secundo, quod vltra δικαιοδοσίαν, alia quoque ad Fisci compendia pertinentia complectatur ius regalium. Deinde quoque modo habendi & subiectis differunt; Iurisdictionem enim tam quoad νομοθεσίαν, quam δικαιοδοσίαν imperiũ suo nomine ac dominii iure Imperator regalia beneficio ac priuilegio Imperii tanquam vsufructuarius tenet.

A toto vero ἀρχῇ πολιτικῇ † differunt forma, quod hæc tota ac 63
plena sit in quacunque politia ac recta Republica. Regalia vero tanquam pars in primario Reipublicæ Romanæ magistratu, quædam quoque sunt in regalibus, quæ ad ἀρχῆς πολιτικῆς in genere naturam ac vim plane nihil attinent, vt quæ de rebus feudalibus Imperii paulo ante explicauimus.

# CAPVT V.

## LEGIS REGIÆ explicationem continens.

### OBSERVATA.

1 *Lex* REGIA *veteri Græcorum interpretum more* νόμος ῥήγιος *Theophilo appellata duplici respectu à rege dicta.*
2 PRIMO, *quod regem autorem habeat.*
3 *Leges Regiæ à Sexto Papyrio collectæ.*
4 *Legis Regiæ mentio* in l. 2. de mortuo inferendo.
5 *Hanc Numæ fuisse arbitratur Antonius Augustinus.*
6 *Liuius Legum Regiarum meminit* lib. 4.
7 *Plato generalius* νόμον βασιλικὸν *pro rectis ac iustis Magistratuum ciuilium institutis accipit.*
8 SECVNDO *Lex Regia dicitur, quæ de Imperio Regis lata.*
9 *Legi regiæ vulgo* ἀνώνυμα.
10 *An, quo tempore, sub quo Imperatore lata Lex Regia, maxime controuersum apud Interpretes.*
11 *Quidam à Romulo initio vrbis latam arbitrantur.*
12 *Alii sub Augusto.*
13 *Hotomannus & alii à Romulo primo latam postea Augusti ac Tiberii dominatu excitatam, ac subtilius & copiosius perscriptam ac repetitam tempore Vespasiani.*
14 *Autoris de conditoribus, loco, tempore & forma legis Regiæ sententia.*
15 *Ferre legem quid Romanis?*
16 *Iubere legem?*
17 *Eorum qui sub Augusto latam & Vespasiani principatu repetitam existimant argumenta.*
18 *Confutantur argumenta pro ea opinione adducta.*
19 *Referentis nulla fides absque relato.*
20 *Verba quæ præsupponunt non disponunt.*
21 *Veritas rerum gestarum erroribus non vitiatur.*
22 *Verba enunciatiua nihil disponunt.*

23 Lex

23 *Lex Regia si lata probari possit, quid ea in Principem collatum?*

24 *Quidam παμβασιλείαν siue Imperium numeris omnibus absolutum putant.*

25 *Quidam αἰσυμνητείαν siue tyrannidem spontaneam.*

26 *Autoris Sententia.*

27 *Generalitas restringitur ex subiecta materia.*

28 *Potius βασιλεία κατὰ νόμον quam παμβασιλεία à populo libero principi tributa praesumitur.*

29 *Παμβασιλεία vel βασιλεία κατὰ βούλησιν tyrannidi similis.*

30 *Nec nisi duobus concurrentibus iusta censetur.*

31 *Παμβασιλείας nullum exemplum relatum ab Aristotele.*

32 *Agamemnon ipse Regum antiquissimus inter reges κατὰ νόμον ab Aristotele refertur.*

33 *Generalitas omnis temperamentum accipit ex aequitate naturali.*

34 *Natura quae pares omnes genuit, magis consentaneum est legi quam regi subiici.*

35 *Verborum EI & IN EVM, varia interpretum explicatio.*

36 *Accursii.*

37 *Baronis.*

38 *Duareni.*

39 *Donelli.*

40 *Cuiacii.*

41 *Connani.*

42 *Autoris de interpretatione verborum EI & IN EVM sententia.*

43 *In qualibet dispositione verba proprie intelligenda.*

44 *Tabulae Romanae explicatio.*

45 *Rempublicam Romanam quam diu libera fuit, reuera semper popularem fuisse.*

46 *Carolum Magnum vi & armis dominatum Germaniae & Italiae acquisiuisse.*

47 *Extincta Carolina progenie Germaniam & Italiam pristinam libertatem recuperasse.*

48 *Ab eo tempore Germaniam Aristocratica ratione gubernatam.*

49 *Pro lege habendum non tantum quod scriptum, sed & quod moribus introductum,*

50 *Praestan-*

50 *Præstantiores leges quæ moribus quam quæ literis continentur.*
51 *Rescripti Constantini* l. 2. Cod. quæ sit longa consuetudo, *explicatio.*

AC de regalibus quidem quantum ad institutum nostri operis satis. Sed cum his per omnia pugnare videntur, quæ vulgo traduntur ab interpretibus, quod non tantum pars aliqua politicæ potestatis, & alia quædam iura & immunitates, sed omne Imperium, quod populus Romanus habuit in Principem translatum sit LEGE REGIA *leg. 1. de constitut. Princip.* Item QVOD PRINCEPS LEGIBVS OMNIBVS solutus sit per *l. Princeps. de legib.* de his quod nusquam fere satis explicata reperiantur, licet priori Editione paucis ea attigerim *cap. 19. huius libri.* quantum pro instituto videbitur capitibus duobus sequentibus quædam subiungemus.

1 LEX REGIA † à Theophilo veteri more Græcorum inter-
pretum non *βασιλικὸς* sed *ῥήγιος νόμος* appellata à Rege, duplici re-
2 spectu denominata in iure legitur. PRIMO † quod Reges au-
tores habeat, vt Regiæ quas Romulus Numa ac cæteri Reges tu-
3 lerunt vno libro collectæ † à Sexto Papyrio, à quo ius Papyrianū
appellatū fuit, *l. 2. de origine iuris.* licet diserte ibi Lex Regia non di-
catur vti *in l. Princeps. de LL.* Anton. Augustinus *libro de LL. c. 5. &*
*in l. Regia in fine. de legib.* cæterorum quoque Regum post Numam
Plutarchus & Dionysius Halicarnassæus, Antonius Augustinus,
4 *lib. de legib. in l. REGIA in fine.* apud Marcellum † *lib. 11. Digesto-*
*rum l. 2. de mortuo inferendo.* quoq; L. REGIÆ fit mentio his ver-
bis: *Negat Lex Regia mulierem, quæ prægnans mortua sit, humari ante-*
*quam partus ei excindatur, qui contra fecerit spem animantis cum grauida*
*peremisse videtur.* Hotomannus Romuli aut Numæ Pompilii le-
gis alicuius, de qua Martianus ante disputarat partem hanc fuis-
5 se in Com. *verbo iuris verb. Regia.* Antonius Augustinus † diligen-
tissimus antiquitatis indagator simpliciter Numæ Regis fuisse,
arbitratur, vt Pompiliam & Postumiam, vel alicuius ex cæteris
Regibus *d. lib. de legib. in l. Regia in fine.* Diserte quoque legum Re-
6 giarum antiquarum meminit † Liuius *de Bello Macedonico, lib. 4.*
*fol.*

*fol.568.* Quid vetus Lex Regia ſimul cum ipſa vrbe nata, aut quod Secundum eſt à Decemuiris ad condenda iura creatis in 12. tabulis ſcripta.

Generalius νόμος βασιλικὸς † apud Platonem in Menoe accipitur pro inſtitutis Magiſtratuum ciuilium rectis & iuſtis: ἐν τοῖς συγγράμμασι, τοῖς περὶ πόλεως διακοσμήσεως, καὶ περὶ τοῦ ὡς πόλιν διοικεῖν τὸ μὲν ὀρθὸν νόμος ἐστὶ βασιλικός, τὸ δὲ μὴ ὀρθὸν οὐ δοκεῖ νόμος εἶναι βασιλικός, id eſt, in conſtitutionibus de iuſtis & iniuſtis & vniuerſo de ciuitatis Ordine & gubernatione tractantibus, quodcunque rectum eſt regia Lex exiſtit. Non rectum vero nequaquam Lex Regia, quia ſcientia deeſt, eſſe videtur, quippe cum illegitimum ſit. De legibus cæterorum Regum poſt Numam Plutarchus & Dionyſ. Halicarnaſ. Anton. Auguſtin. *lib. de L. Regia in fine.* 7

SECVNDO † non quod à Rege, ſed populo de poteſtate lata diceretur appellata legitur ab Vlpiano *in l. 1. de conſtitut. Princip.* vtpote Lege Regia, quæ de imperio eius lata eſt. Imperatores enim Reges quoque dicuntur *l fin. C. de LL.* Licet plauſibilius illud Romæ habitum ſit, quam hoc propter vetus Tyrannorum odium Baro *ad l. 1 de conſtit. Principum.* Vlpianum ſecutus eſt Iuſtinianus *l. 1. § ſed in hoc 7. C. de veteri iure enucleando,* vbi: cum lege antiqua, quæ Regia nuncupabatur, omne ius omniſque poteſtas populi Romani in Imperatoriam tranſlata ſit poteſtatem. Item *§. & quod Principi Inſtit. de iure naturali gentium & ciuili.* Hoc vero loco de lege Regia de Monarchia lata, quæ Imperium quod populi fuerat in Regem vnum tranſtulit, accipitur. Baro *d. l. Princeps. de LL.* 8

LEGI REGIÆ Synonyma † eſſe arbitrantur LEGEM IMPERII ſic dictam ab Alexandro *in l. ex imperfecto. C. de teſtamentis.* & LEGEM AVGVSTI à Paulo *l 14. de manumiſſ.* Priuilegium quoque AVGVSTVM *l. vnica. § antepen. C. de caduc. tollend.* Henningus Arniſæus *de Republ. lib. 2. c. 6. nu. 31.* de ſtatu Imperii Romani recte an ſecus, ſuo loco expediemus. 9

An autem, † quo tempore, ſub quo Imperatore & qua forma ſit lata non conuenit inter Interpretes. Et latam eſſe primo quidam arbitrantur liquere Vlpiani teſtimonio *in l. 1. de conſti. Princip.* 10

vbi dicit: Quod Principi placet legis habet vigorem, vtpote lege Regia, quæ de Imperio eius lata est, quod totidem verbis à Iustiniano transcriptum est, *§. sed & quod Principi. Instit. de iure nat. gent. & ciuil.* Et *in const:t.* 1. *Digestis præposita. §. cum autem.* Cum lege antiqua, quæ Regia nuncupatur, omne ius, omnisque potestas populi Romani in Imperatorem translata sit. Quo tempore & sub quo Imperatore sit lata Vlpianus nihil exprimit. Nec Iustinianus *d.1.constitutione,* antiquam saltem esse eam legem Regiam dicit.

11 Quidam à Romulo † initio vrbis latam, Paulus Manutius Antiquitatum Romanar. *lib. de legib. fol. 15.* ibi, ante omnia Romulus ne quis vnquam suas leges aut sua facta posset infirmare legem illam quam regiam vocat Vlpianus, de suo imperio tulisse videtur, eamque denotari existimant oratione Lucii Valerii Tribuni pl. de abroganda L. Oppia apud Liuium *lib. 4. de Bello Macedonico & Asiano.* Ex vtro tandem genere ea Lex esse videtur, quam abrogamus, quid vetus Lex Regia simul cum ipsa Vrbe nata? Guiliel. Barclaius, de Regno & Regali potestate *lib. 3. cap.* 4. Idque nomine ipso legis Regiæ quoque probari putat Ioan. Caluinus, *de Principe cap. 1.* Quod teste Liuio, Suetonio, Cicerone & aliis rerum Romanar. Scriptoribus, postea quam Respublica statum suum receperit, Regium nomen ita inuisum fuerit, vt nemo Magistratuum nisi extremo periculo legem istam Regiam rogare, regiam ve potestatem ausus fuerit affectare, exactis regib. cum aliis abolitam, & Augusti Tiberii tempore reuocatam ac repetitam quoque tempore Vespasiani. Anton. Augustinus autem tempus latæ istius legis se reperire non potuisse *d. lib. de LL.* in L. Regia, & Pomponium *libro singularis Enchiridii.* eleganter potestatem Principis à C. Cæsare & Octauio Augusto vsurpatam fuisse, tacuisse & paulatim Remp. ad pauciores deuenisse scribere dicit, *d. l. 2. de orig. iuris.* Dion quoque relatus ab eodem Antonio Augustino dicto iam loco nullius legis Regiæ, sed vtrique Cæsari Iulio & Augusto post bellorum ciuilium victoriam à Senatu populoq; Romano omnem potestatem & Imperium concessum per vim & metum scribit.

Alii sub Augusto primo † latam esse arbitrantur Baro *in d. l. Princeps.* Idem Ioachimus Hopperus *de vera iurisprudentia, libr. 7.* vbi ait: *Augustus Cæsari succedens primum istud imperium lege Regia lata, qua potestatem populi in se transferebat, fundauit.* Welenbecius quoque ad *d. tit de constit. Principum,* sub Augusto latam suspicari se dicit Pet. Greg. Tholosanus *Syntag iuris vniuersi. lib. 47. cap. 21.* scribit se existimare tum latã esse legem Regiam cum Augusto Cæsari potestatem omnem populus concessit. Idem Coras. *Miscel. cap 8.* Barclaius *lib. 3. contra Monarchomach. ca* 4. & alii quos sequitur Arnisæus *de rep. lib. 2. cap. 6. de statu Imperii Romani, nu. 31.* his additis argumentis: quod nisi de Augusto lata, ipse & cæteri Successores iniustos Imperii vsurpatores fuisse necesse sit. Hotomannus & alii † à Romulo primo latam postea Augusti ac Tiberii dominatu excitatam, & subtilius & copiosius quam antea perscriptam ac repetitam tempore Vespasiani *com. verb. iuris. in verb. l. Regia.* Ad prius probandum citat Liuium *lib. 4. de Bello Macedonico.* Ex vtro tandem genere ea lex esse videatur, quam abrogamus an vetus Lex Regia simul cum ipsa vrbe nata? Ad posterius dictum Taciti *lib. 1.* Tum Senatus omnia Principibus solita Vespasiano discernit. 12 13

Ego an, à quibus, quo loco, † quo tempore, quove modo lata sit commentationem omnem opinabilem esse puto: Sola enim coniectura nititur, vltra quam non progreditur. Rerum enim Romanarum Scriptores Latini pariter & Græci de eius ad Senatum relatione, promulgatione, rogatione, iussione conscriptione, repositione & conseruatione, & aliis quæ in ferendis & perlatis legibus vsitatæ fuerunt Anton. Augustinus *de LL. cap. 10. 11. 13. & 16* Paulus Manutius *antiquitatum Romanarum libro de legib.* Nicolaus Cruchus *de comitiis Romanorum. lib. 1. cap. 2.* plane nihil meminerunt, Barn. Brissonius *de form. & solenni. pop. Romani verbis lib. 2. fol. 137.* Lex Regia ait, cuius meminit Marcellus *lib. 11.* Digestorum relatus *in l. 2. de mortuo inferendo.* à Rege quodam, Numa, vel ex cæteris Regibus quidem esse existimatur, sed non de Imperio Regio, sed de muliere prægnante antequã ei partus exscindatur non humanda, Hotoman. & Anto. August. *locis ante citatis.* 14

Quod enim refertur ex Liuio *lib. 4. de Bello Macedonico.* legem de Imperio Regum perpetuo initio vrbis rogatam & iussam minime probat. Sed Liuius & Valerius Flaccus *de legib.* saltem antiquis à Regibus, tantum initio vrbis, non autem de Regio Imperio latis ibi agit, & eam de qua tunc agebatur ex genere earum legum, quæ simul cum Vrbe natæ, nec à Decemuiris ad condenda iura creatis in tab. 12. scriptarum, sine qua maiores Romanorum decus matrimoniale non seruari posse existimarunt, sed plane nouam, ideoq; abrogatu facilem esse demonstrat. Et quod eiusmodi lex, qualis ab Vlpiano describitur, Regum tempore ferri non potuerit forma Reipublicæ eius temporis aperte ostendit. Non enim παμβασιλεία penes priscos Reges Romanorum sed κατὰ νόμον saltem fuit, in qua Principi vt supremo Magistratui iura quædam Regia concessa fuerunt: Sacra nimirum procurare, leges custodire, res maiores iudicare, exercitum ducere, Senatum & populum consilii habendi causa conuocare, primo loco sententiam dicere, quod pluribus placuisset decernere, pecuniæ publicæ curam agere: populi autem magistratus, rege rogante creare, leges sciscere, bellum iubere, item vetare: Senatus autem res vrbanas rege referente curare, lites contractas iudicare, magistratus gerere, eorum quæ populus decreuisset autores fieri. Ioachim. Hopperus *de vera iurisprudent. libr. 7. tit. 2.* & Nicolaus Cruchus *de comit. Rom. lib. 3. cap. 2.* vbi dicit à Romulo post curias institutas iudicia non pro arbitrio Regio, sed per suffragia populi curiatis comitiis peracta esse. Itaq; non modo Reges, sed & cæteros magistratus à populo creatos & leges omnes eiusdem suffragiis latas. Iudicium quoque Horatii à populo curiatis comitiis peractum esse, patet ex Liuio ab vrbe condita *libr. 1.* Idem refert Pomponius *in l. 2. §. 1.* Postea aucta ad aliquem modum ciuitate Romulus traditur populum in 30. partes diuisisse quas partes curias appellauit, propterea quod tunc Reipub. curam per sententias earum partium expediebat, & ita leges quasdam & ipse curiatas ad populum tulit: tulerunt & sequentes † reges. Ferre au-
15 tem legem ad populum nihil aliud est, quam rogare populum., vt fuerunt verba solennia, Budæus in Annotationibus prior. ad

Pandect. *l. 2. de orig. iuris.* quibus responsum fuit, † *volumus, iubemus* 16
Cic. *pro domo sua.* Gellius *lib. 5. cap. 19.* Liuius *lib. 22. 30. & 38.* Anton. Augustin. *de LL. cap. 13.* De roganda lege iubenda atque vetanda Barn. Brissonius *de form. & solennib pop. Rom. verbis lib. 2 fol. 137.* Iubere autem & vetare non seruientis, sed liberi & imperantis populi vocem esse nemo est qui ambigat. Pomponius quoque vt supra dictum est lib. singularis Enchiridii relatus *in l. 2. de origine iuris.* nullius legis Regiæ qua Principi potestas omnis populi collata sit meminit, iuris constituendi potestatem datam solummodo narrat.

SVB AVGVSTO † qui latam esse legem Regiam & repeti- 17
tam Vespasiani principatu arbitrantur, tria pro confirmanda opinione sua adferunt. Primum ex iuris responso *in l. 14. §. fin. de manumiss. vind.* Imperator cum seruum manumittit non vindictam imponit, sed cũ voluit liber fit is qui manumittitur ex *l. AVGVSTI, & l. vnic. §. antepe. C. de caducis tollend.* vbi: *Tantum enim nobis superest clementiæ, quod scientes etiam fiscum nostrum vltimum ad caducorum vindicationem vocari: tamen nec illi pepercimus, nec AVGVSTVM priuilegium exercemus, sed quod communiter omnibus prodest, hoc reipriuatæ nostræ vtilitati præferendum esse censemus.* Secundo, ex historiis allegant Dionem *lib. 53.* eiusque relationi suffragantem Xiphilinum in Augusto, Suetonium Tranquillum, Strabonem *libr. 6. Geographiæ.* & Tacitum *in Annalib.* qui tempore Augusti liberam Romanorum Rempublicam in Monarchiam abiisse narrant. Tertio fragmentum L. Regiæ Vespasiani æneæ tabulæ incisæ, olim in æde Diui Ioannis Laterani, autoritate Gregorii 13. in Capitolium vulgo Pallazo di conseruatori translatum, vti refertur à Mario Salomonio *de principatu lib. 6.* Anton. Augustin. *in lib. de LL. in l. Regia.* Barnaba Brissonio *de formulis & solennibus populi Romani verbis, lib. 2. f. l. 154. & 155.* Hotom. *in com. verb. iuris, verbo l. REGIA.* Secundo, quod Iustinianus eiusdem originem ex longa antiquitate, vt loquitur accersat. Idque apertius Pomponius *in l. 2. §. nouissimo.* dicat eo tempore quo necesse fuit Reipublicæ per vnum consuli, constituto Principe ius illi datum esse affirmat, vt quod constituisset ratum esset. Tertio, quod Tacitus

Veſpaſiano eadem decreta dicat, quæ cæteris Principib. quodque in tabula prædicta ipſis legis articulis plerunq; addatur, verba illa ſolennia vti licuit Auguſto Tiberio Claudio.

Quarto, ſcrupulum omnem eximi à Dione *lib.* 53. & eius imitatore Xiphilino *in Auguſto*, vbi Imperatores ait ſibi vſurpaſſe, quod antea ciuium Romanorum datum ſit nemini, vt ſoluti eſſent legibus λέλυνται δὲ τῶν νόμων, ὡς αὐτὰ τὰ Λατινικὰ ῥήματα λέγει, τουτέστιν ἐλεύθεροι ἀπὸ πάσης ἀναγκαίας νομίσεως εἰσί, καὶ οὐδενὶ τῶν γεγραμμένων ἐνέχονται. Et paulo poſt hoc priuilegium à Senatu Auguſto cõfirmatum eſſe, vt reüera ſui iuris & abſolutæ poteſtatis eſſet, tam reſpectu ſui ipſius quam legum omnia quæcunque vellet faceret, quæcunque nollet non faceret. Et quanquam legibus ſolutum eſſe & poteſtas leges abrogandi, & Rempublicam pro arbitrio ordinandi diuerſa ſunt: ſicut Pompeius legum vinculis lege Gabinia exolutus, nec ob id dominus Reipublicæ ſit conſtitutus, tamen poſterius ſequi ad prius.

18 Sed quantum † primo ad leges adductas: *Lex 14. de manumiſſ. vind.* non de lege Regia de imperio Principis lata, ſed priuilegiis & legibus quibuſdam Imperatoris, qui κατὰ συνεκδοχὴν ſpeciei dicitur Auguſtus, quod nomen Octauiano Cæſari primum teſte Dione *libr.* 53. tributum fuit, vt & Auguſtum priuilegium pro principali, vel imperatorio indulto, vel beneficio accipitur, *d. l. vnica*.

Quod ad Hiſtoricos Dion *d. libr.* 53. nullius legis Regiæ, qua populus ſponte regiam poteſtatem in Auguſtum tranſtulerit, ſed quod & Iulius, & Auguſtus poſt bellorum ciuilium victoriam omne Imperium ac poteſtatem per vim ac metum à Senatu & populo acceperit Connan. *com. lib. 1. c. 16. num.* 3. Anton. Auguſt. *de LL. in l. Regia.* Quibus nihil obſtat, quod quia legibus ſolutus eo tempore Auguſtus ſcribitur à Dione *dicto loco*, legem quoque Regiam tum fuiſſe latam coniiciunt, quod enim plane diuerſa ſunt legibus priuilegiis ſolui ac regem ac dominum Reipublicæ conſtitui, capite proximo dilucide explicabimus. Præterea Cicero, Suetonius, Tacitus & alii rerum Scriptores non tantum legis eiuſmodi Regiæ ſponte, ac legitime ſancitæ Auguſti tempore, non

non meminerunt: ſed ex diametro contrarium, quod nimirum nulla populi voluntate ac lege rite lata, ſed vi, metu, dolis ac fraudulentis machinationibus imperium ciuitatis in ſe ſolum transtulerit, multis ex iis locis probatur.

Qvantvm ad fragmentum legis Veſpaſiani id falſum & oſtentandæ antiquitatis cauſa confictum multa arguunt. Primo eiuſmodi iuſſio à populo facta hiſtoriæ analogia deſtituitur. Etſi enim quamdiu libera fuit Reſp. ſumma poteſtas, quæ in legum ferendarum & iudiciorum exercitatione, creatione magiſtratuum, belli ac pacis arbitrio ac pecuniæ publicæ cura præcipue conſtitit, ſemper apud populum & in comitiis peragi ſolita fuit: Ea tamen poſt vi inuaſam à Iulio Cæſare Remp. pluribus eſſe diminutam certum eſt. Nam etſi ſub Cæſare & Auguſto adhuc eſſent Comitia, tamen non fuerunt plane libera: Suetonius enim de Cæſare ſcribit: *Comitia cum populo partitus eſt: vt exceptis conſulatus competitorib. de cætero numero candidatorum pro parte dimidia, quos populus vellet, pronunciarentur, pro altera quos ipſe dediſſet.* De Auguſto autem ſic: Comitiorum quoq; ius priſtinum reduxit, ac multiplici pœna coercito ambitu Fabianis & Scaptienſibus tribulibus ſuis, die Comitiorum ſingula millia numûm à ſe diuidebat ex quo libera fuiſſe quidem Comitia videtur: tamen maxima ex parte à principis arbitrio pependiſſe narrat Tacitus. Poſt Tiberii vero principatum adeo defecerunt Comitia, vt nunquam à ſequentibus Imperatoribus ſint reſtituta, ſed vel penes Senatum manſerunt ex Tiberii inſtituto (de quo Tacitus *lib. 1.* his verbis: Tum primo è campo Comitia ad patres translata ſunt) vel in poteſtate principis fuerunt, vt ex Plinii Epiſtolis docet Budæus *in poſter. annotat. in Pandect.* & Modeſtinus *in l. vn. ad l. Iul. de ambitu. lib. 48.* Hæc lex inquit, hodie in vrbe ceſſat, quia ad curam principis magiſtratuum creatio pertinet, non ad populi fauorem Nicolaus Cruchus *de Comit. Rom. in præfat.* Et in ſpecie quod legum ac iudiciorum conſtitutionem ac tractationem plane ad ſeſe traxerint Imperatores manifeſte oſtendunt tituli Codicis *de precib. Imperatori offerendis. de diuerſis Reſcriptis & Pragmaticis ſanctionib. de mandatis Principum.* Quando libellus Principi oblatus litis conte-

ſtatio-

stationem contineat. Adempto itaque Comitiorum iure, leges quæ non nisi in iis ferebantur, & ferri quoque non potuisse manifestum est, Cruchus *de Comit. Rom. lib. 1. 2. & 3.* Anton. August. *de legib. & Senatusconsultis. 6. 7. & seq.* Secundo præpostere in ea fit mentio Iulii Cæsaris, quem nulla lege & populi voluntate, sed vi aperta ac Tyrannide Imperium occupasse, ac propterea crudeliter necatum esse constat. Tertio, quod contineat falsam relationem d. l. Regiæ, Augusti & aliorum quibus fides historica non suffragatur.

Quarto à Vespasiano patre vel filio eam latam esse propterea non est verisimile, quod pater non à populo vel Senatu electus, sed exercitu Mæsaico omni rapinarum genere grassante metu supplicii, exemplo Hispaniensis exercitus, qui Galbam, Prætoriani, qui Othonem, & Germanici, qui Germanicum Imperatorem fecerunt. Titus autem primo ab exercitu in Iudæa Princeps salutatus, postea à patre in consortem Imperii cooptatus, hæreditarium Imperium tenuit, cui & frater Domitianus ab eo quoque viuo in societatem imperii adscitus successit, vt in eorum vitis Suetonius narrat. Qua de re insignis extat Epistola Ciceronis cum ipso Augusto, de misere ab eo oppressa libertate Reipub. expostulantis. Ac de eiusdem crudelitate, qua nec senatoribus nec Consulibus Romæ pepercit multa leguntur apud Suetonium in Augusto *cap. 10. 11. 26. 34. 47.* quæ omnia non sponte ac voluntate populi, sed vi & armis quam vsurpauerunt potestatem principes acquisiuisse perspicue demonstrant. Licet autem Vlpianus *lib. 2. Inst.* relatus *in l. 1. de constitutionib. Principum.* Legis regiæ mentionem faciat, ac diserte de Imperio Principis latam esse dicat in gratiam Alexandri Seueri, cui à Consiliis fuisse legitur, idque κατὰ πόδας sequatur Imperator in constitutione l. *de conceptione Digestorum. & C. de veteri Iure enucleando.* Certum tamen est
19 eam † esse naturam relationis, vt nihil operetur nisi de relato constet. *Auth. si quis in aliqua. C. de edendo. l. vlt. de probationib. l. Asse toto. de hæred. instit.* Decius *consi 63. num. 6. & consi. 182. nu. 2.* Cacheranus *consi. 7 num. 42. & consi 23. num. 39.* Tiraq. *de legib. connubialib. gl. 7. nu. 18.* Nicolaus Intrigiol. *de subst it. cent. 1. q. 12. nu. 75.* Menoch.
*consi.*

*consil.150.nu.42.consil.191.nu.47.* Hieron à Laurent *decis.124.nu.7.* Paril.*consi.21.nu.37.* Riminaldus *in prin. Instit. de donat.* Crauetta *consi.45.n.4.* Botta *consi.54.nu.19.* Item relatio à relato dissentiens erronea esse dicitur, & solum relatum attenditur Alex.*consi.9.nu.12.in fine.lib.5.* Decius *consi.63 nu 6.vers.semper.* Mazoll *consi.1.1.nu.37.* Fab. Turretus *consi.91.n.7.& consi.17.n.9.consi.29.n.26.consi.33 4.* Et nisi relatum appareat referens nihil operatur Rol à Val.*consi 8.n.21.li.3.* Fab. Turret.*consi.29.n.25.* Et verba † quæ præsupponunt nō disponunt Rota *decis.1. de procur. in antiquis.* Menoch.*consi.177.n.9.l.cum falsa.* & ibi Bart. & Ias. *de iuris & facti ignor.* Menoch. *consi.107.nu.291.* Rol.à Valle *consi. 69.n.46. vol.3.* Historicos autem ea de re nihil literis mandasse antea ostensum est. Veritas autem rerum † gestarum erroribus non vitiatur, *l. illicitas. §. veritas. de officio prætor.* Cacheran.*consi.1 nu.2.* Quibus nihil obstat, quod Iustinianus *in d.consti.1. de concept. digestor.* dicit, omnes qui relati sunt in hoc Codice præstantissimi viri habeant autoritatem, tanquā si eorum studia ex principalibus constitutionibus sint profecta & à nostro diuino ore fuerint profusa. Omnia enim merito nostra facimus, quia ex nobis est omnis imperantis autoritas: Item *§. cum enim*, vbi ait: Nos vero sanctionem omnem non diuisimus in alias & alias conditorum partes, sed totam nostram esse volumus, quid possit antiquitas nostris derogare legibus. Et in tantum volumus eadem omnia cum re posita sunt obtinere, vt si aliter fuerint apud veteres conscripta, in contrarium autem in compositione nostra inueniuntur, non scripturæ, sed nostræ Electioni hoc adscribatur. Ex quibus satis apparet eum omnia in Corpore iuris à se continuato comprehensa probasse, & ita omnia sua fecisse, & tanquam sua seruari velle. Idem *l.1. §. omnia. l.2. §. tanta. C. de vet. iure enucl.* Don.*com.iur.ciuil.lib.1.c.8.* Ea tamen omnia de legum saltem dispositione, minime vero de relatione ad historias rerum gestarum intelligenda sunt. Et generaliter verba enunciatiua vel narratiua nihil disponere tralatitium est, *l. pater. §. fundum. de legat.3. l. Iulianus. §. ex his eod. tit. l. generali. in princip de vsufruct. leg.* Camillus Gallinius *de V. S. lib.5 c.14. num. 8.* Rolan à Valle *consi.15.num. 21. vol.1.* Et in dubio verba † enunciatiue non 22

diſpoſitiuè prolata intelliguntur *l. Mela. de alim. leg.* Menoch. *præſumpt. lib. 4. præſ. 51. n. 11. & conſ. 303. n. 27. lib. 4.*

Argumenta Arniſæi, quod attinet: Primo facile cōceditur, id de quo Hiſtorici vno ore conſentiunt, non expreſſa lege & voluntate imperium Principi à populo conceſſum, ſed vi & metu inuito ereptum eſſe. Secundum, quod conſtit. 1. Pandectis præmiſſa §. *cum enim.* dicat lege antiqua Regia omne ius omnemque poteſtatem populi Romani in imperatoriam translata ſit poteſtatem, non maiorem fidem quam ipſam Vlpiani legem ibi relatam, vtpote hiſtoriæ analogia deſtitutam, mereri poſſe iam demonſtrauimus. *§. nouiſſime. l. Pomponii. de origine iuris.* non de imperio regio abſoluto, quam *παμβασιλείαν* vocat Philoſophus, ſed iuris tantum conſtituendi poteſtate & particula à toto multis paraſangis diſtante loquitur. Ex quo ſi *κρεία πάντων* inferri poſſet Plebem quoque Senatum Prætores & ædiles eam obtinuiſſe neceſſe foret, ſed falſa & abſurda hæc, ergo & illa ex quibus ſequun-
23 tur. Poſito autem probari poſſe † l. Regiam ſic vt ex Vlpiano relatum eſt *l. 1. de conſtit. Princip.* à Regib. vnquam rogatam & à populo eo modo quo debuit latam eſſe, iam quid ea in Principem translatum ſit videamus. Etſi plures ſunt, qui Principi imperium quod populus ex ciuili ſocietate habuit omne & ſic *παμβασιλείαν*,
24 ita conceſſum † eſſe arbitrantur, vt populus poteſtate omni ſeſe abdicauerit ac priuauerit Duar. *ad l. 1. de conſtit. Princip.* Weſenb. *ad eundē tit.* Hopperus *de vera iuriſprud. li. 7. tit. 5.* Connan. *com. iur. li. 1. c. 6.* Don. *com. iur. li. 1. c.*.. Vbi ſic ſcribit: quod ergo dicit Vlpianus populū Principi & in Principē omne ſuum imperiū & poteſtatē conceſſiſſe, eam habet ſententiā, vt non ei tantum, ſed ēt. in eum tranſtulerit ius ſuum, id eſt, tranſtulit, vt nihil ſibi retinuerit, nec illum imperii participem fecit, ſed ſolum Imperatorem eſſe voluit, vt vnus imperaret, ipſi omnes imperantes parerent. Idem Antonius Goueanus *var. lect. lib. 2. cap. 30.* Quidam etiam dominatum omnibus numeris abſolutum, & ſic tyrannidem vo-
25 luntariam † quam *αἰσυμνητείαν* vocat Ariſto. *Polit. li. 3. c. 14.* in Cæſarē translatum opinantur, vt Budæus *in annotationib. priorib. ad Pandectas. in d. l. 1. de conſtit. Princip.*

Ego,

Ego tamen etsi generalia † sunt verba Vlpiani, de imperio ac potestate populi, ita tamen accipienda esse statuo, vt non tantum non dominatus, sed nec παμβασιλεία, sed νομοθεσία siue iuris constituendi potestas solummodo non abdicatiue *in d. l. 1.* sed communicatiue in eum à populo sit collata: Idque his rationibus & argumentis: quod primo verba generalia † secundũ subiectam materiam & quæ continentur sub titulo, secundum titulum intelligenda sunt: *l. Imperator.* & ibi Bartol. *de in diem addict.* Idem *in l. fi. in prin. de condict. indeb.* Panor. *in c. inter alia. de immunit. Eccles.* Eberhard. *in loco à Rub. o. nu.* 6. Lex autem hæc ponitur sub tit. *de constit. princip.* Ideoque verba, omne imperium non de παμβασιλεία, id est, potestate, vel imperio omni politico accipienda, sed ad νομοθεσίαν siue iuris constituendi potestatem solummodo referenda sunt. Idque verba antecedentia & consequentia satis ostendunt: Quicquid Principi placet legis habet vigorem: & ex relata lege Regia nihil amplius infert, quam quod vi Imperii delati ius cõstituere possit per verba sequentia: Quodcunq; igitur Imperator per Epistolam & subscriptionẽ statuit vel cognoscens decernit, vel de plano interlocutus est, vel edicto præcepit legem esse constat. Hæ sunt quas constitutiones vulgo appellamus. His etiam conuenit historia Pomponii *in l. 2. de orig. iuris. §. igitur.* vbi ait: constituto Principe (non omne imperium vel παμβασιλεία) sed datum est ei ius, vt quod constituisset ratum esset. Et Imperator ipse licet in genere omne ius & potestatem lege antiqua, quæ regia nuncupabatur, in Imperatoriam maiestatem translatam esse affirmet, ex eo tamen nihil aliud colligit quam quod legum ferendarum & abrogandarum habeat potestatem. Ac tametsi *d. l. Regiam.* ita accipiat Iustinianus *d. constit.* 1. quasi soli Principi facta, deinceps potestas iuris constituendi, eaq; populo adempta sit: Pomponii tamen historiæ magis congruit, ob difficultatem conuocandi populi Principi solummodo communicatam esse iuris constituendi facultatem, quæ tamen populum legislatione non excluderet. Idque diserte liquet ex *d. l. 2. de origine iuris. § ita in ciuitate.* vbi ita in ciuitate nostra aut iure, id est, lege à populo lata scilicet constituitur. Et postea aut est principalis

constitutio, id est, vt quod Princeps constituit pro lege seruetur. Et idem *in l. de quibus. de legibus.* §. Nam cum ipsæ leges nulla alia ex causa nos teneant, quam quod iudicio populi receptæ sint: merito & ea, quæ sine vllo scripto populus probauit tenebunt omnes. Nam quid interest suffragio populus voluntatem suam declaret, aut rebus ipsis aut factis. Idem Duar. *ad titul. de legibus. capit. 3. & titul. de constitut. Principum.* ibi: *quamuis iuris constituendi potestas principi concessa est à populo: tamen credibile est populum eam potestatem magis cum Principe quodammodo communicasse, quam omnino à se abdicasse*, quod & Iulianus ostendit, *dict. leg. de quibus. de legibus.* Idem Baro *ad l. Princeps. de legibus.* Cui suffragatur Dion Augustum leges ad populum ferre solitum referens, postquam vrbis ei imperium delatum sit. Duar. *dicto tit. de legibus c. 3.* Ac licet ex verbis claris ac diserte liqueret, κυρίαν πάντων, siue ἀρχὴν πολιτικὴν, integram quam populus habuit, in principem col-
28 latam esse. Potius tamen † βασιλεία κατὰ νόμον, id est, regnum legibus definitum, quam numeris omnibus absolutum, ita vt legibus nullis teneretur eique iam latas abrogare, & manu regia omnia gubernare licitum esset tributum censeretur. Etsi enim regnum plenum vel absolutum, quam vt diximus παμβασιλείαν, vel κατὰ βούλησιν, vocat Aristot. *Politicor. lib. 3. cap. 7.* rectæ ac legitimæ
29 Politiæ species sit, *libr. 3. cap.* ... eam tamen Tyrannicæ † simi-
30 lem, ac non iustum esse dicit vni Magistratum adeo † liberum concedere, nisi duobus concurrentibus, vt nimirum primogens cui rex præficiendus, natura sit ad eiusmodi subiectionem apta & propensa. Secundo, vt vnus aliquis vel tota familia singulari virtute cæteros omnes antecellat, *cap. 16. & 17.* Eius quoque ex-
31 emplum † ex Historia nullum ab Aristotele, imo Agamemnon
32 Regum omnium antiquissimus † non regnum plenum, sed legibus quoque directum ac circumscriptum habuisse ex Home-
33 ro refertur, *dicto capit. 14. lib. 3. num. 14.* Omnia autem † quæ generaliter & indistincte scripta sunt temperamentum accipiant ex æquitate naturali *l. benignius. de legibus. l. in omnibus. de reg. iuris. leg. placuit. Cod. de iudiciis.* Donell. *comm. iuris ciuilis libro primo, capit. 13.*

Naturæ

Naturæ etenim, quæ liberos † ac pares omnes genuit, magis 34
competit, vt Regi secundum leges, quam ex libidine sua omnia moderanti subiiciamur.

EST QVOQVE † IN sæpe dicta *l.* 1. Vlpiani varia verborum 35
EI & IN EVM interpretatio, quarum prima & vetustissima est
† ACCVRSII. EI, id est, in honorem Principis IN EVM, id 36
est, in . nus Principis, cuius exemplum ponit iuris constitutionem.

Ex recentioribus Iurisconsultis quidam vocem EVM, natura
sua demonstratiuam pro reciproca accipiunt † BARO *in l.* 1. *de* 37
*constitut. Princip. in verbo ei & in eum*: Aut nescio quid amplius est Vlpiano conferre in Principem, quam conferre Principi imperium: aut in eum ad populum refertur, & ei ad Principem, quomodo & Theophilus interpretari videtur, *§. sed & quod Principi. Institut. de iure natura. gent. & ciuil. argum. l. 4. de edendo.* Quanquam non ignoro sententiam hanc elegantiæ relationis, parum conuenire visum iri pluribus. Sane ius dici alicui & in eum vel actionem ei & in eum competere, frequentius est, quam vt produci oportet.

DVARENVS VERBA † IN EVM sic accepit ad *tit. de constitut. Principum* vt Principi non tantum omnis potestas collata sit 38
in prouinciales populo Romano subiectos: sed in ipsum quoque populum Romanum. Et *disput. lib.* 2. *c.* 9.

DVARENVM † sequitur DONELLVS *com. iur. ciu. lib.* 1. *c.* 8. Po- 39
pulus l. Regia quæ de eius imperio lata est, EI & IN EVM intellige populum ipsum, non tantum prouinciales contulit, rationes huius sententiæ prolixe explicat *c.* 15. *d. lib.* 1. Vbi agit de interpretatione obscuritatis & ambiguitatis ex structura orationis dicit, *in l.* 1. *de const. Princ.* In his verbis, *EI & IN EVM*, *verbum EVM*, esse notæ significationis. Demonstrare. n. eum ad quē refertur, neq; vnquam aliud cōtinere quam hanc demonstrationem. Sed orationem ita scriptam esse, vt cum nomen Principis & populi præcesserit, vt ad vtrumq; referri possit demonstratiuū, & salua ratione recti sermonis, nescias ad verū potius referri debeat, & tandē cōcludit, si structurā orationis sequamur magis esse, vt hæc verba

in eum referantur ad princ pem. Prius eum dixisse Et principem intelligens, rectum esse, vt subiiciens continenter, & in eum, eundem principem demonstret, vt sit sensus populum contulisse omnem potestatem principi & aduersus principem: Sed hanc sententiam vitiosam esse quia falsa. Nullam enim potestatem habuisse populum in principem, vt proinde nec potuerit transferre eam ad principem & aduersus ipsum principem, cum nemo plus iuris in alium transferre possit, quam ipse habet. Restare igitur vt populum demonstrari intelligamus, qui ex duob. nominatus erat, quia hæc interpretatio vitio careat iuxta *l. in ambigua. de LL.*

40 CVIACIVS vero † latine & proprie ita interpretatur, vt sit sensus: populum principi & aduersus principem imperium tribuisse, sic enim *obs. lib. 15 c. 3.* ait, vt populus ipse suis legibus tenebatur, ita princeps cui & in quem populus omne suum imperium contulerat, adeo vt potestas principis & in ipsum principem esset, *l. 4. de LL.* In Notis vero *ad Instit. de iure nat. gent. & ciu. § sed & quod Principi:* idem repetit ad verba, *ei & in eum*, dicit vices populi, autore Accursio datas esse Principi & in principem, vt *in l. receptum. de iurisd.* Est receptum eoque iure vtimur, vt si quis maior vel æqualis se iurisdictioni alterius subiiciat, possit ei & aduersus eum ius dici, id est, maiori & in maiorem *tit. C. de testam. col. 9.* Multi laborant quid sit, populus ei & in eum (omnem potestatem L. Regia contulit) sed non possunt aliud ea verba significare, quam populum in suam vicem regem creasse, vt subiret vicem populi, vt pateretur & ageret quæ populus.

41 CONNANVS † *com. iur. ciuil. lib. 1. ca. 16.* noua plana interpretatione verba *IN EVM*, ita explicat, vt non Principem sed Principi & in Principem ita transtulerit imperium ac ius suum populus, vt nihil sibi retinuerit, nec illum imperii participem fecisse, sed solum Imperatorem esse voluisse.

42 Ego reiecta Baronis, † Duareni & Donelli interpretatione, Accursii sententiam quam Cuiacius sequitur, quod nimirum vices populi Principi sint delatæ, verissimam esse iudico, quod sit propria ac iuri ac disciplinæ politicæ analoga. Certum est enim in qua-

in qualibet dispositione verba in propria † significatione acci- 43
pienda esse, *l. non aliter. de legat. 3. l. qualibet vis. §. hæc verba. de vulg. & pupill. substit.* Menoch. *Præs. lib. 4. Præs. 62. num. 33. Præs. 76. nu. 8. & Præs. 178. num. 3.* Et licet extra controuersiam sit, dispositionem dubiam & obscuram ita accipiendam esse, vt vicio careat. Falsum tamen & plane ἀπολίτευτον est, quod dicit Donell. intellectũ propriũ demonstratiui *EVM*, vt ab Accursio & Cuiacio accipitur, ideo viciosum esse, quod sit falsus: quod nimirum nullam populus in Principẽ habuerit potestatẽ, ideoq; nihil transferre potuisse in Principem & aduersus Principem. Certum est enim, quod in Regem & Principem ex populo delectum antequam creatur, populus idem ius & imperium, quod in reliquos ciues ac priuatos obtineat.

Qvantvm ad tabulam † Romanam si non obstantibus 44
fœdissimis falsitatis & vanitatis indiciis fidem nullam mereatur: Inde tamen liquidissime constat, primo non Regibus aut Principibus omnibus vnam pro omnibus legem Regiam latam, sed singulis Principibus, singulas necessarias fuisse conditiones, quibus ipsis deferretur, *§. vtique. in fin. & §. vtique quibus legibus.* Secundo, quod non παμβασιλεία sed κατὰ νόμον βασιλεία concessa sit inde apparet, quod creatio magistratuum populo reseruata honori saltem Principis tributo, vt si quos Magistratus petentes, Senatui populoque commendabit, eorum ratio habeatur. Deinde quod non concedatur potestas, manu regia gubernandi, quæ ex natura παμβασιλείας competit, imo quod nec ipse quoad suam personam & causas legibus omnibus, Vespasianus, neque qui ante extiterunt, sed iis tantum quibus Augustus, Tiberius, Claudius & Germanicus fuerint soluti liberetur. Tertio etsi capitibus potestatis concessæ adiicitur clausula generalis, vt quæcunque ex vsu Reip. maiestate diuinarum humanarumq; rerum esse censebit, ea agere facere, ius, potestasve sit: vti Diuo Aug. Tiberioque Iulio Cæsari Augusto Tiberioq; Claudio Aug. Germanico fuit, qua latius quam ante imperium tributum videtur: Certum tamen est, quod genus sequens restringatur à specie præcedente. *l. si de certa. C. de transact. l. fin. §. cui dulcia 2. resp. de vin. trit. & oleo leg.*

*l. emptor.*

*l. emptor.* §. *Liuius. de pact. l. legatorum. de leg. 2. l. iubemus. C. ad SC. Velleianum.* quod maxime locum habet in odiosis Tiraq. *in tr. de vtroque retractu.* qualis est laxa adeo & nullis legum limitibus circumscripta potestas Aristo. *pol. lib. 3. cap. 16.* Quodque iura illa Regalia Principibus tributa non iure magistratus, sed singulari priuilegio Imperatori roganti, postea sint concessa aperte probatur *§. fin.* Vtique quæ ante hanc legem: quo ea, quæ ante legem illam rogatam ab Imperatore per se vel alios sint acta, decreta imperata, autoritate populi ratificantur & confirmantur. Ex quo sequitur ea omnia, vt est natura priuilegiorum non suo, sed Reipubl. nomine precario à Principe obtenta, quæ & pro libitu reuocari potuerunt. Ex eodem quoque capite non tantum concurrens populi cum Principe, sed maior quoque & superior populi potestas in perspicuo ponitur. Præterea patet ex *§. vti.* quæcunq; in omnib. quæ concessa sunt ei non simpliciter liberã rerum administrationẽ demandatam, sed eam solum, quæ ex vsu, id est, vtilitate & maiestate Reip. esset, vnde sequitur, quæ contra dignitatem & commodum Reip. sunt. ius & potestatem faciendi non fuisse, Marius Salomonius *de Principatu. lib 6. in fin.*

45 LIQVET ex his † quæ de L. Regia eiusque interpretatione præmisimus formam Reip. Romanæ quandiu libera fuit semper popularem fuisse. Etsi enim ex tribus illis *βασιλεία, ἀριστοκρατία, δημοκρατία*, mixtam fuisse arbitratur Polybius & consulum imperium Regium fuisse etiam Cicero sentire videatur, *lib. 3 de LL.* Consules duo regio imperio sunto, & ibidem Nomen tantum regis fuit repudiatum, res mansit. Et Dionysius Halycar. *ad finem. lib. 4.* De consulum imperio hæc Bruti verba refert: Nobis considerantibus, cui magistratui summam Reip. cõmittamus, reges post hac non creare certum est, sed duos singulis annis creandos esse regia potestate. Liuius item *lib. 2.* Libertatis originem inde magis numeres, quia imperium consulare factum est annuum, quam quod diminutum quicquam sit ex Regia potestate. Omnia enim iura, omnia insignia primi consules tenuere, id modo cautum est, vt vnus eorum haberet fasces, ne si ambo haberent duplicatus terror videretur. Et in senatus potestate optimatum

princi-

principatus quodammodo agnoscatur. Pomponius *in l. 2. de orig. iur. §. deinde quia difficile plebs conuenire poterat.* populus certe multo difficilius in tanta turba hominum, necessitas curam Reip. ad senatum deduxit, *& seq.* §. Nouissime autem ad pauciores iuris constituendi via transiisse ipsis rebus dictantibus videbatur: Populi tamen supra omnes magistratus, & senatus tanta fuit autoritas, vt dubitari plane non possit, summam Reip. potestatem siue κυρίαν πάντων fuisse in populo, idque ex partibus imperii politici facile intelligitur. Etsi enim magistratibus iuris dicendi facultas Reipub. nomine exercenda tributa fuit: non tamen integra, sed vt ad populum libera esset prouocatio, leges quoque iubere, bellum pacemq; decernere, societatem, fœdera inire, magistratus distribuere, pecuniæ quoq; publicę cura in populi potestate comitiis peragi solita. Ea quamdiu libera fuerunt populo Democraticam gubernandi rationem fuisse extra cōtrouersiam est. Sub Cæsaribus vero non fuerunt comitia, nisi sub Augusto & Iulio Cæsare, quamdiu is solus Rempub. obtinuit, quæ tamen sub Cæsare adeo non fuerunt libera, vt non posset populus, nisi pro dimidia parte quos vellet creare magistratus. Sub Augusto vero, vt patet ex Suetonio in vita vtriusque, reducta quidem, sed quæ tamen maxima ex parte, vt ait Tacitus, Principis arbitrio non populi fierent. Statim vero initio principatus Tiberii adeo defecerunt fieri comitia: vt nunquam postea à sequentibus Imperatoribus sint restituta, licet Caligulam comitiorum more reuocato suffragia populo reddere tentasse scribit Nicol. Cruch. *de Comi. Rom. in præfat.* Sed vel penes senatum Tiberii instituto manserunt, vel plane in Principis fuerunt potestate, vt ex Plinii literis docet Budæus poster. annot. ad Pandect. & de magistratuum creatione Modestinus *in l. vn. ad l. Iul. de ambitu.* Hæc lex, inquit, in vrbe hodie cessat, quia ad curam Principis creatio Magistratuū pertinet, non ad populi fauorem. Licet autem reliqua ad summam potestatem Rerump. pertinentia, vi & fraude ad se paulatim pertraxerunt Principes, Iuris tamen constituendi facultatem diu retinuit Senatus. Imo Iustinianus frustra *in tit de LL* quæ ad L. Plebiscita & Senatusconsulta facienda pertinet, retulit, nisi

& idem Senatui & populo permiserit. Et plures passim in iure relatæ orationes Principum per candidatos habitæ, quibus senatus rogatus fuit, vt quæ constitui vellent principes confirmaret, multaque sub diuersis Imperatoribus corpori iuris inserta Senatusconsulta: Augustus enim solenniter petiit à Senatu, vt Liuia Coniunx Lege Voconia, Tiberius vt liberi ab annuariarum legum obseruatione liberi essent. Suetonius in vita vtriusque. Et refert Septimius Tertullianus de eodem Tiberio retulisse ad Senatum, cum prærogatiua sui suffragii, vt Christus pro Deo coleretur, sed vetuisse id non solum Senatum, sed Christianorũ quoque interfectoribus præmia proposuisse.

AVGVSTI tempore factum fuit SC. de Aquæductu relatum apud Frontinum *lib. 2.* Augustinus Anton. *lib. de legib*, in SC. sine nomine, quo etiam Messala Coruinus curator Aquarum defuncto M. Agrippa factus. Senatusconsultum Syllanianum quoque Augusti tempore factum existimatur. Item Vigintiuirale Hoto. *de Senatu & insignib.*

Tempore quoque CLAVDII SC. Iulianum, vt ex Alexandri Seueri constitutione, & Paulo *lib. 22. quæst.* Calistrato *lib. 1. quæst.* Et *SC. Velleian.* de Assignatione libertorum Hotom. *de Senatu & insignib. SC.*

NERONIS tempore Senatusconsultum Pegasianum, quo omnes actiones, quæ iure ciuili hæredi & in hæredem competunt iustum est, vt darentur ei & in eum, cui ex fideicommisso restituta est hæreditas. Et Trebellianum de quo *in tit. ad SC. Trebel.* Nerorianum de simulatis Adoptionib. Item Turpillianum de Accusationib. desertis Hotom. *de Senatu & insignib. SC.*

VESPASIANI tempore factum fuit SC. Claudianum Sueton. Autor inquit senatui sum decernendi, vt quæ se alieno seruo iunxisset, ancilla haberetur.

De Senatusconsulto Macedoniano, idem Suet. in vita Vespasiani ita scribit: Vespasianum autorem fuisse senatui decernendi vt filiorumfamilias fœneratorib. exigendi crediti ius nunquam esset, ne post patrum quidem mortem.

DOMITIANI tempore SC. Hunianum vel Nouianum, vel vt Pla-

vt Placentino placet Vinianum, Rofredo Iunianum aut Domitianum, de collusione detegenda, autore August. *de l gib. & Senatusconsultis. in verbo Hunianum*. Hotom. *de Senatu & SC. insignibus. in vers. SC. Iunianum.*

Divi Traiani tempore Senatusconsultum Rubrianum factum quo cautum fuit, vt hi à quibus libertatem præstari oporteret & euocati à Prætore, adesse noluissent, si causa cognita Prętor pronunciasset libertatem his deberi, eodem iure statum seruari, ac si directo manumissi essent. Et SC. Orphitianũ. Item Articuleianum de Libertatibus seruorum, vt quacunq; in prouincia libertas seruo relicta testamento fuerit, præses eius prouinciæ de ea cognoscet, quamuis hæres non sit eius prouinciæ *l non tantum. §. 5. de fideicom. hæred.* Hotom. *de Senatu & insignib.*

Hadriani tempore Senatusconsultũ Apronianum Anton. Aug. *de ll. & SC.* in Senatusconsulto Aproniano. Et de autoritate Senatus in cõdendo nouo iure expresse fatetur idem Hadrianus *in l. humanum. C. de legib.* licet in fine eam ad consulendi tantũ, nõ autem pro imperio statuendi facultatem restringat. Item Senatusconsultum Tertullianum, quo plenissime matri de hæreditate liberorum manumissorum cautum est. Meminit & alterius Senatusconsulti Hadriani tempore facti, Vlp. *lib. 5. ad edict.* relatus *l. item veniunt. § præter hæc. de hæred. pet.* Ant. August. *lib. de legib. & SC.* in Senatusconsulto sine nomine, de Liboniano de falsis, Iuliano *de pet. hære.* delatæ, Hotom. *de Senat. & insignib.*

Et præterea non exiguam fuisse autoritatem Senatus, principum tempore ex eo apparet, quod Nero à senatu hostis iudicatus more maiorum puniendus, id est, nudi hominis ceruicem inseri furcæ, & corpus virgis ad necẽ cædi, vt in vita Neronis idem narrat Suetonius. De Iuliano quoq; Apostata & Maximino supplicia sumpserunt, Caluinus *fol. 31.* Eorum quoq; principum, qui scelerate gesserunt Remp. memoriã damnarunt eosq; infamia notarunt. Crimen quoq; læsæ Maiestatis in Senatores cõmitti potuit *l. 5. in pr. C. ad l. Iul. Maiest.* & in maxima dignitate fuerunt. *l. 8. C. de dignit. li. 11.* Et Senatum sub principib. censere populum iubere solitum ex Dion. Halicar. narrat Alex. Ser. *de morib. gentium.*

De firmitate ac perpetuitate Senatusconsultorum expressa extat constitutio Imperatorum Gratiani, Valentiniani & Theodosii *l. vii. de SC.* constituta grauissima pœna confiscationis quadrantis bonorum & infamiæ in eos, qui rescripta contra se impetrauerunt: quamuis ait Senatusconsulta perpetuam per se obtineant firmitatem: tamen nostris legib. etiam idem persequimur adiicientes, vt si quisquam speciali supplicatione eliciendum aliquod rescriptum tentauerit, vt transire ei liceat formam statutorum tertia patrimonii parte mulctetur, & damnatus ambitus crimine infamis maneat.

TANDEM progressu temporis legum quoq; & iuris constituendi potestatem sibi solis Imperatores, excluso tam populo quam senatu vendicarunt, vt patet ex constitutione Iustiniani, *l. vlt. §. pen. C. de ll. vers. si enim.* vbi dicitur, si enim in præsenti leges condere soli Imperatori concessum est, & leges interpretari solo dignum imperio esse oportet. *& § fin. eiusdem l.* Explosis itaq; his ridiculosis ambiguitatib. tam conditor quam interpres legum solus Imperator existimabitur Cuiac *ad d. tit. de ll.*

Ad cuius legis §. *antepen.* licet responderi possit, quod hypothetica propositione nihil certi constituatur, & quod relatio ad legem veterem ac referens secundum relatum interpretandum sit. *l. asse toto. de hæred. inst. l. ait Prætor. de re iudicata.* aliter quoq; particulæ Soli & Solus explicentur ab Accursio in verbo solus Imperator *d. l.* vt excludat singula generum nō genera singulorum, ac sit sensus, nullus alius legem condere potest quam Imperator. Ea tamen interpretatio à mente Iustiniani prorsus aliena est, vt perspicue patet ex clausula finali: Nihil hac lege derogantes veteris iuris conditoribus, quia & eis hoc Maiestas Imperialis permisit. Et expresse Senatusconsulta in posterum fieri vetat *Nouella Leonis* 78. Senatus potestate tum etiā in principem translata, Cuiac. *ad tit. de SC.*

LICET autem vel sponte, vel vi, aut metu, coactus populus Romanus vel politicæ, vel Despoticæ principum potestati se totum subiecisset, hoc tamen negari non potest, Carolum † Ma-
46 gnum armis dominicam plane potestatem regni Italici & Germanici.

manici acquisiuisse, & ad posteros transmisisse. Eius tamen posteritate extincta vtramque gentem, & alios ad Imperium Romanum pertinentes populos ad pristinam † libertatem reuertisse. 47 Ex eoque tempore constituta Aristocratica gubernandi ratione, Imperatori † non παμβασιλεία, multo minus dominatus numeris omnibus absolutus, sed βασιλεία κατὰ νόμον, id est, principatus Aristocraticus legib. certis definitus, concessus est. 48

Ac licet ea, quæ passim de potestate principum Romanorum absoluta in legibus & constitutionibus antiquis, post mutatam Reipub. formam expresse antiquata non inueniantur. Quod tamen certa tantum pars ἀρχῆς πολιτικῆς hoc tempore Imperatoribus tantum concedatur, notoria consuetudine introductum est. Certum est autem, quod non tantum pro † legibus habeatur, 49 quod scriptum, sed etiam quod moribus introductum est, *l. de quibus, l. diuturna. de ll. & l. 1. & 2. C. quæ sit longa consuet.* de quo versus & eleganter Aristot. *pol. 3. cap. 6.* κυριώτεροι, καὶ περὶ κυριωτέρων, τῶν κατὰ γράμματα νόμοι οἱ κατὰ τὰ ἔθη εἰσίν. Quod sic vertit Antonius Montecatinus: Præstantiores & de præstantioribus † rebus sunt leges, quæ 50 moribus seu consuetudinibus, quam quæ literis continentur. Et quod desuetudine, id est, contraria consuetudine leges abrogentur, *d. l. de quib.* Duar. *ad tit. de ll. cap. 12.* Et Solon interrogatus, quas leges iudicaret optimas respondit, quibus populus vteretur. Et Augustinus leges firmantur, cum moribus vtentium approbantur. *cap. in istis. 4. dist.* Facta enim & euentus ipse docet legem moribus populi non conuenientem, atque ideo contemnendam esse, *c. erit autem. 4. distinct.* Duar *ad tit. de ll.*

Quib. nihil obstat, quod vulgo obiici solet rescriptum † Con 15 stantini *l. 2. C. quæ sit longa consuet.* vbi Imperator ait consuetudinis vsusque longæui non vilis est authoritas, verum non vsque adeo sui valitura momento, vt aut rationem vincat aut legem. Et quæ scripsit Vlpianus *in l. 3. §. Diuus. de sepulchro viol.* Verborum enim Constantini nō est is sensus, si consuetudo legi cōtraria sit, quod ea non possit lex abrogari: Sed quod consuetudo suo in genere non vincat legem, id est, maiorem vim non habeat, quam lex. Non autem si species inter se conferantur consuetudinis & legis

contrariæ, tunc enim posterior vincit priorem Duar. *tit. de legib. cap. 12*. Donell. *com. iur. ciuil. lib. 1. cap. 10. in fine.* Sic etiam si lex Regia hoc ipso Reip. statu lata esset, contraria tamen & notissima consuetudine imperii abrogata censeretur. Vlpianus autem *d. l. 3. de sepulchro violato.* non de consuetudine, sed de lege municipali loquitur, quam Princeps constitutionibus suis tollere possit Duar. *in tit. de legib. cap. 12. in fine.*

## CAPVT VI.

### *An Princeps legibus solutus sit?*

OBSERVATA.

1 *Verbi soluti* ὁμωνυμία *apud latinæ linguæ autores.*
2 *In iure solutum quid?*
3 *Verba legibus solutus aliter ab Vlpiano, aliter ab Interpretibus accipiuntur.*
4 *Falsa Budæi verborum legibus solutus interpretatio.*
5 *Cicero solutum legibus pro homine exlege & perditissimo dixit.*
6 *Vocis LEGIS significationes tam apud IC. quam alios Græcos & Latinos.*
7 *Quibus legibus Princeps sit solutus?*
8 *An legibus ciuilibus omnibus in vniuersum soluti fuerint principes Romani, diuersa Græcorum & Latinorum sententia.*
9 *Argumenta eorum qui omnibus solutum adserunt.*
10 *Autoris sententia & argumenta quibus non omnib sed quibusdam tantum solutum probat.*
11 *Exceptionis natura vt cum ex vniuerso partem excipit, contrarias in seiunctis partibus, conditiones demonstret.*
12 *Ad argumenta contraria respondetur.*
13 *Budæus* ἀπολιτεύτως παμβασιλείαν *cum Despotico Imperio confundit.*
14 *Diuinis & naturæ legibus non teneri, Tyrannicum.*

15 Βασιλεία κατὰ βούλησιν *Aristotelis & Manus regia Pomponii*, συνώνυμα.
16 *Legem qua Princeps legibus omnibus sit solutus, historia Romana non agnoscit.*
17 *Cuiacius rectius vltimo, quam primo loco poni iudicat* ti. de reg. iuris. *contra ac in Basilicis factum est.*
18 *Imperii concessi spontanea remissio non præsumitur.*
19 *Modi soluendi legibus diuersi enumerantur.*
20 *Priuilegii descriptio.*
21 *Iura quibus legibus soluuntur principes, priuilegiorum genere contineri.*
22 *Effectus solutionis.*
23 *An hodie Imperator legibus sit solutus.*

QVantum ad formulam † loquendi soluendi verbum proprie quod ligatum est dissoluere significat: Virgilius. 1

Soluite vitales crines, capite orgia mecum. Terent. De vincto seruo in Andria, iube solui obsecro. Inde transfertur ad res incorporales Terent. Neque verbis solues, quod mihi re male feceris. Cicero *in Oratione de lege Agraria contra Rullum.* Sequentur autoritatem Consulis, soluti à cupiditatibus, liberi à delictis. Et *in Oratione pro domo sua ad Pontifices.* O rem, quam homines soluti à cura liberati ridere non desinant. Lucretius:

*Quare etiam atque etiam nec originis esse putandum est*
*Expertes animas nec lethi lege solutas.*

Sic etiam in iure † solutum generaliter dicitur, quod liberatum est à nexu *l. 54. de solutionib.* vbi solutionis verba ad omnẽ obligationẽ pertinere. Et *l. Solutum.* ad quam Alciatus & eleganter vir eruditissimus Ioannes Goddæus *de V. S.* Etsi stricta significatione pecuniæ saltem numerationem denotat Alciatus *l. liberationis. de verb. signifi.* Verba autem † legibus solutus aliter ab interpretibus, aliter ab Vlpiano *in d. l. Princeps. de legib.* accipiuntur. Illi enim quos diximus interpretes hæc verba non tantum de iis vtuntur, qui παμβασιλείαν vel regiam potestatem politicam integrã obtinent, de qua Aristot. *Politicor. lib. 1. c. 14.* πέμπτον δ' εἶδος βασιλείας 2

ὅταν

ὅταν ᾖ πάντων κύριος εἷς ὤν. Quando penes vnum eſt rerum omnium poteſtas, quæ opponitur Regno κατὰ νόμον Ariſtot. *Polit. lib. 3. ca. 16.* vbi dicit: ὁ μὲν κατὰ νόμον βασιλεὺς οὐκ ἔστιν εἶδος πολιτείας Rex ſecundum leges non eſt ſpecies Reipublicæ, vel in aliis Reipublicæ Tropis κυρίαν πάντων obtinent: vt de Optimatibus & populo ipſo: Sed etiam de illis qui regnum numeris omnibus dominationis conſumatum, id eſt, plane deſpoticum vſurpant, cuiuſmodi fuerunt Principes Romani Vlpiani tempore, nil iam priſcæ ciuilitatis re-
4 tinentes omnia arbitrio ſuo ſtatuentes, † quique vt Homericus ille Iupiter, quoq; ſe verterunt omnia circum egerunt, ſolo nutu omnia quatientes, vt ait Budæus *Annotat. priorib. in Pandectas ad l. Princeps. de legibus.* vbi dicit Vlpianus hic ſolutum legibus accepit
5 pro eo quod non eſt teneri legibus. Huc quoq; pertinet, † quod ſcriptum eſt à Cicerone *Philippica 11.* Ille homo ſummo ingenio, ſumma potentia, qui ex ædilitate conſulatum petit, ſoluatur legibus, quamuis leges eum non teneant: verba tum Ironica, tum hominem exlegem & perditiſſimum ſignificantia.

6 LEGIS nomen † etſi late patet, ac non ſolum populi plebiſve iuſſa & ſcita, ſeu cuiuſcunque poteſtatis decreta, ſed & doctrinarum præcepta, conuentionem etiam & conditionem quamcunque ſignificat, vt patet ex *l. eum debere. de ſeruit. vrb. præd. l. is qui duo. de ſeruit. ruſt. præd. l. legem. de pactis. l. Lucius. §. Lucius. ff. de fideic. lib.* erudite Anton. Auguſtin. *de LL. & Senatuſconſultis. cap. 1.* & non tantum de humanis naturalibus gentium & ciuilibus, ſed etiam diuinis ſancitis accipitur, vt *l. 2 de legibus.* quam ex Oratione Demoſthenis *in Ariſtogitonem*, ſic reſtituit Budæus *in Annot. priorib. ad Pandectas*: καὶ τοῦτ' ἐστὶ νόμος ᾧ πάντας προσήκει πείθεσθαι, διὰ πολλά, καὶ μάλιστ' ὅτι πᾶς ἐστὶ νόμος εὕρημα μὲν, καὶ δῶρον θεῶν. δόγμα δὲ φρονίμων ἀνθρώπων, ἐπανόρθωμα δὲ τῶν ἑκουσίων. καὶ ἀκουσίων ἁμαρτημάτων, πόλεως δὲ συνθήκη κοινή, καθ' ἣν πᾶσι προσήκει ζῆν τοῖς ἐν πόλει. Id eſt, Lex eſt, cui omneis homines obtemperare conuenit, cum ob alia multa, tum vel eo maxime, quod lex omnis inuentum quidem, ac munus Deorum eſt, decretum vero prudentum hominum. Ad hæc flagitiorum conſultorum, inconſultorumque emendatio, conſpirantis denique ciuitatis conuentum, ad cuius præſcriptum omnes in ciuitate agentes vitam

vitam instituere par est. Proprie tamen ad ius & iustitiam refertur Varro *libr. 5. de lingua latina*. Cicero *libr. 1. de legibus*. Ac de lege scripta intelligitur, Cic *lib. 1. de legibus*. Sed quoniam in populari Oratione omnis nostra versatur Oratio, populariter interdum loqui necesse est, & appellare eam legem, quæ scripto sancit, quod vult, aut iubendo aut vetando. Aristoteles *Politicor. lib. 3. cap. 9. num. 39.* ὁ νόμος συνθήκη, καθάπερ ἔφη Λυκόφρων, ὁ σοφιστής, ἐγγυητὴς ἀλλήλοις τῶν δικαίων, ἀλλ' οὐχ οἷος ποιεῖν ἀγαθούς. Id est, Lex est inquit consensus, vt Lycophron Sophista dixit, sponsor inuicem inter ciues, sed qui ciues bonos iustosque efficere non possit. Cic. *de legibus. libr. 1.* Lex est ratio summa insita in natura, quæ iubet ea, quæ facienda sunt prohibetque contraria. Et *libr. 3.* Lex est iustorum iniustorumq; distinctio ad illam antiquissimam & rerum omnium principem expressa naturam, ad quam leges hominum diriguntur, quæ supplicio improbos afficiunt & defendunt ac tuentur bonos. Eoque sensu in iure ciuili dupliciter accipitur. Primo proprie pro iure, quod comitiis centuriatis tributis vel curiatis vno ex maioribus magistratibus, Consule, Dictatore, Interrege, &c. rogante à toto populo Romano constituebatur Budæus *ad l. priorem. de orig. iuris*. Nicolaus Cruchus, *de comitiis Romanorum. lib. 1. c. 2.* Hotoman, *in com. verb. iuris. verbo lex*. Donel. *com. iur. ciuil. lib. 1. c. 7.* quod cum definitione Demosthenis consentit, qui dicit νόμος ἐστὶ συνθήκη κοινὴ τῆς πόλεως, κατὰ συνεκδοχὴν, membri vero non tantum plebiscita, constitutiones Principum, sed etiam aliæ partes iuris ciuilis generaliter leges appellantur. *l. 1. ad leg. Aquil.* qua etiam significatione lex definitur, *l. 1. de legibus*. Duar. *in titul. de legibus. cap. 2.*

Qvibvs autem legibus † solutus sit Princeps, cum in quali- 7
bet dispositione verba proprie sint intelligenda, & si sunt ambigua, ea interpretatio capienda, quæ vitio careat, sequitur primo de legibus tantum ciuilibus, non vero diuinis ac naturalibus, verbum legibus hic intelligendum esse. Quæ enim pietatem, verecundiam existimationem lædunt, quæque contra bonos mores fiunt, nulli nec Principi, nec priuato permitti possunt. *l. 15. de condition. instit. l. 1. C. si aduersus vendit. l. 3. C. si minor se maiorem dixerit.*

*rit. l. 6. C. si contra ius vel vtilitatem publicam.* Marius Salamonius, *in*
8 *tr. de Principe lib.* 1. An autem legibus † ciuilibus omnibus in vniuersum, an vero quibusdam saltem soluti fuerint Principes Romani, diuersæ sunt Latinorum & Græcorum sententiæ. Latinos
9 omnibus † solutũ fuisse autor est Cuiac. *obs. lib. 15. c. 30.* Quod probari videtur generalitate orationis legis Princeps, qua indefinite respondet Vlpianus Principẽ legib. solutum. Indefinitum autẽ in multis æquipollet vniuersali *l. si plurib.* & ibi Bart *de leg. 2. l. si plures. de leg. 3* Menoch. *præs. 51 lib. 4. n. 8. & præsump. 76. n. 19 & præsumpt. 173. n. 13. eod. li.* Præsertim in dispositione legis, Dec. *in l. 1. n. 12. & ibid.* Cagnolus *n. 9* Alciat. *lib. 3. Paradoxorum. cap. 14.* Menoch. *in tract. de præsumpt. libr. 1. quæst. 46. num.* 31. Idem sentit Budæus *in Annotationibus prioribus ad Pandectas. l. Princeps.* Quod Principes Romani Vlpiani tempore non tantum 5. genus Regni, quam Aristotelis παμβασιλείαν vocat *Politicor. lib. 3. cap. 14. §.* πέμπτον, sed Dominatum ciuilitatis omnis expertem habuerint. Ex quibus legibus nullis Principem obligatum esse arguit. Idem pro defendendo eo, quem sibi erroris opinione finxit dominatu numeris omnib. absoluto in Regno Galliæ, magno conatu defendit Guilelmus Barclaius, de Regno ac Regali potestate *lib 3 cap. 15.* His rationibus: Primo, quod minime sint mutanda, quæ interpretationem certam semper habuerunt. *l. minime. de legib.* Secundo à testimonio Vlpiani, quod testetur Imperatores frequenter rescripsisse se legibus esse solutos, legibus tamen viuere. Tertio ineluctabile dicit esse argumentum ex Historia Dionis Vlpiani coætanei. Quibus adstipulatur Henningus Arnisæus *de Republica. lib. 2. cap. 6. num 36.* de Imperio Romano ex generalitate *d. l. princeps. & §. fin. Instit quibus modis testamenta infirmentur.* Et quod Dion & Xiphilinus aperte testentur ab omni legum coactione Augustum, cæterosq; Principes L. REGIA liberatos. *d c. n. 39.*
10 His tamen † non obstantib. verissimum esse statuo non omnibus, sed quibusdam saltem legib. solutos fuisse Imperatores. Id primo probatur à natura Orationis *d. l. princeps.* & aliarum de hac solutione loquentium non vniuersalis, sed indefinitæ. Ac licet à quibusdam distinguatur inter dispositionem legis & hominis, vt
in hac

in hac particularis, in illa vniuersalis, vim indefinita obtineat, Dec.& Çagnol.*in l.1.de reg.iur.* Menoch.*præs.li.1 q.36.n.31.* Couarr. *lib.var.resolut.c.13 n.14.* Ea tamen distinctio nō habet locum in legibus odiosis & contra rationem latis. Hæ enim strictissime interpretandæ sunt Ias.*in l.1.de reb.creditis.* Menoch.*præsumpt.62.n 3.lib.4.l.cum quidam.de lib.& posth.hæred.instit.* Dec.*cons.425.in casu proposito ad finem.l.quicquid astringendæ.de verb.oblig.* Purp.*cons.333.nu.17.* Fuluius Pacian.*cons.70.* Præterea cum in ambigua voce legis ea sit capienda interpretatio, quę vicio careat.*l.in ambigua.de legib.* Maxime autem vitiosum & absurdū foret populū Romanum eam in se vni homini licentiam, & vt recte appellat Dion Halicar. *Antiq. Rom. libr.5.* barbaricam dominandi potestatem legib. moribusq; solutam tribuisse, vt quicquid libuerit pro ratione sit. Id enim nihil aliud esset, quā extremæ seruituti sese mācipare, à qua natura quæ liberos ac pares omnes genuit, abhorremus: vt etiam in genere iniquissimum esse dicit Cicero, non omnes iisdem legib. teneri *in oratione pro Aulo Cluentio.* Tertio idē arguitur † à natura ex- 11
ceptionis, cuius ea vis & effectus est, vt cum ex vniuerso partem eximit contrarias in seiunctis partibus conditiones demonstret, Cic.*in oratione pro Balbo.* ibi necesse est licere, vbi non est exceptū, quam enim conditionem exemtis attribuit, eius contrariū in relictis ostendit. Adeo, vt etiam in partib. non exemtis suam conditionem illustrare & confirmare videatur.*l.tribunus.§.1.de mil.testa.* Paris.*cons.78.n.25.cons.33.nu.39.cons.35.num.8.vol.1.* Certum est autem legib. quibusdam exemtū esse Imperatorem, vt Caducariis ex Senatusconsulto quodam eorū, quæ facta esse ad eas leges refert Iustinianus, & aliis quibusdam veluti solennib. Manumissionis,*l.apud eum.de manumissionib.* Item Testamenti.*l.ex imperfecto.C. de testam.* & aliis ad calcem capitis enumeratis, ergo in non exceptis legib tenetur.

Quinto quod legibus diserte relatum sit, quibusdam non esse solutum.

Primo Lege Falcidia *l.4.C.ad leg.Falcid.*

Secundo Lege Glicia *l.Pap.§.si Imp.de inoffic.testam.*

Tertio, L. Voconia, qua de causa eius veniam à Senatu petiisse

narrat Dion Cuiac. *obs. lib. 15. cap. 30.* qua petitione opus non erat, si legibus omnibus soluti erant ipso iure: Frustra enim precibus impetretur, quod iure communi conceditur iuribus vulgatis.

Sexto, quod etiam non de omnibus, sed de Caducariis tantum Iulia & Papia *d. l. Princeps.* sententia accipienda sit ex inscriptione arguitur, Cuiac. *obs. lib. 15. c. 30.* Anton. Augustin. *lib. de legib. cap. vlt.*

Septimo, Græci quoq; eandem de pœnariis solummodo legibus interpretantur, Cuiac. *d. lib. 15. c. 30.*

Octauo adminiculatur hisce vsitata ac solennis loquendi formula, qua in historia Romana legib. soluti dicuntur non omnibus, sed κατ' ἰνακλαγὴν numeri, illis tantum, quæ rogatione aut Senatusconsulto continentur, Antonius Augustinus in eruditissimo libro *de legibus & Senatusconsultis.* Sic Liuius *libr. 10. ab vrbe condita.* Cum Fabius Maximus oblatum denuo consulatum ob ætatem ingrauescentem & alias causas recusaret, & vt ab eo munus esset, legem recitari iussit, qua inter decem annos, eundem consulem refici non liceret, tribunis plebis, & se quo minus eo impediretur ad populum laturos & legibus, id est, vna ac sola illa quam recitari iusserat solueretur. Idem *lib. 9. de Bello Macedonico.* Cneius Sicilius & L. Puppius, qui ædiles proximo anno fuerant, & C. Valerius, is quia ædilis Curulis designatus erat, sine toga candida, sed maxima ex omnibus contentione petebat, certamenque ei cum Flamine Diali erat, & postquam primo æquare, mox superare est visus, pars tribunorum plebisve negare eius rationem habendam esse, quod duos simul vnus magistratus præsertim Curiales, nec capere posset nec gerere: Pars legibus eum solui æquum censere, id est, lege illa, quæ prohibet vnum duos magistratus simul gerere. Cicero *in oratione pro l. Manilia.* Quid tam singulare quam vt ex Iurisconsulto legibus solutus consul ante fieret, quam vllum alium magistratum per leges capere licuisset. Et *Philipp. 11.* Qui ex Ædilitate consulatum petit, soluatur inquit legibus Anton. Augustin. *de legib. l. Cornelia. de Ordine Magistratuum.* Sic etiam hoc verbo non vniuersaliter de legibus

gibus omnibus, ſed de vna tantum lege, qua abſentes magiſtratus petere prohibebantur, pro obtinendo cõſulatu, ſolui ſe petebat, vtitur Suetonius Tranquillus, *in vita Iulii Cæſaris*, legibus ſolui ſe petebat Cæſar. Sic quoque loquitur Nicolaus Cruchus *de Comitiis Romanorum. lib. 1. cap. 2.* Quin etiam legibus ſolutos ſæpe reperimus multos vt creari poſſent, vel ante legitimam ætatem, vel abſentes, vel decennio nondum interpoſito inter eundem magiſtratum. Idem Barnabas Briſſon. *de iure Connub. in fine.* Auguſtum Cæſarem legibus ſolutum, id eſt, gratiam ei legis Regiæ, qua luctus viduæ tempus decem menſium definitum erat, per quos mulier à nuptiis abſtinere iubebatur, factã cuius duplex affertur ratio ab Harmenopulo *lib. 4. tit. 6.* διὰ τὸ μὴ σύγχυσιν γίνεσθαι, τῆς γονῆς, ϗ διὰ τὴν ὀφειλομένην αἰδῶ, ϗ τιμὴν τῷ ἀνδρὶ, teſte Plutarcho *in Numa*. de quo Ouid. *Faſtor. lib. 1.*

*Quod ſatis eſt vtero matris, dum prodeat infans,*
*Hoc anno ſtatuit temporis eſſe ſatis.*
*Per totidem menſes à funere coniugis vxor*
*Suſtinet in viduæ triſtia ſigna domo.*

Idem dicit ſolertiſſimus antiquitatis Romanę indagator Anton. Auguſtin *lib. de legibus. c. 18.* & confirmatur Dionis autoritate *lib. 53.* dicentis, ante Cæſarum tempora nemini Romano aperte & in omnibus conceſſum eſſe, vt legibus ſolueretur. Ergo quæ Cicero, Liuius, & alii de iis, qui legibus ſoluti fuerunt indefinite dixerunt, non de omnibus, ſed aliquibus ſaltem accipiendum. Quod cuiuſcunque diſpoſitionis verba ſecundum communem vſum loquendi ſint accipienda, Iaſon *in l. ſtipulatio iſta §. hoc quoq. in fine. de verbor. obligat. l. Labeo. de ſupel. legata. l. librorum. § quod tamen.* Caſſius *de legatis. l. cum de Lanionis. § Aſinam molendariam. de fundo inſtr. & inſtrum. legato.* Fuluius Pacian. *conſil. 27. nu. 44.* Guido Papæ *quæſt. 493* Pariſ. *conſi. 3. num. 51. & 52.* Surd. *conſi. 454. n. 16.* Idq; ex illo ipſo monumento Romano legis Veſpaſianæ, quamcunque mereatur fidem non omnibus, ſed quibuſdam ſaltem ſolutos fuiſſe Imperatores manifeſtum eſt, dum dicitur Vtiqve, quib. legib. plebiſve ſcitis ſcriptum fuit, ne Diuus Auguſtus Tiberius, Iulius Cæſar Auguſt. Tiberiuſque Claudius Cæſar Germanicus

tenerentur, illis legibus plebisve scitis Imperator Cæsar Vespasianus solutus sit. Ex quo etiam apparet, non eadem ac tralatitia lege quadam regia Principes electos, sed singulis conditiones quibus principatum inirent fuisse præscriptas. Additur deinde diserte, quod ex legibus principes facere oporteat, vnde quoque omnibus solutum non fuisse manifestum est Quæque ex quaque lege, Rogatione, Diuum Augustum, Tiberium, Iulium Cæsarem August. Tiberiumve Claudium Cæs. Augustum Germanicum facere oportuit, ea omnia Imperatori Cæsari Vespasiano facere liceat. Anton Aug. *de legib. c.8.* qui legibus soluebantur in fine, Marius Salamonius *de principatu. lib. 6. in fine*. Quod autem non omnibus legibus in vniuersum soluti fuerunt Principes Romani multa præterea priuilegia, quibus à generali legum obseruatione liberati fuerunt, passim in iure ostendunt.

12 Quibus nihil aduersantur † quæ à Budæo *in Annotationibus prioribus in Pandectas ad l. Princeps. de legib.* & Barclaio *de regno & regali potestate. libr. 3. capit. 15. & sequent.* pro stabilienda absurda & ab omni politica ratione aliena sententia de Pamphasalico, vel potius Despotico tam Gallorum, quam aliorum regum imperio afferuntur.

13 Quantum enim † ad Budæum *primo*, ἀπολίτευτον est, quod παμβασιλείαν cum Despotico ac tyrannico Imperio confundit: Hoc enim παρέκβασις siue labes & transgressio: illa rectæ politiæ species est, qua vnus non despoticam in personas ac res ciuium, sed rerum omnium, id est, politicam potestatem, qualem quæq; gens & ciuitas antequam vni vel pluribus per Tropos istos μοναρχίας vel ἀριστοκρατίας subiiciatur, id est, liberam ac à se omnino nõ ex alieno
14 legum ciuilium nempe imperio † (Diuinis enim & naturæ legibus non teneri non politicum, sed tyrannicum est,) dependentem, vt eleganter hunc locum explicat Anton. Montecat. *com. in Polit.* Aristot. *libr. 3. capit. 14. text. 110.* in verbis rerum omnium communium habet potestatem, idque est, quod sine certa lege,
15 sine certo iure, omnia manu Regis gubernari dicit † Pomponius *in l. 2. §. 3. & 4. de origine iuris.* Eius autem quod sentit Principem generaliter legibus solutum Budæus rationem nullam affert

fert, cur Principes Romani legibus soluti, id est, consensu vel decreto populi liberati esse intelligi debeant, vt legibus nullis teneantur, sed tantum vt diximus, quod vsurparint dominatum numeris omnibus absolutum, & ab omni ciuilitate alienum.

Barclai argumenta, quod attinet, primum à generalitate *d. l. princeps.* ductum supra satis confutatum arbitror.

Quantum ad Dionis autoritatē, qua sola Barclaius & omnes qui generalitatem dictorum verborum, legibus solutus defendere conantur, nituntur, quoque vno scrupulum omnem eximi opinatur Arnisæus *d. cap. 6. de Statu Imperii Romani.* Primo aperte falsum & fictum est, quod narrare Dionem dicit Barclaius, populo senatuque volente & concedente munia senatus legum & magistratuum principem esse adeptum. Secundo, quod magna cum maiestatis veneratione omnem in principem potestatem, & imperium suum transtulerit populus. Sed verius, quod doctissimus Anton Augustin. *in d. lib. de legib. in lege Regia.* Vtriq; Cæsari post bellorum ciuilium victoriam à Senatu populoque Romano omnem potestatem, atq; imperium concessum per vim & metū scribere ait. Nihil enim *d. lib. 53.* Augusto voluntate & consensu tributum refert, nisi quod post consulatum *6.* & censuram delatum principem senatus pro more, integro Reipubl. popularis Statu recepto, dictus sit. Is autem principatus, vt ex Plutarcho in Africano liquet, non species imperii politici vel despotici, sed genus honoris iis deferri consuetum fuit, qui autoritatem & gloriam maxime in Rempubl. meritis, præstantissimisque rebus gestis adepti essent Budæus *in Pandectis prioribus l. vlt. de Senatoribus.*

Quantum vero ad summam ac regiam potestatem, hactenus vt ipse fatetur non legitime delatam, sed vi vsurpatam Augusto, se depositurum astute simulanti. partim studio factiosorum hominum & reliquorum metu cōcessum esse diserte affirmat. Quibus nihil obstat, quod postea subiicit, *eod. lib. 53. fol. 381.* Quod nec videantur Imperatores ex potentia potius, quam legibus habere omnia, quæ in populari forma Reipubl. multum valuerunt,

runt, senatu populoque volentibus, ea cum ipsis nominibus in se recipiunt excepta Dictatura. Ex quo volente Senatu hanc Augusto potestatem delatam esse Barclaio inferri posse videtur. Est autem error παρὰ τὴν διαίρεσιν Aliud enim est Imperatores omnia, quæ in populari forma Reip. multum valuere Senatu populoq; volentibus in se recepisse Prior sententia est Dionis, hanc inuertit Barclaius imperite vel malitiose verba senatu populoque volentibus à prioribus verbis omnia, quæ in populari forma multum valuerunt diuidit, & *cum seqq.* omnia cum ipsis nominibus in se recipiunt, componit. Eamque non esse mentem Dionis, sed quod ea in Republica nomina magistratuum valuerunt populo senatuque, ita volente & constituente, non autem quod ea cum consensu eiusdem in principem transtulerit, non tantum ipse textus, quo verba volente senatu populoque ad verbum valuerunt non ad recipiunt referuntur. Et *fol. seq.* vbi eandem sententiam repetit diserte ostenditur, ibi enim dicit. Hæc igitur singula cum legibus fuerint stabilita in ea Reipublicæ institutione, qua penes populum est summa rerum, Imperatores cum ipsis nominibus sibi sumunt, vt sibi à subditis nō datum habere videantur: Quod Dion quoque non vt falso interpretatur Barclaius, ius potestatemque populi, cum veneratione in principem sponte translatum, omnia quæ consulibus aliisque cum pleno iure magistratibus facere licet agēdi, sed τά τε ἄλλα ὅσα ποτὲ τοῖς ὑπάτοις, καὶ τοῖς ἄλλοις τοῖς ἀνταρχοῦσι τό τε ποιεῖν ἐξῆν λαμβάνουσιν, quod subiicit ἤδη γὰρ καὶ ἕτερόν τι ὃ μηδενὶ τῶν πάλαι ῥωμαίων ἐς πάντα: Id est, aliud porro quoddam ius habent nulli vnquam Romano aperte, & omnibus rebus concessum. Legibus enim soluti sunt Imperatores: quo ipso solo & ea quæ retulimus, ac reliqua etiam omnia agendi licentia eis datur. In eo non historicum, qui quando à qua & quibus legibus soluti fuissent Imperatores, addere debebat, sed interpretem verborum Latinorum Vlpiani, (cuius amicus & coætaneus fuit, vterque enim Alexandri Seueri temporibus vixerunt, vt de Dione Xiphilinus *in Epitome Dionis*, Cæl. Augusti de Vlpiano Alex. ab Alexandro *Gental. dierum lib. 6. cap. 23.*) & phraseos Romanæ male intellectæ agit, vt ipse fatetur *d. lib. 53.* se ex latino sermone

trans-

transferre λέλυνται τῶν νόμων. Quod enim de legibus caducariis Vlpianus & rerum Romanarum Scriptores omnes de vna atq; altera: hic de vniuersis perperam interpretatur: Rectius vero eius interpres Xiphilinus: id quod nemini Imperatorũ antea sponte ac libera voluntate concessum sit, vsurpasse, vt nimirum legibus soluti esse dicantur *in Epitome Dionis. lib. 53.* Eiusdem farinæ est, quod postea scripsit idem Dion *eod. libr. 53. fol. 50.* Augustum cum propter morbum diutius abfuisset vrbi, appropinquantem populo viritim centenos denarios promisisset negassetque se prius id proscripturum, quam senatus assensisset, omni eum lege necessitate senatus liberasse, vt veluti demonstratum à me est inquit, vere cum plena potestate perfecteque sui iuris legibusque solutus, agere aut non agere posset pro arbitrio: Quæ enim fides sit habenda his & aliis narrationibus, Dion ipse satis aperte fatetur, *d. lib. 53. fol. 385.* dum ait: ἐκ δὲ δὴ τοῦ χρόνου ἐκείνου τὰ μὲν πλείω κρύφα, καὶ δι' ἀπορρήτων γίγνεσθαι ἤρξατο, εἰ δέ πού καὶ τινὰ δημοσιευθείη, ἀλλὰ ἀνεξέλεγκτά γε ὄντα ἀπιστεῖται, καὶ γὰρ λέγεσθαι, καὶ πράττεσθαι πάντα πρὸς τὰ τῶν ἀεὶ κρατούντων τῶν τε παραδυναστευόντων σφίσι, βουλήματα ὑποπτεύεται, καὶ κατὰ τοῦτο πολλὰ μὲν οὐ γιγνόμενα θρυλλεῖται, πολλὰ δὲ καὶ πάνυ συμβαίνοντα, ἀγνοεῖται πάντα δὲ, ὡς εἰπεῖν, ἄλλ' ὡς πώς ἢ πράττεται, διαθροεῖται, καὶ μέντοι, καὶ τὸ τῆς ἀρχῆς μέγεθος τό, τέ τῶν πραγμάτων πλῆθος δυσχερεστάτην ἀκρίβειαν αὐτῶν παρέχεται. ἐν τε γὰρ τῇ Ῥώμῃ συχνὰ, καὶ παρὰ τῷ ὑπηκόῳ αὐτῆς πολλὰ πρός τε τὸ πολέμιον, καὶ καθ' ἡμέραν, ὡς εἰπεῖν, γίγνεταί τινα περὶ ὧν τὸ μὲν σαφὲς οὐδεὶς ῥᾳδίως, ἔξω τῶν πραττόντων αὐτὰ, γιγνώσκει πλεῖστοι δὲ οὐδὲ ἀκούουσι τὴν ἀρχὴν ὅτι γέγονεν, ὅθεν περ, καὶ ἐγὼ πάντα τὰ ἑξῆς ὅσα γε καὶ ἀναγκαῖον ἔσται εἰπεῖν ὡς που δεδήλωται φράσω, εἴτ' ὄντως οὕτως εἴτε, καὶ ἑτέρως πως ἔχει προσέσται μέντοι τι αὐτοῖς, καὶ τῆς ἐμῆς δοξασίας ἐς ὅσον ἐνδέχεται ἐν οἷς ἄλλο τι μᾶλλον ἢ τὸ θρυλλούμενον ἠδυνήθην ἐκ πολλῶν ὧν ἀνέγνων, ἢ καὶ ἤκουσα ἢ καὶ εἶδον τεκμήρασθαι. Id est, Verum à tempore immutatæ Reipublicæ, quia pleraq; occultè agi cœperunt, parum fidei narratio eorum inuenit: quinetiam si quid aperte ac publice ageretur, tamen ei quoque non multum certitudinis, rei quippe non satis exploratæ tribuitur. Est enim suspicio omnia dici agique ad arbitrium Imperatorum, eorumque qui horum sunt potentiæ comites, inde fieri, vt multa conficta diuulgentur, multa quę vere acta sint ignorentur, denique omnia secus, quam euenerint edantur. Iam ipsius etiam Imperii moles, ac rerum multitudo efficit, vt difficilimum sit omnia accurate memoriæ prodere. Etenim permulta quotidie

O Romæ,

Romæ, multa in sociorum regionibus, multa contra hostes geruntur, de quibus præter eos, qui ea conficiunt, nemo quicquam certi cognoscit: plerique enim ne facta quidem esse audiunt. Idcirco deinceps omnia ego ea, quæ recensere operæ est, ita vt ab aliis indicata sunt, commemorabo, siue ita rei veritas, siue etiam aliter: mea tamen nonnunquam apposita opinione, si quando fieri potuit, vt ex multis his, quæ legi, vidi, audituve accepi, aliter rem, quam tradita sit, gestam coniectarer.

Quod autem quæ declarationi huic subiicit de principe vniuerso legibus soluto mera sit opinio inde constat, quod talem le-
16 gem, qua princeps legibus omnibus sit † solutus historia Romana prorsus ignorat. Pomponius quoque, qui & Vlpiani & Dionis sub Alexandro Seuero coætaneus fuit in diligenti, *de origine iuris & omnium magistratuū Romanorum*, narratione *in libro singularis Enchiridii*, relato *in l. 2. de origine iuris.* nec legis regiæ nec solutionis eiusmodi mentionem facit, sed vt ait Antonius Augustinus *lib. de legib. in l. Regia.* potestatem Principis à Cæsare & Octauio Augusto vsurpatam, id est, vi & metu populo ereptam, eleganter tacet. Eam quoque si vspiam extitisset, Iustinianus, qui tam studiose omnia, quæ ad stabiliendam potestatem regiam facere visa sunt, conquisiuit, proculdubio non fuisset dissimulaturus. Ac si Augustum legibus solutum ex historiis constaret, id tamen non de omnibus, sed iis quibus ad liberalitatem istam ex ærario publico exercendam solui necessarium fuisset, non vero vt phrasin Romanam homo Græcus accipit, ad leges vniuersas extendendum esset. Ac licet Augustum vel à populo vel senatu legibus omnibus solutum probari possit: Id tamen non de παμβασιλεία multo minus de barbarica dominandi licentia, sed quod ipse tantum quoad personam & causas legum vinculo esset exemptus, accipiendum, ita vt tanquam priuilegium personale, cum persona Augusti fuisset extinctum, nec ad exemplum à sequentibus Imperatoribus trahi potuisset *l. 1. §. plane.* & ibi Baro *de constitut. Princip.* Idque ex sæpe *dict. leg. Regia.* Vespasiani & alia, quæ de aliorum Imperatorum veniæ legum quarundam petitione perspicuum est.

Quæ

Quæ ab Arnilæo de generali Principum à legib. solutione ex sæpe *d.l. Princeps. & §. fin. Inst. quib. modis testamenta infirmentur.* peculiari confutatione non indigent. Quod vero dicit Dionem & Xiphilinum aperte testari Principes LEGE REGIA, legum coactione esse liberatos, relato destituitur. Neque enim is *lib. 53.* vel Xiphilinus *in Augusto*, vspiam Legis Regiæ mentionem faciunt, imo Regis & Regiæ potestatis nomina tanquam odiosa à Republica profligata esse refert Xiphilinus *in Augusto, fol. 68.* Ac licet vterque Principem legibus solutum ὡς ῥήματα τα λατινικὰ λέγει ex historia Romana affirment, toto tamen cœlo distare effectum LEGIS REGIÆ, & L. Princeps, cuius sola confusione omnes, qui nostra ætate de hac quæstione scripserunt, rem per se planã & apertam, quasi Cymmeriis tenebris inuoluerunt, satis superque à nobis explicatum est. Quæ ad argumentũ Cuiacii ex inscriptione *ad l. Iul. & Papiam.* respondet Barclaius & alii leuia adeo & friuola sunt, vt confutatione opus vlla non sit. Quod n. dicitur responsum in l. ingenuum ex *lib. 1.* Vlpiani *ad l. Iul. & Pap.* relatũ pro regula iuris, sic quoq; verba hæc, *Princeps est solutus legibus*, pro regulari definitione accipienda esse: Certum est etsi regula, vt ait Paulus *lib. 16. ad Plautium. in l. regula: de reg. iuris.* rem breuiter enarrat, & vt ait Sabinus, quasi causæ quædam connectio est: tamen ex illa regula ius non sumendum, sed ex quo iure sumpta sit videndum, & ad illud referendam dicit: Ius enim prius est regula.

Vnde Cuiacius † ait rectius regulæ vltimo loco, quam primo 17 (vt in Basilicis factum est, in Digestis poni, quod regulæ iuris quæ interuenere, ius non constituant, sed ad suum ius referendæ sint, vt proinde leuia ac periculosa sint, quæ ex regulis iuris ducuntur, ex iisque non argumentandum esse recte affirmat Cuiacius, *ad dict. leg. 1. de regul. iuris.* Duarenus *ad l. iuris gentium. §. quinimo. de pactis. in verbis propter eandem regulam.* Ac de fallacia Brocardicarum, & quodlibeticarum istarum definitionum eleganter ait Duaren. *ad titul. 25. libro secundo. Cod. si tutor vel curator interuenerit.* & *ad titul. si in vna eademque causa restitut. in integr. postuletur.* Quod eiusmodi præstigiis omnia inuolui soleant. Posito autem

ſic generaliter ab Vlpiano Principem legibus ſolutum relatum eſſe, id tamen veri rationem habere nō poteſt, fide hiſtorica non ſuffragante. Referenti enim fides non habetur, niſi conſtet de relato *Auth. ſi quem aliquo C. de edendo*. Menoch. *de præſumpt. lib. 6. præſumpt. 1. num. 6.* Quod autem in iuris hiſtoria ea de re nihil reperiatur, imo contrarium multis locis probari poſſit, ſatis ſuperque antea demonſtratum eſt. Quod autem ad argumentum Cuiacii ex ſpeciali petitione liberationis à lege Voconia Glocia & Falcidia idem affert Barclaius, ex humanitate, manſuetudine & modeſtia Principum factum eſſe: id valde ieiunum ac nugatorium eſt, cum non tantum priuatarum poſſeſſionum quid nemo iactare præſumatur. *l. cum de indebito. de probationib.* Speculat. *de petitorio & poſſ. §. ſciendum. nu. 33.* Menoch. *de præſumpt. lib. 1. quæſt. 18. num. 13. & præſ. 35. lib. 5. nu 7. præſ. 27. lib. 6. nu. 9.* Decius *conſ. 350. col. 2.* Marſil. *ſing. 56.* Crauetta *conſil. 77. num. 13. conſi. 106. & conſi. 142. num. 26.*

18 Maxime vero imperii † conceſſi remiſſio non præſumitur, quam obſtinate ita cupiunt & nactā conſeruare ſtudent omnes, vt etiam famæ & honeſtatis iacturam facere, quam quicquam de eo remittere velint, vt eleganter ait Cicero *libr. 1. officiorum.* Huic veri videndi cupiditati adiuncta eſt appetitio quædam principatus, vt nemini parere animus bene à natura informatus, velit, niſi præcipienti & docenti aut vtilitatis cauſa iuſte & legitime imperanti. Et *eodem libro.* Maxime autem adducuntur pleriq; vt eos iuſtitiæ capiat obliuio, cum in imperiorum, honorum gloriæve cupiditatem inciderint. Quod enim eſt apud Ennium: *Nulla ſancta ſocietas nec fides regni eſt, latius patet: Nam quicquid eiuſmodi eſt, in quo non poſſint plures excellere, in eo plerunque tanta ſit contentio, vt difficile ſit ſanctam ſeruare ſocietatem.* Declarauit id modo tempeſtas C. Iulii Cæſaris, qui omnia diuina & humana peruertit, propter eum quem ſibi opinionis errore finxerat principatum. Et apud Senecam *in Thebaide* in Polynices, pro Regno velim patriam, penates, coniugem flammis dare, in imperio quolibet precio conſtant bene. Huc quoque pertinet dictum Taciti *lib. 15.* Cupido dominandi cunctis affectibus flagrantior eſt: Et illud

lud Euripidis *in Phœnissis.* Si violandum ius est, regnandi causa violandum, si ius & Religio violanda sunt, regnandi causa violanda sunt: in cæteris pietatem colas. Nullo igitur modo verisimile est principes si παμβασιλείαν concessu populi habuissent, à Senatu vel populo legum solutionem fuisse petituros. Vt nec credibile est Regem Galliarum, si plenum & absolutum adeo imperium non ratione quadam Aristocratica temperatum, voluntate populi vel principum & optimatum in Gallos obtineret, in publicandis Edictis & aliis ad Imperium pertinentib. senatus vel Parlamenti adsensum adhibiturum.

Non tantum autem abducta à Cuiacio lege Falcidia, Glocia & Voconia, sed aliis quoque compluribus legibus principes successu temporis tam Iureconsultorum responsis, quam aliis iuris partibus soluti reperiuntur, qua singulari exemptione opus non fuisset, si per *l. Princeps.* semel generaliter legibus omnibus soluti fuissent.

FIT autem ea solutio † vltra solennem legibus vel Senatusconsultis eximendi formam, duobus modis. Primo cum in eadem lege nominatim excipitur Imperator. Secundo, cum alia lege vel constitutione soluitur. Prioris generis exempla extant primo *in l. à nullo. C. de feriis.* vbi princeps soluitur lege prohibente indictionem feriarum repentinarum. Et *in l. ille, à quo. §. si ad Fiscum. ad Trebellian.* Fiscus Cæsareus liberatur ab onere satisdationis l. illa requisitę. 19

Secundi generis exemptionis à prioribus legibus factæ exempla sunt *in l. 1. de officio procurat. Cæsaris.* vbi princeps soluitur *l. per procuratorem. de acquirenda vel amit. hæred.* qua hæreditatem per procuratorem adiri prohibetur. Secundo iuri quæstionem de seruis contra Dominos non habendi, princeps eximitur. *l. 1. C. de quæstionibus.* Tertio à generali onere vectigalium liberantur res fiscales *l. locatio. § fiscus. de publican. & vectigal.* Quarto iure singulari principi conceditur potestas ampliandæ vel minuendæ pœnæ condemnatorum *l. acta. de re iudicata.* Quinto res à principe venditæ vel alienatæ euictionis iure eximuntur. *l. bene à Zenone. C. de quadriennii præscrip.* vbi exemptio illa diserte priuilegium prin-

cipis dicitur, quo opus non fuisset, si ea exemptio iure communi generaliter fuisset concessa. Sexto, *l. 1. §. lis enim. C. de litis contestat.* à litis contestationis necessitate iudicia principum eximuntur, idem *tit. Cod. quando libellus principi oblatus litis contestationem faciat.* Septimo, *l. cum multa. C. de bonis quæ liberis*, donationes principum soluuntur, *l. cum oportet. C. eod. & §. 1. Instit. per quas personas nobis acquiritur.* quibus cauetur, vt peculium aduentitium filii in patria potestate constituti patri acquiratur, exceptis certis casibus, de quibus *d. § 1.* Octauo, *l. sancimus. C. de donationibus. & in auth. item à priuatis. eod. tit.* Donationes à principe factæ soluuntur necessitate insinuationis requisitæ, *l. in donationibus. C. eod. tit.* Hæc & alia complura, quæ hoc loco omnia referre nimis tædiosum foret iure singulari principib. concedi opus non erat, si vniuersis legib. antea soluti essent. Eum enim cui iure communi aliquid permittitur, priuilegio non indigere tralatitium est. Et priuilegium
20 proprie dicitur † quod contra ius vel consuetudinem communem conceditur, *l. ius singulare. ff. de legib. l. 1. § fin. de constit. princip.* Bart. *in l. beneficium. eod. tit.* Natta *consi. 163. num. 3.* Sixtin. *de regalibus.*
21 *lib. 2. c. 14.* Iura autem † quibus legibus soluuntur Principes nihil aliud quam priuilegia esse diserte exprimitur *in l. cum multa. C. de bonis quæ lib. l. bene à Zenone. C. de quadr. præscript.* Idem Anton. Augustin. sæpe citato libro, *de legib. c. 18.* vbi dicit: Huic id est legi vel Senatusconsulto legibus quem soluenti, persimilis est rogatio, quæ priuilegium appellatur, vtrumque enim ius singulare est, quod contra tenorem rationis, vt Vlpianus scribit, propter vtilitatem autoritate constituentium introductum est. De vtroque enim intelligi possunt, quæ tractat Fab. Quintilianus *declamat. c. 154.*

Negant inquit rogationem esse recipiendam, quæ ad singulos homines pertineat. Ego porro hoc in eo iure, quod perpetuum, & in omnia tempora scribitur, existimo esse seruandum. Quoties ad præsens tantummodo tempus rogatio fertur, ne ferri quidem nisi de singulis potest, quod si hanc tollimus consuetudinem, nec Duces ad exercitus ducemus, nec prouincias decernemus, nec Imperium prorogabimus, omnia enim

nim iſta rogationibus ad ſingulos pertinentibus conſumuntur.

Effectvs autem † ſolutionis vel exemptionis è legum vinculis, vt tantum princeps vel alii quibus immunitas illa lege vel Senatuſconſulto conceſſa eſt, ea ſoli fruantur, non vero vt ſecundum eas ius aliis dici non debeat. Sic quod caducariis legibus dicitur ſolutus princeps, ita intelligendum, vt ipſe earum vinculis non obſtringatur, ius vero ſubditis ſecundum eas reddere neceſſe habeat. Haud conuenit quoque quod licet diuerſa eſſe fateatur Arniſæus, legibus ſolutum eſſe, & poteſtatem leges abrogandi & Rempublicam pro arbitrio ordinandi habere, hoc tamen ad illud conſequi: diuerſorum enim diuerſa eſt ratio, nec ab eorum vno ad aliud infertur, *l. fin. de calumniatoribus. l. neque natales. Cod. de probationibus.* Quod autem diuerſa ſint priuilegium, ſub cuius genere immunitas à legibus quibuſdam tributa continetur Antonius Auguſtinus *dicto libro de legibus. capit. 18.* De iis, qui legibus ſoluebantur: aliud παμβασιλεία vel βασιλεία κατὰ βόλησιν, notius ac certius eſt, quam vt demonſtratione aliqua indigeat. 22.

An avtem † Imperator hodie ſolutus ſit legibus, obſeruanda eſt ἀμφιβολογία phraſeos, ſolui legibus, quam initio capitis explicauimus. Si enim ſolutum legibus, accipiamus de eo, qui vel παμβασιλείαν ſiue regnum plenum & integrum legibus nullis adſtrictum, de quo loquitur Ariſtot. *Polit. libro 3. capit. 14. verſicul.* πέμπτον, habeat, vel dominatum ciuilitatis omnis expertem, qualem Vlpiani tempore Principes Romanos vſurpaſſe ait Budæus, *in Annotationibus prioribus in Pandectas.* Imperatores noſtri temporis legibus ſolutos negamus. Quomodo enim Imperium vel poteſtas politica inter Imperatorem & Ordines, ſalua tamen in pluribus Principis prærogatiua, hoc tempore ſit diuiſa, *lib. 2. cap. 2.* plenius expoſuimus. Atque hoc ſenſu ea de re locuti ſumus Editione priori *c. 19. n. 6. & 8.* Idque aperte oſtendunt, quæ huic ſententiæ præmiſimus & ſubiecimus: nimirum, quod Princeps & Imperator ſummã ac legib. ſolutã habeat poteſtatem & legib. nullis obligetur, nec iuri nec Statui Reipub. 23.

præ-

tenerentur, illis legibus plebisve scitis Imperator Cæsar Vespasianus solutus sit. Ex quo etiam apparet, non eadem ac tralatitia lege quadam regia Principes electos, sed singulis conditiones quibus principatum inirent fuisse præscriptas. Additur deinde diserte, quod ex legibus principes facere oporteat, vnde quoque omnibus solutum non fuisse manifestum est. Quæque ex quaque lege, Rogatione, Diuum Augustum, Tiberium, Iulium Cæsarem August. Tiberiumve Claudium Cæs. Augustum Germanicum facere oportuit, ea omnia Imperatori Cæsari Vespasiano facere liceat. Anton Aug. *de legib. c. 8.* qui legibus soluebantur in fine, Marius Salamonius *de principatu. lib. 6. in fine*. Quod autem non omnibus legibus in vniuersum soluti fuerunt Principes Romani multa præterea priuilegia, quibus à generali legum obseruatione liberati fuerunt, passim in iure ostendunt.

12 Quibus nihil aduersantur † quæ à Budæo *in Annotationibus prioribus in Pandectas ad l. Princeps. de legib.* & Barclaio *de regno & regali potestate. libr. 3. capit. 15. & sequent.* pro stabilienda absurda & ab omni politica ratione aliena sententia de Pamphasalico, vel potius Despotico tam Gallorum, quam aliorum regum imperio afferuntur.

13 Quantum enim † ad Budæum *primo*, ἀπολίτευτον est, quod παμβασιλείαν cum Despotico ac tyrannico Imperio confundit: Hoc enim παρέκβασις siue labes & transgressio: illa rectæ politiæ species est, qua vnus non despoticam in personas ac res ciuium, sed rerum omnium, id est, politicam potestatem, qualem quæq; gens & ciuitas antequam vni vel pluribus per Tropos istos μοναρχίας vel ἀριστοκρατίας subiiciatur, id est, liberam ac à se omnino nō ex alieno

14 legum ciuilium nempe imperio † (Diuinis enim & naturæ legibus non teneri non politicum, sed tyrannicum est,) dependentem, vt eleganter hunc locum explicat Anton. Montecat. *com. in Polit.* Aristot. *libr. 3. capit. 14 text. 110.* in verbis rerum omnium communium habet potestatem, idque est, quod sine certa lege,

15 sine certo iure, omnia manu Regis gubernari dicit † Pomponius *in l. 2. §. 3. & 4. de origine iuris.* Eius autem quod sentit Principem generaliter legibus solutum Budæus rationem nullam affert

fert, cur Principes Romani legibus soluti, id est, consensu vel decreto populi liberati esse intelligi debeant, vt legibus nullis teneantur, sed tantum vt diximus, quod vsurparint dominatum numeris omnibus absolutum, & ab omni ciuilitate alienum.

Barclai argumenta, quod attinet, primum à generalitate *d. l. princeps.* ductum supra satis confutatum arbitror.

Quantum ad Dionis autoritaté, qua sola Barclaius & omnes qui generalitatem dictorum verborum, legibus solutus defendere conantur, nituntur, quoque vno scrupulum omnem eximi opinatur Arnisæus *d. cap. 6. de Statu Imperii Romani.* Primo aperte falsum & fictum est, quod narrare Dionem dicit Barclaius, populo senatuque volente & concedente munia senatus legum & magistratuum principem esse adeptum. Secundo, quod magna cum maiestatis veneratione omnem in principem potestatem, & imperium suum transtulerit populus. Sed verius, quod doctissimus Anton Augustin. *in d. lib. de legib. in lege Regia.* Vtriq; Cæsari post bellorum ciuilium victoriam à Senatu populoque Romano omnem potestatem, atq; imperium concessum per vim & metũ scribere ait. Nihil enim *d. lib. 53.* Augusto voluntate & consensu tributam refert, nisi quod post consulatum *6.* & censuram delatum principem senatus pro more, integro Reipubl. popularis Statu recepto, dictus sit. Is autem principatus, vt ex Plutarcho in Africano liquet, non species imperii politici vel despotici, sed genus honoris iis deferri consuetum fuit, qui autoritatem & gloriam maxime in Rempubl. meritis, præstantissimisque rebus gestis adepti essent Budæus *in Pandectis prioribus l. vlt. de Senatoribus.*

Quantum vero ad summam ac regiam potestatem, hactenus vt ipse fatetur non legitime delatam, sed vi vsurpatam Augusto, se depositurum astute simulanti. partim studio factiosorum hominum & reliquorum metu cõcessum esse diserte affirmat. Quibus nihil obstat, quod postea subiicit, *eod. lib. 53. fol. 381.* Quod nec videantur Imperatores ex potentia potius, quam legibus habere omnia, quæ in populari forma Reipubl. multum valuerunt,

runt, ſenatu populoque volentibus, ea cum ipſis nominibus in ſe recipiunt excepta Dictatura. Ex quo volente Senatu hanc Augusto poteſtatem delatam eſſe Barclaio inferri poſſe videtur. Eſt autem error παρὰ τὴν διαίρεσιν Aliud enim eſt Imperatores omnia, quæ in populari forma Reip. multum valuere Senatu populoq; volentibus in ſe recepiſſe Prior ſententia eſt Dionis, hanc inuertit Barclaius imperite vel malitioſe verba ſenatu populoque volentibus à prioribus verbis omnia, quæ in populari forma multum valuerunt diuidit, & *cum ſeqq.* omnia cum ipſis nominibus in ſe recipiunt, componit. Eamque non eſſe mentem Dionis, ſed quod ea in Republica nomina magiſtratuum valuerunt populo ſenatuque, ita volente & conſtituente, non autem quod ea cum conſenſu eiuſdem in principem tranſtulerit, non tantum ipſe textus, quo verba volente ſenatu populoque ad verbum valuerunt non ad recipiunt referuntur. Et *fol. ſeq.* vbi eandem ſententiam repetit diſerte oſtenditur, ibi enim dicit. Hæc igitur ſingula cum legibus fuerint ſtabilita in ea Reipublicæ inſtitutione, qua penes populum eſt ſumma rerum, Imperatores cum ipſis nominibus ſibi ſumunt, vt ſibi à ſubditis nō datum habere videantur: Quod Dion quoque non vt falſo interpretatur Barclaius, ius poteſtatemque populi, cum veneratione in principem ſponte translatum, omnia quæ conſulibus aliiſque cum pleno iure magiſtratibus facere licet agēdi, ſed τά τε ἄλλα ὅσα ποτὲ τοῖς ὑπάτοις, καὶ τοῖς ἄλλοις τοῖς αὐταρχήσασι ποτὲ ποιεῖν ἐξῆν λαμβάνουσιν, quod ſubiicit ἤδη γὰρ καὶ ἕτερόν τι ὃ μηδενὶ τῶν παλαιῶν Ῥωμαίων ἐς πάντα: Id eſt, aliud porro quoddam ius habent nulli vnquam Romano aperte, & omnibus rebus conceſſum. Legibus enim ſoluti ſunt Imperatores: quo ipſo ſolo & ea quæ retulimus, ac reliqua etiam omnia agendi licentia eis datur. In eo non hiſtoricum, qui quando à qua & quibus legibus ſoluti fuiſſent Imperatores, addere debebat, ſed interpretem verborum Latinorum Vlpiani, (cuius amicus & coætaneus fuit, vterque enim Alexandri Seueri temporibus vixerunt, vt de Dione Xiphilinus *in Epitome Dionis*, Cæl. Auguſti de Vlpiano Alex. ab Alexandro *Gental. dierum lib. 6. cap.* 23.) & phraſeos Romanæ male intellectæ agit, vt ipſe fatetur *d. lib.* 53. ſe ex latino ſermone

trans-

transferre λέλυνται τῶν νόμων. Quod enim de legibus caducariis Vlpianus & rerum Romanarum Scriptores omnes de vna atq; altera: hic de vniuersis perperam interpretatur: Rectius vero eius interpres Xiphilinus: id quod nemini Imperatorū antea sponte ac libera voluntate concessum sit, vsurpasse, vt nimirum legibus soluti esse dicantur *in Epitome Dionis. lib. 53.* Eiusdem farinæ est, quod postea scripsit idem Dion *eod. libr. 53. fol. 59* Augustum cum propter morbum diutius abfuisset vrbi, appropinquantem populo viritim centenos denarios promisisset negassetque se prius id proscripturum, quam senatus assensisset, omni eum lege necessitate senatus liberasse, vt veluti demonstratum à me est inquit, vere cum plena potestate perfecteque sui iuris legibusque solutus, agere aut non agere posset pro arbitrio: Quæ enim fides sit habenda his & aliis narrationibus, Dion ipse satis aperte fatetur, *d. lib. 53. fol. 385.* dum ait: ἐκ δὲ δὴ τοῦ χρόνου ἐκείνου τὰ μὲν πλείω κρύφα, καὶ δι᾽ ἀπορρήτων γίγνεσθαι ἤρξατο, εἰ δὲ πού καὶ τινὰ δημοσιευθείη, ἀλλὰ ἀνεξέλεγκτά γε ὄντα ἀπιστεῖται, καὶ γὰρ λέγεσθαι, καὶ πράττεσθαι πάντα πρὸς τὰ τῶν ἀεὶ κρατούντων τῶν τε παραδυναστευόντων σφίσι, βουλήματα ὑποπτεύεται, καὶ κατὰ τοῦτο πολλὰ μὲν οὐ γιγνόμενα θρυλλεῖται, πολλὰ δὲ καὶ πάνυ συμβαίνοντα, ἀγνοεῖται πάντα δὲ, ὡς εἰπεῖν, ἀλλ᾽ ὡς πώς ἢ πράττεται, διαθροεῖται, καὶ μέντοι, καὶ τὸ τῆς ἀρχῆς μέγεθος τὸ, τε τῶν πραγμάτων πλῆθος δυσχερεστάτην ἀκρίβειαν αὐτῶν παρέχεται. ἐν τε γὰρ τῇ Ῥώμῃ συχνὰ, καὶ παρὰ τῷ ὑπηκόῳ αὐτῆς πολλὰ πρός τε τὸ πολέμιον, καὶ καθ᾽ ἡμέραν, ὡς εἰπεῖν, γίγνεται τινὰ περὶ ὧν τὸ μὲν σαφὲς οὐδεὶς ῥᾳδίως, ἔξω τῶν πραττόντων αὐτὰ, γιγνώσκει πλεῖστοι δὲ ὅσοι, οὐδὲ ἀκούουσι τὴν ἀρχὴν ὅ τι γέγονεν, ὅθεν περ, καὶ ἐγὼ πάντα τὰ ἑξῆς ὅσα γε καὶ ἀναγκαῖον ἔσται εἰπεῖν ὡς που δεδήλωται φράσω, εἴτ᾽ ὄντως οὕτως εἴτε, καὶ ἑτέρως πῶς ἔχει προσέσται μέντοι τι αὐτοῖς, καὶ τῆς ἐμῆς δοξασίας ἐς ὅσον ἐνδέχεται ἐν οἷς ἄλλο τι μᾶλλον ἢ τὸ θρυλλούμενον ἠδυνήθην ἐκ πολλῶν ὧν ἀνέγνων, ἢ καὶ ἤκουσα ἢ καὶ εἶδον τεκμήρασθαι. Id est, Verum à tempore immutatæ Reipublicæ, quia pleraq; occultè agi cœperunt, parum fidei narratio eorum inuenit: quinetiam si quid aperte ac publice ageretur, tamen ei quoque non multum certitudinis, rei quippe non satis exploratæ tribuitur. Est enim suspicio omnia dici agique ad arbitrium Imperatorum, eorumque qui horum sunt potentiæ comites, inde fieri, vt multa conficta diuulgentur, multa quę vere acta sint ignorentur, denique omnia secus, quam euenerint edantur. Iam ipsius etiam Imperii moles, ac rerum multitudo efficit, vt difficilimum sit omnia accurate memoriæ prodere. Etenim permulta quotidie

Romæ, multa in sociorum regionibus, multa contra hostes geruntur, de quibus præter eos, qui ea conficiunt, nemo quicquam certi cognoscit: plerique enim ne facta quidem esse audiunt. Idcirco deinceps omnia ego ea, quæ recensere operæ est, ita vt ab aliis indicata sunt, commemorabo, siue ita rei veritas, siue etiam aliter: mea tamen nonnunquam apposita opinione, si quando fieri potuit, vt ex multis his, quæ legi, vidi, audituve accepi, aliter rem, quam tradita sit, gestam coniectarer.

Quod autem quæ declarationi huic subiicit de principe vniuerso legibus soluto mera sit opinio inde constat, quod talem le-
16 gem, qua princeps legibus omnibus sit † solutus historia Romana prorsus ignorat. Pomponius quoque, qui & Vlpiani & Dionis sub Alexandro Seuero coætaneus fuit in diligenti, *de origine iuris & omnium magistratuũ Romanorum*, narratione *in libro singularis Enchiridii*, relato *in l. 2. de origine iuris.* nec legis regiæ nec solutionis eiusmodi mentionem facit, sed vt ait Antonius Augustinus *lib. de legib. in l. Regia.* potestatem Principis à Cæsare & Octauio Augusto vsurpatam, id est, vi & metu populo ereptam, eleganter tacet. Eam quoque si vspiam extitisset, Iustinianus, qui tam studiose omnia, quæ ad stabiliendam potestatem regiam facere visa sunt, conquisiuit, procuidubio non fuisset dissimulaturus. Ac si Augustum legibus solutum ex historiis constaret, id tamen non de omnibus, sed iis quibus ad liberalitatem istam ex ærario publico exercendam solui necessarium fuisset, non vero vt phrasin Romanam homo Græcus accipit, ad leges vniuersas extendendum esset. Ac licet Augustum vel à populo vel senatu legibus omnibus solutum probari possit: Id tamen non de παμβασιλεία multo minus de barbarica dominandi licentia, sed quod ipse tantum quoad personam & causas legum vinculo esset exemptus, accipiendum, ita vt tanquam priuilegium personale, cum persona Augusti fuisset extinctum, nec ad exemplum à sequentibus Imperatoribus trahi potuisset *l. 1. §. plane.* & ibi Baro *de constitut. Princip.* Idque ex sæpe *dict. leg. Regia.* Vespasiani & alia, quæ de aliorum Imperatorum veniæ legum quarundam petitione perspicuum est.

Quæ

Quæ ab Arnisæo de generali Principum à legib. solutione ex sæpe *d.l. Princeps. & §. fin. Inst. quib. modis testamenta infirmentur.* peculiari confutatione non indigent. Quod vero dicit Dionem & Xiphilinum aperte testari Principes LEGE REGIA, legum coactione esse liberatos; relato destituitur. Neque enim is *lib. 53.* vel Xiphilinus *in Augusto*, vspiam Legis Regiæ mentionem faciunt, imo Regis & Regiæ potestatis nomina tanquam odiosa à Republica profligata esse refert Xiphilinus *in Augusto, fol. 68.* Ac licet vterque Principem legibus solutum ὡς ῥήματα λεπτικὰ λέγοι ex historia Romana affirment, toto tamen cœlo distare effectum LEGIS REGIÆ, & L. Princeps, cuius sola confusione omnes, qui nostra ætate de hac quæstione scripserunt, rem per se planã & apertam, quasi Cymmeriis tenebris inuoluerunt, satis superque à nobis explicatum est. Quæ ad argumentũ Cuiacii ex inscriptione *ad l. Iul. & Papiam.* respondet Barclaius & alii leuia adeo & friuola sunt, vt confutatione opus vlla non sit. Quod n. dicitur responsum in l. ingenuum ex *lib. 1.* Vlpiani *ad l. Iul. & Pap.* relatũ pro regula iuris, sic quoq; verba hæc, *Princeps est solutus legibus*, pro regulari definitione accipienda esse: Certum est etsi regula, vt ait Paulus *lib. 16. ad Plautium. in l. regula. de reg. iuris.* rem breuiter enarrat, & vt ait Sabinus, quasi causæ quædam connectio est: tamen ex illa regula ius non sumendum, sed ex quo iure sumpta sit videndum, & ad illud referendam dicit: Ius enim prius est regula.

Vnde Cuiacius † ait rectius regulæ vltimo loco, quam primo 17
(vt in Basilicis factum est, in Digestis poni, quod regulæ iuris quæ interuenere, ius non constituant, sed ad suum ius referendæ sint, vt proinde leuia ac periculosa sint, quæ ex regulis iuris ducuntur, ex iisque non argumentandum esse recte affirmat Cuiacius, *ad dict. leg. 1. de regul. iuris.* Duarenus *ad l. iuris gentium. §. quinimo. de pactis. in verbis propter eandem regulam.* Ac de fallacia Brocardicarum, & quodlibeticarum istarum definitionum eleganter ait Duaren. *ad titul. 25. libro secundo. Cod. si tutor vel curator interuenerit. & ad titul. si in vna eademque causa restitut. in integr. postuletur.* Quod eiusmodi præstigiis omnia inuolui soleant. Posito autem

sic generaliter ab Vlpiano Principem legibus solutum relatum esse, id tamen veri rationem habere nõ potest, fide historica non suffragante. Referenti enim fides non habetur, nisi constet de relato *Auth. si quem aliquo C. de edendo*, Menoch. *de præsumpt. lib. 6. præsumpt. 1. num. 6.* Quod autem in iuris historia ea de re nihil reperiatur, imo contrarium multis locis probari possit, satis superque antea demonstratum est. Quod autem ad argumentum Cuiacii ex speciali petitione liberationis à lege Voconia Glocia & Falcidia idem affert Barclaius, ex humanitate, mansuetudine & modestia Principum factum esse: id valde ieiunum ac nugatorium est, cum non tantum priuatarum possessionum quid nemo iactare præsumatur. *l. cum de indebito. d. probationib.* Speculat. *de petitorio & poss. §. sciendum. nu. 33.* Menoch. *de præsumpt. lib. 1. quæst. 18. num. 13. & præs. 35. lib. 5. nu 7. præs. 27. lib. 6. nu. 9.* Decius *cons. 350. col. 2.* Marsil. *sing. 56.* Crauetta *consil. 77. num. 13. consi. 106. & consi. 142. num. 26.*

18 Maxime vero imperii † concessi remissio non præsumitur, quam obstinate ita cupiunt & nactã conseruare student omnes, vt etiam famæ & honestatis iacturam facere, quam quicquam de eo remittere velint, vt eleganter ait Cicero *libr. 1. officiorum.* Huic veri videndi cupiditati adiuncta est appetitio quædam principatus, vt nemini parere animus bene à natura informatus, velit, nisi præcipienti & docenti aut vtilitatis causa iuste & legitime imperanti. Et *eodem libro.* Maxime autem adducuntur pleriq; vt eos iustitiæ capiat obliuio, cum in imperiorum, honorum gloriæve cupiditatem inciderint. Quod enim est apud Ennium: *Nulla sancta societas nec fides regni est, latius patet: Nam quicquid eiusmodi est, in quo non possint plures excellere, in eo plerunque tanta sit contentio, vt difficile sit sanctam seruare societatem.* Declarauit id modo tempestas C. Iulii Cæsaris, qui omnia diuina & humana peruertit, propter eum quem sibi opinionis errore finxerat principatum. Et apud Senecam *in Thebaide* in Polynices, pro Regno velim patriam, penates, coniugem flammis dare, in imperio quolibet precio constant bene. Huc quoque pertinet dictum Taciti *lib. 15.* Cupido dominandi cunctis affectibus flagrantior est: Et illud

lud Euripidis *in Phœnissis*. Si violandum ius est, regnandi causa violandum, si ius & Religio violanda sunt, regnandi causa violanda sunt: in cæteris pietatem colas. Nullo igitur modo verisimile est principes si παμβασιλείαν concessu populi habuissent, à Senatu vel populo legum solutionem fuisse petituros. Vt nec credibile est Regem Galliarum, si plenum & absolutum adeo imperium non ratione quadam Aristocratica temperatum, voluntate populi vel principum & optimatum in Gallos obtineret, in publicandis Edictis & aliis ad Imperium pertinentib. senatus vel Parlamenti adsensum adhibiturum.

Non tantum autem abducta à Cuiacio lege Falcidia, Glocia & Voconia, sed aliis quoque compluribus legibus principes successu temporis tam Iureconsultorum responsis, quam aliis iuris partibus soluti reperiuntur, qua singulari exemptione opus non fuisset, si per *l. Princeps.* semel generaliter legibus omnibus soluti fuissent.

Fit autem ea solutio † vltra solennem legibus vel Senatusconsultis eximendi formam, duobus modis. Primo cum in eadem lege nominatim excipitur Imperator. Secundo, cum alia lege vel constitutione soluitur. Prioris generis exempla extant primo *in l. à nullo. C. de feriis.* vbi princeps soluitur lege prohibente indictionem feriarum repentinarum. Et *in l. ille, à quo. §. si ad Fiscum. ad Trebellian.* Fiscus Cæsareus liberatur ab onere satisdationis l. illa requisitę. 19

Secundi generis exemptionis à prioribus legibus factæ exempla sunt *in l. 1. de officio procurat. Cæsaris.* vbi princeps soluitur *l. per procuratorem. de acquirenda vel amit. hæred.* qua hæreditatem per procuratorem adiri prohibetur. Secundo iuri quæstionem de seruis contra Dominos non habendi, princeps eximitur. *l. 1. C. de quæstionibus.* Tertio à generali onere vectigalium liberantur res fiscales *l. locatio. § fiscus. de publican. & vectigal.* Quarto iure singulari principi conceditur potestas ampliandæ vel minuendæ pœnæ condemnatorum *l. acta. de re iudicata.* Quinto res à principe venditæ vel alienatæ euictionis iure eximuntur. *l. bene à Zenone. C. de quadriennii præscrip.* vbi exemptio illa diserte priuilegium principis

cipis dicitur, quo opus non fuisset, si ea exemptio iure communi generaliter fuisset concessa. Sexto, *l. 1. §. lis enim. C. de litis contestat.* à litis contestationis necessitate iudicia principum eximuntur, idem *tit. Cod. quando libellus principi oblatus litis contestationem faciat.* Septimo, *l. cum multa. C. de bonis quæ liberis*, donationes principum soluuntur, *l. cum oportet. C. eod. & §. 1. Instit. per quas personas nobis acquiritur.* quibus cauetur, vt peculium aduentitium filii in patria potestate constituti patri acquiratur, exceptis certis casibus, de quibus *d. § 1.* Octauo, *l. sancimus. C. de donationibus. & in auth. item à priuatis. eod. tit.* Donationes à principe factæ soluuntur necessitate insinuationis requisitæ, *l. in donationibus. C. eod. tit.* Hæc & alia complura, quæ hoc loco omnia referre nimis tædiosum foret iure singulari principib. concedi opus non erat, si vniuersis legib. antea soluti essent. Eum enim cui iure communi aliquid permittitur, priuilegio non indigere tralatitium est. Et priuilegium
20 proprie dicitur † quod contra ius vel consuetudinem communem conceditur, *l. ius singulare. ff. de legib. l. 1. § fin. de constit. princip.* Bart. *in l. beneficium. eod. tit.* Natta *consi. 163. num. 3.* Sixtin. *de regalibus.*
21 *lib. 2. c. 14.* Iura autem † quibus legibus soluuntur Principes nihil aliud quam priuilegia esse diserte exprimitur *in l. cum multa. C. de bonis quæ lib l. bene à Zenone. C. de quadr. præscript.* Idem Anton. Augustin. sæpe citato libro, *de legib. c. 18.* vbi dicit: Huic id est legi vel Senatusconsulto legibus quem soluenti, persimilis est rogatio, quæ priuilegium appellatur, vtrumque enim ius singulare est, quod contra tenorem rationis, vt Vlpianus scribit, propter vtilitatem autoritate constituentium introductum est. De vtroque enim intelligi possunt, quæ tractat Fab. Quintilianus *declamat. c. 154.*

Negant inquit rogationem esse recipiendam, quæ ad singulos homines pertineat. Ego porro hoc in eo iure, quod perpetuum, & in omnia tempora scribitur, existimo esse seruandum. Quoties ad præsens tantummodo tempus rogatio fertur, ne ferri quidem nisi de singulis potest, quod si hanc tollimus consuetudinem, nec Duces ad exercitus ducemus, nec prouincias decernemus, nec Imperium prorogabimus, omnia enim

nim ista rogationibus ad singulos pertinentibus consumuntur.

EFFECTVS autem † solutionis vel exemptionis è legum vinculis, vt tantum princeps vel alii quibus immunitas illa lege vel Senatusconsulto concessa est, ea soli fruantur, non vero vt secundum eas ius aliis dici non debeat. Sic quod caducariis legibus dicitur solutus princeps, ita intelligendum, vt ipse earum vinculis non obstringatur, ius vero subditis secundum eas reddere necesse habeat. Haud conuenit quoque quod licet diuersa esse fateatur Arnisæus, legibus solutum esse, & potestatem leges abrogandi & Rempublicam pro arbitrio ordinandi habere, hoc tamen ad illud consequi: diuersorum enim diuersa est ratio, nec ab eorum vno ad aliud infertur, *l. fin. de calumniatoribus. l. neque natales. Cod. de probationibus.* Quod autem diuersa sint priuilegium, sub cuius genere immunitas à legibus quibusdam tributa continetur Antonius Augustinus *dicto libro de legibus. capit. 18.* De iis, qui legibus soluebantur: aliud παμβασιλεία vel βασιλεία κατὰ βούλησιν, notius ac certius est, quam vt demonstratione aliqua indigeat. 22

AN AVTEM † IMPERATOR HODIE solutus sit legibus, obseruanda est ἀμφιβολογία phraseos, solui legibus, quam initio capitis explicauimus. Si enim solutum legibus, accipiamus de eo, qui vel παμβασιλείαν siue regnum plenum & integrum legibus nullis adstrictum, de quo loquitur Aristot. *Polit. libro 3. capit. 14. versicul.* πέμπτον, habeat, vel dominatum ciuilitatis omnis expertem, qualem Vlpiani tempore Principes Romanos vsurpasse ait Budæus, *in Annotationibus prioribus in Pandectas.* Imperatores nostri temporis legibus solutos negamus. Quomodo enim Imperium vel potestas politica inter Imperatorem & Ordines, salua tamen in pluribus Principis prærogatiua, hoc tempore sit diuisa, *lib. 2. cap. 2.* plenius exposuimus. Atque hoc sensu ea de re locuti sumus Editione priori *c. 19. n. 6. & 8.* Idque aperte ostendunt, quæ huic sententiæ præmisimus & subiecimus: nimirum, quod Princeps & Imperator summã ac legib. solutã habeat potestatem & legib. nullis obligetur, nec iuri nec Statui Reipub. 23

præ-

tenerentur, illis legibus plebiſve ſcitis Imperator Cæſar Veſpaſianus ſolutus ſit. Ex quo etiam apparet, non eadem ac tralatitia lege quadam regia Principes electos, ſed ſingulis conditiones quibus principatum inirent fuiſſe præſcriptas. Additur deinde diſerte, quod ex legibus principes facere oporteat, vnde quoque omnibus ſolutum non fuiſſe manifeſtum eſt. Quæque ex quaque lege, Rogatione, Diuum Auguſtum, Tiberium, Iulium Cæſarem Auguſt. Tiberiumve Claudium Cæſ. Auguſtum Germanicum facere oportuit, ea omnia Imperatori Cæſari Veſpaſiano facere liceat. Anton Aug. *de legib. c. 8.* qui legibus ſoluebantur in fine, Marius Salamonius *de principatu. lib. 6. in fine*. Quod autem non omnibus legibus in vniuerſum ſoluti fuerunt Principes Romani multa præterea priuilegia, quibus à generali legum obſeruatione liberati fuerunt, paſſim in iure oſtendunt.

12 Quibus nihil aduerſantur † quæ à Budæo *in Annotationibus prioribus in Pandectas ad l. Princeps. de legib.* & Barclaio *de regno & regali poteſtate. libr. 3. capit. 15. & ſequent.* pro ſtabilienda abſurda & ab omni politica ratione aliena ſententia de Pamphaſalico, vel potius Deſpotico tam Gallorum, quam aliorum regum imperio afferuntur.

13 Quantum enim † ad Budæum *primo*, ἀπολίτευτον eſt, quod παμβασιλείαν cum Deſpotico ac tyrannico Imperio confundit: Hoc enim παρέκβασις ſiue labes & transgreſſio: illa rectæ politiæ ſpecies eſt, qua vnus non deſpoticam in perſonas ac res ciuium, ſed rerum omnium, id eſt, politicam poteſtatem, qualem quæq; gens & ciuitas antequam vni vel pluribus per Tropos iſtos μοναρχίας vel ἀριστοκρατίας ſubiiciatur, id eſt, liberam ac à ſe omnino nō ex alieno
14 legum ciuilium nempe imperio † (Diuinis enim & naturæ legibus non teneri non politicum, ſed tyrannicum eſt,) dependentem, vt eleganter hunc locum explicat Anton. Montecat. *com. in Polit.* Ariſtot. *libr. 3. capit. 14 text. 110.* in verbis rerum omnium communium habet poteſtatem, idque eſt, quod ſine certa lege,
15 ſine certo iure, omnia manu Regis gubernari dicit † Pomponius *in l. 2. §. 3. & 4. de origine iuris.* Eius autem quod ſentit Principem generaliter legibus ſolutum Budæus rationem nullam affert

fert, cur Principes Romani legibus soluti, id est, consensu vel decreto populi liberati esse intelligi debeant, vt legibus nullis teneantur, sed tantum vt diximus, quod vsurparint dominatum numeris omnibus absolutum, & ab omni ciuilitate alienum.

Barclai argumenta, quod attinet, primum à generalitate *d. l. princeps.* ductum supra satis confutatum arbitror.

Quantum ad Dionis autoritatē, qua sola Barclaius & omnes qui generalitatem dictorum verborum, legibus solutus defendere conantur, nituntur, quoque vno scrupulum omnem eximi opinatur Arnisæus *d. cap. 6. de Statu Imperii Romani.* Primo aperte falsum & fictum est, quod narrare Dionem dicit Barclaius, populo senatuque volente & concedente munia senatus legum & magistratuum principem esse adeptum. Secundo, quod magna cum maiestatis veneratione omnem in principem potestatem, & imperium suum transtulerit populus. Sed verius, quod doctissimus Anton Augustin. *in d. lib. de legib. in lege Regia.* Vtriq; Cæsari post bellorum ciuilium victoriam à Senatu populoque Romano omnem potestatem, atq; imperium concessum per vim & metū scribere ait. Nihil enim *d. lib. 53.* Augusto voluntate & consensu tributum refert, nisi quod post consulatum *6.* & censuram delatam principem senatus pro more, integro Reipubl. popularis Statu recepto, dictus sit. Is autem principatus, vt ex Plutarcho in Africano liquet, non species imperii politici vel despotici, sed genus honoris iis deferri consuetum fuit, qui autoritatem & gloriam maxime in Rempubl. meritis, præstantissimisque rebus gestis adepti essent Budæus *in Pandectis p iorib. l. vlt. de Senatoribus.*

Quantum vero ad summam ac regiam potestatem, hactenus vt ipse fatetur non legitime delatam, sed vi vsurpatam Augusto, se depositurum astute simulanti. partim studio factiosorum hominum & reliquorum metu cōcessum esse diserte affirmat. Quibus nihil obstat, quod postea subiicit, *cod. lib. 53. fol. 381.* Quod nec videantur Imperatores ex potentia potius, quam legibus habere omnia, quæ in populari forma Reipubl. multum valuerunt,

runt, ſenatu populoque volentibus, ea cum ipſis nominibus in ſe recipiunt excepta Dictatura. Ex quo volente Senatu hanc Augusto poteſtatem delatam eſſe Barclaio inferri poſſe videtur. Eſt autem error παρὰ τὴν διαίρεσιν Aliud enim eſt Imperatores omnia, quæ in populari forma Reip. multum valuere Senatu populoq; volentibus in ſe recepiſſe Prior ſententia eſt Dionis, hanc inuertit Barclaius imperite vel malitioſe verba ſenatu populoque volentibus à prioribus verbis omnia, quæ in populari forma multum valuerunt diuidit, & *cum ſeqq.* omnia cum ipſis nominibus in ſe recipiunt, componit. Eamque non eſſe mentem Dionis, ſed quod ea in Republica nomina magiſtratuum valuerunt populo ſenatuque, ita volente & conſtituente, non autem quod ea cum conſenſu eiuſdem in principem tranſtulerit, non tantum ipſe textus, quo verba volente ſenatu populoque ad verbum valuerunt non ad recipiunt referuntur. Et *fol. ſeq.* vbi eandem ſententiam repetit diſerte oſtenditur, ibi enim dicit. Hæc igitur ſingula cum legibus fuerint ſtabilita in ea Reipublicæ inſtitutione, qua penes populum eſt ſumma rerum. Imperatores cum ipſis nominibus ſibi ſumunt, vt ſibi à ſubditis nō datum habere videantur: Quod Dion quoque non vt falſo interpretatur Barclaius, ius poteſtatemque populi, cum veneratione in principem ſponte tranſlatum, omnia quæ conſulibus aliiſque cum pleno iure magiſtratibus facere licet agēdi, ſed τά τε ἄλλα ὅσα πότε τοῖς ὑπάτοις, καὶ τοῖς ἄλλοις τοῖς αὐταρχοῦσι πότε ποιεῖν ἐξῆν λαμβάνουσιν, quod ſubiicit ἤδη γὰρ καὶ ἕτερόν τι ὃ μηδενὶ τῶν παλαὶ ῥωμαίων ἐς πάντα: Id eſt, aliud porro quoddam ius habent nulli vnquam Romano aperte, & omnibus rebus conceſſum. Legibus enim ſoluti ſunt Imperatores: quo ipſo ſolo & ea quæ retulimus, ac reliqua etiam omnia agendi licentia eis datur. In eo non hiſtoricum, qui quando à qua & quibus legibus ſoluti fuiſſent Imperatores, addere debebat, ſed interpretem verborum Latinorum Vlpiani, (cuius amicus & coætaneus fuit, vterque enim Alexandri Seueri temporibus vixerunt, vt de Dione Xiphilinus *in Epitome Dionis*, Cæl. Auguſti de Vlpiano Alex. ab Alexandro *Gental. dierum lib. 6. cap. 23.*) & phraſeos Romanæ male intellectæ agit, vt ipſe fatetur *d. lib. 53.* ſe ex latino ſermone trans-

transferre λέλυνται τῶν νόμων. Quod enim de legibus caducariis Vlpianus & rerum Romanarum Scriptores omnes de vna atq; altera: hic de vniuersis perperam interpretatur: Rectius vero eius interpres Xiphilinus: id quod nemini Imperatorū antea sponte ac libera voluntate concessum sit, vsurpasse, vt nimirum legibus soluti esse dicantur *in Epitome Dionis. lib. 53.* Eiusdem farinæ est, quod postea scripsit idem Dion *eod. libr. 53. fol. 59* Augustum cum propter morbum diutius abfuisset vrbi, appropinquantem populo viritim centenos denarios promisisset negassetque se prius id proscripturum, quam senatus assensisset, omni eum lege necessitate senatus liberasse, vt veluti demonstratum à me est inquit, vere cum plena potestate perfecteque sui iuris legibusque solutus, agere aut non agere posset pro arbitrio: Quæ enim fides sit habenda his & aliis narrationibus, Dion ipse satis aperte fatetur, *d. lib. 53. fol. 785.* dum ait: ἐκ δὲ δὴ τοῦ χρόνου ἐκείνου τὰ μὲν πλείω κρύφα, καὶ δι᾽ ἀπορρήτων γίγνεσθαι ἤρξατο, εἰ δέ πού καὶ τινὰ δημοσιευθείη, ἀλλὰ ἀνεξέλεγκτά γε ὄντα ἀπιστεῖται, καὶ γὰρ λέγεσθαι, καὶ πράττεσθαι πάντα πρὸς τὰ τῶν ἀεὶ κρατούντων τῶν τε παραδυναστευόντων σφίσι, βουλήματα ὑποπτεύεται, καὶ κατὰ τοῦτο πολλὰ μὲν οὐ γιγνόμενα θρυλλεῖται, πολλὰ δὲ καὶ πάνυ συμβαίνοντα, ἀγνοεῖται πάντα δὲ, ὡς εἰπεῖν, ἄλλ᾽ ὡς πὼς ἢ πράττεται, διαθροεῖται, καὶ μέντοι, καὶ τὸ τῆς ἀρχῆς μέγεθος τὸ, τε τῶν πραγμάτων πλῆθος δυσχερεστάτην ἀκρίβειαν αὐτῶν παρέχεται. ἔν τε γὰρ τῇ Ῥώμῃ συχνὰ, καὶ παρὰ τῷ ὑπηκόῳ αὐτῆς πολλὰ πρός τε τὸ πολέμιον, καὶ καθ᾽ ἡμέραν, ὡς εἰπεῖν, γίγνεταί τινα περὶ ὧν τὸ μὲν σαφὲς οὐδεὶς ῥᾳδίως, ἔξω τῶν πραττόντων αὐτὰ, γιγνώσκει πλεῖστοι δὲ ὅσοι, οὐδὲ ἀκούουσι τὴν ἀρχὴν ὅτι γέγονεν, ὅθεν περ, καὶ ἐγὼ πάντα τὰ ἑξῆς ὅσα γε καὶ ἀναγκαῖον ἔσται εἰπεῖν ὥς πῃ δεδήλωται φράσω, εἴτ᾽ ὄντως οὕτως εἴτε, καὶ ἑτέρως πῶς ἔχει προσέσται μέντοι τι αὐτοῖς, καὶ τῆς ἐμῆς δοξασίας ἐς ὅσον ἐνδέχεται ἐν οἷς ἄλλό τι μᾶλλον ἢ τὸ θρυλλούμενον ἠδυνήθην ἐκ πολλῶν ὧν ἀνέγνων, ἢ καὶ ἤκουσα ἢ καὶ εἶδον τεκμήρασθαι. Id est, Verum à tempore immutatæ Reipublicæ, quia pleraq; occultè agi cœperunt, parum fidei narratio eorum inuenit: quinetiam si quid aperte ac publice ageretur, tamen ei quoque non multum certitudinis, rei quippe non satis exploratæ tribuitur. Est enim suspicio omnia dici agique ad arbitrium Imperatorum, eorumque qui horum sunt potentiæ comites, inde fieri, vt multa conficta diuulgentur, multa quę vere acta sint ignorentur, denique omnia secus, quam euenerint edantur. Iam ipsius etiam Imperii moles, ac rerum multitudo efficit, vt difficilimum sit omnia accurate memoriæ prodere. Etenim permulta quotidie

Romæ, multa in ſociorum regionibus, multa contra hoſtes geruntur, de quibus præter eos, qui ea conficiunt, nemo quicquam certi cognoſcit: plerique enim ne facta quidem eſſe audiunt. Idcirco deinceps omnia ego ea, quæ recenſere operæ eſt, ita vt ab aliis indicata ſunt, commemorabo, ſiue ita rei veritas, ſiue etiam aliter: mea tamen nonnunquam appoſita opinione, ſi quando fieri potuit, vt ex multis his, quæ legi, vidi, audituve accepi, aliter rem, quam tradita ſit, geſtam coniectarer.

Quod autem quæ declarationi huic ſubiicit de principe vniuerſo legibus ſoluto mera ſit opinio inde conſtat, quod talem le-
16 gem, qua princeps legibus omnibus ſit † ſolutus hiſtoria Romana prorſus ignorat. Pomponius quoque, qui & Vlpiani & Dionis ſub Alexandro Seuero coætaneus fuit in diligenti, *de origine iuris & omnium magiſtratuũ Romanorum*, narratione *in libro ſingularis Enchiridii*, relato *in l. 2. de origine iuris.* nec legis regiæ nec ſolutionis eiuſmodi mentionem facit, ſed vt ait Antonius Auguſtinus *lib. de legib. in l. Regia.* poteſtatem Principis à Cæſare & Octauio Auguſto vſurpatam, id eſt, vi & metu populo ereptam, eleganter tacet. Eam quoque ſi vſpiam extitiſſet, Iuſtinianus, qui tam ſtudioſe omnia, quæ ad ſtabiliendam poteſtatem regiam facere viſa ſunt, conquiſiuit, procuidubio non fuiſſet diſſimulaturus. Ac ſi Auguſtum legibus ſolutum ex hiſtoriis conſtaret, id tamen non de omnibus, ſed iis quibus ad liberalitatem iſtam ex ærario publico exercendam ſolui neceſſarium fuiſſet, non vero vt phraſin Romanam homo Græcus accipit, ad leges vniuerſas extendendum eſſet. Ac licet Auguſtum vel à populo vel ſenatu legibus omnibus ſolutum probari poſſit: Id tamen non de παμβασιλείᾳ multo minus de barbarica dominandi licentia, ſed quod ipſe tantum quoad perſonam & cauſas legum vinculo eſſet exemptus, accipiendum, ita vt tanquam priuilegium perſonale, cum perſona Auguſti fuiſſet extinctum, nec ad exemplum à ſequentibus Imperatoribus trahi potuiſſet *l. 1. §. plane.* & ibi Baro *de conſtitut. Princip.* Idque ex ſæpe *dict. leg. Regia.* Veſpaſiani & alia, quæ de aliorum Imperatorum veniæ legum quarundam petitione perſpicuum eſt.

Quæ

Quæ ab Arnisæo de generali Principum à legib. solutione ex sæpe *d. l. Princeps. & § fin. Inst. quib. modis testamenta infirmentur.* peculiari confutatione non indigent. Quod vero dicit Dionem & Xiphilinum aperte testari Principes Lege Regia, legum coactione esse liberatos; relato destituitur. Neque enim is *lib. 53.* vel Xiphilinus *in Augusto*, vspiam Legis Regiæ mentionem faciunt, imo Regis & Regiæ potestatis nomina tanquam odiosa à Republica profligata esse refert Xiphilinus *in Augusto, fol. 68.* Ac licet vterque Principem legibus solutum ὡς ῥήματα λαπιικὰ λέγει ex historia Romana affirment, toto tamen cœlo distare effectum Legis Regiæ, & L. Princeps, cuius sola confusione omnes, qui nostra ætate de hac quæstione scripserunt, rem per se planã & apertam, quasi Cymmeriis tenebris inuoluerunt, satis superque à nobis explicatum est. Quæ ad argumentũ Cuiacii ex inscriptione *ad l. Iul. & Papiam.* respondet Barclaius & alii leuia adeo & friuola sunt, vt confutatione opus vlla non sit. Quod n. dicitur responsum in l. ingenuum ex *lib. 1.* Vlpiani *ad l. Iul. & Pap.* relatũ pro regula iuris, sic quoq; verba hæc, *Princeps est solutus legibus*, pro regulari definitione accipienda esse: Certum est etsi regula, vt ait Paulus *lib. 16. ad Plautium. in l. regula. de reg. iuris.* rem breuiter enarrat, & vt ait Sabinus, quasi causæ quædam connectio est: tamen ex illa regula ius non sumendum, sed ex quo iure sumpta sit videndum, & ad illud referendam dicit: Ius enim prius est regula.

Vnde Cuiacius † ait rectius regulæ vltimo loco, quam primo 17
(vt in Basilicis factum est, in Digestis poni, quod regulæ iuris quæ interuenere, ius non constituant, sed ad suum ius referendæ sint, vt proinde leuia ac periculosa sint, quæ ex regulis iuris ducuntur, ex iisque non argumentandum esse recte affirmat Cuiacius, *ad dict. leg. 1. de regul. iuris.* Duarenus *ad l. iuris gentium. §. quinimo. de pactis. in verbis propter eandem regulam.* Ac de fallacia Brocardicarum, & quodlibeticarum istarum definitionum eleganter ait Duaren. *ad titul. 25. libro secundo. Cod. si tutor vel curator interuenerit. & ad titul. si in vna eademque causa restitut. in integr. postuletur.* Quod eiusmodi præstigiis omnia inuolui soleant. Posito autem

ſic generaliter ab Vlpiano Principem legibus ſolutum relatum eſſe, id tamen veri rationem habere nō poteſt, fide hiſtorica non ſuffragante. Referenti enim fides non habetur, niſi conſtet de relato *Auth. ſi quem aliquo C. de edendo*. Menoch. *de præſumpt. lib. 6. præſumpt. 1. num. 6.* Quod autem in iuris hiſtoria ea de re nihil reperiatur, imo contrarium multis locis probari poſſit, ſatis ſuperque antea demonſtratum eſt. Quod autem ad argumentum Cuiacii ex ſpeciali petitione liberationis à lege Voconia Glocia & Falcidia idem affert Barclaius, ex humanitate, manſuetudine & modeſtia Principum factum eſſe: id valde ieiunum ac nugatorium eſt, cum non tantum priuatarum poſſeſſionum quid nemo iactare præſumatur. *l. cum de indebito. de probationib.* Speculat. *de petitorio & poſſ. §. ſciendum. nu. 33.* Menoch. *de præſumpt. lib. 1. quæſt. 18. num. 13. & præſ. 35. lib. 5. nu 7. præſ. 27. lib. 6. nu. 9.* Decius *conſ. 350. col. 2.* Marſil. *ſing. 56.* Crauetta *conſil. 77. num. 13. conſi. 106. & conſi. 142. num. 26.*

18 Maxime vero imperii † conceſſi remiſſio non præſumitur, quam obſtinate ita cupiunt & nactā conſeruare ſtudent omnes, vt etiam famæ & honeſtatis iacturam facere, quam quicquam de eo remittere velint, vt eleganter ait Cicero *libr. 1. officiorum.* Huic verì videndi cupiditati adiuncta eſt appetitio quædam principatus, vt nemini parere animus bene à natura informatus, velit, niſi præcipienti & docenti aut vtilitatis cauſa iuſte & legitime imperanti. Et *eodem libro.* Maxime autem adducuntur pleriq; vt eos iuſtitiæ capiat obliuio, cum in imperiorum, honorum gloriæve cupiditatem inciderint. Quod enim eſt apud Ennium: *Nulla ſancta ſocietas nec fides regni eſt, latius patet: Nam quicquid eiuſmodi eſt, in quo non poſſint plures excellere, in eo plerunque tanta ſit contentio, vt difficile ſit ſanctam ſeruare ſocietatem.* Declarauit id modo temeſtas C. Iulii Cæſaris, qui omnia diuina & humana peruertit, propter eum quem ſibi opinionis errore finxerat principatum. Et apud Senecam *in Thebaide* in Polynices, pro Regno velim patriam, penates, coniugem flammis dare, in imperio quolibet precio conſtant bene. Huc quoque pertinet dictum Taciti *lib. 15.* Cupido dominandi cunctis affectibus flagrantior eſt: Et illud

lud Euripidis *in Phœnissis*. Si violandum ius est, regnandi causa violandum, si ius & Religio violanda sunt, regnandi causa violanda sunt: in cæteris pietatem colas. Nullo igitur modo verisimile est principes si παμβασιλείαν concessu populi habuissent, à Senatu vel populo legum solutionem fuisse petituros. Vt nec credibile est Regem Galliarum, si plenum & absolutum adeo imperium non ratione quadam Aristocratica temperatum, voluntate populi vel principum & optimatum in Gallos obtineret, in publicandis Edictis & aliis ad Imperium pertinentib. senatus vel Parlamenti adsensum adhibiturum.

Non tantum autem abducta à Cuiacio lege Falcidia, Glocia & Voconia, sed aliis quoque compluribus legibus principes successu temporis tam Iureconsultorum responsis, quam aliis iuris partibus soluti reperiuntur, qua singulari exemptione opus non fuisset, si per *l. Princeps.* semel generaliter legibus omnibus soluti fuissent.

Fit autem ea solutio † vltra solennem legibus vel Senatus- 19
consultis eximendi formam, duobus modis. Primo cum in eadem lege nominatim excipitur Imperator. Secundo, cum alia lege vel constitutione soluitur. Prioris generis exempla extant primo *in l. à nullo. C. de feriis.* vbi princeps soluitur lege prohibente indictionem feriarum repentinarum. Et *in l. ille, à quo. §. si ad Fiscum. ad Trebellian.* Fiscus Cæsareus liberatur ab onere satisdationis l. illa requisitę.

Secundi generis exemptionis à prioribus legibus factæ exempla sunt *in l. 1. de officio procurat. Cæsaris.* vbi princeps soluitur *l. per procuratorem. de acquirenda vel amit. hæred.* qua hæreditatem per procuratorem adiri prohibetur. Secundo iuri quæstionem de seruis contra Dominos non habendi, princeps eximitur. *l. 1. C. de quæstionibus.* Tertio à generali onere vectigalium liberantur res fiscales *l. locatio. § fiscus. de publican. & vectigal.* Quarto iure singulari principi conceditur potestas ampliandæ vel minuendæ pœnæ condemnatorum *l. acta. de re iudicata.* Quinto res à principe venditæ vel alienatæ euictionis iure eximuntur. *l. bene à Zenone. C. de quadriennii præscrip.* vbi exemptio illa diserte priuilegium prin-

cipis dicitur, quo opus non fuisset, si ea exemptio iure communi generaliter fuisset concessa. Sexto, *l. 1. §. lis enim. C. de litis contestat.* à litis contestationis necessitate iudicia principum eximuntur, idem *tit. Cod. quando libellus principi oblatus litis contestationem faciat.* Septimo, *l. cum multa. C. de bonis quæ liberis*, donationes principum soluuntur, *l. cum oportet. C. eod. & §. 1. Instit. per quas personas nobis acquiritur.* quibus cauetur, vt peculium aduentitium filii in patria potestate constituti patri acquiratur, exceptis certis casibus, de quibus *d. § 1.* Octauo, *l. sancimus. C. de donationibus. & in auth. item à priuatis. eod. tit.* Donationes à principe factæ soluuntur ne[illegible]tate insinuationis requisitæ, *l. in donationibus. C. eod. tit.* Hæc & alia complura, quæ hoc loco omnia referre nimis tædiosum foret iure singulari principib. concedi opus non erat, si vniuersis legib. antea soluti essent. Eum enim cui iure communi aliquid permittitur, priuilegio non indigere tralatitium est. Et priuilegium
20 proprie dicitur † quod contra ius vel consuetudinem communem conceditur, *l. ius singulare. ff. de legib. l. 1. § fin. de constit. princip.* Bart. *in l. beneficium. eod. tit.* Natta *consi. 163. num. 3.* Sixtin. *de regalibus.*
21 *lib. 2. c. 14.* Iura autem † quibus legibus soluuntur Principes nihil aliud quam priuilegia esse diserte exprimitur *in l. cum multa. C. de bonis quæ lib l. bene à Zenone. C. de quadr. præscript.* Idem Anton. Augustin. sæpe citato libro, *de legib. c. 18.* vbi dicit: Huic id est legi vel Senatusconsulto legibus quem soluenti, persimilis est rogatio, quæ priuilegium appellatur, vtrumque enim ius singulare est, quod contra tenorem rationis, vt Vlpianus scribit, propter vtilitatem autoritate constituentium introductum est. De vtroque enim intelligi possunt, quæ tractat Fab. Quintilianus *declamat. c. 154.*

Negant inquit rogationem esse recipiendam, quæ ad singulos homines pertineat. Ego porro hoc in eo iure, quod perpetuum, & in omnia tempora scribitur, existimo esse seruandum. Quoties ad præsens tantummodo tempus rogatio fertur, ne ferri quidem nisi de singulis potest, quod si hanc tollimus consuetudinem, nec Duces ad exercitus ducemus, nec prouincias decernemus, nec Imperium prorogabimus, omnia enim

nim iſta rogationibus ad ſingulos pertinentibus conſumuntur.

Effectvs autem † ſolutionis vel exemptionis è legum vinculis, vt tantum princeps vel alii quibus immunitas illa lege vel Senatuſconſulto conceſſa eſt, ea ſoli fruantur, non vero vt ſecundum eas ius aliis dici non debeat. Sic quod caducariis legibus dicitur ſolutus princeps, ita intelligendum, vt ipſe earum vinculis non obſtringatur, ius vero ſubditis ſecundum eas reddere neceſſe habeat. Haud conuenit quoque quod licet diuerſa eſſe fateatur Arniſæus, legibus ſolutum eſſe, & poteſtatem leges a rogandi & Rempublicam pro arbitrio ordinandi habere, hoc tamen ad illud conſequi: diuerſorum enim diuerſa eſt ratio, nec ab eorum vno ad aliud infertur, *l. fin. de calumniatoribus. l. neque natales. Cod. de probationibus.* Quod autem diuerſa ſint priuilegium, ſub cuius genere immunitas à legibus quibuſdam tributa continetur Antonius Auguſtinus *dicto libro de legibus. capit. 18.* De iis, qui legibus ſoluebantur: aliud παμβασιλεία vel βασιλεία κατὰ βούλησιν, notius ac certius eſt, quam vt demonſtratione aliqua indigeat. 22

An avtem † Imperator hodie ſolutus ſit legibus, obſeruanda eſt ἀμφιβολογία phraſeos, ſolui legibus, quam initio capitis explicauimus. Si enim ſolutum legibus, accipiamus de eo, qui vel παμβασιλείαν ſiue regnum plenum & integrum legibus nullis adſtrictum, de quo loquitur Ariſtot. *Polit. libro 3. capit. 14. verſicul.* πέμπτον, habeat, vel dominatum ciuilitatis omnis expertem, qualem Vlpiani tempore Principes Romanos vſurpaſſe ait Budæus, *in Annotationibus prioribus in Pandectas.* Imperatores noſtri temporis legibus ſolutos negamus. Quomodo enim Imperium vel poteſtas politica inter Imperatorem & Ordines, ſalua tamen in pluribus Principis prærogatiua, hoc tempore ſit diuiſa, *lib. 2. cap. 2.* plenius expoſuimus. Atque hoc ſenſu ea de re locuti ſumus Editione priori *c. 19. n. 6. & 8.* Idque aperte oſtendunt, quæ huic ſententiæ præmiſimus & ſubiecimus: nimirum, quod Princeps & Imperator ſummã ac legib. ſolutã habeat poteſtatem & legib. nullis obligetur, nec iuri nec Statui Reipub. 23

præ-

præsenti esse consentaneum *num.6.* & postea *num. 7.* quod nulla in historiis extent exempla, vbi in Politia recta ac libera, cum qua Tyrannus ac dominatus nihil habent commune, libera adeo ac legibus soluta potestas alicui sit data. Et *n.8.* Nostris vero temporibus vix in tota Europa, exceptis iis, quas quod rectæ politiæ terminos excesserunt, παρεκβάσεις appellat Aristot. *Polit. lib. 3. cap. 7.* eiusmodi παμβασιλείαν vix agnoscimus. Si autem verba hæc proprie de eo intelligamus, qui non ipso iure, sed singulari priuilegio non ab omnium, sed quarundam legum obseruatione liberatus est, vt de Principe Romano loquitur Vlpianus, *in d. l. princeps. de legib.* vt olim sic & hodie Regem vel Imperatorem Romanorum LEGIBVS SOLVTVM, affirmamus. Certum est enim ius tam de priuatis quam publicis personis ac rebus semel constitutum, vel receptum tam diu ius esse, quoad vel expressa, vel tacita constituentium voluntate abrogetur & mutetur *l. de quib. de legib.* & ibi Baro Donell. *com. iuris. lib. 1. cap. 12.* Paulus Manutius *Antiquitatum Romanarum. lib. de legib. fol.* 102. *&* 354. Cum igitur iura & constitutiones Principem à legum quarundam vinculo exoluentes, nec legibus Imperatori in creatione dictis vel aliis, expresse vel tacite reperiantur mutatæ eas, pristinum vigorem suum obtinere manifestum est. *l 32. C. de appellat. l. 27. C. de testam. l. 27. & 28. de legib.* Ergo cum non mutatum & correctum reperiatur, quod contra regularem dispositionem singulari priuilegio tributum est principi circa dominii vel obligationis acquirendi rationem. Quod nimirum donationes eorum fiant absque solennitate insinuationis requisitæ *in l. in donationibus. C. de donationib. & §. 1. Inst. eod. tit.* per *l. sancimus. C. de donat. & auth. Item à priuatis. eod. tit.* Quod sint soluti *l. cum oportet. C. de bonis, quæ liberis,* per *l. multa. eod. tit.* Res Fiscales sint liberæ ab onere vectigalium. *l. locatio. §. fiscus. de publ. & vectigalib.* Res à Principe venditæ sint exemptæ iure euictionis *l. bene à Zenone. C. de quadriennii præscript.* vbi exemptio illa diserte priuilegium Principis appellatur. A iure remouente ius accrescendi à donationibus per *l. vnicam. C. si liberalitatis Imperialis lib. 10.* Iason *in l. si mihi & Titio. de verb. obligat.* Lege vindictæ impositionem requirente in manumissione seruorum

rum

rum *l. 14. de manumissionib. & similib.* Deinde circa iuris reddendi potestatẽ, quod Principem eiusq; delegatũ nõ teneat prohibitio delegationis & subdelegationis *l. 1. C. qui pro sua iurisd. l. à iudice. C. de iudic.* quod possit delegare cum clausula de simplici & plano item appellatione remota *l. 1 §. fin. à quib. appell. non licet.* Angelus Aretin. *in § praterea. de exceptionib.* Sit liber ab obseruatione solennitatis ordinis iudiciorum Bald. *in l. imperium. in repetit 3. col. de iurisdict omnium iudicum.* Albericus *in l. Princeps d. legib* ita vt procedat sola veritate facti inspecta Menoch. *consi 180. num. 7.* Knich. *de sublimi territorii iure. cap. 6. n. 60. & seq.* Nuncupet sententiam sine scriptura *Auth. nisi breuiores. C. de sententiis ex breuiculo recitandis.* Restaur. Castald. *d q. 110. casu 221.*

Hæc inquam & similia personalia Principum priuilegia concernentia, passim in iure obuia, neque tacite neque expresse nouo iure sublata, firma adhuc manere extra controuersiam positum est. Ex quibus tamen ad παμβασιλείαν vel dominatum ciuilitatis omnis expertem, qualem Vlpiani tempore Principes Romani vsurparunt, nihil inferri potest.

Coronidis loco & illud addendum est, si vlla de eo an Imperator hoc tempore generaliter legibus teneatur superesset ambiguitas, eam tamen omnem hoc tempore expresse sublatam pactis inter Cæsarem & Electores tempore creationis initis, ex quibus nedum παμβασιλείαν, imo ne νομοθεσίαν, (quæ pars tantum est Imperii politici) solum sed cum Ordinibus coniunctim pro indiuiso obtinere, in leges quoque & Imperii constitutiones & decreta hoc tempore iurare manifestum, vt patet ex legibus Carolo V. ab Electoribus in creatione præscriptis relatis à Sleidano *lib. 1. fol. 29.* Si quam habet actionem Imperator in aliquem Ordinem legibus experiatur, vim autem nullam adhibeat iis, qui se cognitioni legitimæ sistunt. Neminem indicta causa proscribat, sed iuris Ordinem in eo sequatur. Et Gold. *in rationali const. Imperialium. fol. 141. art. 3. & 18.* Idem continetur pactis iuratis inter præsentem Imperatorem Inuictissimum & Electores initis Francofurdiæ ad Mœnum die 18. Iunii, Anno 1612. vulgo Capitulationem vocant. Wir sollen vnd wöllen auch sonderlich vorgemachte

Güldene Bulla / den Frieden in Religion/ vnd Profansachen / auch den Landtfrieden/ sampt der Handthabunge desselben / so auff jüngst zu Augspurg im 55. Jahr gehaltenem Reichstage auffgerichtet / angenommen / verabschiedet / verbessert / auch in den darauff gefolgten Reichs Abschieden widerholet / vnd confirmiret worden/ stet/vest halten / handhaben / vnnd darwider niemandts beschweren lassen / vnnd die andern deß heyligen Reichs Ordnungen / vnnd Gesetzen / so viel deren in den obgenandten angenommenen Rei[c]hs Abschieden im 55. Jahr zu Augspurg auffgerichtet / nicht zuwider confirmiren / ernewren / vnnd wo Noth dieselbigen mit Rath vnser vnnd deß heyligen Reichs Churfürsten / vnnd anderer Stände bessern / wie [d]as zu jederzeit deß Reichs Gelegenheit erfordern thut. Promittimus quoque dictam auream bullam, constitutionem *de religione & pace publica*, & quæ de executione eius in Comitiis Augustanis statuta & cōuenta sunt inuiolabiliter nos seruaturos: Item alias Imperii leges & constitutiones, quatenus à dicta cōstitutione Augustana non dissentiant, confirmaturos & renouaturos, & si necesse sit, cum consilio nostrorum & sacri Romani Imperii Electorum Principum & aliorum Ordinum aucturos, prout melius commodiusque Reipublicæ esse videbitur. Et § auch die Churfürsten/ Fürsten / Prælaten / Graffen / Herren / vom Adel / vnnd andere Stände vnd Vnterthanen deß Reichs / mit rechtlichen Tagleistungen ausserhalb Teutscher Nation / vnd von jhren ordentlichen Richtern nicht dringen / erfordern / noch vorbescheiden / sondern sie in allem vnnd jeden / insonderheit im Reich / laut der Güldenen Bulla / auch wie deß heyligen Reichs Ordnungen vnnd andere Gesetze vermögen / bleiben lassen. Electores, item Principes, Prælatos, Comites, Barones, Nobiles, & alios Status & subditos imperii extra limites imperii amicabilis tractationis vel iurisdicendi causa in ius non vocabimus, nec ad fora incompetentia trahemus, sed eosdem omnes & singulos iuxta dispositionem aureæ bullæ, & aliarum sacri Romani Imperii constitutionum, & legum ordinaria iurisdictione intra terminos Imperii relinquemus.

CA-

# Caput VII.

## De ἱεραρχίᾳ, siue Episcoporum potestate.

### Observata.

1 *Causa & origo Ecclesiasticæ potestatis.*

2 *Episcopalis potestatis duo summa capita lex iurisdictionis ac Diœcesana.*

3 *Ad legem iurisdictionis quæ pertineant.*

4 *Ad legem Diœcesanam quæ referantur.*

NON tantum quoque subiecto, sed forma ipsa tam à iurisdictione quam à reliquis potestatibus differt ἱεραρχία, siue potestas Ecclesiastica, quam sacerdotes, ac inter hos primi Episcopi partim expressa Imperatorum † & optimatum Imperii 1 concessione, partim longa possessione ac vsu sibi vendicant. Illæ enim omnes vel totius Reipublicæ, vel ἀρχόντων primorum Cæsaris, Principum ac optimatum sunt Politicorum, quos vulgo laicos appellant. Hæc ad illam Populi Romani partem, quos Clericos vocamus, pertinet, quæ ministeriis diuinis mancipata est.

Omnis autem Episcoporum potestas † pontificum constitu- 2 tionibus in duo capita distribuitur. *cap. dilectus. de offic. ordin. & cap. Theodosii. de statu regular.* vt alia nimirum competant ex lege iurisdictionis, alia ex lege Diœcesana, licet Panorm. hanc distinctionem vti ineptam, ac nulla ratione vel autoritate subnixam improbet. *cap. dilectus. de offic. ordinar.* id quod & Hostiensi videtur *titul. de offic. ordinar. paragr. sunt autem, qui absque discrimine.* licet in constitutionibus Pontificum vsurpari obseruauerit ex *c. auditis. de restit. in integr. cap. auditis. de præscript. cap. ex parte. de statu Regul.*

Ad legem autem iurisdictionis † ea referuntur, quæ consistunt 3

in conferendo, iudicando & puniendo, subiiciendo, vt Canonica obedientia, subiectio, reuerentia, institutio, correctio, reformatio, censura Ecclesiastica, iurisdictio, causarum omnium ad forum eorum pertinentium, cognitio & examinatio, emendarum satisfactio, pœnitentiarum impositio, Sacramentorum Ecclesiæ collatio, quæ totidem verbis ex *cap. dilectis. & cap. conquerente. de offic. ordinar.* refert Dilectus Hostiens. *ad ti. de offic. ordin. §. sunt autem quædam.*

4 Ad legem Dioecesianam † referuntur primo reditus illi, & prouentus, qui singulis ministris vltra possessiones & latifundia, quæ bona temporalia appellant, sunt attributi, ab eo tempore, quo reditus Ecclesiæ communes esse, & ab Episcopis distribui desierunt, vt sunt Vectigal Cathedraticum siue synodaticum, vt vulgo dici consueuit, quod Cathedræ siue honori Episcoporum, ab inferiorum Ecclesiarum gubernatoribus in synodis exactum penditur.

Secundo Enthroniasticum honorarium illud, quod Episcopis munus suum auspicantibus Ecclesię subiectæ largitæ sunt *Nouell. Iustinian. 123.* Duar. *de benefic. Eccl. lib. 8. c. 5.*

Tertio Hospitia & victus, quem ecclesiarum vel monasteriorum Antistites Episcopis ecclesias solenni more inspicientibus præbere coguntur. *c. conquerente. de offic. ord. tot. tit. de censib. c. ex offic. de præscript.* quæ visitationes & procurationes, quod ecclesiæ Episcopum visitantem alant & curent, dictæ sunt.

Quarto Canonica portio Decimationum & mortuariorum, id est, quadrans decimarum tam prædialium, quam personalium debitorum potissimum Curionibus, id est, Presbyteris, qui paræcias regunt, & animarum curationem habent, & eorum, quæ à mortuis testamento inferioribus ecclesiis relicta sunt, *d. cap. conquerente. cap. de quarta. de præscript. cap. officii. c. requisiti. de Testam.*

Quinto, Ius extraordinariæ collationis ob æs alienum vel viatici ad synodum conquirendi causa indicendæ, quod quia non muneris necessitate, sed precibus ac suasionibus impetrari consueuit, charisterium siue charitatiuum subsidium, quasi sponte ob-

te oblatum magis, quam Imperio ac vi expressum nominare solliti sunt.

Hæc omnia ex *d.c.conquerente.§.1.& c.dilectus.de off.ord.& c.cum inter vos.de sentent.& re iudica.c.cum olim.& c.cum canonicus.de censib.* collegit Host.*d.tit.de offic.ord.* & eruditius explicat Duaren.*d.tit. de benefic.& minist.ecclesiast.lib.7.cap.5.*

## Capvt VIII.

## *De Principum & Ordinum Imperii potestate.*

### Observata.

1 *Principes & Ordines imperij qui.*
2 *Status verbi varij acceptus.*
3 *Propria significatio.*
4 *Vera Status definitio.*
5 *Iuris territorij definitio.*
6 *Ius territorij non solis Principibus, sed inferioribus quoque ordinibus competere.*
7 *Iuris territorij diuisio in duo principalia capita Iurisdictionem, & belli prouincialis gerendi facultatem.*
8 *Et subsidiarium vnum, munerum tam realium, quam personalium indictionem.*
9 *Munera realia.*
10 *Personalia.*
11 *An Principes, Comites, Barones, Ciuitates, &c. condendorum statutorum habeant potestatem.*
12 *Modi acquirendæ potestatis Principum & Ordinum imperij.*
13 *Quomodo ius Optimatum imperii, ab imperio Politico, Regio & Episcoporum potestate differat.*

PRincipes & Ordines hic non † contracte de statibus imperii, 1
sed generaliter accipimus de Principibus tam ecclesiasticis, quam Politicis, Prælatis, Comitibus, Baronibus ac Ciuitatibus directo imperio parentibus, Estque ius ac potestas eorum in du-

sessione, directa collectarum imperialium solutione, immediata subiectione vel aliis adiunctis separabilibus ἄτομοι εἶδος non constituentibus, eiusq; intelligentiam haud absoluentibus, sed sola τῆς ἀρχῆς πολιτικῆς κοινωνίας, id est, *sessuræ* & dictionis sententiæ communicatione actuali consistit, qua non tantum à Nobilibus de feudis ligiis inuestitis, ac præter imperium alios superiores non agnoscentibus, sed à Baronibus quoque, Comitibus & Principibus (licet hi sint rariores) siue mediate siue immediate imperio obediant, nullum tamen suffragii ius in senatu imperii obtinentibus distinguuntur, idque innumeris Decretorum Comitialium locis ostenditur. Vbi Principia decretorum sic habent: **Haben wir vns mit Churfürsten / Fürsten vnnd gemeinen Ständen/ vnd der abwesenden Räthen vnd Gesandten / vnd sie mit vns sich verglichen /** & in fine subiicitur: **Vnnd seyn diese hernach geschriebene/ wir Churfürsten/ Fürsten/ Prælatem/ Graffen/ Herrn/ vnd deß heyligen Reichsstätt Bottschafft Gewalthaber vnd Gesandte:** In quib. Nobiles immediati non censentur, Comites autem & Barones complures, licet Principibus iure territorii absque controuersia subiecti, comprehenduntur. Dixi ἐνεργείᾳ participationis suffragiorum proprie statum definiri. Nam ἐν πλάτει quoque τῆς δυνάμεως ratione status dicuntur in collegium imperii cooptati, nullam dum tamen in Comitiis actu sortiti sessionem decreto Comitiorum Ratisbon. Anno 70. §. **Nach dem auch**/ Petr. Denais. *iuris Cameralis, tit. 287. verbo sessio nu 3.* Ac tantum de priore Principum & Ordinum iuris innominati parte, de qua plura suo loco *c. 3. lib. 2. de iure comitiorum*, agemus.

De altera, quæ Principibus ac Ordinibus in personas ac res ditionum suarum competit, quam superioritatem appellant recentiores † interpretes, Iasonem opinor secuti *in l. imperium. de iurisdict.* summam politicam potestatem sic vocantem, eadem elegantia qua iuris Pontificii compilatores dignitatis Ecclesiasticæ excellentiam *maioritatem* vel *maioriam* & *maioratum* vel *maioricatum*, Itali & Hispani ius succedendi in bonis ea lege relictis, vt in familia perpetuo conseruentur, ac primogenito ordine successoriis deferantur, Ludovicus de Molyna, *de* 5

*Hispa-*

*Hispanor. primog. orig. lib. 1. c. 1. num. 22.* Paul. de Castro *consi. 165. num. 8. vol. 1.* Nicol. Intrigiol. *de feud. quaest. 57. in prin.* Ioan. le Cirier *intr. de iure primogenitura quaest. 2. lib. 1.* vel summam Regis Hispanorum iurisdictionem, quamque regio nomine suprema exercent auditoria. Didac. Couarru. *practica. quaest. c. 2. Tom. 2. fol. 375* Rectius ius superius vocat Carolus Sigonius *de regno Italiae lib. 7. in Othone magno. fol. 175. num. 10.* praeclarum nuper edidit tractatum Andr. Knich. amicus meus, in quo primus vim ac partes huius potestatis erudite nostris aperuit, ius territorii Principum appellans, vulgo Landes Fürstliche Obrigkeit / vt dicitur quoque Decret. Augustano 1548 wiewol auch. Et memini me vidisse Diploma quoddam antiquum Rudolphi Ducis Saxoniae, Angariae & Westphaliae Comitis in Brena, continens donationem syluae in agro Aquensi Magdeburgensis Dioecaeseos, ordini equitum Marianorum siue Teutonicorum factam Anno à nato Christo 1357. in quo dicta superioritas reseruata diserte ius principatus appellatur, eodem modo, quo Carolum Magnum Exarchatum Rauennatem Pentapolim, Ducatum Perusinum, Romanum, Tuscum & Campanum iure principatus, & ditione sibi reseruata, Pontifici permisisse scribit Carolus Sigonius, *de regno Italiae lib. 4. in Carolo Magno fol. 90. in pr.* Territorii autem verbo ius hoc recte dicitur, ad differentiam prioris partis, quae in administratione totius Reipublicae consistit, pari ratione, qua Poloni terrestres honores & magistratus officia terrestria & officiales terrestres indigitant, non vniuersi Regni, sed terrarum atque satrapiarum peculiares Martin. Cromerus Poloniae *lib. 1. fol. 120.* Licet autem
6 ius territorii † principum vel principatus propter excellentiam nobilitatis, potentiae ac Regionum amplitudinem, in eo ordine magis conspicuam iam olim frequentius vocari consueuerit: Ea tamen, quam inferiores etiam ordines in personas ac res ditionum suarum legitime quaesitam obtinent, potestatem forma ipsa, ad cuius entitatem, vt ait Iulius Caesar Scaliger *de subtilitate exercitat. 307.* accidentia nihil addunt, à conspectiore hac Principum potestate nihil differt. Vt enim ait Plato *in Politico:* τί δὲ μεγάλης σχῆμα οἰκήσεως ἢ σμικρῆς ἂν πόλεως πρὸς ἀρχὴν οὐδὲν διοίσετον. Hoc est, vt interpre-

terpretatur Marsilius Ficinus: *Ampla an parua sit vrbs, nihil refert ad imperium.*

Iuris huius exemplo imperii † politici, cui quodammodo sub ordinatur, duo summa & principalia constituo capita: iurisdictionem & belli prouincialis gerendi facultatem, casibus imperii legibus & constitutionibus permissis. De quibus in Decreto Imperii Wormatiensi Anno *1495*. Augustano *1530. 1555. 1559*. Spirensi Anno 1570. Ratisbonensi Anno 157*6*. Augustano Anno 1582. Ratisbonensi Anno 1594. & *98*. Quibus etiam fœdera pacis publicæ causa contrahere permissum est aureæ bullæ *tit.* von Zusammen-Verbündnuß. Mynsing. *cent. 6. obs. 2.* Waremund. ab Ehrenberg, *in tract. de Fœderib. fol. 278.* Dixi *principalia capita*: Vt enim suprema politica † sic quoque hæc interior Principum & Ordinum potestas absque pecunia & hominum opera expediri nequit, ideoque tam iure regalium expresse concessorum, quam consuetudine Principibus, Prælatis, Comitibus & reliquis imperii optimatibus hominibus suarum ditionum subsidiaria onera, tam realia quam personalia iniungere permissum est. Personalia vt operarum † rusticarum, quæ vulgo Fronen appellant, & militiæ munera: Realia vt sunt † collectæ, de quibus Old. *consil. 104. incip. circa propositum quæro. l. 2. C. de immunitat. nem. in concedenda. lib. 10. l. absit. C. de priuileg. Domib.* Ang. *l. ad Portus. & l. omnes Rectores. C. de op. pub.* Alberic. de Rosate *in rubr. C. si cens. vel reliq.* Natta *consi. 517 num. 34. lib. 3.* Exacte Knich. *dicto tractat. de iure territorii c. 3. num. 310.* Trium horum omnia, quæ huc in specie referuntur, effecti membri vel causæ rationem habent. Sed dictæ iam tripartitæ † Diuisioni opponi posse videtur, quod non sint paria partium, ac totius momenta. Quia ab interpretibus per manus traditur, Duces, Marchiones, † Comites, Barones in territoriis suis non tantum reddendi, sed & constituendi quoque & abrogandi iura prouincialia habere potestatem Paul. de Castro *consil. 34.* quem sequuntur Albertus Brunus *consil. 45. num. 21.* Tib. Decian. *consi. 56. num. 2. vol. 5.* Ac plures alii cumulati à Schradero *in tracta. Feud. part. 10. sect. 8. num. 28.* Sebastianus Medices *in tract. de legib. & statutis part. 19. 20.* De Ciuitatibus Imperialibus, & aliis idem Zas.

7 8 9 10 11 12

*in l. omnes populi. de iustitia & iure. & l. de quibus. de legibus.* Idem ius aliqui tribuunt nobilibus Fichard. *consi. 2. num. 2.* Mynſ. *Reſp. 10. nu. 29.* Weſenbec. *consi. 1.* Idque ex vulgato axiomate. Quod omnib. iuriſdictione præditis ſecundum modum conceſſæ iuriſdictionis ſtatuta facere permiſſum ſit. Barto. & Comm. Dd. per *l. omnes populi. de iustitia & iure.* Decius *in l. imperium. nu. 4. de iuriſd.* Bal. *in cap. cum omnes. nu. 52. de constit.* Ægid. *in constit. Marchiæ Anconitanæ. glo. 6. num. 48.* Vbi de ciuitate habente omnem iuriſdictionem ex priuilegio Principis vel præſcriptione dicit, quod poſſit condere ſtatuta ſine ſuperioris autoritate. Et quod eadem ſit qualitas fori & ſtatuti. Berous *in cap. quæ in eccleſiarum de constit. num. 56.* Et ſtatuere ac iuriſdictionem exercere paria dicit Bald. *in l. Humanum. C. de legibus.* Ac quod de iuriſdictione in genere hactenus dictum eſt, inueterato Bartoli errore quem & Bal. ſequitur *in l. Imperium. de iuriſdict.* ad ſolius meri Imperii effectum refertur. Petr. Gregor. Tholoſan. *ſyntagm. iur. vniuerſi. libro quadrageſimo ſeptimo, num. 12.* Secundo ex rationibus & fundamentis, quibus non ſolum legum ferendarum, ſed & ſupremam, ſi Diis placet, Reipublicæ, & vt vocant regiam & abſolutam poteſtatem, & omniiugam ab Imperio exemptionem Principibus, Comitibus, Baronibus, ac ciuitatibus gentis ſuæ tribuere ſatagunt Itali: Ita nimirum nobilitatis ſummæ gradus, Ducatus, Comitatus, Baronatus, collatione, Inueſtitura Regalium, & magiſtratus perpetui, & ad hæredes transmiſſibilis conceſſione, relatis *infra libro ſecundo. cap 4.*

Sed hiſce & aliis nihil obſtantibus iuris vel vniuerſalis, vel ſingularis ferendi facultatem ipſo iure Principibus, Prælatis, Comitibus ac ciuitatibus Imperii non competere, certum eſt ex iis, quæ ſupra docuimus, *cap. 8.* νομοθεσίαν nimirum tam vniuerſalem, quam particularem, ad ſolius Reipublicæ ius, quod in imperio Romano non principes & ſtatus ſingulares, ſed vniuerſi pro indiuiſio obtinent, pertinere, ſicuti infra *libro ſecundo, capit. 1. & ſequ.* accuratius declarabitur: Et quod ad leges ac rationes ex iure ciuili adductas attinet, & primo *L. omnes populi. de iustitia & iure. cum §. omnes. Institut. eodem.* certum eſt, eo loco non diſtingui ius

ius statutarium & commune, sed gentium & ciuile, nec agi de Principibus & ciuitatibus Imperio subiectis, sed de populis liberis Rempublicam constituentibus, vt recte & erudite hæc loca explicant Eguinarius Baro & Cuiacius, Petrus Costalius & Antonius Vacca *in dict. leg. omnes populi.* Lex Antiochiensium de priuilegiis creditorum adducta à Zasio *in leg. de quibus. de LL.* non de legibus vniuersalibus vel singularibus aliis ferendis, sed vt & titulus ipse arguit, de priuilegio ciuitati ei à Principe concesso loquitur, sicuti eam recte interpretatur Accursius verbo lege sua.

Quod ad effectum meri Imperii attinet, ex definitione eiusdem infra *cap. 11.* manifestum est, id nihil aliud esse, quam partem iurisdictionis proprie sic dictæ, quam δικαιοδοσίαν appellamus, in grauiore animaduersione consistentem, quæ ad potestatem ferendarum legum vniuersalium vel particularium non porrigitur, licet imperium simpliciter pro ἀρχῇ πολιτικῇ positum eam non excludat, de quo *in titul. de iurisdiction.* nihil agitur. Argumenta alia ab Italis allata tam ad vniuersam Reipublicæ potestatem, qnam in specie legum ferendarum facultatem Principibus ac Dynastis tam Italiæ, quam Germaniæ vendicandam, plane nihil habere momenti. *capit. quarto. libri seq.* perspicue demonstrabimus.

Ex quibus consequitur Electores, Principes, Prælatos, Comites, Barones, Nobiles ac ciuitates imperii in constituendo iure prouinciali ac municipali nihil iuris habere, nisi id priuilegio expresso vel tacito specialiter, vel ab vniuersa Republica, vel loco eius à Cæsare sit concessum, vt recte quoque sentit Schraderus *in tract. feud. part. 4. capit. 1. numer. 4.* Et generaliter Donell. *comment. iur. ciuil. l. 1. cap. 6. in fin. per l.* Ἀξίωσις. *Ad leg. Rhod. l. vltim. §. 1. & vltim. Cod. de legibus.* Qui autem Principes & status ea potestate sint præditi, non in iure, sed in facto consistit. Electores autem Palatinum Saxonicum & Brandeburgicum constitutiones prouinciales etiam iuri communi contrarias, absque confirmatione Cæsarea facere, & pro arbitrio abrogare manifestum est.

12 Quantum ad modos † acquirendi huius iuris: potissima eius pars, quæ in participatione imperii politici sessuræ nimirum & suffragii comitialis consistit, nulla certe lege expressa, Principibus ac ordinibus tributa refertur. Sed quod in genere de institutis Rerumpublicarum scripsit Aristoteles *Politicor. lib. 3. cap. 16.* Quod κυριώτεροι καὶ περὶ κυριωτέρων τῶν κατὰ γράμματα νόμων οἱ κατὰ τὰ ἔθη, id est: *Quod maiores ac de rebus maioris momenti sint leges minoribus positæ, quam scriptæ* Sic etiam ius illud dicendæ sententiæ, in senatu Imperii nulla diserta constitutione, sed consuetudine introductum est. Reliqua ad potestatem in personas ac res ditionum suarum pertinentia, quam κατ' ἐξοχὴν Landes Fürstliche Hochheit/ indigitari diximus, partim contractu & inuestitura feudaria, partim priuilegio vel expresso vel tacito, id est, præscriptione quæruntur, inuestitura tam iurisdictionem omnigenam, quam iura quoque regalia acquirunt Principes omnes tam Ecclesiastici, quam Politici, Prælati, Comites & Barones. Liberis autem imperii ciuitatibus non ipso quidem iure, quo ex Principum iurisdictione exemptæ, soli Cæsari subiiciuntur, sed vel expresso quoque beneficio Principis, vel præscriptione memoriam omnem excedente quæruntur. Ius sessuræ & ferendorum suffragiorum, quibus partibus inter Imperatorem & reliquos Principes ac status sit diuisum *lib. 2. cap 2* De Comitiis ostendetur. Reliqua ad ius superioritatis, quod vocant, in personas ac res ditionum suarum spectantia an Principes, Prælati, Comites, Barones ac Ciuitates vel inuestitura, vel priuilegio expresso, vel tacito omnes. De plerisque enim non ambigitur: æquo iure obtinuerint, nec ne, non iuris, sed facti controuersia est definienda iis, quib singulorum iura propius ac penitius sunt perspecta & cognita, quanta autem quibusq; in iure reddendo suppetat facultas, *lib. 2. c. 8 9. 10. & 11.* explicabitur.

13 Ex his itaque quantum instituto † conuenire est visum ex positis apparet potestatem hanc à iurisdictione latissime accepta differre, & forma (quod illa νομοθεσίαν ambitu suo comprehendit, hæc vero excludat) & subiecto: quod iurisdictio sit in tota politia imperante; hæc vero in principibus & optimatibus . . .

ἀιχ-

ἀρχομένοις. Ab imperio quoque politico regalibus ac Episcoporum potestate tam forma, quam subiecto discerni definitiones & capita singulorum ostendunt.

## Capvt IX.

### *De Iurisdictione proprie sic dictæ definitione.*

#### Observata.

1 *Definitio iurisdictionis.*
2 *Iurisdictio non solo honore ac potestate, sed muneris quoque ratione censetur.*
3 *Bona definitio cum definito conuertitur.*

ET tantum de tota & integra iuris dicendi Reipubl. ipsi competente facultate. Restat altera, quæ ab imperio & Republica magistratibus conceditur, quam definitio † iuris reddendi potestatem & munus. 1 Verbum *potestatis* pro iure, vt accipitur etiam *in l. 1. ad leg. Aquil.* non tantũ euphoniæ & vitandæ ταυτολογίας causâ posui, sed quod id iurisdictionis verum ac proximum genus esse, legibus manifeste probetur. *l. potestatis, de verb. signif.* vbi imperium generaliter pro iurisdictione accipitur, vt aliis etiam in locis: *l. cum Prætor. de iudic. l. etsi Prætoris de offic. eius, cui mandat. est iurisd. l. 1 de iudic. l. 5. de re iudic.* vbi aperte dicitur, *cuius potestas est ea de re iurisdicendi.* Donell. *com. iuris ciuilis lib. 17. cap. 2.* Duar. *ad tit. de iurisd. cap. 1.* Baro *var. quæst. 1.* *Muneris* Verbum cum potestate ad vim ac naturam iurisdictionis exprimendam coniungi necessarium fuit. Etsi enim quoad ipsam rempublicam, quæ legibus à se latis extra diuinas & naturales non obligatur, iudicandi mera facultate censeri possit, magistratibus tamen omnibus cum facultate, quam ipsis dat præfectura vel mandatum necessitas secundum leges & constitutiones iudicandi incumbit, vt patet ex ipso titulo, & quæ sub eo continentur. *Instit. de offic. iudic.* Et quod non solo honore, sed muneris quoque ratione censeatur magi-

ſtratus, erudite explicat Donell. *comm. Iur. ciuil. libro 17. cap. 6. fol. 16. num. 30.* Facit *l. & gl. in l. non quicquid. de Iudic. l. cui muneris. de muneribus & honoribus.* Et quod iuriſdictio non ſolo beneficio ac poteſtate definiatur, ſed ſit onus & prouincia tradit Longo Vallius *in repetit. l. Imperium. verſic. hactenus. num. 6. & 7. de iuriſdict. omn. iudic.* Idem, quod iudex iudicare cogatur per *l. 5. §. iudicandi neceſſitas. de muneribus & honoribus. in tit. de arbitr. in prin.* Et quod manus regia non habeat locum in magiſtratibus Principe inferioribus. Aſin. *in praxi. §. 3. cap. 3. num. 1.* Eadem ſententia fuit Cyn. *in l. 1. de iuriſdict. omn. iudic. num. 9.* vbi dicit, *tam in ſuſpiciendo tam ordinariam, quam delegatam iuriſdictionem, quam procedendo eſſe neceſſitatem.* per *l. fin. §. iudicandi. de muneribus & honoribus. l. ſancimus. C. de Aduoc. diuerſ. iud. l. arbitrio. qui ſatisdare cog. principio. Auth. vt iudices non exp.* Et Bartoli poſt Accurſium *in dict. leg. 1. de iuriſdict. om. iudic.* iuriſdictionem poteſtatem cum neceſſitate coniunctam dicentis, licet per omnia iſta deſcriptio ad eſſentiam iuriſdictionis nō pertineat, vt paulo poſt monebimus. Iaſon quoque *in l. imperium.* iuris reddendi neceſſariam functionem in magiſtratu, non tantum in cōtentioſa, ſed in voluntaria quoq; iuriſdictione eſſe affirmat, *fol. 66.* & Ariſtot *lib. 6. Politic.* eiuſmodi munera ἀρχὰς ἀναγκαίας appellat Budæus *ad capitul. vltim. titul. de muneribus & honoribus.*

Cum autem latiſſima ſit verbi poteſtatis ſignificatio *l. poteſtatis.* & ibi Alciat. & Goddæ. *de verbor. ſignificat.* Camill. Gallin. *eod. tract. de verbor. ſignif. libro 1. cap. 33. numer. 47.* Bodin. *de Repub. lib. 1. capit. 4 in princip.* Muneris quoque vox onus & officium omne comprehendat, quod neceſſario ſubimus lege more Imperio eius qui iubendi habet poteſtatem. *l. munus.* & ibi Alciat. Godd. & Cuiac. *de verbor. ſignificat. tot.* item *titulo. de muneribus & honoribus.*

Ac ſecundum ſententiam Ciceronis *in Topicis* ex Platone *in Theateto* expreſſam, ea quæ ſunt rei, quam definire volueris, cum aliis communia, eo vſque perſequenda ſint, dum proprium efficiatur, quod nullam aliam ad rem transferre poſſit pro forma ac differentia, qua à reliquis tam publicarum, quam priuatarum poteſta-

potestatum, tum munerum cuiuscunque generis speciebus arceatur, iuris reddendi verba posuimus. Potestas enim & officium ius dicentis duo nec plura complectitur, cognitionem vel iudicationem & Imperium, siue exequendi & ratum efficiendi, quod iussum & statutum est, facultatem, quæ ambo *reddendi* verbo comprehenduntur, vt patet ex *l. 2 §. post originem. de orig. Iuris.* Vbi per eos, qui iuri dicendo præsunt, effectus rei accipitur, & subiicitur, parum enim est Ius in ciuitate esse, nisi sint, qui iura reddere, id est, qui cognoscere & iudicare, quid cuiusque ius sit, & exequi possint. Zas. *in dict. leg. & §. de orig. iur.* Idem probatur *in l. nonnunquam. versic. Prætor quoque. & l. obseruandum. de offic. præs.* Baro *var. quæst. 1. fol. 18. & ead. quæst. fol. 40.* Et cum ita comparata debeat esse omnis † definitio, vt nec latior, nec angustior sit de- 3
finito, sed cum eo conuertatur & in orbem redeat, omnia & non plura complectitur, quam quæ sunt eius partis iurisdictionis politicæ, quam Græci vno verbo δικαιοδοσίαν appellarunt, vt patet ex *lib.* βασιλικῶν *7. tit. 3. cap. 1.* ὁ ἔχων δικαιοδοσίαν καὶ διακατοχὴν δίδωσι, καὶ εἰς νομὴν πέμπει καὶ ἐπιτρόπους, καὶ δικαστὰς δίδωσι. Id est: Qui *habet iurisdictionem & bonorum possessionem dat, & in possessionem mittit, tutores atque iudices dat.* Etsi enim olim Prætores Iuris constituendi aliquam potestatem habuerunt, vt refert Donell. *§. sed ista. instit. de actionib.* Hoc tamen Reipub. statu nullus ex Imperii procerib. & statibus regulariter ius facere potest, sed legũ vniuersalium ac statutorum vis omnis ex imperii confirmatione pendet: Vt capite præcedente exposuimus.

CAPVT

# Capvt X.

## *Aliorum tam veterum, quam recentiorum, iurisdictionis definitiones excutiuntur.*

### Observata.

1 *Accursii definitio.*
2 *Explicatio* l. placuit. C. de iudiciis.
3 *Bartoli.*
4 *Baldi.*
5 *Muscorni.*
6 *Baronis.*
7 *Ludouici Charondæ.*
8 *Matthæi VVesenbecii.*
9 *Cuiacii.*
10 *Menochii.*
11 *Antonii Goueani.*
12 *Fuluii Paciani.*
13 *Matthiæ Stephani.*

NVnc aliorum definitiones videamus: Inter quas prima Accvrsii, qui, vt præmisimus, sic iurisdictionem † describit:
1 Quod sit potestas de publico introducta cum necessitate iurisdicendi & æquitatis statuendæ. *l. 1. de iurisd. omn. iud.* quæ pleraque ad essentiam iurisdictionis pertinentia continet, nimirum potestatem cum necessitate iurisdicendi coniunctam. Verum ad substantiam iurisdictionis nihil pertinet, quod addit potestatem de publico introductam, quo causa efficiens extra rem ipsam constituta significatur. Superuacaneum est etiam, quod non tantum iurisdicendi, sed etiam æquitatis statuendæ potestatem dicit, vbi duo per se natura coniuncta contra IC. ac legum omnium mentem distrahuntur, ac tanquam res diuersæ ponuntur ius & æquitas: Ius enim non est nisi ipsa æquitas, qua tanquam forma deficiente

ciente subsistere nequit. Vt artem boni & æqui definit IC. *in l. 1. de Iustit. & iure*, ac Cic. *de offic.* constituta æquitate pro constitutis legibus, & eadem constituendarum legum fuit causa quæ Regum. Ius enim semper quæsitum est æquabile, neque enim aliter Ius esset. Idem *in oratione pro Pub. Quint. Quis tandem nobis iura, aut æqua describit? quis hoc statuit, quod æquum sit in Quintum, id iniquum esse in Nauium?*

Quod autem † dicit Imperator *in l. placuit. C. de iudiciis*, quo solo fundamento hæc Accursii sententia nititur, placuit in omnibus rebus præcipuam esse Iustitiæ, æquitatisque, quam stricti iuris rationem, non eam vim habet, vt ius & æquum inter se differant, & quod generaliter ei, qui iurisdictioni præest, permissum sit, vel secundum publici ac certi Iuris tenorem vel suo æquitatis arbitrio controuersias definire, contra *l. 2. de legib.* Sed sic exaudiri oportet, vt quidem æquitas in iure spectetur, *d. l. placuit.* ac leges benignius interpretentur, æquitatisque potior sit ratio, quam stricti iuris, hactenus nimirum, vt manente iure certo ac scripto de eo ex æquitatis regula statuatur. Quod ita fit, si non tollatur totum quasi plane iniquum. Sed vt in illis casibus, quos mens & voluntas legislatoris cõplectitur, æquitatis regula temperetur. 2

Accursii tamen definitionem secuti sunt Cyn. *in l. 1. de iurisdict. omn. iud. num. 8. verb. legitima saltem adiecto in omnibus vero.* Azo. *l. 1. de iurisdict. omn. iudi. num. 1.* Hostiens. *in summa. de foro compet. versi. fin. qualiter distinguatur. in fin.* Paul. de Castr. *consil. 150.* Caspar Vallasc. *in l. imperium. numer. 1.* Ferrar. *in forma lib. in Act. confessoria. in gl. plenam. num. 1.* Bald. *in cap. 2. de duob. fratr. in vsib. feud.* Petra *de Fideicommiss. quæst. 13. num. 592.* Alciat. *in cap. quod sedem. numer. 34 de offic. ordinar. com. opin. libr. 19. in verb. Iurisdictio. num. 50.* Rol. à Valle *consi. 42. num. 20. vol. 2.* Petr. Gregor. Tholos. *in. Syntag lib 47. ca 21. num. 8.*

Bartoli plane vero inepta † ac minime iuri consentanea opinio est, Accursianam definitionem per omnia probantis, adiectis tantum verbis in fine tanquam à persona publica statuendæ, *in l. 1. num. 3. de iurisdict. omn. iud.* Quasi ideo sit latior de- 3

finito, quod etiam Patria ac Dominica potestas, item tutela de publico sint introductæ, & quod Pater, Dominus ac Tutor eadem qua qui iurisdictionem habent, ratione ius reddere liberis, seruis ac pupillis debeant, ac possint, quod falsissimum est. Etsi enim Patresfamilias, Domini ac Tutores secundum iuris præscriptum cum liberis agere debeant, vt ex legibus à Bartolo allegatis facile conceditur. Et generalia sint iuris præcepta, honeste viuere, neminem lædere, ius suum cuique tribuere. Aliud tamen est legibus obtemperare, quod, vt iam diximus, omnibus præcipitur. Aliud iura postulantibus reddere, quod paucis admodum permissum est. Imo quod Pater in liberos, Dominus in seruos; Tutor in Pupillos ius dicere non possit, sed quod ea potestas à iuris dicendi ratione plane sit remota, aperte probatur *in l. qui iurisdictio ii. de iurisd. ct. & l. si quis à liberis. de liber. agnosc. l. si quis à liberis. de Rit. nupt.* Bartoli definitionem sequitur Pacianus *consilio tertio*, *num.* 40.

4 BALDI. Is ad vulgatam iurisdictionis † diuisionem in merum & mixtum imperium ac simplicem iurisdictionem, de qua *c seq.* tractabitur, respiciens, iurisdictionem describit potestatem plectendi, decernendi ac ius dicendi, in quo vtrunq; quod inuolutæ rei definiendæ notioni explicandæ necesse est, desideratur. Non enim sola potestate, sed muneris quoque necessitate definiri iurisdictionem antea ostendimus. Et non simpliciter in plectendo, decernendo, sed in iure de rebus tam ciuilibus, quam capitalibus reddendo, id est, cognoscendo, statuendo, & exequendo versatur.

5 MVSCORNI: † qui *in tract. de iurisdict. numer.* 10. iurisdictio-
6 nem potestatem ad ius dicendum. Et BARONIS, † qui *var. quæst. 1. & de feudis lib. 4. cap. 2.* Iurisdictionem publicam iuris dicendi po-
7 testatem, non male definiri ait. Item LVDOVICI † CHARONDÆ qui iuris dicendi licentiam esse dicit, *eodem de iurisdict. & Imperio tra ctat.* non rei definitio, sed notatio ac nominis saltem interpretatio est.

8 WESENBECIVS ad *tit. de iurisd.* quod non liberet † in Accursii & Baldi descriptionem inquirere, publicam cognoscendi de causis

causis potestatem seu notionem & definitionem causarum, quã magistratus ex ordinario officii sui iure & munere exercet & mãdat, definire maluit. Licet autem iurisdictionem non in genere: vt accipitur *in l. 1. vers. iurisdictionem mandat. de offi. eius, cui mand. est iurisd.* sed eam tantum describere velle, diserte affirmet, quæ non specialiter ac nominatim, sed generaliter iure magistratus confertur: Tamen & hanc angustiorem definito facit; Præterquam enim quod superuacanea est causæ externæ publicæ autoritatis, qua iurisdictio Magistratibus tribuitur, adiectio, non mera facultate, sed ea quæ cum muneris necessitate coniuncta est, definiri, antea in nostra definitione est explicatum. Præterea non solum cognitione ac definitione, sed his duabus partibus formam ac naturam eius exprimentibus, notione nimirum & imperio, siue exequendi potestate constat iurisdictio, vt cap. proxime sequenti latius explicabitur, quarum postrema hic plane est prætermissa.

Cviacii, ad *tit. de iurisdict.* † & *l. 225. de verb. signif.* non integræ iurisdictionis est definitio, sed eius tantum partis, quæ ex instituto veteris Reipublicæ Romanæ, ipso iure constitutionis, qua quis magistratus creatus fuit, non quæ specialiter ac nominatim lege, senatusconsulto, vel principum placitis tributa fuit. Et licet idem *in paratit. ad C. eod tit.* aliter iurisdictionem describat. *Notionem*, nempe, *qua iure magistratus vel ex mandato magistratus vel extra ordinem competit*: ea quoque & genere, & forma (quibus solis vt docet Aristot. *in Analyt. & Topicis* causis essentia rei constituitur) caret. Quantum enim ad genus ab eo positum: Notionis vox à verbo nosco deducta generaliter intelligentiam proprie significat, quam Græci ἔννοιαν siue πρόληψιν appellant, Cicero *in Topicis*: Notioné appello quod Græci tum ἔννοιαν tum πρόληψιν appellant. Ea est insita, & ante percepta cuiusq; formæ cognitio, enodationis indigens Budæus *in Annotationib. priorib. ad Pandect. ad l. 1. de iust. & iure.* Cicero *de finib. bonorũ & malorũ li. 3.* Simul autẽ cepit intelligentiam vel notionẽ potius, quã appellant ἔννοιαν illi. Idem *lib. 1. Acad. q.* Vnde postea notiones rerũ animis imprimerentur. Et *Tusculan. q. li. 4.* Quæ. n. istarũ definitionũ non aperit notionẽ nostram

*de offi.lib.3.* Ac vero si quis voluerit animi sui complicatam notionem euoluere. Idem *1.de legib.* Quæ que in animis hominum (inquit) imprimuntur inchoatæ intelligentiæ, similiter in omnibus hominib. imprimuntur. Et postea Cleanthes quidẽ noster quatuor de causis dixit in animis hominũ informatas Deorum Notiones.

Κατὰ συνεκδοχὴν vero generis primo generaliter pro cognitione, aut quæstione, quæ de homine aut facto habetur. Idem Cic. Clodius Censorum Iudicium, ac notionem, & illum modum seuerissimum magistratuum de ciuitate sustulit. Idem: Omnis notio Pontificum cum adoptaret adesse oportuit.

Apud IC. quoque primo hac posteriori significatione accipitur, pro cognitione alicuius causæ vel γνώσει, absque κρίσει vel iudicatione. Sic accipitur *in l. ait Prætor. de re iudicata.* In verbis posterioribus: Sed habent de quavis alia causa notionem, qualem habuerunt Assessores siue amici, qui in consilium Proconsulum adhibiti fuerunt. Item arbitri qui ex compromisso adeuntur, Alciatus *in l. notionem. de verb. significat. in pr.* Et quibus causa tantum audienda vel cognoscenda rescripto commissa est. Hos enim non iudicandi, sed referendi saltem mandatum habere dicit per *clem. auditor. de rescriptis.* Alciatus *d. leg* & ibidem Brechæus ex Iasone *in l. iam prolatis. de re iudic. d. l. notionem.*

Κατὰ συνεκδοχὴν membri generaliter accipitur, tam pro cognoscendi iudicandique potestate sine imperio, quam pro potestate de re cognoscendi iudicandique cum iudicati exequendiq; potestate coniuncta. *l. notionem. de verb. significat.* Donell *com. iuris ciuilis. lib. 17. cap. 6.* Baro *var. quæst. 1. fol. 40.* Alciatus, Brechæus & Fornerius *in d. l. notionem. de verb. significat.* Goueanus *in libro de iurisdictione. num. 7.* Sic etiam passim in iure pro iuris reddendi integra potestate, tam in priuatis, quam capitalibus causis accipitur, vt *l 8. de transact.* Eiusdem Prætoris Notio ob transactionem erit. Et *in l. 6. C. quomodo & quando iudex.* Si Præses quasi ab adultis tuis causam appellationis, quæ ab adiutore suo acta fuerit circumduxit, eo tempore, quo adulti Curatores non habeant, repetitus notionem suam exhibebit, Vlpianus *in l. 1, §. 1. de offic. præf. vrb.* Vbi pro animad-

animaduersione grauiori accipitur, sed si vltra ipsum lapidem egressum est, Præfecti Vrbi notio non est. Item Hermogenianus *l. 10. de off. præf.* De omnibus causis, de quibus vel Præfectus Vrbi, vel Præfectus Prætorio, itemque Consules & Prætores cæteriq; Romæ cognoscunt, Correctorum & Præsidum prouinciarum est notio. Item *l. pen. de calumniatorib.* Si ab eo qui innocens fuit, sub specie criminis alicuius, quod in eo probatum non est, pecuniã acceptam, is cuius de ea re notio est, edoctus fuerit. *l. ad Imperatorem. de appellat.* Ad Imperatorem causam remissam partibus consentientibus Præses (si ad eius notionem pertinet) audire potest.

Eodem Tropo quoque *Iudicationis* verbum pro Iurisdictione, vel integra iuris reddendi potestate legitur, *in l. aliud fraus est. de verbo significat.* ibi Multam is dicere potest, cui iudicatio data est, vt & iudicium *in l. 2. in fine. de iudiciis.* id est, vt interpretatur Hotom. *in com. verborum iuris, verbo iudicatio.* illis iudicium esse, qui iure magistratus sui, quem à principe vel populo acceperunt, iudicium exercent, non autem qui ab ipso magistratu iudicandi potestatem acceperunt.

Male itaque Notionis verbum pro genere iurisdictionis vsurpatur. Si enim proprie accipitur, vix particulam iurisdictionis, quæ ex tribus illis partibus constat, notione siue cognitione, sententia vel iudicatione, & imperio siue exequendi potestate complectitur.

Si per tropum Synecdoches pro integra iuris reddendi potestate, quæ latissima eius in toto iure est significatio, Generis loco attribui definito non potest, quod tam Genus quam differentia debeant sumi ex prioribus & notioribus, vt Aristot. *lib. 6. cap. 4.* διὰ προτέρων, καὶ γνωριμωτέρων, idem autem se ipso non est prius & notius. Notionis autem verbum in generalissima significatione nõ latius patet, quam res definienda iurisdictio. Genus autem semper latius patere debet, quam species Aristot. *Topicor. libr. 4. cap. 1.* ἐπὶ πλεῖον γὰρ ἀεὶ τὸ γένος, τοῦ εἴδους λέγεται. Ergo pro genere sumi non potest.

Si autem proprie sumatur pro cognitione & iudicatione so-

lummodo remota ab exequendi potestate, multo minus generis rationem habere potest. Etsi enim negari non potest, eiusmodi notionem inesse omni generi iurisdictionis tam ciuilis, quã criminalis, siue iure magistratus, siue lege vel constitutione Principum, vel mandato deferatur: tamen non vt genus speciei, sed vt pars toti inest: Membra enim cuiusq; speciei iurisdictionis integrantia sunt, cognitio, iudicatio & executio. Cum igitur pars definiti de eo, vt genus prædicari non possit, sequitur siue proprie, siue συνεκδοχικῶς Notionis verbum accipiatur, genus iurisdictionis constitui non posse.

Quantum ad ea, quæ formæ vel differentiæ loco ponuntur, etsi teste Antisthene tam generis, quam differentiæ inuentio, difficilis, vnde interdum veræ definitæ rei qualitate ignorata aut non sufficiente, proprietates, accidentia, aut causæ pro supplemento adhibendæ sunt: Id tamen saltem eo casu permissum est, quando genus vel species ignorantur. Cum igitur differentia & forma iurisdictionis, potestas nimirum & munus iuris reddendi sint in promptu, male à causis efficientibus tanquam externis, & ad οὐσίαν τῆς δικαιοδοσίας nihil attinentib. iure magistratus mandato magistratus & extraordinaria delatione describitur. Ac licet in specie per partes descriptio, cum nimirũ res proposita in partes discerpitur, interdum casu quo diximus, locũ habeat, sicut apud Ciceronẽ in Topicis ad Trebatium, ius ciuile definitur, id quod in legibus, Senatusconsultis, rebus iudicatis, Iurisperitorum autoritate Edictis Magistratuum, more, æquitate consistat. Necesse tamen est, vt definitio partes omnes siue membra, ex quibus totum consistit complectatur. In definitione autem Cuiacii proposita, primo non est integra partium scilicet causarum efficientium, siue modorum deferendæ iurisdictionis enumeratio: omittuntur enim, quæ lege deferuntur, ex quibus in ciuilibus est Tutoris datio, quæ neque imperii est, neque Iurisdictionis, sed ei solum competit, cui nominatim hoc lex dedit vel Senatusconsultum, vel Princeps, *l. muto. §. Tutoris. de Tutelis.*

In criminalibus Merum Imperium seu Gladii potestas omnisque animaduersionis grauioris potestas. *l. 3. de iurisdictione.* Est

præ-

præterea partium iurisdictionis, à Cuiacio positarum nulla diuersitas: Eadem enim iurisdictio, quæ iure magistratus competit, mandata quoque iurisdictione transit, *l. 1. de officio eius, cui mandata est iurisdictio.*

Pars quoque subdiuisionis in diuisione ponitur extra ordinē tributa iurisdictio, quæ sub ea, quæ lege, Senatusconsulto vel Principum constitutione tribuuntur comprehenditur. Causæ tamen illæ vel modi deferendæ iurisdictionis mandatum nimirum, vel lex quæ etiam iis, qui magistratus non sunt, vt Præfectus vigilum, & Præfectus annonæ vtilitatis gratia iurisdictionem tribuit. *L. 2. §. nam Præfectus. de orig. iur.* tanquam externæ cum ipsa essentia, quæ genere & forma continetur, nihil habent commune.

MENOCHIVS † dum *arbitr. iud. quæst. q. 1. n. 7.* iurisdictionem iudicis dandi licentiam describit vulgatam lectionem *l. imperium* est secutus, de quo *cap. proximo.* 10

ANTONII quoq; Goueani antecessoris † doctissimi descriptio, qua *in L 1. in fi. de iurisd. om. iud.* Publicā potestatem statuendi de negocio ciuili vel criminali iudicio esse dicit solidā rei essentiā non continet. Verbum enim statuendi per metaphoram solum alteram iurisdictionis partem, cognitionem ac definitionem cōtrouersiarū significat. Et licet *l. 1. quod quisque iuris in alium statuerit.* verba edicti cum effectu accipienda sint, vt non tantum decretū sed etiam executionem noui iuris significent: tamen ea ipso loco non verbi generalitate vtrumque contineri, sed ex causa ita extendendum esse, non obscure ostenditur. 11

Præterea iurisdictio, non quicquid pro arbitrio statuendi, sed id, quod legibus præcipitur, decernendi & exequendi cum necessitate coniuncta potestas, vt neruose hanc muneris necessitatem exprimunt, Basilica *tit. 6. c. 8.* τῆς ἀκριβείας τῶν νόμων ὁ δικαστὴς φροντιζέτω μηδὲ τοῖς παρὰ ὑπομνησθεῖσι παρὰ βασιλέως προσέχων.

Verba ciuili vel criminali iudicio τὸ ἀντικείμενον saltem iurisdictionis, non ipsam substantiam explicant.

In FVLVII PACIANI descriptione *in tr. de probationib. lib. 2. cap. 43. nu. 32.* Iurisdictio est plectendi decernendi & iurisdicendi potestas

potestas iure publico propter bonum publicum principaliter & secundario propter vtilitatem priuatorum introducta: Primo potestatis verbo pro genere posito, essentia definiti perfecte non declaratur, quod non tantum facultatis, sed muneris quoque necessario obeundi rationem habeat iurisdictio. In differentia primo vitium est ὁμωνυμία in verbo iurisdicendi, quod & notionem & iurisdictionem significare diximus supra, *cap.* 1. Et si pro integra iuris reddendi potestate accipiatur, superflua sunt verba plectendi, decernendi, quæ omnia iurisdicentis officio comprehenduntur, *l.* 1. *de iurisdict. omn. iud.* Si vero pro notione imperium ciuili iurisdictioni cohærens omittitur. Causa quoque efficiens ius nimirum publicum & finis bonum publicum & priuatum tanquã causæ externæ cum essentia, quæ sola in definitione spectatur, nihil commune habet.

In Matthiæ quoque Stephani ὑπογεγραμμένῃ, de iurisdictione *libr.* 1. *cap.* 2. qua dicit iurisdictionem esse notionem quarumcunque causarum, tam ciuilium quam criminalium, quæ vel lege, vel iure magistratus, vel mandato magistratus, vel extra ordinem, vel denique ex consensu partium competit, omnia ad perfectam definitionem necessaria desiderantur. Primo enim eodem quo Cuiacii generis vitio laborat. Deinde licet non constaret de vero genere ac forma iurisdictionis, sed res ex aliis argumentis necessariis describenda esset: Primo superflua est subiectorum iurisdictionis repetitio, lege enim & iure magistratus tam quæstionum capitalium, quam priuatarum rerum cognitio comprehenditur. Est & eadem ταυτολογία quam in Cuiacii descriptione notauimus, in verbis iure magistratus & mandato magistratus. Vt enim in mandatis aliorum negotiorum nihil in mandatarium transfertur, sed res tantum gerenda tractandaq; committitur, vt nihilominus mandantis maneat, *l. diligenter. mandati. l. maritus. in fine. C. de procuratoribus.* Sic etiam mandata à magistratu iurisdictio, alteri tantum exercenda exequendaque datur, vt iurisdictio quidem maneat magistratus nihilominus, sed vsus tantum & exercitio in accipientem transferatur, vt mandatarius sit, is qui vicem magistratus subit, *l.* 1. *§.* 1. *l.* 3 *de offic. eius cui mandata*

*data est iurisdictio.* Donell.*com.iuris ciuilis.lib.17.cap.8.* Falso præterea inter modos deferendæ iurisdictionis refertur consensus partium. Certum enim est iurisdictionem, quæ publici iuris est, pactis priuatorum non tribui, *l.priuatorum.C.de iurisd.om.iud.* de qua re latius infra *c.26.*

Ac licet ad iurisdictionem prorogatam saltem hæc verba referri velit, *num.70.* Tamen nec ea extensio iurisdictionis iudicis non sui à sola partium conuentione dependet, sed potius à iure tributæ partis ordinariæ iurisdictionis, cuius ea natura est, vt partium conuentione ad alia, quam quæ descriptione magistratus comprehensa sunt, non porrigatur. *l.si conuenerit 18.de iurisd.omn. iudic.*

Deinde non ipso iure conuentionis litigantium iurisdictio iudicis non sui extenditur, sed ita demum si factum aditionis accedat. *d.l.si conuenerit.de iurisdict.omn.iud. & l 2.de iudiciis.* Ante aditionem enim conuentio nuda est, ex qua compelli non potest litigator, vt apud alium quam suum iudicem litiget. *l.iurisgentium.§. sed cum nulla.de pactis.l.legum.C.eo.tit.* Postquam adiuerunt, non solo pacto, sed re iam in eum consenserunt quæsitam Prætori iurisdictionem eludere nequeunt, *d.l.2.de iudiciis.* Baro *d.l.si conuenerit. de iurisd.omn.iud.*

Omitto vulgatiores aliorum descriptiones, quod ex iis, quæ dicta sunt, facile per se studiosi de iis iudicium facere possint.

## CAPVT XI.

### *Diuisionem iurisdictionis latissime acceptæ in* νομοθεσίαν καὶ δικαιοδοσίαν, *ac huius in partes essentiales distinctionem continens.*

#### OBSERVATA.

1 *Iurisdictionis politicæ 2. partes* δικαιοδοσία *&* νομοθεσία.
2 *Iurisdictionis proprie sic dictæ nulla vera genera formis distincta.*
3 *Ex causis essentiam rei constituentibus diuiditur in notionem & imperium.*

4 *Verbi notionis acceptus.*
5 *Eiusdem definitio.*
6 *Imperii vocis plures significationes.*
7 *Definitio imperii.*
8 *Diuisio eiusdem in explicatiuum & executiuum.*
9 *Imperii antea definiti ab eo, quod non merum, modica coercitio, & iurisdictioni cohærens dicitur, distinctio.*
10 *Quæ sit grauior vel leuior coercitio nusquam in iure definitur, sed iudicis arbitrio relinquitur.*

1 IVrisdictio † quatenus est in Imperio tanquam politia Aristocratica duas habet partes, primo, Potestatem manu regia iustitiæ administrandæ: vel secundum æquitatem, quod δίκαιον ἴσον appellat Aristoteles, vel leges à se latas, quod δίκαιον νόμιμον ius legitimum vocat *Ethic. lib. 5. cap. 2. & 5.*

Secundo νομοθεσίαν siue potestatem ferendarum legum. Vt enim testantur Pomponius, Dionysius Halicarnassæus & alii Romanarum rerum scriptores, principio omnia manu regia gubernata, postea tam à regibus, quam populo leges latas, secundum quas Iudices ac magistratus constituti ius redderent, *l. 2. in prin. & §. postea. & seq. de origin. iur.* Charondas *de Iurisdictione & Imperio. num. 2.*

2 Iurisdictionis proprie sic dictæ vera † diuisio in qua perfecta sit partium cum tota consensio, earumq; inter se dissensio, ita vt sint ἀντικείμενα ὧν μὴ ἔστι μεταξύ, vt ait Aristot. *Analyt. posterior. lib. 2. cap. 14.* vel talis partium distinctio, vt membra singula vniuersi nomen proprie retineant, in toto iure Ciuili nulla reperitur: Varia tamẽ eiusdem si non ex formis, at ex aliis quibusdã modis & argumentis est distinctio.

3 Primo itaq; ex causis essentiã † rei constituentib. quas partes vel membra vocamus, diuiditur in *Notionem & imperiũ.* Vtrumq; probatur ex verbi ipsius Iurisdictionis Etymologia & cõpositione. Est enim ius dicere, idem quod dicere quod ius est. Id autem fit cum causa cognita, iudex iudicat, ac de iure litigatorum sententiam ferens reum condemnat vel absoluit. *l. 1. & 2. de re iudicat.*

Deinde

Deinde quod ad Imperium attinet, idem quoq; nominis emphasi ac ἐνεργείᾳ continetur: Quod verbum dicere, cum iis tribuitur, quibus aliqua imperandi potestas est, non tantum proloqui, sed pro potestate ac imperio dicere, ita vt dictum effectum reddatur, significet, vt ex deriuatis dictare & dictator apparet, sicuti erudite ex Varrone hoc explicare Donell. *com. iur. ciuil. lib. 17. c. 6.* supra diximus, *cap. 1.*

Deinde probatur has duas partes esse iurisdictionis, *l. cui iurisdictio data est. & l. 3. de iurisd. om. iud.* Vbi duo Iudicatio & imperium in ius dicente ita dicuntur inter se coniuncta, vt alterum sine altero esse non possit, sed vnum alteri inesse, & vno dato alterum quoque propter arctissimam eorum conglutinationem & quasi mixturam concessum esse intelligatur.

Notionis verbum † in iure duobus modis accipitur, primo generaliter pro integra iurisdictione, tam in pecuniariis, quam capitalib. rebus. *l. Notionem.* & ibi Alciat. Cuiac. & Gœddæ. *de verb. signif.* Baro *variar. q. 1. fol. 40.* Donell. *c. 6. lib. 17.* Gouean. *de iurisdict. lib. 1. num. 11. & lib. 2. nu. 6. l. 1. de off. Præsid.* Hotom. *in com. verb. iuris.* Schard. *in lexico, verb. Notionis.* 4

Secundo, pro cognoscendi ac iudicandi saltem potestate ab Imperio distincta. Donel. Alciat. & Cuiac. *dictis locis.* Gouean. *lib. 1. de iurisd. nu. 7.* Qualem olim tantum habuisse præfectum Annonæ ac publicorum iudiciorum quæsitores & pedaneos iudices vilium negociorum, dicit Gouean, *de iurisd. lib. 2. nu. 59.*

Notio itaq; recte † definitur pars iurisdictionis, quæ in cognoscendo ac iudicando consistit, *d. l. 1. & 2. de re iudicat.* 5

*IMPERII* quoq; verbum † πολύσημον est. Ac latissima significatione tam summam reipublicæ ipsius potestatem, quam ἀρχὴν πολιτικὴν vel κυρίαν appellari supra diximus, quā magistratuum omnium summorum, mediorum, infimorum potestatem comprehēdit. Sic generaliter accipitur *l. 1. de constit. princip.* Vtpote cum lege Regia, quæ de Imperio eius lata est, populus ei & in eū omne Imperium suum & potestatem contulerit, *l. pen. de Iustit. & Iure.* Vbicumque Prætor salua maiestate Imperii saluoque iure maiorum ius dicere constituit. *l. 2. de adopt.* aut Principis autoritate, aut 6

S 2 magi-

magistratus imperio: Imperio magistratus adoptamus eos qui in potestate patris sunt. *l. 8. de offic. proconſ.* Et ideo maius imperium habet in ea Prouincia omnibus post Principem *l. vnic. de offi. præf. aug.* Præfectus Ægypti non prius deponit Præfecturam & imperium *l. 3. de offi. præsid.* Præses in suæ prouinciæ homines imperium habet. Habet interdum imperiũ & aduersus extraneos *l. 4.* Præses prouinciæ imperium maius in ea prouincia habet omnibus post Principem *l. 3. de arbitr.* Quoniam in hoc imperium non habet, & *l. 4. eod.* Nam magistratus superiores, aut pari imperio, qui sunt, nullo modo possunt cogi *l. 7. de vi pub.* Qui cum imperium potestatemve habet, *l. potestatis. de verb. signif. Potestatis* verbo plura significantur, in persona magistratuum imperium. *l. iurisgentium. §. si paciscar. de pact.* Ne noui operis nunciationem exequar, quidam putant non valere pactionem, quasi in ea re prætoris imperium versetur, *l. cum Prætor. de iudic.* Magistratus Populi Romani propter vim imperii iudicem dare posse. *l. munus. 213. de verb. signif.* Munus proprie est, quod necessario subimus lege, more, Imperio eius, qui iubendi habet potestatem. *l. cum Prætor de iudic.* Item quibus id iuris concessum est, propter vim imperii. Et *l. ille à quo. §. tempestiuum. ad SC. Trebellian.* Prætorem in Prætorem & Consulem non habere imperium. *l. 1. ad legem Iuliam Maiest. §. Maiestatis. verſ. Quisquis magistratus populi Romani quive Imperium potestatemve habeat.*

Secundo κατὰ μετωνυμίαν effecti pro iussu eorum qui potestate præditi sunt. *l. quod iussit. de re iudicat.* Quod iussit vetuitq; Prætor contrario imperio tollere potest. *l. fi. ne quid in loco vel itiner. public.* Alioqui inane & lusorium Prætoris imperium fuerit. *l. 3. §. ead. l. ad l. Iuliam Maiest.* Quive imperium exercitumve populi Romani deseruerit.

Tertio κατὰ μετωνυμίαν subiecti πολιτείαν pro personis tam ἀρχόντων, quam ἀρχομένων acceptam significat, *Constit. Henrici 7. Quomodo in crimine læsæ maiestatis procedatur in pr.* Ad reprimendum multorum qui ruptis totius debitæ fidelitatis habenis, aduersus Romanum imperium, in cuius tranquillitate totus orbis regulariter quiescit. *Constit. Friderici de pace Constantiæ in prin* piis affectib. miseri-

sericordiæ imperium Romanum regere. Et κατ' ἐξοχὴν simpliciter pro Imperio Romano *in eiusdem Constit. qui sint rebelles in princ.* Disceptationes & dubia sæpe oriuntur, an infidelis & rebellis quisquam reputari debeat. Et *Constit. Friderici de pace Constantiæ. §. ea propter.* cognoscat vniuersitas fidelium imperii tam præsentis ætatis, quam successiuæ posteritatis.

Quarto eodem tropo pro ditione ac terra Reipublicæ subiecta capitur, *in proœmio Instit. §. Iterumq; ditioni Romanæ nostroq; addita imperio.*

Quinto κατὰ μετωνυμίαν adiuncti pro insignibus Magistratuum, quæ Græci σύμβολα καὶ σημεῖα, *Nouella 24. & sequen.* Appian. *in Syriaca* παράσημα, Dion: ἐπίσημα, καὶ κοσμήματα. Valerianus *in l. 4. C. de iniuriis*, ornamenta appellat, qualia in primis fuere toga prætexta, id est, purpura circumtexta, & cum securibus fasces prælati, sella curulis. De quib. Cicero *in orat. in L. Pisonem. Tu in lictorib. in toga & prætexta consulatum esse putas, quæ ornamento in Sexto Clodio, te consule, esse voluisti; Huius tu Clodiani canis insignibus consulatum declarari putas.* Quo & Virgilius respexit, dum dicit:

*Et sellam regni trabeamq; insignia nostri.*

De quib. erudite ac prolixe Guid. Panciroll. *in com. in notitiam vtramq; imperii ca. 22.* Sic eo vtitur IC. *in l. vlt. de off. procons.* portam Romæ ingressus deponit imperium.

Sexto, κατὰ συνεκδοχὴν generis ad maiorem saltem magistratuum potestatem refertur. Vlp. *in l. nec. de iniuriis.* Quod si ex minoribus magistratib. erit, id est, qui sine imperio aut potestate sunt in ipso magistratu posse conueniri. Vlp. *in l. 2. de in ius vocand.* in ius vocare non oportet neq; Consulem, neq; Præfectum, neq; Prætorem, neq; Proconsulem, neq; cæteros magistratus, qui imperium habent. Gouean. *de iurisd. lib. 1 nu. 4.*

Septimo ad eam iurisdictionis vniuersæ, quo ad naturam & essentiam suam, extra ἀντικείμενον siue materiam circa quam versatur consideratæ partem contrahitur, quæ in explicanda notione & exequendis iudicatis occupatur *d. l. imperium. §. Mixtum imperium est. cui etiam iurisdictio inest. de iurisd. om. iud.*

Octauo ad illud membrum ὑποκειμένου vel subiecti iurisdictionis

coangustatur, quod in atrociori criminum correctione consistit, & merum imperium appellatur. *l. muto. §. tutoris datio. de Tutelis.* Tutoris datio neque imperii, neque iurisdictionis est, sed ei soli competit, cui nominatim hoc dedit vel lex, vel Senatusconsultũ, vel Princeps.

Hoc autem loco de ea magistratuum potestate accipitur, quæ ad iurisdictionem siue notionẽ tuendam, & exequendam necessaria est, & vel simpliciter imperium appellatur, *l. 4. de iurisd. & l. ea, quæ ad municipal.* vel imperium mixtum *l. 3. eod. tit.* Non quod sit cum iurisdictione ita confusum, quemadmodum aqua cum vino sed quod ita arcte cum ea sit coniunctum & copulatum, vt alterũ sine alterius opera expediri ac perfici nõ possit, vt rectissime eius naturam explicat Donell. *com. iur. ciuil. lib. 17. c. 8.*

Describitur autẽ ab Vlpiano *in d. l. 3.* Imperium cui iurisdictio inest: quæ verba quidem imperii huius cum notione artissimam coniunctionem, sed vim ac naturam eiusdem peculiarem nõ declarant.

7 Rectius autẽ & perfectius definitur: Pars † iurisdictionis, quæ in explicanda & exequenda notione consistit. Pars iurisdictionis generis notio est imperio cum cognoscendi ac iudicandi potestate communis.

Dicitur *iurisdictionis* in genere, quod non tantum vni alicui speciei vel parti vtpote ciuili, sed vniuersæ iurisdictioni, siue priuatarum, siue capitalium rerum imperium hoc adiunctũ sit, siue in volentes, siue inuitos ea exerceatur, siue generaliter, siue specialiter, vt eleganter & copiose hæc explicantur à Donello *com. iur. ciuil. libro 17. capit. 8.* Et licet *ibidem* Donell. dum reliquas partes iurisdictionis ferme omnes enumerat, in quibus hæ duæ partes, causæ nimirum cognitio ac iudicatio, & imperii hoc genus concurrant, causarum criminalium, item aliorum, quæ specialiter olim tributa fuerunt præter Tutoris dationem, mentionem non faciat; sed ea ab his segregare videatur. De quo plura in tota eiusdem iurisdictionis diuisione dicemus. Tamen & in his totam iurisdictionis essentiam locum habere, dubitari nullo modo potest. Certum est enim, vt ait Cicero: *Quod in genere vniuerso probatum*

*batum est, id quoq; in parte omni probare necesse esse, cũ genus partes omnes similes communione quadam complectatur, de oratore lib. 1.* Et lex generaliter loquens, generaliter quoq; intelligenda sit. *l. fi. C. de dot. promiss. l. 1. §. generaliter. de leg. præstand.* Alex. Raud. *consi. 1. nu.* 347. Fab. Turret. *cons. 46. nu. 7. vol. 2.*

Generalis autem definitio est IC. quod cui iurisdictio data est ei quoq; concessa videantur ea, sine quibus iurisdictio explicari, vel ad effectum perduci nequit. *l. cui iurisdictio. de iurisdict. omn. iudic.* Cum igitur criminalis iurisdictio, cuius pars præcipua olim fuit merum imperiũ, item aliæ specialiter deferri solitæ, sint partes materiales iurisdictionis vniuersæ, extra omnem dubii aleam positum est, in his quoque & cognitionem & iudicationem vna cum imperio tam ad explicationem, quam executionem iudicati necessariam inesse; Idque de quæstione rerum capitalium vel criminalium infra in definitione meri imperii manifeste ostendetur.

Forma imperii consistit in explicanda & exequenda cognitione & iudicatione. Quod enim nõ tantum potestas exequendarum rerum iudicatarum, de qua *in l. à Diuo Pio. in pr. & l. Præses. de re iudic. l. is qui restituere, de rei vendic.* sed generaliter quicquid ad ipsam causæ cognitionem ac iudicationem perficiendam necessarium est, ad iurisdictionis essentiam pertineat, satis probatur *in l. cui iurisdictio. de iurisd.* Vnde vis eius † in duo membra recte dedu- 8
citur, iurisdictionis Explicativvm, et Execvtivvm. Ad explicatiuum pertinent omnia, sine quibus iurisdictio, id est causæ cognitio & iudicatio explicari ac confici nequit *d. l. cui iurisdictio.* & ibi Ias. & Zas. *de iurisd. omn. iud.* quæ prolixe referuntur infra *cap. Effectorum.*

Ad executiuum omnia referuntur, quæ ad efficienda, tuenda, iudicata ac statuta, ab eo, qui iurisdictioni præest, sunt necessaria, vt est in criminalibus, vt reum pœna, in quam condemnatus est, plecti iubeat. *l. 3. de sepulchro violat.* In ciuilib. vero vel ad rem restituendam, vel ad dandum vel faciendum iudicatum cogere possit *d. l. is qui restituere. de rei vendic. l. 1. & 2. C. de execut. rei iudic.* Alia huc pertinentia recensentur infra *d. c. Effectorum.*

Dixi

Dixi formam huius Imperii, in explicanda & exequenda iurisdictione consistere, vt illud discernerem ab Imperio, quod non merum *in leg. vltim.* & modica coercitio à Paulo *in l. vltim.* & Imperium iurisdictioni cohærens dicitur à Papiniano *in l. 1. de offic. eius, cui mandat. est iurisdict.* Quod idem esse cum mixto imperio, cui iuris datio inesse dicitur *d. l. 3.* plures magni nominis & autoritatis IC. crediderunt, in quorum numero sunt Zas. *in d. l. cui iurisdictio. de iurisdict. numer. 27.* Donell. *comment. iur. ciuil. lib. 17. cap. 8.*

9 Mihi diuersum † & magis esse, vt hæc discernantur, semper visum est. Et IMPERIVM NON MERVM vel iurisdictioni cohærens, definio, partem iurisdictionis more maiorum competentis, quæ in leuiorum delictorum ac criminum coercitione ad disciplinam publicam emendandam consistit.

Genus, quod nimirum sit pars subiecti iurisdictionis iure magistratus competentis, probatur *in l. 1. §. qui mandatam, & l. vlt. de offic. eius, cui mandat. est iurisd.* Quibus in locis & Papinianus & Venuleius diserte respondent, imperium hoc cohærere iurisdictioni & ea mandata transire, *ad l. 3. de iurisd. n. 2.*

Quod consistat in coercitione leuiorum delictorum diserte ostendit *d. l. vlt. de offic. eius, cui mandata est iurisd.* Vbi non merum imperium & modica coercitio pro eodem ponuntur. *Coercitionis* autem verbum à natiua sua significatione translatum, nihil aliud quam κόλασιν ad publicam vindictam tendentem, tum apud alios autores latinæ linguæ, tum quoq; in iure significat, vt patet ex *l. si quid erit. & l. solet. de offic. Procons.* Eleganter Gouean. *in d. l. 3. de iurisd. num. 3.* Quod autem & Papinianus *in dict. l. 1.* de eiusmodi imperio ad leuiorum delictorum coercitionem pertinente loquatur: Inde quoque liquet, quod ea sit ex *lib. quæst.* Baro. *quæst. var. 1. fol. 34.*

Non verisimile autem est Papiniani tempore id adeo magnopere quæsitum & in dubium vocatum esse, an mandata iurisdictione Imperium, quod iurisdictioni insit, quodque in explicanda & exequenda iudicatione consistere diximus, quoque transeat: sed an merum imperium, quod vt pars materialis in iurisdi-

ctione

ctione generaliter accepta, tanquam toto continetur, sub eo cõprehendatur; Et respondetur, non contineri, sed illud saltem Imperium, quod iurisdictioni cohæret, id est, quod iurisdictioni de causis ciuilibus coniunctum & connexum est, ipso Reipubl. more ac instituto, absq; expressa lege, Senatusconsulto, vel Principis constitutione.

Quod autem modica coercitio, siue leuiorum delictorum animaduersio iure magistratus competierit, inde manifestum est, quod vt in procuratorum priuatorum generali mandato omnia comprehenduntur, quæ speciali commissioni non sunt reseruata. *l. mandato. de procuratorib. l. si consentit. quib. mod. pign. vel hypothec. l. Procurator totorum. de procur. l. illud. §. vlt. de minorib.*

Sic quoq; constituto magistratu more Reipub. veteris Romanæ omnis iurisdictio tributa intelligatur, quam Populus Romanus vel Princeps sibi peculiariter nõ seruauit. Belluga *in spec. Princip. Rub. 22. n. 34.* Riminal. *in l. Imperium. n. 489. de iurisd. om. iud.* Fab. Furret. *cons. 46. n. 7. vol. 2.*

Ex iurisdictione autem criminali populo ac Principi solum imperium, quod in grauiorum saltem criminum animaduersione consistit, reseruatum fuit. Leuior igitur coercitio ad vindictam publicam, quæ non minus quam grauior ad criminalem iurisdictionem pertinet, iure magistratus competit, ex natura exceptionis, quæ est, vt quam exemptis conditionem adimat, eam non exemptis relinquat, adeo vt in partibus non exemptis conditionem suam illustrare & confirmare videatur. *l. 5. de reg. iur. l. in his. l. quod vero. l. ius singulare. de legib. l. quæsitum. §. deniq;. de fundo instr. l. tribunus. 20. §. 1. de militari Testam.* Francisc. Purpurat. *consil. 474. num. 8.* Francisc. Beccius *consil. 54. num. 24. cons. 32. num. 6. & 22. consil. 62. num. 40.* Lancillot. Gallia *consi. 3. nu. 44. & 46. col. 1.* Surd. *consi. 112. num. 5.* Idque expresse ostenditur *in l. si quid. de offic. Procons.* Vbi dicit Venuleius: *Legatum si quid fuerit quod maiorem animaduersionem exigat, ad Proconsulem remittere debere, quod animaduertendi, coercendi vel atrociter verberandi ius non habeat.* Moderatius igitur verberandi potestas relicta censetur. Et prolixius *in l. 3. §. cognoscit. de offic. præfecti vigil.* Vbi præfecto vigilum plura genera, incendii,

furti, effractionis, raptus punieda permittuntur, solis personis atrociorib. ac famosis specialiter exceptis, quæ ad præfectum vrbi remittendæ sunt.

Ex quibus breuiter sic explicatis perspicuum est Imperiũ non merũ, vel iurisdictioni cohærens, quod in moderatiori ac remissiori leuiorum delictorum coercitione occupatur: & genere, forma ac fine ab Imperio mixto differre.

Genere, quia mixtum Imperium pars δικαιοδοσίας essentialis est, quæ cum cognitione ac iudicatione ipsam iurisdictioni dat substantiam, & ex quibus tanquam membris integrantibus consistit. Non merum Imperium vero μόριον ὑποκειμενικὸν iurisdictionis, cui leuiorum criminum coercitio ἀντὶ δὲ ἀνετωτέρας κολάσεως proposita est.

Forma: quia Imperium mixtum est subsidium generale vniuersæ iurisdictionis explicandæ & ad effectum producendæ: Imperium nõ merum solum leuiorum delictorum coercendorum potestas.

Fine: quia Imperium mixtum tam ad priuatam, quam ad publicam vtilitatem spectat, dum generaliter tam iurisdictioni rerum priuatarum, quam causarum criminalium explicationi & expeditioni seruit.

Imperiũ vero non merum, quod in remissiori coercitione vel κολάσει versatur, ad nullum commodum priuatum obtinendum, vt fit in iudiciis rerum ciuilium ac pecuniariarum, sed ad disciplinam saltem publicam emendandam pertinet, vt eleganter scripsit Gouean. *loco antea indicato*.

Esse aliquid differentiæ inter mixtum Imperium & modicam coercitionem, ex veteribus etiam viderunt ii, qui quæ mixti ipsis videbantur Imperij, ad subiecta non essentiam iurisdictionis retulerunt, vnde Bart. modicam coercitionem à ciuilium quæstionum tractatione remotam ad merum imperium refert Muscorn. *de iurisd. n. 113*. modicam coercitionem non meri sed mixti potius esse dicit imperij *l. 3. de iurisd.*

Sed quia, si in ea sententia simpliciter persisteret, à Barto. sententia recessurus videretur, vt tantam virum pro viribus, vt ait, defen-

defendat, ingeniose, si Diis placet, ita hanc cõtrarietatem dissoluit, vt Bartoli sententia, quæ de mero imperio dicit, nõ de omnibus gradibus à Bartolo constitutis, sed de eo tantum quod in gladii potestate consistat: non autem de cæteris inferiorib eiusdem gradibus. Hoc adiecto se hanc distinctionem ex sola Bartoli doctrina tradere, in quo ei facile assentior, quod commentum hoc à ratione & analogia locorum omnium de iurisdictione relatorum alienissimum sit, vti ex antea deductis satis apparet. Vaudus *qu. 2. lib. 2.* Mixtum imperium nihil aliud esse dicit, quam modicam coercitionem eius, qui iurisdictionem habeat adducta *l. vltim. de off. eius, cui mandat. est iurisd.* Quod vero modicæ huius coercitionis nomine intelligendum sit, in abscondito esse & deliberari posse, ne non ad castigationem corporis vllam pertineat, quod putat verissimum limite inter merum imperium & iurisdictionẽ corporali castigatione constituto.

Vtrumq; falsissimum, & quidem primum ex iis, quę perspicue iam sunt explicata. Postremum ex responso Venulei apertissimo *l. si quid. de off. procons.* Vbi legatum vi mandatæ iurisdictionis atrociter saltẽ verberandi ius non habere ait; igitur verberatio leuior est permissa, & sic modica coercitio, vt quoque colligit Doctiss. Gouean. *d. l. imperium, nu. 6.*

Duarenus quoq; non esse idem mixtum imperium, quod modica coercitio, intellexit: *in l. more. de iurisd.* itaq; se interpretari dicit, *l. vlt. de off. eius, cui mandat. est iurisd.* Sed diuersitatis rationẽ non explicat. Quod enim sicut ius & speciem, mixtum imperium à modica coercitione differre ait ibidem, si vis pro genere accipit, concedi non potest, quod modica coercitio non sit species vel pars imperii mixti, tanquam membri integræ iurisdictionis, sed pars iurisdictionis criminalis, vt ex iis, quæ de discrimine vtriusq; diximus, satis est perspicuum.

Baro eandem diuersitatem etiam animaduertit, *leg. vltim. de offic. eius, cui mandat. est iurisdict.* vbi dicit: *Non omne imperium, de mixto intelligens, coercitio est.* Quis enim negabit restitutionem in integrum ad animaduersionem nihil pertinere, quæ tamen imperii magis est quam iurisdictionis. *l. ea quæ. ad municipal.* Idem *in*

*tr. de beneficiis lib.* non multum hallucinari dicit eos, qui mixtum imperiū à modica coercitione seiunxerunt, fines tamen vtriusq; nullibi terminauit.

10 Illud certissimum est, licet imperii non meri † exempla complura referantur *in l. 3 § cognoscit. de offic. praef. vigil.* & alibi de quibus Gouean. *in d. l. 3. de iurisd.* Id tamen non magis, ac quæ sit grauior animaduersio in vniuersum potest definiri, sed prudentis iudicis arbitrio tanquam normæ Lesbiæ dirigendum relinquitur: *argum. l. si quid erit. de offic. procons.* Duaren. *l. More. de iurisd.* Parua enim vel magna, leuia vel grauia quæ dicantur, semper disceptantium definitioni permittitur. Paul. de Cast. & Iason *in Auth. ex causa. C. de lib. praterit. l. 1.* cum gloss. & ibi etiam Bald. *C. si aduers. vendit. pign.* Alexand. *consi. 67. colum. 1. libr. 5.* Cyn *in auth. qui rem. C. de SS. Eccles.* Tiraquell. *in repetit. l. si vnquam. fol.* 108. *num. 28. 29. 30. 31. C. de reuoc. donat.* Vt regulariter omnia, quæ propter infinitam varietatem certam in iure determinationem non habent. Bald. *cap. fin. in fine. de rescript.* Et *consil. 49. in 1. parte.* Per. *de fideicommiss. in praefat. nu. 9.* Roland. à Valle *consil. 27. num. 4. lib. 2.* Tiber. Decian. *consi. 94 num. 13. lib. 2.* Ac tantum de essentiali vniuersæ iurisdictionis partitione.

## CAPVT XII.

### *De iurisdictionis secundum modos habendi diuisione.*

#### OBSERVATA.

1 *Vetus iurisdictionis diuisio in propriam & mandatam.*
2 *Propria alias principalis, mandata aliena dicitur.*
3 *Magistratuum alii ordinarii, alii extraordinarii.*
4 *Verbi* proprium *varii in iure acceptus, & nu. 5. & 6.*
7 *Interpretum diuisio in ordinariam & delegatam.*
8 *Verbi* Ordinarium *variæ significationes apud interpretes, & num. 9. 10. & 11.*

12 Iudi-

12 *Iudicum ordinariorum ac delegatorum variæ descriptiones.*
13 *Ordinariæ ac delegatæ iurisdictionis prima Speculatoris descriptio à pluribus recepta.*
14 *Azonis & aliorum definitiones.*
15 *Varia Iudicum ordinariorum exempla referuntur.*
16 Ordinarii *verbum quomodo in iure ciuili accipiatur.*
17 *Iudicum datorum varia in iure appellationes.*
18 *Ordinarii ac delegati in iure canonico significatio.*
19 *Vitia diuisionis interpretum præmissa ostenduntur.*
20 *Verior ac iuris analogiæ conuenientior iurisdictionis in propriam & alienam distinctio.*
21 *Propriæ significatio ac definitio.*
22 *Alienæ siue mandatæ descriptio.*
23 *Propriæ diuisio in generalem & specialem.*
24 *Generalis in vniuersalem ac particularem distributio.*
25 *Vniuersalis definitio & exemplum.*
26 *Particularis descriptio & exempla.*
27 *Specialis iurisdictionis pro statu Reipub. præsentis exempla.*
28 *Mandatæ quoq; iurisdictionis in generalem & specialem subdiuisio & vtriusq; exempla.*
29 *Iurisdictionis in ordinariam & prorogatam distinctio.*
30 *In proprie sic dictam, & arbitrariam.*

Secundum modos † habendæ iurisdictionis pro more veteris 1 Reipublicæ Romanæ primum diuisa est in propriam & mandatam *L. more de iurisdict. l. 4. de offic. eius, cui mandat. est iurisd.* Propria iurisdictio dicta fuit, quam quis habuit publice ita constitutam, vt proprie & pro suo imperio exercere posset, non alieno, *d. l. 4. de offic. eius, cui mandat. est iurisdict.* Mandata quam quis non pro imperio, sed iussu ac nomine alterius, cuius partibus fungitur, exercet. *l. 3. de off. eius, cui mandat. est iurisdict.* Donell. *com. iur. ciuil. lib. 17. cap. 7.*

Propria † alias principalis, mandata aliena dicitur. *l. & quia.* & 2 ibi Gouean. *de iurisd. num. 6.* Prior à populo & principe † quibus 3 dam tanquam magistratib. ordinariis, quibusdam tanquam ex-

traordinariis data fuit. Magiſtratus ordinarij & proprie ſic dicti fuerunt, qui à populo vel principe ſtatis & ordinariis temporibus quotānis ſunt creati. Extraordinarij vero, & improprie dicti fuere magiſtratus, qui extra ordinem vtilitatis cauſa conſtituti fuerunt. Sic Pompeio contra Mithridatem imperium militare non ſolenni more à Senatu vt ſolebat, ſed extra ordinem Lege Manilia datum fuit. Cuiuſmodi poteſtates fuerunt ab initio omnium, qui ad regendas prouincias mittebātur Baro. *var. q. 1 fol. 26.* Pompon. *l. 2. §. capta deinde Sardinia. verſ. & hæc omnia. de orig. iuris.* vbi præfectum vigilum & annonæ non magiſtratus, ſed extra ordinē vtilitatis cauſa conſtitutos eſſe Donell. *com iur. ciuil. lib. 17. cap. 7.* de magiſtratibus Romanis poſt Alciat. *in tr. de magiſtratib. ciuilib. & militarib. offi.* erudite tractat Gouean. *in l. 3. de iuriſd.* prolixius vero de magiſtratib. tam ciuilib. quam militarib. ac palatinis dignitatib. ab Imperatorib. tam occidentis, quā orientis inſtitutis Guidus Pancirol. *in commentar. doctiſſ. in noticiam vtriuſq. imperii.* Alterā habuerunt, quibus ab his demandata fuit. *tit. de off. eius, cui mandat. eſt iuriſd.* ſiue priuatis, ſiue aliis magiſtratib. Baro *ad d. tit. de offi. eius, cui mandat. eſt iuriſd.* qui titulus quam iuriſdictionem magiſtratus mandare potuerunt, ſiue generaliter, ſiue ſpecialiter, quæque ſit vis & poteſtas mandatæ iuriſdictionis, complectitur Baro & Goueanus *d. locis.*

4 Vt autem recte intelligantur hæc, obſeruandū eſt, verba † *proprium & ſuo iure*, varie in vſu iuris accipi.

5 Primo enim in natiua ſignificatione propriū † dicitur, in quo Dominium habemus *l. 3. de vſufr. l. 13. de acq. rerum Domin. l. 2. quib. mod. vſusfr. amittat.* Cuiac. *in paratit. ad tit. de acq. rerū Domin.* In materia vero iuriſdictionis illi tantum propriam & ſuo iure eam habere dicuntur, qui non pleni Dominij, aut alterius iuris realis titulo eam poſſident, ſed quibus tanquam magiſtratibus vel more conſueto, vel extra ordinem à Principe vel populo, tributa fuit, vt prætoribus Romæ Proconſulibus, & Præſidibus, in Prouinciis *l. 1. §. qui mandatam. de off. eius, cui mandat. eſt iuriſd. l. more. de iuriſdict. om. iud. l. 4. §. proprium. de iuriſd. om. iud.*

6 Deinde latiſſima ſignificatione ea † etiam καταχρηστικῶς propria

iuriſ-

iurisdictio dicitur, quæ nec à populo vel Principe magistratibus data, vel lege delata, sed mandata alicui lege confirmata fuit. *l. & quia. de iurisd.* cum ad iudicis dati notionem saltem refertur, *l. legati.* & ibi Baro *de off. procons. & legati.*

Pro hac veterum † iuris autorum diuisione vulgo alia recepta 7 est, qua in ordinariam ac delegatam distinguitur. Spec. *de iurisdict. omn. iudic. in prin. vers. Item.* Petrus Gregor. Tholosan. *in c. conquerente. cap. 11. num. 2. de offic. & potest. iud. ordin.* Capell. Tholos. *q. 443. nu. 3.* Anton. Sola *in constit. Sabaud. fol. 324. num. 14.* Natta *consi. 1. vol. 3. fol. 344. num. 147.* Magon. *decis. 87. num. 3.* Molyna. *de Hispan. primog. fol. 252. col. 2.* Pet. Gregor. Tholos. *Syntag. iuris vniuersi, lib. 47. cap 2. num. 2.*

Verbum autem † *Ordinarium* non vno modo accipiunt inter- 8 pretes: interdum enim pro *generali* ad differentiam eius, quod ad speciem directum est. Molyn. *in consuet. Paris. fol. 104. nu. 12.* Schrad. *in tract. feud. par. 10. sect. 1. num. 252.* Bald. *in l. procuratore. Mandati.* Schrad. *in tract. feud. par. 10 sect. 1. nu. 16.* Rosenthal. *in tract. feud. c. 12. num. 12.* Simon Schardius *in Lexico iuris in verb. ordinaria.* Idq; plerumq; simpliciter, aliquando vero κατὰ ποιότητα generis pro *vniuersali ac supremo.* Comminæus *in consuet. Paris. fol. 104. n. 10.* Fuscus *in singular. lib. 1. n. 96.*

Secundo ordinarium † dicitur, quod fit interueniente à iure 9 requisita solennitate, ad differentiam eius, quod fit summarie iuris ordine non seruato. Marant. *de ord. iud. par. 4. dist. 9. n. 1. & 2. §. illud. auth. de exhib. reis. c. 1. de libelli oblat. l. edita. C. de edend.* Lancill. Gallia *consi. 24. nu. 3.*

Tertio Ordinarium † accipitur pro eo, quod iure publico est 10 constitutum ad differentiam prorogati, vel priuatorum consensu ad alia porrecti. Marant. *de Ord. Iudicior. dist. 12. num. 1. & 2.* Botta *consil. 90. nu 33.*

Quarto Ordinarium † accipitur pro naturali ad differentiam 11 eius, quod ex accidenti fit Bart. *l. qui habent. de tutel.* Ruin. *cons. 59. n. 17. & seq.* Lancil. Gallia *cons. 65. n. 18. & seq.* Hippol. Riminal. *in rub. de off. eius, cui mandata est iurisd. nu. 8.*

Iurisdictionis vero Ordinariæ † ac delegatæ definitio ab ordi- 12 nario-

nariorum ac delegatorum iudicum descriptione pendet. Specul. *in tit. de offic. om. iudicum.* §. *expetito*, in qua mirum est, quam varient interpretes. Hostiens. *in summa. de offic. ordinar.* sic describit. *Ordinarius est is qui suo iure vel beneficio iurisdictionem vniuersaliter exercere potest. per l. more maiorum. & l. sequ. de iurisd.* Officio vero ordinarii non solum iurisdictionem, sed plura intelligunt, quæ partim sub lege iurisdictionis, partim Diœcesanæ (sic enim duo hæc summa capita potestatis Episcopalis appellari antea diximus.) complectantur. Hostiens. *in d. summa* §. *sunt autem. de offic. ordinar.* Delegatum vero accipiunt, cui causa committitur terminanda vel exequenda, vices delegantis repræsentantẽ & in iurisdictione nihil proprium habentem. *leg. 1. de off. c. eius, cui mandat. est iurisdict.* Hostiens. *in versic. Quis sit delegatus. in summa. de offic. iudic. delegat.*

In Ordinarii descriptione Speculator conuenit cum Hostiense. § *ordinarius. de offic. ordinar.* Delegatum dicit, cui causæ cognitio est commissa. *d.* §. *ordinarius. de off. ordin. Marant. de ordin. iudicior. dist. 15. num. 2.* iudex ordinarius est, qui est creatus à Principe Papa, Imperatore habente potestatem concedendi ordinariam iurisdictionem, vt præsit vniuersali iurisdictioni alicuius ciuitatis vel prouinciæ. Delegatus, cui à principe, vel ab ordinario, vel à delegato Principis causa committitur vices gerens delegati, & proprium nihil habens. *l. 1.* §. *qui mandatam. de offic. eius, cui mandat. est iurisd.* Alex. *in rub. d. tit.* Maranth. *eadem distinct. num. 4.* Petr. Gregor. Tholosan. *Syntag. lib. 47. cap. 22. nu. 1.* Ordinarios iudices qui consuetam & adsiduam iurisdictionem exercent, ab alio iudicis vel magistratus Imperio non pendentem. Delegatos autem dici posse, ait, commissarios vel Recuperatores, quibus negotium aliquod iurisdictionis vel cognoscendum vel exequẽdum committitur, *ibid. num. 2.* Sic quoque Petr. Tesaurus *in decision. Pedemontan. in præfat. num. 39.* definit iudices ordinarios, qui habent potestatem iudicandi vel à lege vel principe, quales sint Senatores, qui ad vniuersas causas pro suprema iurisdictione exercenda sunt constituti per *c. à iudicibus. 2. q. 9. l. & quia. de iurisdict. l. 1.* §. *qui mandatam. de offi. eius, cui mandata est iurisd.* Iacob. Mandel.

*in l.*

*in l. more. de iurisdict.* Iudex ordinarius, qui semper est vel ipse, vel eius successor, & semper eodem modo, & cum eadem iurisdictione. Delegatus in quo non sunt istæ qualitates *num. 20.* Alciat. *in rub. de offic. iudic. ordinar. num. 5. & 6.* Ordinarios dicit, qui propriam iurisdictionem habent à lege sibi delegatam circa vniuersitatem aliquorum negotiorum ex notatis per Bartol. & Dd. *in l. more. de iurisd.* Delegatos, cui causa committitur, ab alio habente potestatem delegandi, quiq; vices delegantis gerunt, nihil proprii habentes.

Delegati plures definitiones refert Iason *in rub. de offic. eius, cui mandat. est iurisd.*

Ordinariam † delegatam iurisdictionē primus definiuit Speculator *in tit. de iurisd. omn. iudic. §. expedito.* quæ à Papa vel imperatore, vel à lege, vel ab vniuersitate cōceditur. Hanc quæ à principe demandatur specialiter, ad vnam vel plures causas per *l. more. de iurisdict. omn. iud. & c. quoniam. c. sapor. & c. pastoralis. de offi. iud. delegat.* Aliter quæ generaliter se extendat ad omnes causas in solo territorio per *l. si pupillus. de verb. signific. c. 1. & 2. 17. quæst. 5. c. in regulis. 2. quæst. 3.* 13

Speculatorem in definienda ordinaria ac delegata iurisdictione sequuntur Bart. Ias. Paul. de Castro, Decius & Dd. plerique *in l. & quia. de iurisd. om. iud.* Barbat. *in c. suspicionis. de offic. delegati.* Alex. de Imola *l. 1.* & ibi Ripa *nu. 7. de dam. infecto.* Bart. *l. viros. C. de diuers. offic. lib. 12.*

Azo † *in summa. C. de iurisdict. omn. iud.* sic vtramque describit. 14
Ordinaria iurisdictio est, quæ datur à Principe non in vna causa vel duabus, vel etiam decem, sed vniuersaliter in omnibus causis quæ moueri contigerit in ciuitate illa vel villa, vel castro. Delegata, quæ à Principe vel quolibet Ordinario committitur in singularibus causis, quem sequitur quoque Pet. Tholos. *Syntag. lib. 47. cap. 6. num. 2.*

Aliter Ordinariam iurisdictionem definiunt, eam nimirum quam habeant illi, qui mandante vel disponente lege ab homine siue ab hominibus ad officium aliquod iurisdictionem annexam habens, eliguntur siue deputantur. Andr. de Isernia *c. 1. nu. 4. & 5.*

& ibi Præpos. *nu.1.* Martin. Laudens. *nu.10.* Matt. de Afflict. *num. 5. de controuers. feudi apud par. termin.* Iacob. de S. Geor. *in tr. feud. verbi. & dicti Vasalli. num. 10. C. suspicionis.* & ibi Anton. de Butr. *verb. ad quos num. 19. & 20.* Ioan. de Imola *num. 11.* Barbat. *num. 22. & sequ. de off. delegati.*

25 Exempla iudicum † ordinariorum varia referuntur: Ac primo in ecclesiasticis Patriarchæ primates Archiepiscopi, & alii qui à Papa habent iurisdictionem, vt sunt Camerarij, Vicecancellarij, Contradictores, Auditores Cameræ Papæ. Hostiens. *in summa. de offic. ordin.* Speculat. *eodem tit. §. Ordinarius.* Iacob. Mandel. *in repetit. l. more num. 22 de iurisd. omn. iud.* Bald. *in l. præcipimus. in princ. C. de appellat. & in l. fin. C. vbi Senator, vel clariss.* Ias. *in l. more. num. 52. de Iurisd.* Item vicarij Episcoporum. Iacob. Mandell. *in repetit. l. more. de iurisd. nu. 20.*

In politicis, Duces, Marchiones, Comites, Ciuitates, & alii, qui habent vniuersam iurisdictionem vnius prouinciæ, vel loci ab Imperatore, vt ait Specul. *in tit. de off. ordinar. §. Ordinarius. in pr.* Hostiens. *in summa. de off. Ordinar. num. 2.* Iacob. Mandell. *in repet. l. more. num. 20. de iurisd.* Deinde defensor Ciuitatum, qui à Ciuibus ad hoc officium eliguntur per *§. interim. in auth. de defensorib. ciuit.* Martin. Laud. *cap. 1. num. 10.* Præposit. *num. 3. de controuers. feudi apud pares terminanda.*

Rectores scholarum Salic. *in auth. habita. nu. 20.* & ibi Bart. Balognin. *n. 119. C. ne filius pro patre. §. pen. in proœmio Digestor.* Iac. Mandel. *in repetit. l. more. n. 21. de iurisd.*

Arbitri iuris, qui ex necessitate vel dispositione iuris vel statutorum eliguntur *l. fin. C. de indic. c. cum speciali.* vbi gl. & Dd. *de appell.* Barbat. *in c. suspicionis. n. 25. de off. delegat.* Iason *l. si conuenerit. de re iudicat.* Paul. Castr. *l. more. de iurisd. & in l. apertissimi. C. eod.* Marc. Ant. Blanc. *in tr. de arb. q. 6. nu. 4.* Iacob. Mandell. *in repet. l. more. nu. 21. de iurisdict.*

Consules Mercatorum. Beneuenut. Stracha *in tr. de mercat. tit. quomodo in causis mercatorum procedendum sit. par. 2. nu. 5.* Zas. *in l. more. de iurisd.* Albert. de Rosate Bart. & Bal. *l. fin. C. de iurisd.*

Domini feudi *C. Imperialem. de prohibit. feud. alien. per Frideric.* Iac. Mandell.

Mandell.*in rep.l.more.num.21.de iurisd.nu.21*, Schrad.*in tr.feud.part.10.sect.1.nu.79.*

Tabelliones siue Notarii, qui inter partes iurisdictionem habere dicuntur Bartol.*in l.iubemus.2.§ sane.num.14 Cod.de SS.Eccles.* Botta *consil 5.num.8.* Thomas Doccius *consi. 154. alleg.5.* Mynsing. *consi.93. in fine Decad.*10. Quod de voluntaria solummodo intelligitur, Innocent.*in c.cum à nobis.de testam.* Corn.*consi.238.lib.6.* Crauett.*consi.196.num.7.* Pares Curiæ, Martin.Laud.*in cap.1.num.4.* & ibi Præposit. Matth.de Afflict.*numer.5 de controuers.feud.apud par.terminand.* Barbat.*in cap.suspicionis.* & ibi Anton.de But.*de offi.iudic.delegat.*

Iudices ordinationis Cameræ, de quibus *ordinat.part.3.titul.1.2.3.4.5 6.* Gail.*obs.41.num.5.lib.1.* Schrad.*in tr.feudali.part.10.sect.8.quæst.7.*

Magistri militum in negotiis militaribus. *l. magisteria potestatis. C.de iurisd.omn.iudic.* Zasius quoque alia exempla ponit, vt in legatis præsidum prouinciæ. In vicariis Ordinum Religiosorum, In conseruatoribus causarum, quos ordinariis quoq; æquiparari dicit: *in l.more.de iurisd.*

Ordinarii vero † vocabulum, etsi ex materia subiecta variis modis in legibus & constitutionibus accipitur, vt munus ordinarium, quod iure publico iubente perpetuo præstatur, vt sunt tributa, portitoria, vectigalia & alia quæ Canonis pensitatione veniunt. Bursat.*consi.243.n.9.* ad differentiam extraordinarij, quod in præsentem necessitatem ab iis, qui Reipublicæ præsunt exigitur, vt sunt indictiones & collectæ Conrad. Lag. *in Methodo iuris. part.6.cap.8. de immunitate. num.5.* Alexan. Raud.*consi.54.num.60.* Seruus ordinarius ad differentiam vicarij, qui in illius quasi Domini peculio est. *l.17. de peculio.* Delictum ordinarium, quod certis legibus specialiter punitur. Extraordinarium, quod non habet certum nomen à lege impositum, vt *tit. de extraordina. crimin.* Cognitiones Ordinariæ, vbi iudex secundum præscriptam formam procedit & cognoscit, *leg. 2. in fi 1. de var. & extraordina. cog.* Ordinarium mandatum, quod regulariter fieri potest. *l.solet.de off.procons.* 16

De iudice tamen ac iurisdictione, quam quis propriam ac suo
17 iure teneat in specie nusquam dictum reperitur, licet † in genere ordinaria potestas dicatur. *l. qui ordinariam. C. de offic. Rector. Prouin.* Azo *in summa. C. de iurisd. omn. iud.* Etsi enim *in l. apertissimi. & in l. à iudice. C. de iudi.* Ordinariorum & Delegatorum iudicum fit mentio, tamen ibi non ponuntur tanquam diuersa, sed synonyma, nõ pro iis, qui iurisdictionem vel propriam, vel mandatam habent: Sed pro disceptatorib. qui secundum veterum consuetudinem constituto apud prætorem iudicio, ex numero selectorum addebantur, & qui formulam ab eo conceptam secuti cognoscerent ac iudicarent, quique & arbitri recuperatores, χαμαιδικασταί, iudices pedanei, iudices priuati, iudices speciales, & simpliciter quoque iudices dicti fuerunt. *l. fundus. familiæ herciscun.* Theophil. *in tit. de interdict. & in tit. quib. ex causis manumitt. Nouella constit. 60. l. 3. Ne quis eum, qui in ius voc. l. 1. de postulan. l. vlt. de offic. Prætoris. l. Prætor. de tutor. & curat. l. iudex. & l. eum quem. de iudic. l. etsi in seruum. §. si quis iudex. de recept. arbitr.* Duaren. *in l. iuris gentium. §. & ideo puto. in verb. actionem à prætore dandam. de pact.* vbi ex Gellio & aliis autoribus antiquum iudicum dandorum ordinem ante constitutionem Diocletiani *C. de formulis & impetrationibus sublatis.* erudite explicat ac in *d. leg. apertissimi.* iudex Ordinarius non ei opponitur, qui non suo iure vel mandatam iurisdictionem habet, sed qui iudice dato recusato à partibus, electus arbitrariam solummodo notionem habuit, quem compromissarium iudicem appellat Cuiac. *ad tit. C. de iudic.*

18 In Pontificum vero † constitutionibus, etsi & iudicis ordinarii ac delegati crebra mentio fit, *tot. tit. de offic. ordinar. ac potestate iudicis delegati.* Idem iurisdictionis ordinariæ ac delegatæ, *c. conquerente. de offic. iudic. ordinar. & c. quærenti. de off. ac potestate delegati.* Tamen ibi non in genere pro iudicibus propriam & alienam iurisdictionem habentibus: Sed iudices ordinarii accipiuntur pro Episcopis & Antistitibus singulis Diœcesibus perpetuo præpositis, qui & simpliciter ordinarii dicuntur. *cap. pastoralis. §. præterea. de off. ordin.* Iudices vero delegati, quibus in specie aliquid à summo Pontifice mandatum est. *c. significasti. & c. quando Clerici. de off.*

*ac po-*

*et potest. iudic. delegat.* Officio vero iudicis ordinarii, non tantum quæ ad iurisdictionem ecclesiasticam pertinent, sed in genere vniuersam Episcopi potestatem complectuntur, quæ vt supra est expositum, duobus capitibus lege Diœcesana & lege iurisdictionis comprehenditur, *cap. conquerente.* & Hostiens. *in summa de offic. ordinar.* Distinctio itaque iurisdictionis in ordinariam ac delegatam, non totius in membra integrantia, sed partis solummodo Ecclesiasticæ nimirum iurisdictionis est subdiuisio, vt recte quoque animaduertit. Obrecht. *in tract. de iurisdict. & imperio. cap. 2. num. 27.*

Primus Accursius iurisdictionem suo iure pro ordinario, & alieno nomine tanquam delegatũ tenere interpretatus est *in leg. more. de iurisdict.* Ac iurisdictionem ordinariam dixit eam, quæ principaliter alicui data est, cui è regione opponitur mandata. *l. Et quia. in verb.* Nec ipsa, *de iurisdict.* eumque Bartol. Iason & cæteri ferme omnes tam veteres, quam recentiores interpretes sequuntur.

Præterquam vero, quod vtrumque vocabulum † ordinarium ac delegatum in ea significatione, quam apud interpretes accipi dixim9, neque in iure ciuili, neque Canonico vsurpetur, vnde etiam factum est, vt, cum nullo iuris fundamento niterentur, ita in vtriusque descriptione variarint interpretes, hoc etiam vltra id, quod in vtriusque descriptione non conuertatur cum definitione definitum, insigne vitium habet hæc diuisio, quod in ea species generi exæquetur, id est, pars speciei pro specie, vel pars subdiuisionis in diuisione ponatur. Est enim hæc interpretum delegata, quam dicunt, iurisdictio nõ integra species iurisdictionis recte definita, sed tantum pars, notio nimirum siue cognitio certæ alicuius vel plurium distinctarum causarum. Alex. *in l. more. de iurisd.* Bart. *in l. 2. § fin. de option. legat.* Imperio executiuo regulariter destituta, exceptis solummodo Pontificis & Imperatoris delegatis. Bart. Iason & Dd. *in l. à Diuo Pio. de re iudicat.* Speculat. *in tit. de execut. sentent. §. nunc dicendum. in princip.* Marant. *de ordin. iudicior. part. 4. distin. 5. num. 43.* Conrad. Lancelliot. *de offic. prætor. in Causis ciuilibus. tit. de execution sentent. num. 2.* Hannetonius *in tract. de ord.*

*de ord. iudicior. tit. de Execut. rei iudicat, vers. cæterum cum iudicum Ordinariorum.* Damhuder. *in praxi rerum ciuil. cap. 256. in prin.* Mynsing. *consil. 25. num. 27.* De cuius tamen decisionis veritate, præsertim quo ad hæc tempora plura dicemus in Effectis iurisdictionis *ver. delegata.*

20 Hæc igitur vitia † cum tam in verbis, quam reipsa manifesta sint in hac partitione. Ego cum Donello *in com. iur. ciuil. lib. 17. c. 6. in fin.* veterem præmissam diuisionem etiam hoc tempore modis omnibus retinendam censeo, vt iurisdictio nimirum omnis, qua in imperio hodie vtimur, sit propria vel aliena; vel, vt aliis iuris Consultorum verbis eam diuidit Gouean. *l. & quia. de iurisd. lib. 2. nu. 6.* principalis vel mandata.

21 Proprium autem & suo iure † hic non ita late ac generaliter accipimus, vt *in l. legat. de off. Procon. l. more. de iurisd. om. iud. l. 1. §. qui mandatam. de off. eius, cui mandata est iurisd. l. cognitio. §. cum propriam. eod.* Nec rursus ita anguste, vt *in l. quod meo. de acqu. poss. & l. pignori. de vsucap.* vel angustissime vt in materia possessionis diuisæ in possessionem pro suo generalem & pro suo specialem, de qua Concius *disp. iur. ciuil. lib. 1 cap. 9.* Donell. *com. iur. ciuil. lib. 5. cap. 15.* & Cuiac. *ad tit. de acq. rer. domi.* Sed quod plani vel directi, vel vtilis vsusfructus vsus, vel alterius cuiusdam innominati in re acquisiti iuris nomine tenetur, quod omne nostrum in genere dicitur Donell. *comm. iur. ciuil. lib. 1. 2. cap. 5. lib. 9. cap. 8. numero 30.* Aliena iuris-
22 dictio est, quæ † ab his, quos suo nomine habere diximus, mandata est.

*Mandandi* quoque verbo hic non ita stricte vtimur, vt *in d. leg. more. de iurisdict. & l. 1. §. qui mandatam. & l. fin. de off. eius, cui mandat. est iurisdict.* Sed generaliter, vt apud Ciceronem *pro Plancio*, vt non tantum extra ordinem Curatoribus exercendæ iurisdictionis datum negotium, sed etiam magistratus delati munus complectatur.

23 Propria siue Principalis iurisdictio † duplex est, generalis & specialis. Generalis est, cum quis simpliciter & generaliter iuri dicundo præficitur. Specialis, quæ certis causarum vel personarum limitib. circumscripta est Donell. *com. iur. ciuil. lib. 17. c. 9.* Feli.

*in c.*

*in c. pastoralis. de off. ordin.* Generalis est † vel vniuersalis, vel parti- 24
cularis. Vniuersalis est, quæ in personas † omnes ac causas totius 25
territorij Imperij competit, qualis est collegij siue statuum vniuersi imperij ac Cæsaris electione data iurisdictio.

Particularis est in certa † aliqua parte vel prouincia imperij 26
cōcessa iurisdictio, qualis est electorum & Principum tam ecclesiasticorum quam politicorum prælatorum Comitum, Baronū, Nobilium, & liberarum Ciuitatum Imperij iurisdictio.

Specialis iurisdictionis † exempla hoc tempore præcipua 27
sunt. Primo, Ecclesiasticorum tam expressis Imperatorum constitutionib. quam tacito imperij consensu permissa, de qua *libr. 2. cap. 7.* tractabitur. Cui ferme similis est magistrorum ordinis Iohannitarum & Theutonici in personas, domos, ac prædia ordinibus subiecta, iurisdictio, de qua Zas. *in l. extra territorium. de iurisdict.* Pet. Greg. Tholos. *in syntag. iuris vniuers. lib. 17. c. 14.* Ioachim. Steph. *in tr. de iurisd. lib. 4. c. 19. de hospitalariis & militib. sacris, qui sub religioso numero continentur.*

Secundo, iure feudorum Longobardico in certis causis tam Domino feudi, quam parib. Curiæ iurisdictio competit: De qua *tit. de c. qui cur. vend. tit. apud quem vel quos controuers. feud. defin. ac tit. an apud iud. vel cur. dom. quæstio feud. deb. terminar. tit. de prohib. feud. alien. per Frider.* Contius *in tr. feud. cap. 11.* Baro *de beneficii. libr. 4. cap. 3.* Duaren. *in consuet. feud. cap. 20.* De iudice competenti, *in caus. feud.* Schrad. *in tr. feud. par. 10. sect. 1. & sect. 5.* Rosenthal. *in tr. de feud. c. 12. conclus. 1. 2. 3. 4. 5. 6. & seq.* Hart. Pistor. *q. 15. lib.* Knich. *de vestit. pact. c. 1. n. 37.* Pet. de Bellapertica *in tr. feud. c. fi. nu. 14.* Steph. Forcat. *de feud. cap. fin. num. 14.*

Tertio, est militaris iurisdictio, de qua in decreto imperij anno 70. Spiræ promulgato *tit.* Röm. Keys. Mayt. Reuter Bestallung / von Bestellung deß Feldes / vnd ernewert Reuter Recht.

Alieno quoque nomine † competens vel mandata iurisdictio 28
eodem modo, quo propria diuiditur in generalem & specialem. Generis in vniuerso imperio exemplum est Camera, de qua in specie tractabitur *lib. 2. tit. 3.* particulares possunt esse vicarij, tam imperij totius, quam singulorum Principum & statuum nomine con-

constituti. De Vicariis vel locum tenentib. vide Maranth. *par. 4. dist. Iud. 5.* & Zas. *in l. more. de iurisd. omn. iud.*

Porro, si quis pro vera hac veterum diuisione, inueterata ea, quam diximus in ordinariam ac delegatam vti velit, & ordinariam ita vt nos propriam, delegatam, vt mandatam descripsimus finiat, ei de verbis non admodum repugnabo, modo res intelligatur, cum passim in iure ordinarium dicatur, quod est regulare perpetuum & vniuersale Iacob. Mandell. *in rep. l. more. num. 20. de iurisdict.*

29 Ex eiusdem argumenti loco † iurisdictionem quoque partiuntur in ordinariam & prorogatam. Ordinaria hoc loco dicitur in genere, quæ alicui publica autoritate tributa vel delegata est. Prorogata, quæ ante in certas personas & causas publica autoritate tributa voluntaria litigantium subiectione vlterius extenditur. *l. 1. de iudic.* Zas. *in l. si per errorem. de iurisdict. omn. iudic. l. si conuenerit. eod. c. significasti, de foro competent.* Marant. *de ord. iudicior. part. 4. iud. dist.*

30 Pari ratione iurisdictio † καταχρηστικῶς dispe[illegible]itur in proprie sic dictam, quam iurisdictionem appellant, & arbitrariam Speculat. *in tit. de arbitr.* Bar. *in l. societatem. §. arbitrorum. pro socio.* Marant. *de ord. iud. part. 4. 14. dist. iudicior.* De vtriusque tam prorogatæ iurisdictionis, quam notionis arbitrariæ natura & conditionibus plura agemus, *in mod. acquir.*

## Capvt XIII.

### *Iurisdictionis ex subiectis & adiunctis diuisio.*

#### Observata.

1 *Iurisdictionis in ciuilem & criminalem diuisio.*
2 *Quæ criminalis.*
3 *Quæ ciuilis.*
4 *Vt criminalis tam à Ciuili, quam mero imperio distinguatur.*
5 *Iurisdictionis in generalem & specialem vetus diuisio.*

6 Vtrius-

6 *Vtriusque definitio.*
7 *Ad iurisdictionem generalem quæ referantur.*
8 *Causæ specialiter olim delatæ.*
9 *Earum quædam ad ciuiles, quædam ad capitalium rerum quæstiones pertinent.*
10 *Ad res ciuiles quæ fuerint relatæ.*
11 *Quæ ad quæstiones rerum Capitalium.*
12 *De meri imperij nomine plerorumq; sententiæ.*
13 *Cui iurisdictioni merum imperium non mixtum coniunctum intelligatur Baronis, Goueani, Charondæ ac Donelli sententia.*
14 *De eodem noua ac singularis Gilotti sententia.*
15 *Merum imperium pro summo & vehementissimo rectius accipi.*
16 *Merum imperium aliquando simpliciter imperij, aliquando coercitionis vel animaduersionis nomine appellari.*
17 *Meri imperij definitio.*
18 *Eiusdem à iurisdictione criminali distinctio.*
19 *Gradus meri imperij ab interpretibus conficti reiiciuntur.*
20 *Qui ex magistratibus vrbanis vel prouincialib. imperium merum integrum aut partem saltem habuerint.*
21 *Iurisdictionis inter præsides ac defensores ciuitatum diuisio.*
22 *Prætoriæ iurisdictionis in vrbanam & peregrinam distinctio.*
23 *Iurisdictio alia voluntaria alia contentiosa.*
24 *Alia ordinaria, alia extraordinaria.*

QVoad subiectum † causarum, circa quas versatur iurisdictio 1 absq; vlla consideratione modorum, quibus iure veteri inter magistratus distributa fuit. Cum teste Cicerone iudicia omnia vel puniendorum maleficiorum, vel distrahendarum controuersiarum, priuatarum nimirum & ciuilium, inuenta sint, in ciuilem & criminalem diuiditur. Gouean. *de iurisd. lib. 2. fol. 26.* Martin. Frecc. *de subfeudis. n. 21. fol. 219.*

Et recte definitur criminalis † pars iurisdictionis, quæ in coercitione delictorum ad tuendam disciplinam publicam versatur. 2 Herman. Vult. *l. 1. C. vbi de criminib. agi oporteat.*

Ciuilis quæ ad assequendum † commodum priuatum vel cau- 3

ſas pecuniarias pertinet. *l. 1. de teſtib. l. integrati. C. de quæſt. l. properandum. C. de iudiciis.*

4 Quod ad criminalem † iuriſdictionem attinet, verbum generale coercitionis & finis inſtitutæ animaduerſionis eam non tantum à ciuili, ſed etiam à mero imperio, cum quo vulgo confundi ſolet, diſtinguit, vt in ſequenti diuiſione exactius declarabitur.

5 Ex adiunctis † modorum tribuendæ iuriſdictionis veteris Romanæ Reipublicæ temporibus diuiditur in generalem, & ſpecialem.

6 Generalis eſt, quæ communi † iure magiſtratui competit. Specialis, quæ ſpeciali iure nominatimque magiſtratui tribuitur Charond. *de iuriſd. & imperio. nu. 26. l. 1. de offi. eius, cui mand. eſt iuriſd.* Donell. *comm. iur. ciuil. lib. 17. cap. 8.* Baro *in d. l. 1. de offic. eius, cui mand. eſt iuriſdict.*

7 Ad iuriſdictionem † quæ communi iure magiſtratui competit, generaliter omnia pertinent tam ciuilium quam capitalium cauſarum quæſtiones, quæ lege SC. vel Principum conſtitutione non tribuuntur *d. l. 1.* & ibi Baro. *de offic. eius, cui mandat. eſt iuriſd.* Et *de feud. lib. 4 cap. 5.*

8 Specialiter autem quædam † deferri voluerunt Legum latores propter tenoré & magnitudinem cauſarum, ne alii de his rebus iudicarent, quam qui ob ſingularem induſtriam explorata eorum fide & grauitate ad hoc officium adhibiti eſſent,
9 & vel ad ciuilium † vel capitalium rerum quæſtiones pertinent.

10 Ad res ciuiles † hæc fere referebantur. Conſilii exercitio ſiue poteſtas cogendorum iudicum & habendi cõuentum ad manumittendos ſeruos ex L. Ælia Sentia minoribus 25. annis poſtulantib. *l. 1. de off. conſul. l. 2. de off. eius, cui mand. eſt iuriſd.* Vlpianus *tit. 1. reg.* Baro *var. q. 1. fol. 28.* Item cauſarum Centumviralium lege ad Centumviros delatarũ, quos quęſtori primum, deinde decemuiri, ad extremum prætores cogere ſoliti ſunt. Vt ex Tranquillo *in Auguſto* & Plinio *lib. 6. epiſtol.* refert Baro *var. qu. 1. fol. 24.* De alienandis rebus minorum. De Tranſactione alimentorum in Teſta-

mento

mento relictorum. Deq; Controuersiis eorum, qui patrocinium potentiorum aduocarunt, cognitio.

Actuum præterea legitimorum, qui etiam legis actiones appellantur exercitio, tutoris datio, emancipatio, manumissio, adoptio. Baro *var. qu. 1. fol. 21. & 28.* Duaren. *in tit. de iurisd. c. 5.* Scipio Gentilis *de iurisd. lib. 2. cap. 15. & lib. 3. cap. 28.* Charondas *de iurisd. & imperio. in fin. n. 26.*

Ad rerum capitalium † quæstiones pertinet merum imperiũ & cognitio de abolitione criminum *l. 1. §. & ideo. & §. verius. de off. eius, cui mandata est iurisd.* Baro *d. varia. quæst. 1. fol. 28.* de mero imperio tria explicabimus. 1. Rationem nominis 2. Definitionem. 3. Quibus magistratib. iure Veteri hoc imperij genus tributum fuerit. 11

De appellatione † meri imperij inter plerosq; conuenit. Merum id generaliter dici, quod sit solum & purum, & cum alio non commixtum. Ias. & Dd. *in l. 3. de iurisd.* vt alibi mera pœna absque permixtione eius, quod interest. *l. 1. de eo, per quem fact.* Merum ius gentium, quod solis gentium moribus, non præceptis ciuilib. ac prætoriis est constitutum, *l. bona fide. depositi.* merum officium prætoris absq; officio iudicantis & spontanea partium conuentione *l. 1. de verb. obli.* Mera spes sine re, mera ratio absq; æquitatis interpretatione *l. si mandauero. mandati.* mera in rem actio, quæ in personas non est. *§. ex maleficio. instit. de act.* Mera pœna sine rei persecutione. Merum aurum, quod plumbo mixtum non est, *l. Pomponius. de rei ven.* Mera conditio, quæ absq; datione & facto est. *l. cum seruus 82. de condit. & demonstrat.* Baro *var. q. 1. fol. 22 & 31.* Charondas *de iurisd. & imperio. nu. 13.* 12

In eo quoque consentiunt, quod non † sit mixtum cum iurisdictione. *Iurisdictionis* autem verbum omnes eodem modo non accipiunt, plerisque existimantibus non esse iunctum vel cohærens iurisdictioni, quæ more maiorum vel iure magistratus competit. Baro *var. quæst. 1.* ex *l. imperium. de iurisd.* & Gouean. *ibidem nu. 10.* Charond. *ead. L. imperium. num. 13.* Donell. *com. iur. ciuil. lib. 17. cap. 8. fol. 31.* 13

Gilottus vero iurisdictionem † cum qua non sit mixtum imperium. 14

perium, merum non partem subiectiuam iurisdictionis, sed essentialem cognitionem nimirum, & iudicationem intelligit. *de iurisdict. & imperio. libro 2. capitul. 5. de quo plura infra. in diuisione eiusdem.*

15 Ego Goueani *in d. leg. imperium. num.* 10. relatam † sententiam veriorem esse puto: Ideo merum appellatum, quod sit potestas summa, maxima, vehementissima, idque manifeste probatur *d. l.* 3. vbi Vlpianus merum imperium & potestatem κατ' ἐξοχὴν, pro summa, quam ἀκραν ἐξουσίαν Theoph. appellat, ibi acceptam, synonyma esse dicit.

16 Idem alibi vel simpliciter † imperium. *l. 3. de offi. prat.* Gouean. *in d. l. 3. imperium. num. 9. & l. muto. de tutel.* Papinianus *in l. 1. de offic. eius, cui mandat. est iurisdict.* vel grauior coercitio vel animaduersio. *l. solent. §. nec enim. de offic. proconf. l. nemo potest. de reg. iur. l. vltim. C. de mod. mulct.* interdum sine vllo adiuncto coercitionis vel animaduersionis verbo appellatur, *in d. l. si quid erit. de off. proconf. l. 1. de term. moto.*

17 Est autem merum imperium † pars iurisdictionis, quæ in grauiori criminum quæstione & animaduersione consistit.

*Quæstionis* verbum quod proprie cognitionem in delictorum disquisitione significat, *l. 1. §. deinde. & §. & licet omnia. de orig. iuris,* ideo cum coercitione coniunximus, vt non tantum executionem iudicij criminalis, vt post homines natos Gilottum merum imperium a cognitione & iudicatione primum seiunxisse dicit Baro *var. quæst. fol.* 37. Sed & notionem siue cognitionem & indicationem quoque meri imperii verbo comprehendi ostenderem, vt probatur *in l. solet. de offic. proconf.* & diserte *in l. 1. de off. eius, cui mandat. est iurisdict.* vbi exemplum eius ponit iudicium legis Iuliæ de adulteriis & aliorum similium exercitatio. *Iudicii* autem voce, non tantum executio, quæ & extra iudicium fieri potest: Sed principaliter & proprie quoque cognitio & iudicatio significatur *l. amplius rem ratam haber. l. 1 C. de iud. l lite. C. de vsur.* Donel. *comm iur. ciuil. libro 19. cap. 1. fol. 153.* Scipio Gentilis *de iurisd. libr. 1. c. 6. in fin.*

Deinde non tantum nocentes condemnandi & puniendi, sed

ſed & innocentes abſoluendi ac liberandi poteſtatem imperium hoc complecti, non tantum diſſentaneorum inter ſe æque manifeſtorum natura, ſed ipſius definitionis huius imperii conſentaneo argumento patet per *l. ſolent. de offic. proconſ.* Nicol. Bellon, *lib. 3. ſuppur. c. 17.* Scipio Gentilis *de iuriſd. lib. 3. c. 5.*

Verba grauioris criminum animaduerſionis indefinite poſui, vt modum omnem infligendæ pœnæ atrocioris hac poteſtate comprehendi deſignarem, ſiue gladio, ſiue igni, ſiue metalli pœna, deportatione vel verberatione perficiatur Gouean. *ad l. imperium, num. 6.* ſiue corpori, ſiue facultatibus, vel exiſtimationi irrogetur. *l. aliud fraus. in fine, de verb. ſignif.* Scipio Gentilis *d. l. 3. cap. 10. l. 1. § fin. de offic. eius. l. ſi quid erit. de offic. proconſ.* Nec obſtat, quod *in l. 3. de iuriſdict.* ad gladij ſolummodo pœnam imperij poteſtas contrahi videatur. Ibi enim non definiri partes iuriſdictionis, ſed exempla tantum poni, poſtea in interpretatione eiuſdem planius oſtendemus iiſdem verbis hoc imperium primum à modica coercitione, quam in leuiorum delictorum coercitione conſiſtere, ac iuriſdictioni cohæſiſſe, eaque conceſſa tranſiuiſſe olim, diximus ſupra prima diuiſione. Deinde voce *grauioris*, etiam tanquã
pars † à tota iuriſdictione criminali diſcernitur. Hæc enim gene- 18
raliter in criminum coercitione ad tuendam diſciplinam publicam verſatur, illud in atrociori ſolummodo animaduerſione cõſiſtit, vt expreſſe ait Verul. *in l. ſi quid erit. de offi. proconſ.* Goue. *ad d. l. imperium. de iuriſd. num. 3.* Nec refert, quod *in l. 1 §. fin. de offic. eius, cui mand. eſt iuriſd.* animaduerſio in genere pro mero imperio, *& in l. ſolet. eod. tit. §. nec enim poteſt. Coercitionis* quoque nomen ſimpliciter ponatur: vtrobique enim verba animaduerſionis & coercitionis non in natiua ſignificatione, ſed κατὰ συνεκδοχὴν generis pro grauiori atque atrociori animaduerſione vſurpantur. Gouean. *dict. leg. 3. num. 2. & 3.* Et manifeſte oſtenditur ex textu *l. 3 §. cognoſcit. de offi. præfecti vigil* vbi in incendarios, effractores, fures, raptores, & receptatores præfecto vigilum iure magiſtratus fuſtigatione & alia leuiori pœna animaduertere permittitur. Si autem tam atrox ac famoſa perſona ſit, præfecto vrbi, qui merum imperium habuit grauiori coercitione plectenda remittitur. Et

X 3 d. l.

*dict.leg.si quid erit. de offic. procons.* grauiter animaduertere, coercere, & atrociter verberare pro eodem ponuntur. Gouean. *dict. leg. 3. num.* 4.

19 Etsi autem contra † ac à veteribus factum videmus, à recentioribus IC. certi gradus huius imperij ponuntur. & 6. à Bartolo, à Iason. & Zasio *in d.l.3.* tres quos & Scipio Gentilis nō in colorata ratione, quod vt veteres pœnarum gradus cōstituerunt; sic quoque huius imperij quod in pœnis irrogandis totum consumatur dici possint, sequitur *de iurisdict. lib. 3. cap. 6.* Quia tamen delictorum contingentium, quibus pœnam analogam esse necesse est, infinita est varietas, exactam ac perfectam eius distributionem fieri non posse certum est, vt omnium quæ propter infinitum numerum diuisioni vel partitioni non subiiciuntur Hotom. *Dialect. lib. 2. cap. 7.*

20 Porro merum imperium † in foro Romano quidam integrū, quidam partem saltem habuerūt. Integrum tantum duo ex magistratibus habuerunt, ex vrbanis magistratib. primo dictator, vt constat ex *l. 2. §. itaq. deinde. de origin. iuris.* Consules. n. etsi summa ac pene regia præditi essent potestate, quæ nulla alia lege, quam salute populi definiretur, ac reliquam coercitionem non modicam solum, sed & grauiorem habuisse constat, in caput tamen ciuis Romani iniussu populi animaduertere, ipsis integrū non fuit *d. l. 2. §. exactis. de orig. iuris.* Nec præfectus vrbi. Etsi enim præfectura eius crimina omnia sibi vendicarit, vt ait Vlpian. *in l. 1. de off. praef. vrbi.* ita vt præsidi æquiparetur *l. saccularii. de extr. crim.* Gladij tamen potestatem non habuisse colligitur ex *l. illicitas. §. qui vniuersas. de off. praef.* vbi eos demum gladij pœnam habere dicitur, quib. integræ prouinciæ regendæ mandatæ sunt, eaque tanquam noua & militaris imperatoribus magis, quam magistratibus vrbanis conuenire visa sit. Gouean. *d. l. 3. n. 24.*

Præterea grauiorem animaduersionem non habuisse apparet ex *l. 1. §. solent. de offic. praefecti vrbi.* vt ait Vlpianus, *solent ad praefectum*, vrbi *remitti etiam tutores siue curatores, qui male in tutela siue cura versati grauiore animaduersione indigent, quam vt sufficiat eis suspectorum infamia.* Quin autem de suspectis tutoribus prætorum fuerit

rit cognitio, minime ambigitur Gouean *dict. leg. 3. num. 17*. Secundo, quæstores Parricidij, qui ideo sunt constituti, vt capitalibus rebus præessent, *leg. 2. §. & quia. de origin. iuris*. In Provinciis primo, merum imperium integrum habuisse proconsulem constat, ex *leg. solet. & l. si in aliqua. §. fin. & l. si quid erit. de offic. procons.* Secundo, præfectum Augustalem qui imperium Proconsuli par habuisse dicitur, *in leg. vnica. de off. præf. Aug*. Præter hos in prouinciis neminem imperium merum integrum habuisse relatum est. Etsi enim præsides omnes in ius gladij ac reliquam animaduersionem habuisse certum sit. *leg. illicitas. §. qui vniuersas. de offic. præsid. l. g. 7. de pœnis*. Deportare tamen non potuisse, expressum est. *in leg. rei capitalis. §. constat. de pœnis*. Iuridicos autem Alexandriæ, qui vrbi isti solum, non vniuersæ prouinciæ fuerunt præfecti, quod eos solos hoc ius habuisse constet, quibus integræ prouinciæ regendæ datæ sunt, *leg. illicitas. §. qui vniuersas. de offic. præsid.* & in titulo eius, nullius animaduersionis fiat mentio, imperium hoc plane non habuisse recte existimat Goueanus, *sæpe dict. leg. 3. num. 29.*

Hæc itaque sunt, quæ de generali iurisdictione tam in ciuilibus, quam in criminalibus rebus more veteris Reipublicæ excepta fuerunt.

Cum igitur quando ex generali definitione vel regula quædã excipiuntur, quæ nominatim excepta non reperiuntur, sub genere relicta censentur, de quib. expresse & nominatim lege deferendis nihil cautũ fuit, generali iurisdictionis concessione transiisse manifestum est, *argumento, L. qui testamento. §. mulier. qui testam. fac. poss. l. cum prætor. in pr. de iudi.* Bal. *in l. 1. § excipiantur. de feriis.* Lancellot. Gallia *cons. 3. n. 44.* Rom. *cons. 27. n. 3.* Becc. *cons. 14. n. 24.* Francisc. Purpurat. *cons. 474. n. 8.*

Vnde sequitur, cum tantum grauior animaduersio in criminalibus, in priuatis ac pecuniariis causis certa quoque capita eximantur, & reliquam omnem coercitionem & de causis ciuilibus omnibus iurisdicendi potestatem generali verbo *iurisdictionis* comprehensam ac ipso iure ac concessione magistratus competiisse.

21 Ex instituto † quoque veterum Imperatorum inter præsides prouinciarum ac ciuitates iisdem subiectas iurisdictio, quo ad quantitatem ita diuisa fuit, vt defensores ciuitatum cognitionẽ in causis pecuniariis primo ad 50. aureos ex *l. 1. C. de defensorib. ciuitat.* postea ad 300. Ex *nouell. 15.* De defensoribus ciuitatum, & rei iudicatæ executione haberent. Item qui plus petiit dolo malo iudicij à defensoribus ad præsides transferendi causa litis amissione ab iisdem mulctatus fuit, reuocata veteri plus petentium pœna, insinuationes quoque testamentorum & donationum testationes ac depositiones apud eos fuerunt confectæ. De leuioribus etiam criminibus cognoscendi ac prehendendi habuerunt potestatem *l. 7. & 9. C. de defens. ciuit.* Et alia de quibus erudite Cuiac. *d. Nouell. 15. C. de defensorib. ciuit.*

Reliquam vniuersam tam in criminalibus, quam pecuniariis causis præsides, qui fuerunt magistratus magistratuum Cuiac. *ibid. in pr.* Duumuiri quoq; ad certam summam iudicandi ius habuerunt. *l. inter. ad municip.* vt enim vrbs Roma habuit Senatum, Consules, tribunos plebis, ita & aliæ ciuitates quædam pro Senatu curiam, pro Consulib. duumuiros, pro Tribunis plebis defensores plebis, quædam defensores tantum. *l. in hac. C. de donationib.* accurate item Cuiac. *in Nouell. 15. de defensorib. ciuit.*

22 In Prætorum † quoque prouinciis iurisdictio per sortes in vrbanam & peregrinam diuisa fuit eodem veteris Reipub. more, vt liquet ex Liuio *lib. 35.* Barnabas Brisson. *de formulis & solennib. lib. 2. fol. 265.*

23 Extra considerationem † modorum deferendæ iurisdictionis secundum veterem Reipublicæ morem ab adiunctis & affectu personarum in quas ius redditur, vetus ac generalis est iurisdictionis diuisio in ἑκούσιαν καὶ ἀκούσιαν voluntariã & contentiosam relata *in leg. 2. de offic. procons. leg.* 1. & ibi gloss. & Bald. *C. de emancip. liber.* Spec. *tit. de feriis. §. 2. versic. porro.* Cyn. *in leg. extra territorium. de iurisdict. omn. iudic.* Voluntaria est, cum prætor vel alius magistratus iis ius dicit, qui suapte sponte & voluntate eum adeunt, veluti patri & filio, domino & seruo, qui absque contentione à magistratu postulant, vt autoritatem præstet manu mittere volenti. Baro *de benefic.*

*benefic. lib.* 4. *cap.* 5. Octauianus Vestrius in actionem aulæ Romanæ *lib.*3. *fol.*13. *fac.*2. Cuius species prolixe explicat Scipio Gentilis *de iurisd. lib.* 1. *cap.* 20. ac Donell, *com. iur. ciuil. lib.* 17. *cap.* 8. *num.* 30. 40. & 50.

Contentiosa, quæ in litibus ac controuersiis in iudicio disceptandis versatur, *l. inter.* §, *de verb. obligat.* Baro *var. quæst.* 1. *ac de beneficiis d. loco.*

Dico generalem hanc esse diuisionem vniuersæ iuris reddendi potestatis, quod quibusdam speciei hanc subdiuisionem esse, eius nimirum, quæ in causis ciuilibus ac pecuniariis versatur placuisse videam, inprimis Donell. *comm. iur. ciuil. libro* 17. *capit.* 8. quem sequitur Scipio Gentilis *de iurisdict. libro* 1 *capit.* 18. *in princ.* Quod probare non possum, verbum enim iurisdictionis *in d. leg.* 2. vnde diuisio desumpta est, generaliter ponitur, nec vlla ratio adduci potest, cur iudiciorum capitalium, in quibus vltra fortunas de vita, & existimatione, reb. omnium grauissimis ac preciosissimis dimicatur, minus quam iudicia priuata, vbi de incommodo saltem pecuniario agitur, contentiosa dici ac iudicari debeant. Idem sentit Obrechtus *in tracta. de iurisdict. & imperio. cap.* 2. *num.* 1.

Vetus quoque ab ordine iudiciorum duplex fuit distinctio in ordinariam & extraordinariam. De vna agitur *in titul. de ordin. & extraordin. cognitionibus.* De altera Cuiacius *obseruat. lib.* 8. *cap.* 33. Vtraque tamen non iurisdictionis, sed iudiciorum fuit diuisio, & post sublatas iudiciorum formulas, & impetrationes *tit. de form. & impetrat. sublat. l. ordo. de pub. iud.* ab vsu recessit. Obrecht. *in tr. de iurisdict. cap.* 2.

# CAPVT XIV.

## *Mendosæ tam veterum, quam recentiorum interpretum iurisdictionis diuisiones referuntur.*

OBSERVATA.

1 *Iurisdictionis partitio prima Accursii.*
2 *Speculatoris.*
3 *Oldradi.*
4 *Bartoli.*
5 *Alciati.*
6 *Longonallij.*
7 *Gillotti.*
8 *Loriotti.*
9 *Baronis.*
10 *Goueani.*
11 *Duareni.*
12 *Bartholomæi Faii.*
13 *Cuiacii.*
14 *Henrici Suuerini.*
15 *Ludouici Charondæ.*
16 *Hugonis Donelli.*
17 *Martæ Neapolitani.*
18 *Matthiæ Stephani.*

HActenus, quæ ad rectas iurisdictionis diuisiones pertinent, explicauimus; Reliquum est, vt quæ ab aliis de eiusdem partitione perperam scripta extant, refellamus; Id quo commodius fieri possit, primo mendosas aliorum partium iurisdictionis distinctiones referemus. Postea, cum omnium tam veterum, quam recentiorum commentatorum errores ex male lecta & intellecta *l. 3. de iurisd.* sint profecti, antequam ad relatarum diuisionum examen accedam, principio quomodo dicta lex ab interpretibus variata

riata & correcta, tum quæ vera & Authentica eius sit lectio & interpretatio, exponemus, postea relatas aliorum diuisiones examinabimus.

Et vt ab ACCVRSIO † incipiam. Is *in l. imperium* quatuor 1
membra, siue, vt ipse appellat, iurisdictionis gradus constituit, merum & mistum imperium, modicam coercitionem, & iurisdictionem, quam simplicem vel generalem appellat. Merum imperium comprehendere dicit, eas animaduersiones, qua vitæ libertate vel ciuitate rei priuantur.

Mistum, quod ad tria prædicta coercitionis genera referri nō possit, & cum causæ cognitione expediatur, vt bonorum possessionis datio.

Sub iurisdictione, quæ iure magistratus competunt, comprehendit & modicam coercitionem, quæ iurisdictioni huic insit, de qua *in l. magistratib. eod. tit. & l. fi. de off. eius, cui mandat. est iurisd.*

SPECVLATOR † *tit. de iurisd. om. iud. n. 10* iurisdictionem aliam 2
meri, aliam mixti imperij, aliam modicam coercitionē facit per *l. 2. & 4. de iurisd. omn. iud. & l. fi. de off. eius, cui mand. est iurisd.*

Ad merum imperium, quam summam dicit potestatem, per quam ea quæ iurisdictionis sunt, maxima explicantur, non tantum potestatem animaduertendi in facinorosos, sed alias etiam grauiores coercitiones omnes, quibus vitæ libertas vel ciuitas amittitur; ex Iohannis & Accursii sententia refert, *d. l. 3. in verb. mistum.* Sed quædam etiam quæ specialiter deferuntur, vt cognitiones, & decreta, de alienatione præd. minor. Item de Transact. super alimentis, tum nonnulla, quæ nec meri sunt imperij, nec specialiter deferuntur, sed ad generalem iurisdictionem pertinent, vt quæstio an quis possit conueniri tempore sui magistratus. De quib. *in L. iubere. de iurisd. omn. iud.* tum ea, quæ iurisdictioni generali & mero imperio sunt communia, vt carceris, siue vinculorum coercitio.

Mistum imperiū sic dictum, quod ex mero imperio & iurisdictione sit constitutum describit iurisdictionē, cui non solum merum imperium, sed etiam iurisdictio inest, vel potestatem mediam per quam quæ sunt iurisdictionis media, expediuntur, quo

etiam cæteras pœnas & animaduersiones graues, capitalibus tamen leuiores pertinere dicit. Modicam coercitionem non definit, nisi quod eam iurisdictionis esse affirmet *nu.14.*

3 OLDRADVS † *consi.10.n.2.* iurisdictionis in merum & mixtum imperium ac iurisdictionem distinctæ membra sic definit: Merum imperium est potestas seu iurisdictio seuerioris vltionis exercendæ in personam pro vtilitate publica introducta. Mixtum imperium est iurisdictio explicandi quæstiones Ciuiles, quæ sui excellentia maioribus iudicibus deputantur, vt prouinciarum præsidib. *l.2.C.de pedan.iud.* iurisdictio est potestas iuris dicendi de reliquis omnib. quæ meri & mixti imperij descriptione non continentur, vt modica coercitio sine qua iurisdictio explicari non potest, & reliquæ causæ ciuiles omnes *d.consi.10.*

4 BARTOLVS † qui tamen Petri de Bellapertica commentum hac in re secutus est, Longoual. *in l. imperium. in pr.* Gillot. *in tr. de iurisd. lib.1.c.1 in pr.* iurisdictionem in genere diuidit in imperium & iurisdictionem: imperium definit iurisdictionem, quæ officio iudicis nobili expeditur. *l.3.de iurisd.* officium iudicis nobile quod per se stat *l.1.de iurisd.*

Imperium subdiuidit in merum & mixtum imperium: merum definit iurisdictionē, quæ officio iudicis nobili expeditur, publicam vtilitatem principaliter respicientem *d.l.3.* Mistum imperiū iurisdictionem, quæ officio iudicis nobili expeditur, priuatam vtilitatem respicientem: Iurisdictionem describit iurisdictionem, quæ officio iudicis mercenario expeditur, priuatam vtilitatem respicientem *d. l.3.* officium mercenarium, quod per se non stat, sed actioni deseruit. *l.1.de iurisd.*

5 ALCIATVS † tria iurisdictionis membra retinens, imperium merum habere gladii potestatem ad animaduertendum in facinorosos homines esse ait. Mixtum cui etiam iurisdictio inest. *d.l.imperium.* & quod in persecutionib. consistat. *l.pecuniæ.§.actionis.& l.potestatis.de verb.significat.* Iurisdictionem, quæ circa actiones versetur, non in iudicis dandi licentia *d.l pecuniæ.§.actionis.de verb.signific.* Idem *lib.1.parad.c.8.ac l.3.de iurisdict.* ita interpretatur. In tota lege de mero tantum mistoque imperio IC. loquitur, mistum-

mistumque illud definit, cui etiam iurisdictio inest, & in bonorum poss. & iudicis dandi licentia consistit, exclusa vel vniuersalis vel generalis verbi iurisdictionis significatione, de qua interpretatione adeo sibi placet, vt non tantum complures viros eruditos hoc nouum inuentum suum probare iactet, sed etiam præceptores suos, ingeniosæ istius inuentionis laudem inuidere sibique arrogare conqueratur *d. c. 8. paradox. lib. 1. in fin.*

Longovallivs tripartita † quoque diuisione retenta in 6
meri imperij descriptione Angel. & Alciat. sequitur *d. l. imperium.* Mixtum imperium definit modicam coercitionem, quæ iurisdictioni seruiat, & sine qua iurisdictio commode exerceri nequit *d. l. imperium. fol. 37. nu. 1.*

Iurisdictionem officium dicit, quod in danda bonorum possessione & iudicis dandi licentia consistit, per *d. l. imperium. vers. quod in danda. de iurisdictione.*

Gilottvs eadem † capita sic definit, merum imperium, 7
quod nulli causæ cognitioni coniunctum sit, ac tam in ciuilium, quam criminalium causarum executione versetur, *de iurisd. lib. 2. c. 4. & in pr. nu. 10 in fin.* Idem *lib. 2. cap. 7.* Mixtum imperium, quod cum causæ cognitione sit coniunctum, quod duobus modis interpretatur: Primo, quod iurisdictioni cohæreat, *l. 1. de off. eius, cui mandat. est iurisd.* sine quo iurisdictio explicari nequeat. Secundo, quod imperium mixtum iurisdictioni insit, per quod res adiudicantur causæ cognitione præcedente *libr. 2. capit. 10.* iurisdictionem cuiuscunque causæ, siue principalis, siue accessoriæ cognitionem & decisionem, siue in re ciuili, siue criminali, *lib. 2. cap. 15.*

Loriottvs † imperium merum puram potestatem à iu- 8
risdictione separatam, id est, aliunde, quam iurisdictionis causa competentem, *de iurisd. & imperio axiom. 25.* definit. Mixtum imperium potestatem specialiter concessam cui iurisdictio inest, id est, in qua postquam concessum est iurisdictionem habemus, *Axiom. 31.* iurisdictionem iurisdicendi officium iure magistratus concessum, *Axiom 38.*

Baro merum † imperium dicit, quod purum & absque iuris- 9

 dictio-

perium, merum non partem subiectiuam iurisdictionis, sed essentialem cognitionem nimirum, & iudicationem intelligit. *de iurisdict. & imperio. libro 2. capitul. 5. de quo plura infra. in diuisione eiusdem.*

15 Ego Goueani *in d. leg. imperium. num.* 10. relatam † sententiam veriorem esse puto: Ideo merum appellatum, quod sit potestas summa, maxima, vehementissima, idque manifeste probatur *d. l.* 3. vbi Vlpianus merum imperium & potestatem κατὰ ἐξοχὴν, pro summa, quam ἀκραιοτάτην ἐξουσίαν Theoph. appellat, ibi acceptam, synonyma esse dicit.

16 Idem alibi vel simpliciter † imperium. *l. 3. de offi. praet.* Gouean. *in d. l. 3. imperium. num. 9. & l. muto. de tutel.* Papinianus *in l. 1. de offic. eius, cui mandat. est iurisdict.* vel grauior coercitio vel animaduersio. *l. solent. §. nec enim. de offic. procons. l. nemo potest. de reg. iur. l. vltim. C. de mod. mulct.* interdum sine vllo adiuncto coercitionis vel animaduersionis verbo appellatur, *in d. l. si quid erit. de off. proconf. l. 1. de term. moto.*

17 Est autem merum imperium † pars iurisdictionis, quae in grauiori criminum quaestione & animaduersione consistit.

*Quaestionis* verbum quod proprie cognitionem in delictorum disquisitione significat, *l. 1. §. deinde. & §. & licet omnia. de orig. iuris.* ideo cum coercitione coniunximus, vt non tantum executionem iudicij criminalis, vt post homines natos Gilottum merum imperium à cognitione & iudicatione primum seiunxisse dicit Baro *var. quaest. fol.* 37. Sed & notionem siue cognitionem & iudicationem quoque meri imperii verbo comprehendi ostenderem, vt probatur *in l. solet. de offic. proconf.* & diserte *in l. 1. de off. eius, cui mandat. est iurisdict.* vbi exemplum eius ponit iudicium legis Iuliae de adulteriis & aliorum similium exercitatio. *Iudicii* autem voce, non tantum executio, quae & extra iudicium fieri potest: Sed principaliter & proprie quoque cognitio & iudicatio significatur *l. amplius rem ratam haber. l. 1 C. de iud. l lite. C. de vsur.* Donel. *comm iur. ciuil. libro* 19. *cap.* 1. *fol.* 153. Scipio Gentilis *de iurisd. libr.* 1. *c.* 6. *in fin.*

Deinde non tantum nocentes condemnandi & puniendi, sed

ſed & innocentes abſoluendi ac liberandi poteſtatem imperium hoc complecti, non tantum diſſentaneorum inter ſe æque manifeſtorum natura, ſed ipſius definitionis huius imperii conſentaneo argumento patet per *l. ſolent. de offic. proconſ.* Nicol. Bellon. *lib. 3. ſuppur. c. 17.* Scipio Gentilis *de iuriſd. lib. 3. c. 5.*

Verba grauioris criminum animaduerſionis indefinite poſui, vt modum omnem infligendæ pœnæ atrocioris hac poteſtate comprehendi deſignarem, ſiue gladio, ſiue igni, ſiue metalli pœna, deportatione vel verberatione perficiatur Gouean. *ad l. imperium, num. 6.* ſiue corpori, ſiue facultatibus, vel exiſtimationi irrogetur. *l. aliud fraus. in fine. de verb. ſignif.* Scipio Gentilis *d. l. 3. cap. 10. l. 1. § fin. de offic. eius. l. ſi quid erit. de offic. proconſ.* Nec obſtat, quod *in l. 3. de iuriſdict.* ad gladij ſolummodo pœnam imperij poteſtas contrahi videatur. Ibi enim non definiri partes iuriſdictionis, ſed exempla tantum poni, poſtea in interpretatione eiuſdem planius oſtendemus iiſdem verbis hoc imperium primum à modica coercitione, quam in leuiorum delictorum coercitione conſiſtere, ac iuriſdictioni cohæſiſſe, eaque conceſſa tranſiuiſſe olim, diximus ſupra prima diuiſione. Deinde voce *grauioris*, etiam tanquã pars † à tota iuriſdictione criminali diſcernitur. Hæc enim gene- 18
raliter in criminum coercitione ad tuendam diſciplinam publicam verſatur, illud in atrociori ſolummodo animaduerſione cõſiſtit, vt expreſſe ait Verul. *in l. ſi quid erit. de offi. proconſ.* Goue. *ad d. l. imperium. de iuriſd. num. 3.* Nec refert, quod *in l. 1 §. fin. de offic. eius, cui mand. eſt iuriſd.* animaduerſio in genere pro mero imperio, & *in l. ſolet. eod. tit. §. nec enim poteſt.* *Coercitionis* quoque nomen ſimpliciter ponatur: vtrobique enim verba animaduerſionis & coercitionis non in natiua ſignificatione, ſed κατὰ συνεκδοχὴν generis pro grauiori atque atrociori animaduerſione vſurpantur. Gouean. *dict. leg. 3. num. 2. & 3.* Et manifeſte oſtenditur ex textu *l. 3 §. cognoſcit. de offi. præfecti vigil* vbi in incendarios, effractores, fures, raptores, & receptatores præfecto vigilum iure magiſtratus fuſtigatione & alia leuiori pœna animaduertere permittitur. Si autem tam atrox ac famoſa perſona ſit, præfecto vrbi, qui merum imperium habuit grauiori coercitione plectenda remittitur. Et

*dict.leg.si quid erit. de offic.procons.* grauiter animaduertere, coercere, & atrociter verberare pro eodem ponuntur, Gouean. *dict.leg. 3.num.4.*

19 Etsi autem contra † ac à veteribus factum videmus, à recentioribus IC. certi gradus huius imperij ponuntur. & 6. à Bartolo, à Iason. & Zasio *in d.l.3.* tres quos & Scipio Gentilis nõ in colorata ratione, quod vt veteres pœnarum gradus cõstituerunt; sic quoque huius imperij quod in pœnis irrogandis totum consumatur dici possint, sequitur *de iurisdict. lib. 3. cap. 6.* Quia tamen delictorum contingentium, quibus pœnam analogam esse necesse est, infinita est varietas, exactam ac perfectam eius distributionem fieri non posse certum est, vt omnium quæ propter infinitum numerum diuisioni vel partitioni non subiiciuntur Hotom. *Dialect. lib. 2. cap. 7.*

20 Porro merum imperium † in foro Romano quidam integrũ, quidam partem saltem habuerũt. Integrum tantum duo ex magistratibus habuerunt, ex vrbanis magistratib. primo dictator, vt constat ex *l. 2. §. itaq. deinde. de origin. iuris.* Consules. n. etsi summa ac pene regia præditi essent potestate, quæ nulla alia lege, quam salute populi definiretur, ac reliquam coercitionem non modicam solum, sed & grauiorem habuisse constat, in caput tamen ciuis Romani iniussu populi animaduertere, ipsis integrũ non fuit *d. l. 2. §. exactis. de orig. iuris.* Nec præfectus vrbi. Etsi enim præfectura eius crimina omnia sibi vendicarit, vt ait Vlpian. *in l. 1. de off. præf. vrbi*, ita vt præsidi æquiparetur *l. saccularii. de extr. crim.* Gladij tamen potestatem non habuisse colligitur ex *l. illicitas. §. qui vniuersas. de off. præf.* vbi eos demum gladij pœnam habere dicitur, quib. integræ prouinciæ regendæ mandatæ sunt, eaque tanquam noua & militaris imperatoribus magis, quam magistratibus vrbanis conuenire visa sit. Gouean. *d. l. 3. n. 24.*

Præterea grauiorem animaduersionem non habuisse apparet ex *l. 1. §. solent. de offic. præfecti vrbi.* vt ait Vlpianus, *solent ad præfectum*, vrbi *remitti etiam tutores siue curatores, qui male in tutela siue cura versati grauiore animaduersione indigent, quam vt sufficiat eis suspectorum infamia.* Quin autem de suspectis tutoribus prætorum fuerit

rit cognitio, minime ambigitur Gouean *dict. leg. 3. num. 17*. Secundo, quæstores Parricidij, qui ideo sunt constituti, vt capitalibus rebus præessent, *leg. 2. §. & quia. de origin. iuris*. In Provinciis primo, merum imperium integrum habuisse proconsulem constat, ex *leg. solet. & l. si in aliqua. §. fin. & l. si quid erit. de offic. procons.* Secundo, præfectum Augustalem qui imperium Proconsuli par habuisse dicitur, *in leg. vnica. de off. praf. Aug.* Præter hos in prouinciis neminem imperium merum integrum habuisse relatum est. Etsi enim præsides omnes in ius gladij ac reliquam animaduersionem habuisse certum sit. *leg. illicitas. §. qui vniuersas. de offic. prasid. l. g. 7. de pœnis.* Deportare tamen non potuisse, expressum est. *in leg. rei capitalis. §. constat. de pœnis.* Iuridicos autem Alexandriæ, qui vrbi isti solum, non vniuersæ prouinciæ fuerunt præfecti, quod eos solos hoc ius habuisse constet, quibus integræ prouinciæ regendæ datæ sunt, *leg. illicitas. §. qui vniuersas. de offic. prasid.* & in titulo eius, nullius animaduersionis fiat mentio, imperium hoc plane non habuisse recte existimat Goueanus, *sæpe dict. leg. 3. num. 29.*

Hæc itaque sunt, quæ de generali iurisdictione tam in ciuilibus, quam in criminalibus rebus more veteris Reipublicæ excepta fuerunt.

Cum igitur quando ex generali definitione vel regula quædã excipiuntur, quæ nominatim excepta non reperiuntur, sub genere relicta censentur, de quib. expresse & nominatim lege deferendis nihil cautũ fuit, generali iurisdictionis concessione transiisse manifestum est, *argumento, L. qui testamento. §. mulier. qui testam. fac. poss. l. cum prætor. in pr. de iudi.* Bal. *in l. 1. § excipiuntur. de feriis.* Lancellot. Gallia *cons. 3. n. 44.* Rom. *cons. 27. n. 3.* Becc. *cons. 14. n. 24.* Francisc. Purpurat. *cons. 474. n. 8.*

Vnde sequitur, cum tantum grauior animaduersio in criminalibus, in priuatis ac pecuniariis causis certa quoque capita eximantur, & reliquam omnem coercitionem & de causis ciuilibus omnibus iurisdicendi potestatem generali verbo *iurisdictionis* comprehensam ac ipso iure ac concessione magistratus competiisse.

Ex n-

21 Ex instituto † quoque veterum Imperatorum inter præsides prouinciarum ac ciuitates iisdem subiectas iurisdictio, quo ad quantitatem ita diuisa fuit, vt defensores ciuitatum cognitionẽ in causis pecuniariis primo ad 50. aureos ex *l. 1. C. de defensorib. ciuitat.* postea ad 300. Ex *nouell. 15.* De defensoribus ciuitatum, & rei iudicatæ executione haberent. Item qui plus petiit dolo malo iudicij à defensoribus ad præsides transferendi causa litis amissione ab iisdem mulctatus fuit, reuocata veteri plus petentium pœna, insinuationes quoque testamentorum & donationum testationes ac depositiones apud eos fuerunt confectæ. De leuioribus etiam criminibus cognoscendi ac prehendendi habuerunt potestatem *l. 7. & 9. C. de defens. ciuit.* Et alia de quibus erudite Cuiac. *d. Nouell. 15. C. de defensorib. ciuit.*

Reliquam vniuersam tam in criminalibus, quam pecuniariis causis præsides, qui fuerunt magistratus magistratuum Cuiac. *ibid. in pr.* Duumuiri quoq; ad certam summam iudicandi ius habuerunt. *l. inter. ad municip.* vt enim vrbs Roma habuit Senatum, Consules, tribunos plebis, ita & aliæ ciuitates quædam pro Senatu curiam, pro Consulib. duumuiros, pro Tribunis plebis defensores plebis, quædam defensores tantum. *l. in hac. C. de donationib.* accurate item Cuiac. *in Nouell. 15. de defensorib. ciuit.*

22 In Prætorum † quoque prouinciis iurisdictio per sortes in vrbanam & peregrinam diuisa fuit eodem veteris Reipub. more, vt liquet ex Liuio *lib. 35.* Barnabas Brisson. *de formulis & solennib. lib. 2. fol. 265.*

23 Extra considerationem † modorum deferendæ iurisdictionis secundum veterem Reipublicæ morem ab adiunctis & affectu personarum in quas ius redditur, vetus ac generalis est iurisdictionis diuisio in ἑκουσίαν καὶ ἀκουσίαν voluntariã & contentiosam relata *in leg. 2. de offic. procons. leg. 1.* & ibi gloss. & Bald. *C. de emancip. liber.* Spec. *tit. de feriis. §. 2. versic. porro.* Cyn. *in leg. extra territorium. de iurisdict. omn. iudic.* Voluntaria est, cum prætor vel alius magistratus iis ius dicit, qui suapte sponte & voluntate eum adeunt, veluti patri & filio, domino & seruo, qui absque contentione à magistratu postulant, vt autoritatem præstet manu mittere volenti. Baro *de benefic.*

*benefic. lib.* 4. *cap.* 5. Octauianus Vestrius in actionem aulæ Romanæ *lib.* 3. *fol.* 13. *fac.* 2. Cuius species prolixe explicat Scipio Gentilis *de iurisd. lib.* 1. *cap.* 20. ac Donell. *com. iur. ciuil. lib.* 17. *cap.* 8. *num.* 30. 40. & 50.

Contentiosa, quæ in litibus ac controuersiis in iudicio disceptandis versatur, *l. inter.* §, *de verb. obligat.* Baro *var. quæst.* 1. *ac de beneficiis d. loco.*

Dico generalem hanc esse diuisionem vniuersæ iuris reddendi potestatis, quod quibusdam speciei hanc subdiuisionem esse, eius nimirum, quæ in causis ciuilibus ac pecuniariis versatur placuisse videam, inprimis Donell. *comm. iur. ciuil. libro* 17. *capit.* 8. quem sequitur Scipio Gentilis *de iurisdict. libro* 1 *capit.* 18. *in princ.* Quod probare non possum, verbum enim iurisdictionis *in d. leg.* 2. vnde diuisio desumpta est, generaliter ponitur, nec vlla ratio adduci potest, cur iudiciorum capitalium, in quibus vltra fortunas de vita, & existimatione, reb. omnium grauissimis ac preciosissimis dimicatur, minus quam iudicia priuata, vbi de incommodo saltem pecuniario agitur, contentiosa dici ac iudicari debeant. Idem sentit Obrechtus *in tracta. de iurisdict. & imperio. cap.* 2. *num.* 1.

Vetus quoque ab ordine iudiciorum duplex fuit distinctio in ordinariam & extraordinariam. De vna agitur *in titul. de ordin. & extraordin. cognitionibus.* De altera Cuiacius *obseruat. lib.* 8. *cap.* 33. Vtraque tamen non iurisdictionis, sed iudiciorum fuit diuisio, & post sublatas iudiciorum formulas, & impetrationes *tit. de form. & impetrat. sublat. l. ordo. de pub. iud.* ab vsu recessit. Obrecht. *in tr. de iurisdict. cap.* 2.

# CAPVT XIV.

## *Mendosæ tam veterum, quam recentiorum interpretum iurisdictionis diuisiones referuntur.*

### OBSERVATA.

1 *Iurisdictionis partitio prima Accursii.*
2 *Speculatoris.*
3 *Oldradi.*
4 *Bartoli.*
5 *Alciati.*
6 *Longonallij.*
7 *Gillotti.*
8 *Loriotti.*
9 *Baronis.*
10 *Goueani.*
11 *Duareni.*
12 *Bartholomæi Faii.*
13 *Cuiacii.*
14 *Henrici Suuerini.*
15 *Ludouici Charondæ.*
16 *Hugonis Donelli.*
17 *Martæ Neapolitani.*
18 *Matthiæ Stephani.*

HActenus, quæ ad rectas iurisdictionis diuisiones pertinent, explicauimus; Reliquum est, vt quæ ab aliis de eiusdem partitione perperam scripta extant, refellamus; Id quo commodius fieri possit, primo mendosas aliorum partium iurisdictionis distinctiones referemus. Postea, cum omnium tam veterum, quam recentiorum commentatorum errores ex male lecta & intellecta *l. 3. de iurisd.* sint profecti, antequam ad relatarum diuisionum examen accedam, principio quomodo dicta lex ab interpretibus variata

riata & correcta, tum quæ vera & Authentica eius sit lectio & interpretatio, exponemus, postea relatas aliorum diuisiones examinabimus.

Et vt ab Accvrsio † incipiam. Is *in l. imperium* quatuor 1
membra, siue, vt ipse appellat, iurisdictionis gradus constituit, merum & mistum imperium, modicam coercitionem, & iurisdictionem, quam simplicem vel generalem appellat. Merum imperium comprehendere dicit, eas animaduersiones, qua vitæ libertate vel ciuitate rei priuantur.

Mistum, quod ad tria prædicta coercitionis genera referri nõ possit, & cum causæ cognitione expediatur, vt bonorum possessionis datio.

Sub iurisdictione, quæ iure magistratus competunt, comprehendit & modicam coercitionem, quæ iurisdictioni huic insit, de qua *in l. magistratib. eod. tit. & l. fi. de off. eius, cui mandat. est iurisd.*

Specvlator † *tit. de iurisd. om. iud n. 10* iurisdictionem aliam 2
meri, aliam mixti imperij, aliam modicam coercitionẽ facit per *l. 2. & 4. de iurisd. omn. iud. & l. fi. de off. eius, cui mand. est iurisd.*

Ad merum imperium, quam summam dicit potestatem, per quam ea quæ iurisdictionis sunt, maxima explicantur, non tantum potestatem animaduertendi in facinorosos, sed alias etiam grauiores coercitiones omnes, quibus vitæ libertas vel ciuitas amittitur; ex Iohannis & Accursii sententia refert, *d. l. 3. in verb. mistum*, Sed quædam etiam quæ specialiter deferuntur, vt cognitiones, & decreta, de alienatione præd. minor. Item de Transact. super alimentis, tum nonnulla, quæ nec meri sunt imperij, nec specialiter deferuntur, sed ad generalem iurisdictionem pertinent, vt quæstio an quis possit conueniri tempore sui magistratus. De quib. *in L. iubere. de iurisd. omn. iud.* tum ea, quæ iurisdictioni generali & mero imperio sunt communia, vt carceris, siue vinculorum coercitio.

Mistum imperiũ sic dictum, quod ex mero imperio & iurisdictione sit constitutum describit iurisdictionẽ, cui non solum merum imperium, sed etiam iurisdictio inest, vel potestatem mediam per quam quæ sunt iurisdictionis media, expediuntur, quo

mistumque illud definit, cui etiam iurisdictio inest, & in bonorum poss. & iudicis dandi licentia consistit, exclusa vel vniuersalis vel generalis verbi iurisdictionis significatione, de qua interpretatione adeo sibi placet, vt non tantum complures viros eruditos hoc nouum inuentum suum probare iactet, sed etiam præceptores suos, ingeniosæ istius inuentionis laudem inuidere sibique arrogare conqueratur *d. c. 8. paradox. lib. 1. in fin.*

Longovallius tripartita † quoque diuisione retenta in meri imperij descriptione Angel. & Alciat. sequitur *d. l. imperium.* Mixtum imperium definit modicam coercitionem, quæ iurisdictioni seruiat, & sine qua iurisdictio commode exerceri nequit *d. l. imperium. fol. 37. nu. 1.* 6

Iurisdictionem officium dicit, quod in danda bonorum possessione & iudicis dandi licentia consistit, per *d. l. imperium. vers. quod in danda. de iurisdictione.*

Gilottus eadem † capita sic definit, merum imperium, quod nulli causæ cognitioni coniunctum sit, ac tam in ciuilium, quam criminalium causarum executione versetur, *de iurisd. lib. 2. c. 4. & in pr. nu. 10 in fin.* Idem *lib. 2. cap. 7.* Mixtum imperium, quod cum causæ cognitione sit coniunctum, quod duobus modis interpretatur: Primo, quod iurisdictioni cohæreat, *l. 1. de off. eius, cui mandat. est iurisd* sine quo iurisdictio explicari nequeat. Secundo, quod imperium mixtum iurisdictioni insit, per quod res adiudicantur causæ cognitione præcedente *libr. 2. capit. 10.* iurisdictionem cuiuscunque causæ, siue principalis, siue accessoriæ cognitionem & decisionem, siue in re ciuili, siue criminali, *lib. 2. cap. 15.* 7

Loriottus † imperium merum puram potestatem à iurisdictione separatam, id est, aliunde, quam iurisdictionis causa competentem, *de iurisd. & imperio axiom. 25.* definit. Mixtum imperium potestatem specialiter concessam cui iurisdictio inest, id est, in qua postquam concessum est iurisdictionem habemus, *Axiom. 31.* iurisdictionem iurisdicendi officium iure magistratus concessum, *Axiom 38.* 8

Baro merum † imperium dicit, quod purum & absque iuris- 9
 dictio-

dictione de re priuata & ciuili est non tantum iure magistratus competente, sed etiam specialiter de negotiis ciuilibus delata. *var. quæst. 1. fol. 8.* Mistum imperium, cui etiam iurisdictio inest, de re priuata & ciuili negotio: siue ad centumuiros deferatur, siue per datos iudices à prætore, vel alios, qui ius dandi habent, diiudicetur, siue per recuperatores arbitrosue dirimatur, siue deniq; is qui iurisdictioni præest, magistratus aut potestas, aut si cui mandata iurisdictio sit, vniuerse, vel pro parte cognoscat, decernat, iudicet. *d. q. 1. fol. 18.*

In definitione imperij meri & mixti, vt à Gouean. quoque reprehenditur, sibi non constat, dum *ead. q. fol. 27.* sic ait: *si quis velit in misti imperii definitione iurisdictionis verbum ad eam contrahere, quæ mandata iurisdictione transfertur, meri imperii ea dicat, oportet, quæ lege specialiter tribuuntur, vt nimirum non tantum meri imperii sint, quæ ad grauiorem animaduersionem, sed etiam omnia alia, quæ ad ciuilium caussarum definitionem pertinent, nominatim deferuntur.*

10 GOVEANI, alia † est distributio: omne namque magistratus potestatisue imperium, aut in coercendo aut iure dicendo positum esse dicit, quarum duarũ rerum causa iudicia omnia ac magistratus ipsi sint instituti, *d. l. imperium. n. 36.*

Prius imperium, quod in coercitione versatur, in duo rursus genera distinguit, in animaduersionem grauiorem & modicam, quarum illam imperium merum, quod grauiorem omnem animaduersionem dicit, *numer. 123.* hanc mixtum siue non merum appellat, ac definit modicam coercitionem cui iurisdictio insit, *num. 30.*

Quod in iure dicendo versatur, siue quod iurisdictio est, vt ait idem *d. l. 3. num. 34.* rursus in duo genera discedere dicit, quorum vnum in decernendo, vt cum bonorum possessionem det prætor alterum in dandis iudicibus, quibus quasi limitibus vniuersa prætoris Vrbani prouincia contineatur Gouean. *d. l. 3. num. 36. & aliquot seqq.*

11 DVARENVS tria † membra retinet. Ac merum imperium definit, quod à iurisdictione separatur, potestatem nimirum gladii ad animaduertendum in facinorosos homines vt colligitur ex *c.*

*3. de*

*3.de iurisdict.* Mixtum quod iurisdictioni cohæret, cuiusmodi est, coercere, bonorum possess. dare, & alia quæ magistratibus municipalibus competere non dicuntur, *l. imperium. l. iubere. de iurisd. c. 5. per eand. l. ea quæ ad municip. de iurisd.*

Iurisdictionem respectu diuersorum temporum diuersimode definiendam esse censet, si ad tempora Vlpiani respiciatur, Iudicis dandi licentiam. Si vero posteriorum temporum habeatur ratio, non male definiri iurisdictionem cognoscendi iudicandiq; facultatem in causis priuatis & pecuniariis, pro quibus actiones ciuiles proditæ sunt, *c. 2. de iurisd.*

Bartholomævs † Faivs. *In præfatione ad Connanum,* 12
tripartitæ diuisionis in merum & mixtum imperium, ac simplicē iurisdictionem, membra sic describit: merum imperium omnem grauiorem animaduersionem quocunque instrumento ea perficiatur igne, metallo, deportatione, verberib. vinculis, & quæ pari iure propter eandem contrariorum disciplinam debeat, liberationem absolutionem quæque his accedat, consilii exercitionem.

Mixtum imperium esse quamlibet ad contentiosam iurisdictionem spectantem legis actionem, id est, quæ solo legis loquentis seu prætoris ministerio fiat, vt datio bonorum possessionis, restitutio in integrum, iussio cauendi prætoria stipulatione, missio in possessionem, cognitio de suspectis tutoribus, cui iurisdictio, id est, forma iurisdictionis, quæ continebatur codicillari illa adiectione, si paret, inest: breuiter, quod ex legis illa actione & iurisdictione, quam simplicem vocant, id est, ea quæ in præscriptione formulæ iudicandi consistit, compositum & conflatum est, iurisdictionem licentiam iudicis dandi, id est, delegandæ notionis licentiam, secundum formam, quæ vel perpetuo illo edicto aut quadam æquitate introducta, in albo prætoris continebatur.

Cviacivs † *tit. 19. de feud. lib. 4.* tres partes diuisas ita defi- 13
nit. Iurisdictio est notio, quæ iure magistratus competit, sic etiam *in paratit. ad tit. de iurisd.* generaliter describit: mistum imperium est potestas, quæ iurisdictioni inest. Merum ius gladii vel

cuius

cuiusuis alterius grauioris coercitionis lege nominatim concessum.

14 HENRICVS † SWERINIVS. Eques Megapolitanus, qui in nobili aula Electorali Palatina cum Volrado I lessio amico meo veteri, decus nobilitatis patriæ per annos complures excellenti virtute & eruditione tutatus est, *cap. 6. lib. repetitar. lection. iuris ciuilis.* magis, vt ipse in præfatione non obscure præ se fert, ingenii virium tentandarum gratia. & quantum à temeraria illa legum ciuilium correctione, dispunctione & interpolatione abhorret, significandi animo, quam vt per omnia ita sentiret puto, vniuersæ iurisdictionis respectu ἀντιπεπονθότων, quatuor membra cõstituit. Imperium merum, mixtum, iurisdictionem, & exercitionem eorum, quæ neque imperij neque iurisdictionis dici possint, sed ei solum competunt, cui nominatim lege, SC. vel Principũ constitutione tributa sunt. Mero imperio duos limites ponit, superiorem pœnas gladii animaduersione grauiores, inferiorem causarum ciuilium disceptationem, inter quos continetur gladii potestas & leuior omnis coercitio; Excluduntur vero damnatio ad furcas, per venenum extinctio, viui crematio, & alia gladii supplicio atrociora, denique omnia, quæ ad causarum priuatarum & pecuniariarum cognitionem pertinent. Mixtum imperium eam iuris reddendi partem intelligit, quæ circa ea pro quibus actiones prætoriæ proditæ sunt, versatur. Iurisdictionem de quib. ciuilia iudicia tam ad voluntariam, quam ad contentiosam iurisdictionem pertinentia, comparata sunt.

15 LVDOVICI CHARONDÆ quoque in libello † de iurisdictione & imperio tripartita est distinctio in iurisdictionem, merum imperium, & mixtum imperium: iurisdictionem definit iuris dicendi licentiam; ius autem dicere magistratum intelligit, cum de re sibi exposita statuit, iusque postulantibus reddit, siue iudicet ipse, siue iudices det, siue ordinaria, siue extraordinaria sit cognitio, siue ciuilis sit, siue criminalis, *nu. 10. in fin.* Idque non tantum de notione siue cognitione & iudicatione, sed executione quoq; tam ciuilium quam criminalium causarum accipit, *num. 16. in fine.*

Impe-

Imperium autem iurisdictionis partem nõ esse, nec quicquam cum ea commune habere, sed ad potestatem populo reseruatam non ad ius dicendum, sed conseruandum popularem statum, libertatemque publicam pertinere, licet sub *tit. de iurisdict.* etiam de imperio disputetur. Non enim nouum esse, vt propter rerum affinitatem plura in quæstionis susceptæ progressu tractentur, quam titulus ipse promittat. Quodque non ita curiose omnia in Pandectarum compositione exigenda sint, cum ipsi Compilatores aliquandoque falli potuerint *num. 4.* Definit quandoque potestatem quæ pura sit, nullique immixta iurisdictioni vel quæ per se stet, nec iuri dicundo inseruiat, nec esse causarum criminalium cognitionem, nec maleficii coercitionem, nec sententiarum executionem, sed ipsam potestatem & iussum, cuius vi possit grauiore coercitione animaduerti in facinorosos *numer. 13. 14. & seq.*

Mixtum imperium, quod iurisdictioni vel immixtum est, vel quod iurisdictioni cohæret, siue cui iurisdictio inest. De mixto imperio *nu. 17.* Et sic Iurisconsultos iurisdictionem cohærere aut inesse mixto imperio dicentes exaudiendos esse existimat. Purũ non esse posse hoc imperium, sed iurisdictionem ita ipsi immixtã esse, vt diuelli separariq; ab ea magis non possit, quam aqua vino immixta ab eo distingui *num. 20.*

Donellus † iurisdictionem in genere definitam, quo ad es- 16
sentiam diuidit in duas partes integrantes cognoscendi ac iudicandi potestatem & imperium vel iudicati exequendi facultatem, sub qua & imperium, quod non merum dicitur à Papiniano *in l. 1. de off. eius, cui mandat. est iurisd.* quod & modica coercitio dicitur, *l. 5. eod. tit.* Item ea sine quibus iurisdictio explicari nequit, *l. cui iurisdictio. de iurisd.* comprehendit ac vno verbo mixtum imperiũ dici ait, *in l. 3. §. mixtum. de iurisd. om. iud. com. iur. ciuil. lib. 17. cap. 16.* Ac totam rursus partitur in propriam & alienam. Propriam quã habuerint suo iure tum magistratus ordinarii, tum si qui fuerint extra ordinem constituti iuris publici dicendi causa, vt fuerunt Romæ præfectus vigilum & præfectus annonæ, &c. Aliena quæ ab his aliis mandata fuit, *com. lib. 17. cap. 6.*

Propriã iuriſdictionẽ à modo deferendi diſpertit in eam, quæ iure magiſtratus competit, & quæ ſpecialiter tribuatur, iure magiſtratus competere dicit iuriſdictionem, eique adiunctum imperium. Iuriſdictionem diuidit in voluntariam ac contentioſam, cui mixtam vel mediam adiicit, quæ in dandis tutoribus ac curatoribus verſetur *cap. 8. lib. 17.* In his ſpeciebus omnibus & quidem ſolis iuriſdictionem ſiue cognitionem ac iudicationem, itemque imperium ſiue exequendi poteſtatem verſari dicit *d. c. 8. fol 28. nu. 20.* Specialiter tributorum duo facit genera, merum imperium, quod definit poteſtatem gladij omniſq; animaduerſionis in facinoroſos, *pr. l 3. de iuriſd.* Et tutoris dationem, *d. cap. 8. lib. 17.*

17 D. MARTA † NEAPOLITANVS in edito nuperrime *de iuriſdictione Eccleſiaſtica & ſeculari.* ingenti tractatu *par. 1. cap. 8.* Iuriſdictionis duas ſpecies conſtituit. Vnam pleniſſimam, quam qui habeat maiore nulla poteſtate impediatur, per *l ſi in aliquã. §. fin. de offic. proconſ.* Nam maius omnibus habere imperium & omnium magiſtratuum partes, qui quoquo modo ius dicunt, ad ipſum pertinere. Eamque à Suetonio in Caligula vocari liberam iuriſdictionem: A Cauſidicis quibuſdam altam, mediam & baſſam iuſtitiam, ab aliis omnimodam iuriſdictionem, *clem. 1. de foro competenti.* Alteram vti loquitur, circa ciuilium tantum cauſarum iuriſdictionem verſari, quæ iure actionis expediatur, & iuriſdictio ſimpliciter nominetur contracto genere in ſuam ſpeciem, ex vſu verbi priuatam tantum vtilitatem reſpiciens, & in iure cuique reddendo æquabiliter conſiſtens, neque ius vitæ & necis ſibi vendicare, niſi quatenus interpellетur. Nõ habere magnam cum officij proprij & motu ſuo proprio pauca facere in puniendis ſceleribus. Neminem enim dicere legatum Proconſulis animaduerſionem habere, qui neque coercendi, neque atrociter verberandi ius habeat, & tamen habere iuriſdictionem *l. ſi quid erit. de offic. proconſ. l. 1. de officio eius, cui manda. eſt iuriſdictio.* Hactenus ipſa Martæ verba, *nu. 5. 6 & 7.* Hancq; iuriſdictionis diuiſionem cõceſſionem eius, non ipſam poteſtatem & imperium reſpicere ſubiicit. *nu. 8.*

18 MATTHIAS † STEPHANVS ob male intellectam

*l. 3. de*

*l.3.de iurisdictione.* nec recte definit, vel diuidit iurisdictionem, sed partes essentiales cum subiectis plane confundit, *libr. 1. de iurisd. cap.3. in pr.* ait iurisdictionem ratione causarum ciuilium & criminalium diuidi in iurisdictionem & imperium: Idem repetit *nu. 20.* Iurisdictionem diuidi in iurisdictionem & imperium, vt Notio spectetur in iure dicendo *num.3.* Imperium hoc loco significare iussum circa causas ciuiles & criminales *nu 8.* ac diuidi in merum & mixtum *num.9.* Deinde iurisdictionem generaliter acceptam distingui in merum & mixtum imperium & iurisdictionē in specie, *nu.18.* Et *cap.4. in prin.* In inferiorem seu bassam & superiorem, hanc rursus in specialem & legalem. Specialē dicit, quæ iure magistratus competit. Legalem vel legitimam, quæ certis de causis ciuilibus tribuitur, eamque distinctionem tradi & probari putat, *in l. muto. §. Tutoris datio. de tutelis.* vbi ait Vlpianus, Tutoris dationem neque imperij esse, neque iurisdictionis, sed ei soli competere, cui nominatim hoc dedit lex vel Senatusconsultũ vel Princeps, item *l.1. de officio eius, cui mandata est iurisdictio.* Iurisdictionem autem simplicem describit causæ ciuilis cognitionem, quæ iure magistratus competit, imperium merum definiri existimat, *d.l.3.* Idque nullam habere ad mixtum cognitionem iurisque dicendi necessitatem *d.cap.3 num.33.* Et *cap.6. num.* 29. *&* 30. Merum imperium requirere causarum criminalium cognitionem & iudicationem, puta quoad factum, non quoad ius, quoad notionem, non quoad iurisdictionem ex Barone *libr. var. quæst. pag. 37. & 38.* Mixtum imperium, quod versetur circa exequenda iudicia. *nu. 43.* Addit præterea, quatenus iurisdictio nihil aliud est, quam notio & iudicatio, eatenus certe separata sunt iurisdictio & imperium tam merum quam mixtum: At quatenus notio, non per solam iurisdictionem expeditur, sed simul imperando, eatenus non. n. è regione opposita, sed supposita, quia distinguuntur iam vt causa & effectus, vt genus & species *dict. cap.3. numer.37. & 38.*

# CAPVT XV.

## *Varias* L. Imperium. *lectiones & correctiones continet.*

### OBSERVATA.

1 *Nullum iuris ciuilis caput, in quo corrigendo ac deprauando plus libertatis sibi sumpserint interpretes, quam* L. Imperium.

2 L. Imperium *quisq; ad sententiam suam corrigendo & interpretando, vt Regulam Lesbiam accommodauit.*

3 *Vt Archimedes ex Cylindri inuentione, sic iuris interpretes ex* l. 3. *correctione, vel singulari interpretatione monumentum ambiuerunt.*

4 L. 3. *Iurisdictionis doctrina omnis abdita & conclusa existimatur.*

5 *Vetus Florentina lectio.*

6 *Holoandri variatio, quam Baro & Bartholomaeus Faiius sequuntur.*

7 *Longovallij lectio.*

8 *Duareni.*

9 *Goueani.*

10 *Viglij Zvvichemij.*

11 *Hotomanni.*

12 *Ioannis Roberti Aurelianensis.*

13 *Ioannis Hennequini.*

14 *Antonii Fabri.*

15 *Ioannis Monachi.*

1 NVllum est totius † iuris ciuilis caput, in quo mutando, variando, corrigendo, tornando, versando plus sibi licere existimauerint Interpretes, dum eam quisque ad suam sententiam
2 (tanquã Architecti Lesbii † ad structuras suas μολίβδινον κανόνα siue plumbeam regulam, de qua Aristoteles *Ethic. lib. 5. cap. 15.*) accom-
3 modare studuerint. Ac quemadmodum de Archimede † literis proditum est, quod sphæræ & cylindri rationem, in cuius inuentione

tione præ aliis ingenij vires exercuerat, ſepulchro ſuo incidi in votis habuerit: Sic omnes fere, quos tulit hoc ſeculum noſtrum feliciſſimum, & ingeniorum ad vindicandas à barbarie bonas literas, natorum, feraciſſimum, difficilimæ huius materiæ interpretes, quaſi columnam & ſtatuam, vel ex emendatione, vel noua aliqua afficta interpretatione huius legis, tanquam perenne ingenij ſui monumentum ambitioſe ſibi quæſiuerunt, in eamq; ad ſtuporem vſque adeo intenti fuerunt. Vt quemadmodum de hyperbolica quorundam aſtrologiæ ſtudioſorum ſuperſtitione ait Peucerus *in prolegomenis lib. de diuinatione*, quod omnia rerum fata aſtris incluſa arbitrentur: Sic Nobiliſſ. huius iuris capitis doctrina tanquam theſaurus † precioſiſſimus, vt à vulgi ſententia 4 abditus & abſconditus hac lege obſignatus adſeruetur, quam propterea clauem totius huius materiæ appellat Zaſ. *in d. leg. 3.* quod per eius explicationem iuris ciuilis fores reſerentur & aperiantur. Licet in pleriſque correctoribus eueniat, quod ex Diuo Hieronymo culpam & imperitiam Notariorum & librariorum reprehendente refert Carolus Labbæus *obſeruat. in ſynopſin βασιλικῶν præfat.* vt nimirum ſcribant, non quod inueniunt, ſed quod intelligunt, & dum alienos errores emendare nituntur, oſtendant ſuos.

Vetus autem & Florentina † Lectio ſic habet: *Imperium aut merum aut miſtum eſt, merum imperium eſt, habere gladii poteſtatem ad animaduertendum in facinoroſos homines, quod etiam poteſtas appellatur, miſtum cui etiam iuriſdictio ineſt, quod in danda bonorum poſſeſſione conſiſtit, iuriſdictio eſt etiam iudicis dandi licentia.* 5

Holoander hanc lectionem † ſic primo editione ſua variauit: *miſtum imperium eſt, cui etiam iuriſdictio ineſt, quod in danda bonorum poſſeſſione conſiſtit, vt iuriſdictio iudicis dandi licentia.* Quem etiam ſequitur Baro & Bartholomævs Faivs *in præfat. ad Connan.* vbi poſtrema verba ita in Pandectis Florentinis ſe habere intellexiſſe affirmat, & cum longe aliud ſit dicere iuriſdictionem in iudicis dandi licentia conſiſtere, aliud iuriſdictionem ipſam licentiam iudicis eſſe, coniunctionem etiam eo loco non apte repeti, ſed expungendam eſſe exiſtimat. 6

7 LONGOVALLIVS ex vetusto † vti asserit exemplari sic emendat: *Mistum imperium est, cui etiam iurisdictio inest. Quod in danda bonorum possessione consistit, iurisdictio est, etiam iudicis dandi licentia iurisdictio est.* Imo ne sibi negotium facessant tetrici quidam & tristes, vt loquitur, formularij super verbo gladij in meri imperij descriptione illud delendum, vel si placeat verbo gladij hæc verba aut alterius correctionis addenda esse censet, *repet. l. 3. de iurisdict. in 2. part. nu. 12.*

8 DVARENVS † *in fin. l. 3.* particulam *etiam* omittendam & simpliciter: *Iurisdictio est iudicis dandi licentia:* legendum censet.

9 GOVEANVS † sic corrigit: *Quod in danda bonorum possessione consistit, iurisdictio est, iurisdictio est etiam iudicis dandi licentia.*

10 VIGILIVS † ZWICHEMVS *vers. fi. d. l. 3.* deprauatum & pro iudicis dandi: *iurisdicendi licentiam.* legendum existimat, *§. præterea. Instit. quib. non est permiss. fac. testam. verb. iudicum. nu. 7.*

11 HOTOMANNVS † *in vers. mixtum imperium.* sic Vlpianum exaudiendum esse putat *obs. lib. 7. c. 6. Mixtum imperium, quod etiam iurisdictioni inest.*

12 IOANNES ROBERTVS † Aurelianensis *versic. postremum.* ex vetusto codice penes se extante ita rectius legendum arbitratur: *quod in danda bonorum possessione consistit, iurisdictio est iudicis dandi licentia Sent. iuris, lib. 4. cap. 22.*

13 IOANNES HENNEQVINVS † *in notis ad Accursiũ ex libro singulari Vlpiani de officio quæstoris* posteriora verba dicti respõsi sic legit: *Mixtum est imperium, cui iurisdictio inest, quod in danda bonorum possessione consistit, vt etiam iurisdictio iuris dicundi licentia.*

Inter alios autẽ correctores mire festiuus nobis occurrit AN-
14 TONIVS † FABER, qui dum in opere erudito coniecturarũ iuris ciuilis in explicatione huius legis GOVEANVM in cœlum vsq; laudib. extollit, quod nimirum in aliis iuris partib. alios longo interuallo post se reliquerit, tractatu vero *de iurisdictione* contra BARONEM seipsum superarit, statim tamen Goueano se dat ingeniosiorem, dum emendationẽ eiusdem per omnia probari non posse, sed in descriptione mixti imperij *quæ* pro *quod* substituendum esse subiicit.

IOAN-

Ioannes † Monachvs *in tract. de iurisdict.* nuper edito *cap. 3. num. 5.* ad potestatem gladii verba, *vel alterius cuiusvis executionis* addenda censet. 15

## Capvt XVI.

## *Vera & iuri analoga lectio* d. l. Imperium.

### Observata.

1 *Pandecta Malesitana, Pisana vel Florentina vetustissima.*

2 *Graci Digesta habuerunt integriora & ex ipso prototypo Iustiniani ad verbum & κατὰ πόδας fideliter translata.*

3 *Florentina lectio* l. Imperium. *Analogia locorum omnium de iurisdictione conuenit.*

4 L. Imperij *varia elogia.*

5 *In* l. Imperium. *nec diuisio vniuersa iurisdictionis, nec imperii diuisio: sed saltem ὁμωνυμίας termini imperii explicatio, exempla item meri imperii ac mixti imperii, itemque iurisdictionis referuntur.*

Relictis autem reliquis omnibus Florentinam lectionem retinendam censeo. Primo quod magno eruditorum † consen 1
su traditur Malesitanarum siue Pisanarum vel Florentinarum Pandectarum exemplum vetustissimum esse, ex quo tanquam Archetypo Digestorum omnium, siue manu, siue typo scriptorum exempla deriuata sint, vt post Taurell. editionis Florentinæ curatorem, & Anton. Augustinum erudite ostendit Antonius Cont. *disputat. lib. 1. cap. 6.*

Secundo, quod in specie Lectio † Florentina *d. c. 3. de iurisd.* Ba- 2
silicis Græcorum, qui integriora habuerunt Digesta ad verbum & κατὰ πόδας ex vero Iustiniani prototypo latino fideliter descripta respondeat, vt constat ex *lib. 7. βασιλικῶν cap. 3.*

Tertio, quod sic lectum † & intellectum caput illud tertiũ, & 3
Analogiæ locorum omniũ de hac iuris parte conueniat, ac nulla ad verum ac rectũ eiusdem sensum, vel correctiore additione

vel

vel diuinatione, vel subauditione, vt sic loquar, indigeat, id quod in ipsa interpretatione planius ostendere conabor. Quod igitur
4 ad interpretationem † attinet, *leg. imperium* quam nobilissimam propter obscuritatem haberi dicit Baro *d. l. 3. in prin. & var. quæst. fol. 26.* & qua nulla magis eruditorum ingenium exercuit, vt ait Goueanus *d. l. 3.* quamque imperiosam fama solennem, & in cuius declaratione interpretes non aliter trepidasse ac vacillasse, quam Herculem in Lernæo conflictu *eadem l. 3.* dicit Ioan. Iuuenalis Vrsin. ac totius tit. clauem Fulgos. Iason, Purpurat. & Zas. *eod. loco.* Et in alias leges imperium habere merito dici, & qui hanc ignorauit nihil scire ex Cagnolo ait Hippol. Riminald *ibid.* Sic
5 censeo & confirmo, nullam † neque diuisionem, neque partitionem vel vniuersæ iurisdictionis, vel imperii etiam in ea relatum: Sed ὁμωνυμίας saltem ac termini ambigui imperij explicationem & imperij meri, ac mixti descriptiones, addito de iuris dandi licentia, cuius illa sit iuris effectum, responso. Cum enim verbum imperij esset ambiguum, & aliquando partem essentialem, vt *in l. 4. eod. & l. ea, quæ, ad municipal.* aliquando vero τὸ μόριον ἀντικείμενον sive partem aliquam subiecti iurisdictionis significet: vt *l. muto. §. tutoris datio, de tutel.* recte à Papiniano hæc ὁμωνυμία explicatur. Et vtriusque æquiuocati (vt interpretes Aristotelis appellant) naturæ non definitio κατὰ οὐσίαν, sed qualiscunque vt Cicero appellat *in Topicis* ὑπογραφή, seu vt Plato *in Thaeteto* χαρακτήρ imperij nimirum meri per solum exemplum potestatis gladij; mixti vero pręter exemplum bonorum possessionis ex adiuncto in essentiæ vel coniunctionis cum notione hic refertur. Et nullam hic ab Vlpiano poni iurisdictionis vel imperij diuisionem vel partitionem inde quoque colligitur, quod ea distributionis natura & lex sit, vt partium cum toto sit consensio vel paria sint partium ac totius monumenta; Partium vero inter se dissensio, vel vt sint inter se ex aduerso & quasi è regione opposita. Quantum igitur ad essentiam ac naturam iurisdictionis vniuersæ attinet, eam in duo mẽbra integrantia, notionem & imperium distribui diximus. Quo terminorum huius legis explicatio referri non potest, quod partium cum toto nõ sit consensio, quia merum imperium siue grauioris

uioris animaduersionis ius quod describitur, non ad ὕλην sed ἀπο-κείμενον iurisdictionis vniuersæ pertinet. Præterea inter imperium & mixtum, quoad essentiam ipsius iurisdictionis nulla est dissensio, cum quoque grauiori delictorum coercitioni insit imperium illud generale vel exequendi potestas, vt antea in mixti imperij expositione ostendimus, & tantum ad essentialem iurisdictionis diuisionem.

Partium quoq; tanquam subiectorum hic nulla potest esse distributio, quod nec sic paria totius & membrorum reperiantur momenta. Fuerunt enim præter merum imperium & iurisdictionem generalem causarum ciuilium multæ, quæ non iure magistratus, sed ex speciali legis vel constitutionis delatione competierunt, de quibus satis in prima diuisione. Imperij quoque solius nulla potest esse diuisio, siue ad essentiam, siue materiam iurisdictionis id referatur, quod nulla hic partium cum toto consensio, nec partium inter sese sit dissensio.

Et primo, quod ad materiam attinet, nullus est in iure locus, vbi verbũ imperij de subiecto iurisdictionis latius, quam de mero imperio dicatur, vt ex iis quæ de ὁμωνυμία verbi tradidimus apparet. Etsi esset in mixti imperij descriptione, tamen non materiam sed essentiam significare ex iis, quæ de ea postea sumus dicturi, dilucidius constabit. Ad essentiam si referatur, meri imperij natura partium inter se contrarietatẽ impedit. Quod imperium mixtũ in vniuersa iurisdictione, & sic etiam in meri imperij exercitatione versari, diximus, ac tantum de diuisione.

Ad definitionem singularium partium, quod attinet, supra vocabuli imperij ὁμωνυμίαν ita explicauimus, vt vel omnem omnium magistratuum potestatem vel κατὰ μετωνυμίαν causæ, iussam eorum qui potestate præditi sunt, vel personas imperantium, vel subditorum, insignia imperantium loca ac territoria imperio subiecta, vel κατὰ συνεκδοχὴν generis maiorum saltem magistratuum potestatem, vel iurisdictionis partem essentialem, quæ in explicanda & exequenda notione occupatur, vel materialem illam, quę in grauiori animaduersione consistit, & merum imperium appellatur. Iurisdictionis autem hos diximus esse acceptus, vt primo genera-

liter tam pro νομοθεσία, quam δικαιοδοσία accipiatur. Secundo, κατὰ συνεκδοχὴν integri pro νομοθεσία prætoris. Tertio, vsitatius ac frequentius pro ea ἀρχῆς πολιτικῆς potestate, quæ in iure singulis reddendo tam in causis ciuilibus, quam criminalibus occupatur. Quarto, pro edictis prætoris. Quinto, pro sententia, decreto, ac iussu magistratuum & iudicum. Sexto, pro subiectis iurisdictionis, loco causis & personis. Septimo, pro iure circa quod reddendum versatur iurisdictio. Octauo, pro parte iurisdictionis subiectiua, quæ iure magistratus competit. Nono, angustius pro ea iurisdictionis parte, quæ in causis saltem ciuilibus versatur, exclusa omni tam grauiore, quam remissiore animaduersione vel coercitione. Decimo, pro parte iurisdictionis integrali, notione nimirum tam cognitionem, quam iudicationem complectente, exclusa tantum exequendi potestate.

Quod igitur ad verbum imperij attinet, quod πολύσημον esse diximus, cum ea interpretatio sumenda sit, quę vitio careat, *l in ambigua, de legib.* hic non de ἀρχῇ πολιτικῇ vel summa Reipub. potestate vt perperam accipit Charondas *in tr. de iurisd. & imperio. n. 13. & 14.* Tapia quoq; ex Andr. de Isernia *in c. 1. nu. 77. verb. Bona committentium. quæ sint regalia. de constit. prin. c. 1. nu. 17.* Vel aliis verbi relatis significatis, sed de membro tantum iurisdictionis, quo ad subiecta diuisæ illa particula, quæ in criminum grauiore animaduersione consistit, & titulus ipse & verba gladii habere potestatē ad animaduertendum in facinorosos homines satis declarant. Et quod non sit definitio, sed tantum exemplum grauioris animaduersionis gladij potestas ex *l. 1. de off. eius, cui mand. est iurisd. & l. si quid erit, eod. tit.* manifesto cognoscitur.

Vox autem *merum* etsi plerisque ita intelligatur, quasi hæc potestas non sit cum iurisdictione, quæ iure magistratus competit, mixta: Eam tamen à Goueano relatam significationē potiorem & analogiæ conuenientiorem esse arbitror, quæ magnitudinem, vehementiam, ac seueritatem huius potestatis denotat, quam & Corasius probat *miscel. lib. 3. c. 17.* vbi loca adducit ex Plauto *in milite glorioso.* vbi meri bellatores, & è Cicerone *2. de Oratore.* pro summis & excellentissimis accipiuntur. Cui nihil obstat, quod idem Goue-

Goueanus *in d. l. 3.* imperium merum ideo appellatum arbitretur, quod iurisdictionem non comitetur. Quia quod mandatam iurisdictionem sequitur, non merum dicatur, *l. 1. §. mandatum. & leg. vlt. de off. eius, cui mand. est iurisd.* Ac recte ex alterius contrarii definitione, alterius colligatur definitio.

Fallit enim consequens, quod vtitur falsa hac hypothesi, quod nimirum imperium non merum ideo sic appellatum sit, quod iurisdictionem non comitetur. Id enim legibus ab eo adductis non probatur. *L.* enim 1. *§. qui mandatam, vocabuli meri* non fit mentio. *Et leg. fin. eod. tit.* Non quod imperium merum ideo sic dicatur, quod iurisdictionem sequatur, sed tantum quod mandata iurisdictione generali etiam hoc imperium, vtpote ei cohærens mandatum videatur. *In hoc §.* autem *mistum* Imperij nomen non in ea significatione, qua *in pr.* sed pro ea iurisdictionis essentiali parte, accipitur, quæ ad explicandam & exequendam notionem necessaria est. Idque exemplum subiectum, QVOD IN DANDA BONORVM POSSESSIONE CONSISTIT, ostendit. Quodq; ad nullam aliam eius verbi significationem referri possit, verba consequentia, CVI IVRISDICTIO INEST, satis quoq; declarant.

Mixtum non ideo appellatur, quod sit cum iurisdictione plane confusum, vt aqua cum vino, ita vt alterum pro altero recte dicatur, sed vt pars diuersa ita cum altero membro notione nimirũ coniuncta, vt alterum sine alterius opera & adminiculo consistere nõ possit. Dicitur inesse iurisdictioni, cuius verbi si antea relatas significationes excutiamus, nullam sine vitio conuenire, reperiemus, nisi qua pro notione vel cognoscẽdi sola potestate accipitur, *l. cui iurisdictio. de iurisd.* nisi plane ineptam reiq; propositæ minime cõuenientem IC. sententiam confingere velimus, quod à natura legis, quæ est virorum prudentum consultum, alienum est. *leg. 1. de legibus.* Eadem ratio est, *in verb. inesse*, cuius octo ponunt modos interpretes Aristotelis, quorum nullus præter eum, quo pars toto inesse dicitur, huc quadrat, *versicul. fin. iurisdict.* nulla est iurisdictionis vel latissime vel pro ea acceptæ, quæ iure magistratus competit, definitio. Sed effectum solummodo refertur

iurisdictionis generaliter acceptæ, & sic quoque iurisdictionis, quam dixi more maiorum competentis, licet in dubium id vocet Baro *var. quæst. 1. fol. 43* qui confutatur à Duareno *in Apologia contra eundem Baronem*. Constat igitur id quod antea diximus, nullam in hac lege esse diuisionem partium toti consentanearum, inter se vero dissentanearum, sed tantum nominum explicationem & exempla rerum diuersissimarum, quæ sub vno genere, vel integro non comprehenduntur, nisi diuisionem accipiamus, qualis à Bartolo vel accepta vel confirmata est, *in l. 1. de seruitutib.* Vbi seruitus in mere realem mere personalem & mixtam diuiditur, species quæ plane non sunt vnius generis ac de quibus id vno modo & eadem significatione dici non potest. Idque nec mirum nec nouum est, in iuris nostri compilatione, vbi non omnia accurata methodo logica sunt disposita, sed fragmenta ex variis ac diuersis autoribus non digesta, sed ingesta, vt ait Donellus *comm. iur. ciuil. lib. 1. cap. 7. fol. 17. num. 50.* & fusius, *cap. 1. lib. 2.* Duarenus *in comm. ad Digestum vetus*. De variis Imperatoris nominibus *cap. 3.* ita vt res sæpe diuersissimæ tanquam vnius corporis membra referantur sic *in titul. de iustit. & iure libr. 1.* ius diuiditur in naturale, quod hominibus cum brutis commune, & gentium quo solo gentes humanæ vtantur, eiusque exempla ponuntur, *in leg. 2.* Erga Deum religio vt parentibus & patriæ obediamus, *leg.* vero *3.* subiicitur iuri gentium antea definito vis atque iniuriæ propulsatio, cum tamen vim propellere omnium animantium commune sit, vt annotarunt Baro *ad d. l. 3. de iustitia & iure.* Et Donellus *com. iur. ciuil. lib. 1. capit. 6. fol. 17. nu. 30. & seq.*

Talis quoque diuisio seruitutum in eas quæ sunt personarum, vt vsusfructus vsus, habitatio, vel rerum: vt seruitutes rusticorum & vrbanorum prædiorum relata est *in leg. 1. de seruitutibus*, quæ tamen plane non sunt vnius generis. Seruitus enim proprie sic dicta, de prædiali tantum intelligitur, quæ est ius agendi, habendiue aliquid in prædio alieno ad sui prædij vtilitatem, quod iure communi agere, habere non licet, deque iis solis agitur generali seruitutum nomine pandectarum *tit. de seruitutib.* Couarr. *comm. iur. ciuil. lib. 4. cap. 7.* Iura autem illa personalia nuda quadam ad serui-

seruitutem prædialem toto, vt diximus, genere diuersam, analogia concepta sic appellantur.

## Capvt XVII.

### *Falsarum interpretum diuisionum confutationem continet.*

Observata.

1 *Contrariorum eadem disciplina.*
2 *Vitia Accursianæ diuisionis ostenduntur.*
3 *Guilhelmi Durandi vulgo Speculatoris.*
4 *Oldradi.*
5 *Bartoli.*
6 *Alciati.*
7 *Longouallii.*
8 *Gilloti.*
9 *Loriotti.*
10 *Baronis.*
11 *Goueani.*
12 *Duareni.*
13 *Cuiacii.*
14 *Bartholomæi Faii.*
15 *Henrici Svverini.*
16 *Ludouici Charondæ.*
17 *Hugonis Donelli.*
18 *Martæ Neapolitani.*
19 *Matthiæ Stephani.*

Etsi autem recta ac verissima sit ea, quam supra posuimus partium iurisdictionis distributio ac *d. leg.* 3. interpretatio: tamen ab eo tempore, quo ad leges Iustiniani commentarij scribi cœperunt, non tantum veteres antiquitatis ignoratione, sed noui etiam, & hoc seculo nati interpretes pleriq; in alia omnia discesserunt

ferunt, vti ex iis, quæ retulimus, satis apparet. Et licet contrario-
1 rum † eadem sit disciplina teste Aristot. *lib. 5. ethic. c. 1. & polit. lib. 3.* ac vnius contrarij qualitate cognita alterius quoq; natura per se intelligatur, vt ita falsarum & diuisionum & interpretationum *d. l. 3.* confutatione non opus esse videri poterat, tamen quia, vt est in vulgari axiomate, contraria iuxta se posita magis elucescant, quomodo singuli tam in partitione iurisdictionis, quam sæpe dicta legis interpretatione à veteri iuris analogia recesserint, breuiter perstringere ab instituto alienum non arbitror, quod cardinē totius negotij, ac omnis inter veteres & neotericos, de capite hoc controuersiæ, in eo versari manifestum sit.

2 Et primo ACCVRSIVS † vt supra retulimus, *in d. l. imperium.* iurisdictionis in genere acceptæ, quatuor membra, seu vt ipse appellat, quatuor gradus constituit, merum ac mixtum imperium, modicam coercitionem, & iurisdictionem vulgo simplicem, sub quibus causam omnem, quæ in mundo sit, comprehendi affirmat. Quæ distributio nec essentiæ nec materiæ iurisdictionis cōpetit. Etsi enim merum imperium siue grauiorem animaduersionem à modica coercitione distinguit, vt fit *in l. magistratib. & l. 1 in fin. de offic. eius, cui mandat. est iurisd.* contra ac sentit Coras. qui Accursij & aliorum, qui imperium aliquod esse existimarunt, quod nec merum sit, nec mixtum, mera deliramenta esse pronunciat *miscell. lib. 3. cap. 17.* Tamen primo in eo peccat, quod in hac subiectorum iurisdictionis, secundum veteris reipub. Romanæ morem, distributione, speciem generi exæquet, dum dictam modicam coercitionē, & quæ mixti dicit esse imperij peculiares partes cōstituat, quæ tamen sub iurisdictione, quæ iure magistratus competit, cōprehensa fuerunt, ita vt mandata illa, hæc quoq; mandata esse intelligantur, cum hęc ita inter se sint coniuncta, vt alterum absque altero subsistere non possit, *d. l mandatam. §. fin. de offic. eius, cui mandat. est iurisd.* Deinde quod maximum Cic. 1 *de offi.* in diuisione peccatum appellat, non sunt paria in hac distributione partium ac totius momenta, quod nimirum ea pars subiectiua iurisdictionis, quæ pręter merum imperium non iure magistratus, sed lege S. C. vel principum constitutione deferebatur, plane

plane prætermittitur. Falsæ quoque sunt partium descriptiones, dum merum imperiũ, quod grauiori omni animaduersione terminauimus, ad eas saltem coercitiones restringit, quibus vita, libertas vel ciuitas amittatur: Ac mixtum imperiũ, pro parte subiectiua iurisdictionis ea nimirum, quæ leuiorum pœnarum quam capitalium irrogationem contineat, ac ea, quę causæ cognitionẽ desiderent ponit, id, quod nec *l. illa* 3. nec vllo alio iuris loco probatur. Mixtum enim hic non pro subiecti, sed essentiæ parte ea, quę cum notione integram iurisdictionem constituit, accipi, antea satis dilucide demonstratum est.

Gvilelmvs † Dvrantvs, qui vulgo *Speculator* vsurpatur, 3 iurisdictionem, vt diximus distinguit in imperium merum & mixtum & modicam coercitionem. In qua diuisione tria insignia reperiuntur vitia. Primo enim membra diuisa toti non sunt consentanea, cum vnum primum nimirum ad subiectum vel *ἀντικείμενον*, alterum vero mixtum (cum vt ante ostendimus, quæ exempla mixti imperij adducuntur, singularem partem non constituant, sed generali iurisdictione contineantur) tanquam pars integralis ad ipsam iurisdictionis essentiam, quæ ex notione & mixto hoc imperio constituitur, pertineat. Ex quo constat, species has non esse cognatas & ex eodem affectuũ loco, sed ex diuersis generib. deductas: Alterum est, quod in hac diuisione species, vt loquuntur, generi adæquantur, dum modica coercitio, quæ tantum est particula eius partis subiectiuæ iurisdictionis, quam generalem appellant, pars vel species peculiaris constituitur. In partiũ ipsarum descriptione, multis etiam modis erratur, meri enim imperii essentia verbis istis generalissimis summæ potestatis, per quæ ea, quæ iurisdictionis sunt maximæ, expediuntur, non explicatur. Cum ea grauiori criminũ animaduersione certo definita sit, cui minime conuenit, quod secundum Ioan. & Accurs. meri imperij causas, ad eas tantum restringit, qua vita, libertas, vel ciuitas amittitur, vel membrum mutilatur, reliquas vero graues etiã pœnas ad mistum, leuiores ad iurisdictionem remittit. Falsissimũ etiam, quod illa quoque, quæ à mero imperio plane diuersa, ad ciuilium causarũ cognitionem pertinent, & nõ iure magistratus,

sed

ſed lege SC. vel Principum conſtitutionibus ſpecialiter tribuuntur, ſuo mero imperio cōtinere affirmat: vt ſunt cognitio de alienandis rebus minorum, item decreti interpoſitio de tranſactione alimentorum. Multo vero abſurdius, quod non tantum coercitionem vinculorum, quæ & mero imperio & iuriſdictioni generali, licet diuerſo fine, communis eſt, ſed ea etiam, quæ tota ad cauſas pecuniarias pertinent, & cum grauiore coercitione nihil habent commune, vt inſinuationes teſtamentorum, item iubere cauere prætoria ſtipulatione & in poſſeſſionem mittere, ad merum imperium ab eo referantur. Miſti etiam imperij erronea deſcriptio eſt, quæ merum imperium cum iuriſdictione, quæ iure magiſtratus competit, coniungit, cum ea plane inter ſe ſint diuerſa, vt ex antea deductis apparet. Tum vero aperte falſum, quod graues coercitiones à mero imperio ſeiungit, cum ad hanc ſpeciem animaduerſio atrocior omnis pertineat, & ſola modica vel leuior coercitio ei, cui iuriſdictio more maiorum competit, relicta ſit. Quæ cum ita ſe habeant, vt nec genus ipſum iuriſdictionis recte definitum ac diuiſum, nec vlla eius pars recte à Speculatore ſecundum ἀναλογίαν iuris veteris ſit deſcripta, cur rectius quam elocutus ſit, hanc rem intellexerit, vt putat Baro *var. quaſt. fol. 30.* & cur parum abfuerit, quin recte ſpeculatus Speculator fuerit (vt dicit Longouall. *in rep. l. imperium. par. 2. in fine.*) coniicere non licet.

4 OLDRADI etiam diuiſio † merum & mixtum imperium & ſimplicem iuriſdictionem *d. conſ. 10.* iiſdem vitiis laborat. In definitione meri imperij dupliciter peccat: tum quod nullum certū nec proximum genus iuriſdictionis ponit. Poteſtas enim proprie non eſt proximum genus meri imperij, ſed κατὰ ἐξοχὴν, quod vis in ea ſumma & grauiſſima verſetur, poteſtas dicitur *d. l. 3. de iuriſdict. omn. iud.* Nec iuriſdictio eſt genus meri imperij, cum tantum ſit pars ſubiecti vniuerſæ iuriſdictionis, de parte autem tanquam genus de ſpecie totum non prædicatur. Nec in formæ explicatione ſibi conſtat; Etſi enim grauior animaduerſio, quam hic ſeueriorem vltionē dicit, vera ac propria ſit differentia, qua ab aliis iuriſdictionis partibus diſtinguitur, verba tamen in per-

ſonam

ſonam ſuperflua ſunt, cum omnis iuriſdictio in perſonas, non vero in res brutas exerceatur. Quæ adduntur de vtilitate publica tanquam externa ad ipſam eſſentiam iuriſdictionis non pertinent. Quod autem alias ſententias ſeueras ad merum imperium pertinere non putet, id eam naturam huius partis iuriſdictionis, non recte intellexiſſe arguit, *L. 1. de offic. eius, cui manda. eſt iuriſd.* indefinite animaduerſionem, quæ ibi pro grauiori accipitur meri imperij eſſe cõſtituitur, ac ab ea ſola leuiorum criminum vel modica coercitio, quæ generali iuriſdictionis conceſſione tranſit, excipitur. Cum autem exceptio, quæ ex vniuerſo partem aliquã eximit, contrarias in ſeiunctis partibus conditiones demonſtret, *l. 1. de reg. iur. & l. in his. L. quod vero. & L. Ius ſingulare. de legib.* graues ac ſeueras, quas dicit animaduerſiones à mero imperio non excludi manifeſtum eſt. Quod autem mixtum imperium dicit partem iuriſdictionis explicandi quæſtiones ciuiles, quæ ſui excellentia, vt loquitur, maioribus iudicibus deputantur, vt præſidib. Prouinciarum, nec vllo alio iuris loco, multo vero minus allegata ab eo *l. 2. C. de ped. iud.* probatur. Ea. n. non noua aliqua genera vel partes iuriſdictionis, ſed illud tantum conſtituitur, vt quæ antea eſſent cognitiones ordinariæ, de quibus nimirum prætores & præſides ipſi non iudicare, ſed iudices dare ſolebant: Duar. *cap. 2. de iuriſd.* fere omnia ſint extraordinaria, vt non tantum in cauſis, quæ eorum cognitioni legibus nominatim erant reſeruatæ, vt cum Profeſſores liberalium artium mercedem peterent *l. 1. de extra. cog.* cum pater filium, quem in ſua poteſtate habet, petit. *l. 1. de vendit.* in iudicio inter abſentes, cum quib. non erat acceptum iudicium. *l ſi prætor. 75. l. peremptorium. de iudic.* in reſtitut. in integ. decretali bonorum poſſeſſione, fideicommiſſ. perſecutionibus de quibus erudite Duar. *cap. 2. de iuriſd.* Sed nec in cauſis ingenuitatis & libertinitatis, nec vllis aliis iudicem dare poſſint, niſi vel multitudine cognitionum obruantur, vel aliis negotiis publicis impediantur.

Bartoli † (vti ſumma in ipſum edita primariorum Iureconſultorum teſtantur elogia cumulata à Iaſone *in l. quidam cum filium. de verb. oblig.* vbi & ipſe eum, vt terreſtre numen ſe coluiſſe 5

ac vestigia eiusdem adorasse ait : ) tanta fuit autoritas, vt commentitias eius iurisdictionis definitiones ac diuisiones veteres interpretes omnes κατὰ πόδας secuti sint. Et licet ex recentioribus Italis, nempe Angelus & Alciatus, ex Gallis Baro, Longouallus, Goueanus, Duarenus, Bartholomæus Faius, Donell. & alii nonnulli ab eo discesserint, nemo tamen præter Baronem teste Longouallio *in rep. l. imperiũ.* eum aperto marte oppugnare ausus fuit, qui tamen nec ipse mentem eius satis assecutus videtur, tantum abest, vt solide confutare potuerit.

Certum est autem hanc de iurisdictione eiusque partib. Bartoli esse sententiam. Quod merum imperium sit pars iurisdictionis latissime acceptæ, tam νομοθεσίαν vniuersalem & singularem, quam δικαιοδοσίαν liberam & absolutam comprehendentis, superioris nullius imperio, aut legum vel actionum formulis obnoxiæ, cui finis propositus sit publica vtilitas. Mixtum quoque talis potestas, sed quæ finem priuatum sibi habeat propositum. Hæc enim nobili officio iudicis, quod per se stat, id est, nulli vel imperio alterius vel legibus & actionum formalis adstringitur, expediti intelligit. Non vero, vt Baro mentem eius interpretatur, quando iudex ius dicit, de eo, quod non ex obligatione, qua actio ciuilis prodita sit, sed ex iure prætoris proficiscitur, vt cum bonorum dat possessionem decernit, & cauere iubet legatorum nomine, & mittit in possessionem, si non caueatur. *var. quæst. 1. folio trigesimo primo.* Nec vt Longouallius accipit *in repet. dict. leg. imperium.* quando absque actione, id est, formula à prætore præscripta quid peragitur. Quod enim amplius quiddam, quam quæ iudicum ac magistratuum officio continentur, nobilis officij definitione complectatur non tantum ex iis, quæ summæ ac politicæ potestatis, legum nimirum tam vniuersalium, quam singularium ferendarum concedendæ, scilicet veniæ ætatis, cognoscendi aduersus sententiam eius à quo appellari nequit, partim meri, partim mixti imperij, subiicit exempla, quarum natura est declarare definitiones vel regulas, *leg. 3. §. videmus. de collat. bon. leg. 1. in princip. de doli mali & met. except.* Camillus Gallinius *de verbor. significat. libro 1. capit. 23. numero 9.* Sed inde

etiam

etiam diserte apparet, quod *dict. leg. 3. numero 6.* idem imperium merum quasi liberum dici affirmat, & quod libere in Principem collatum sit nulli necessitati subiectum per *l. princeps. de legibus. & l. 1. de constit. principum.* Quæ verba cum interpretum adsertiones secundum leges adductas sint accipienda, ipse Bart. *in l. non solum. §. si liberationis. de liberatione legat.* Camill. Gallin. *de verbor. signific. lib. 7. cap. 2. nu. 26.* De nulla alia re, quam summa ac politica potestate, quæ lege Regia à populo in Principem translata dicitur, intelligi possunt.

Iurisdictionem autem stricte acceptam partem iurisdictionis generalis, intelligit, quæ formam legum & actionum præscriptarum non excedat: Quod illoto verbo, vt ait Baro, *Instit. de offic. iudic* officium mercenarium appellat, similitudine longe deducta à famulis, qui mercede, autoramento seruitutis (vt ait Cic. *1. officior.*) conducti, officium suum ad nutum heri facere coguntur, Petr. Gregor Tholosan, *syntagm. iur. vniuersi. libro 42. cap. 21. num. 10.* Idemque ineptissime aduersarium dictitat, quando reum iudex aduersus iniquiorem actoris intentionem ex bona fide iuuat Baro *institut. de off. iudic.* Ex quibus constat Bartolum non ad mores sui seculi in Italia (vixit enim Caroli IV. Imperatoris tempore, à quo in numerum consiliariorum adscitus ac multis priuilegiis ornatus fuit, teste Iasone *in l. quidam cum filium. de verb. obligat.*) vt post Baronem *var. quæst. 1.* existimat Wesenbecius *ad tit. de iurisdict.* sed partim ad potestatem politicam, partim ad veterem ordinem iudiciorum spectasse. Verum nec huius, nec nostri temporis institutis, imo iuri plane ea non conuenire ex iis, quæ subiicientur, perspicuum erit. Quomodo enim primo iurisdictio magistratuum, de qua sola agit titulus in Pandectis & Codice ab ἀρχῇ vel κυρίᾳ πολιτικῇ discernatur, *supra capit. 3.* satis, vt arbitror, luculenter est explicatum. Nec vllus ex iure locus à Bartolo adducitur, nec vsquam refertur, quo tanta ac tam ampla potestas iudicibus, de quorum circa ius reddendum officio in iurisdictionis argumento solummodo tractatur, quantam commentitij istius officij definitio designat, concessa est.

Licet enim principio Reipublicæ Romanæ populus nullo

certo iure gubernaretur, sed manu regia, id est, arbitrio Principis reipublicæ, priuatæ controuersiæ componerentur, Pompon. *l. 2. in princ.* & ibi Baro *de origin. iur.* Vt de Romulo Tacitus *lib. 3. Nobis*, inquit, *ille Romulus, vt libitum fuerat, imperabat.* Et Iosephus apud veteres nomen legis incognitum fuisse ait, vt nec apud Homerum de legibus quicquam reperitur, Duarenus *ad tit. de origin. iur.* Tamen postea non tantum leges latæ, sed formulæ etiam actionum ad eas accõmodatæ fuerunt, quas sequerentur litigatores agendo & à quarum præscripto in iudicando recedere iudici nõ liceret, *d. l. 2. §. deinde. de orig iur.* Et, quod ad ordinem veterem iudiciorum attinet, iudicum siue disceptatorum potestas pro forma iuris & controuersiæ à prætore composita, iam amplior, iam angustior ac restrictior erat. Theoph. *in titul. de interdict.* Victorin. *lib. 2. de inuentione.* Duar. *in l. iurisgentium. §. & ideo. de pact.* Interdum enim purum dabatur iudicium. Si paret Titium ex causa mutui centum dare oportere Caius iudex esto, vel si paret fundum Carpenatem Seruilij esse, si paret iugera fundi esse plura, quam Colonus sit professus ex Cic. *lib. 1. 4. & 5. de diuinatione*, Duar. *d. l. iurisgentium. §. ideo. de pact.*

Aliquando sub exceptione, si paret centum testamento legata esse Titio, si is pactus non sit ne eam pecuniam ab hærede petat. Si in ea re, de qua agitur, præiudiciũ hæreditati non fiat, extra quam si quid ita factum sit vti lege fieri licuit, *l. 1. §. Labeo. de fluminibus.* plura, quæ recensere ostentationis magis, quam inuentionis esset, vide apud Duar. *in d. l. iurisgentium. §. & ideo. in verbis actionem à Prætore dandam. de pact.* ante alios omnes erudite hunc locũ explicantem. Deinde in iudiciis bonæ fidei, etsi exceptio pacti vel doli nõ fuit addita, tamen ex natura iudicij iudex, qui cognouit pacti doliq; rationem habere potuit. *§. actio. Institutionib. de actionib.* Baro *l. iurisgentium. de pact.* Sic etiam in iudicio arbitrario officium iudicis fuit id facere, quod natura eius actionis continetur. De quo Baro *in d. §. actio autem. & §. præterea. Institutionib. de actionib.*

In iudiciis vero strictis, quibus neq; clausula ex bona fide, neque arbitrio suo addi consueuit ex præscripto prætoris omnia facere,

cere, & intra cancellos formulæ diſceptationem ſuam continere iudicem oportuit, *l. quia. de negotiis geſt.*

Et hæc quidem ordinaria iudicum pedaneorum, qui & arbitri recuperatores χαμαιδικασταὶ iudices dati, delegati, priuati iudices, etiam ſimpliciter iudices dicuntur. Duaren. *d. l. iuriſgentium. § ideo. de pact.* poteſtas fuit, quibus vt diximus à formula ſiue lata, ſiue anguſta actionis recedere non erat integrum. Longe autem maior hac & amplior fuit prætoris ac præſidis extraordinaria cognitio in certis caſibus. De quibus Duaren. *cap. 2. de iuriſd. & l. iuriſgentium. de pact.* Vnde quoq; dupliciter accipitur in iure officiũ iudicis primo pro iudicis etiam pedanei & priuati munere, quod circa actiones à iure proditas verſatur & earum natura continetur. *§. actio autem. Inſtit. de action.* vt in bonæ fidei iudiciis quorum natura eſt vt iudex habeat pacti doliq; rationem ex æquo & in iudicio arbitrario, vt faciat, quod natura eius actionis continetur, *d. § actio autem. §. præterea.* & ibi Baro *Inſtit. de action.*

In iudiciis vero ſtrictis, vbi neque ex bona fide, neque arbitrio ſuo addi ſolitum fuit, vt ex præſcripto prætoris officium ſuum faceret & intra cancellos formulæ cognitionem ſuam contineret. *L. quia. de negot. geſt.* & cōmuniter interpretes, *in §. §. iam dictis. Inſtit. de actionib.* Secundo, iudicis officium dicitur non cuiuslibet, ſed vt iam præmiſimus prætoris vel præſidis cognitio, auxilium, iuſſus interuentus, &c. quo confugimus quando nulla actio iure vel ciuili, vel prætorio prædita eſt, ſed omne quo de agitur, ex cognitione magiſtratus pendet, in eiuſque eſt poteſtate reum vel abſoluere vel condemnare, vt ſi parentes petant alimenta à liberis, vel cauſidici & artium liberalium profeſſores honoraria. *l. 1. de var. & extraord. cognit.* Non tamen in bonæ fidei arbitrariis, vel ſtricti iuris, iudiciis nec in iam dicta extraordinaria cognitione tam lata & ampla fuit, vel iudicis, vel magiſtratus poteſtas, quanta hiſce Bartoli nobilis officii iudicis definitionibus continetur. Apparet itaque hæc eius nobilis & mercenarii officii cōmenta ex male, quod diximus percepto veteri iudiciorum ordine profecta à iuris ratione prorſus aliena, ac meras vt recte vocat Baro *Inſtit. de offic. iudic.* nugas, veteriſque ægroti eſſe ſomnia. Eſt e-

prehenduntur, vt ex præmissa partium earum enumeratione constat.

Arctior quoq; specierum singularum ab eo posita descriptio; mixtum enim imperium non tantum modice coercendi, sed iudicata omnia exequendi & ad effectum perducendi potestas est. Nec bonorum tantum possessionis & iudicis dandi facultas est iurisdictio more maiorum competens, siquidem exceptis tantũ iis, quæ specialiter ac nominatim tribui sunt solita, omnem causarum tam ciuilium, quam criminalium iudicationem & executionem continet.

Gillotti etiam distributio † tam à more veteri, quam ipsa 8
iuris ratione abhorret. Partes enim essentiales iurisdictionis antea demonstrauimus iurisdictionẽ ad factum relatam, notionem scilicet cognitionẽ ac iudicationem & imperiũ, id est, exequendi potestatẽ. In hac igitur Gillotti diuisione primũ est vitium, quod species generi exæquetur, dum duas partes subdiuisionis imperium scilicet merũ & mixtũ in diuisione ponit. De meri imperij definitione, nõ ea quidem Gillotti est sententia. Quod cognitio à causis tam ciuilibus, quã criminalibus sit excludenda, sed quod appellatione eius sola exequendi potestas tam in ciuilibus quam criminalibus comprehendatur *lib. 1. cap. 8. lib. 2. cap. 5. de iurisd.* Nos contrarium, & quod imperium siue illud simpliciter potestas vel imperium, vel grauior coercitio vel animaduersio, vel κατ' ἐξοχὴν quoq; absolute sic appellatur, in legib. semper vtrumq; membrũ iurisdictionis essentiale in parte hac subiectiua iuris reddẽdi potestate cõplectatur, satis antea probauimus. Hic tantum ea quæ pro stabilienda singulari sua opinione afferuntur à Gillotto, excutiemus. Et quidẽ quod ad maleficiorũ quæstiones attinet, primo quatuor adducit argumẽta, quib. merum imperiũ iussum solũmodo executionis significare probare conatur. Primo ex *l. imperiũ. de iurisd.* ac natura cõtrariorũ, quod ex vnius definitione recte quoq; alterius colligatur definitio. Cum igitur tanquã cõtraria ponantur *in d. l. 3* imperiũ merum & mixtũ, & hoc definiatur cui iurisdictio insit, vel quod cum iurisdictione coniunctũ sit, sequi necessario, merum nihil aliud esse, quam iussum magistratus ab omni

ab omni causæ cognitione separatum, *d.cap.5. lib.2.* Secundo, historia antiqui ordinis iudiciorum capitalium, siue criminalium ex Liuio relati à Budæo *in l. munerum. §. iudicandi de muner. & honor.* vbi non iisdem, sed diuersis magistratibus iudicationem & executionem in criminalibus diuisam fuisse ostendit. Tertio, idem autoritate IC. *in l. non dubium. de custod. & exhibit. reor.* qui respondit: Præsidem prouinciæ in alienæ prouinciæ hominem pœnam statuere posse, qua statuta obseruandum esse ait, vt ad eum qui ei prouinciæ præest, vnde is homo est, remittat: vnde diuersa esse iudicationem & executionem in criminalibus inferatur. Idem confirmari putat *in l. 2. § ex actis. de iuris orig.* vbi consules de capite quidem ciuis Romani cognitionem iuris ac sententiæ dictionem, non vero executionem, quæ populo reseruata fuit, habuisse refertur.

Quarto, quod semper vbi in lege animaduersionis fit mentio, ea de executione non cognitione causarum criminalium intelligatur, *l. aut damnum. §. 1. de pœnis. l. non dubito. de capti. ac post. reuers. l. respiciendum. § fin. & l. si quis forte. de pœnis. l. si quid erit. de off. procons. l. 2. § deinde ex his. de orig. iur.* Idem probari loco Ciceronis *in oratione pro Aulo Cluentio.* vbi dicit: *maiores nostri nunquam neque iudiciũ nominauerunt, neq; perinde vt rem iudicatam obseruauerunt animaduersionem censoriam.* Et eadem oratione. *Hoc primum illud commune proponam, nunquam animaduersionibus censoriis hanc ciuitatem ita contentam, vt rebus iudicatis fuisse autoritatem præterea Grammaticorum affirmantium animaduersionis verbum modo considerationem, modo pœnam, hoc est, punitionem ipsam significare.*

His vt breuiter respondeamus primo ratio ex natura contrariorum petita, falsa est: Etsi enim per se ac in suis terminis verum est, axioma illud logicum, quod contraria contrariis conueniant & contrarii vnius qualitate cognita, simul alterius qualitas contraria esse intelligatur, de quo Aristote. *Ethic. lib. 5. & politic. lib. 4.* Hotom. Dial. *lib. 3. cap. 28.* Tamen *in d. leg. 3.* imperium merum & mixtum, non vt contraria ex eadem animi notione distracta, aut species vel partes inter se oppositæ referuntur, sed tanquam diuersa, vt imperium merum de parte iurisdictionis subiectiua: imperium

perium vero mixtum de parte essentiali vniuersæ iuris reddendæ potestatis intelligatur, vt in sæpe dictæ *l.3.* interpretatione satis à nobis antea est expositum. Quod ad locum à Budæo ex Liuio enarratum attinet, licet primis reipub. temporibus alius iudiciorum capitalium ordo, vt nimirum non vni, sed diuersis magistratibus pro partibus diuisis eorum exercitatio commissa fuerit, id quod in omni repub. consultũ esse docet Aristot. *politicor. lib. 6. c 8.* propterea quod sit odiosus magistratus, qui coercẽdis maleficiis ac tuendæ disciplinæ publicæ præficitur. Ideoque non vni tota exercitatio, sed diuersis condemnatio & executio sit demandanda. Sic enim ait, εἰ μὲν ἂν τοὺς αὐτοὺς εἶναι τοὺς καταδικάσαντας, καὶ πραττομένους ἀπέχθειαν ἔχει διπλῆν: id est: *Si sint ergo iidem, qui condemnant & qui condemnationes exigunt, duplex contrahitur odium.* Principum tamen tempore ea ac multa alia mutata sunt, vt etiam notat Zas. *d. l.2 de orig. iur.* Quo non tantum diuersis magistratib. notionem & executionem causarum criminalium commissam esse, historiæ non produnt, sed ea coniunctim data fuisse leges antea adductæ manifeste ostendunt. *Lex* vero *dubium. de custod. & exhibit. reor* Gillotti sententiam magis infirmat quam confirmat. Generaliter enim de præsidibus mero imperio munitis, vt antea diximus, definitum est *l. 3. de off. c. præs.* vt curare debeam malis hominibus purgari prouinciam, nec distingui vnde sint. Vt autem purgetur malis hominibus prouincia, non aliter fit, quam prehendendo, de accusatis cognoscendo & iudicando, & deinde damnatis meritas pœnas irrogando, vt recte sentit in huius legis explicatione Donell. *comm. iur. ciuil. lib. 17. cap 16 & l. 1. C. vbi de crim. cauet. quæst. crimin. ibi, perfici debere.* vbi inchoata est accusatio vel vbi reperitur is, qui perhibetur reus criminis. Ab hac generali definitione etsi diuersum cautum est eo casu, quãdo magistratus eius loci, in quo crimen admissum est, reum ad se remitti petat, id tamen fauore disciplinæ publicæ ita specialiter constitutum est, quod existimatum sit ad publicam vtilitatem ac securitatem pertinere ibi exempla vindictæ publicæ edi, vbi crimen admissum est. Vis autẽ ea est specialis definitionis, vt cum ex vniuerso partem eximit, contrarias in seiunctis partibus conditiones demonstret. §.

*vt autem.in auth.de non alien. aut perm. col. 2.* ipse Gillott. *de iurisdict. lib. 2. cap. 6.* Eberh. *in top. in loco ab except. ad reg. num. 1.* Eadem quoq; ratio est eorum, quæ de verbi significatione tam ex iure, quam aliis latinæ linguæ autoribus afferuntur. Locus enim ex Cicerone adductus sententiæ Gillotti aperte refragatur, in quo animaduersio non de executione, sed iudicio censorio intelligitur, idq; ad significationẽ propriam magis accedit. Natiua enim vis verbi est, intueri, considerare, animum ad rem intelligendum conuertere: Sic animaduersio pro ἐπιστάσει accipitur apud Ciceronem, *de finib. lib. 1.* Dum ibi dicit: *interesse inter argumentum conclusionemq; rationis & inter mediorum animaduersionem.* Et licet à natiua significatione ab animi iudicio ad effectum externum punitionis & castigationis immutetur, quã Græci κόλασιν appellant, siue verbis saltem fiat reprehensio, vt apud Cic. *offic. 1. Omnis autem animaduersio & castigatio contumelia vacare debet.* Terent. *in And. Si vxorem ducere nolit filius, ea primum ab ipso animaduertenda est iniuria: Siue aliis pœnarum modis.* Cic. *in Ver. act. 3. Tu qui statueras animaduertere in eos, qui perperam iudicassent.* In iure quoque interdum pro executione accipiatur, inde tamen vitiose colligitur: Merum imperiũ in iure solum exequendi iussum significare, quod tam notionem quam executionem complecti aliis in locis diserte expressum & constitutũ est, vt in definitione meri imperij satis superq; ostendimus. Eiusdem quoq; farinæ est, quod de mero imperio in executionibus ciuilib. versante adiicitur. Etsi enim in iudiciis ciuilib. mero imperio vel iussu magistratus, Reus vel ad rem restituendam vel dandum aut faciendum quid condemnatur, nec regulariter post rem iudicatam vlla causæ cognitio admittatur. *l. post rem. de re iud. l. terminato. C. de fruct. & litium expensis.* Tamen inde non sequitur, idem esse cum mero imperio de quo *l. 3.* loquitur. Fallit enim παρὰ τὴν ὁμωνυμίαν verbi meri, quod *in iam d. l. 3.* à grauiori animaduersione eam partẽ subiectiuam iurisdictionis, quę iure magistratus vel more maiorum competit: Ab executione vero ciuilium iudiciorum causæ cognitionem, quam præcedere oportet, tanquam partem vniuersæ iurisdictionis essentialem plerumq; excludit, vt antea satis declaratum est.

Longe

Longe vero ineptissimum est, quod ideo quoq; ius exequendorum iudiciorum ciuilium nō iure magistratus competere, sed specialiter lege dari cōtendit. Quod quæ iure magistratus competunt, mandata iurisdictione transeant, sententiæ autem ciuilis exequendæ potestatem mandata iurisdictione non transire per *l. à Diuo Pio. de re iudicata.* Ibi enim non de sententiis eorum, quibus mandata est integra iurisdictio iure magistratus competens, sed de iudicibus datis, vel pedaneis, quibus vnius tantum causæ cognitio commissa est, à Iureconsulto responsum est.

Mixtum imperium recte quidem describit, imperium iurisdictioni mixtum adiunctumque, quod tam in ciuilibus quam criminalibus negotiis versatur & imperium hoc explicandæ iurisdictionis causa tributum: peccat vero in eo, quod genus speciei exæquat, dum totum imperium, quod explicandæ & exequendæ notioni conceditur, pro ea tantum parte ponit, quæ in præparatoriis iudiciorum versatur. Est enim vnum & simplex imperium mixtum, quo in omni iudiciorum tam ciuilium, quam criminalium parte iurisdictio expeditur, & ad effectum producitur, eique tanquam pars essentialis iurisdictio siue notio inesse dicitur.

Imperium vero, quod iurisdictioni cohæret, & non merum quoque appellatur, non essentialem, sed materialem iurisdictionis in leuiorum delictorum coercitione consistentem esse speciem, satis superque à nobis antea est demonstratum. Iurisdictionis quam ponit non integræ iuris reddendi potestatis, sed συνεκδοχικῶς partis pro toto acceptæ notionis nimirum, est descriptio.

LORIOTTI partitio† ideo primum vitiosa est, quod partes subdiuisionis in diuisione ponit. Merum enim imperium sub genere iurisdictionis, quæ specialiter vel nominatim conceditur, continetur. Definitio deinde meri imperij eius quidem à iurisdictione diuersitatem, sed essentiam non declarat, ac verba aliunde, quam iurisdictionis causa cōpetentem causam efficientem non formam significant. Mixti imperij descriptio nec lege 9

à Loriotto adducta, nec vllo alio in iure loco probatur. Iurisdictionis more maiorum competentis descriptio, nec genus, nec formam perfectam habet. Genus enim est pars iurisdictionis. Forma quod in causis ciuilibus ac leuiorum delictorum coercitione versatur, iurisdictionem autem non officii tantum, sed potestatis quoque iure censeri in generali eius definitione explicauimus, ac quod hæc iurisdictionis species iure magistratus olim competit, ad causam efficientem, non vero ad formam vel essentiam pertinet.

10 BARONIS partitio † quoque ad materiam non ad essentiam iurisdictionis pertinet, & pari quo, Loriotti diximus, vitio, tam quo ad membrorum distributionem, quam singulorum definitionem laborat.

11 GOVEANI subiectorum † iurisdictionis vera ac perfecta distributio est. Verum & hoc, quod grauior animaduersio merum imperium, modica coercitio imperium non merum appelletur, sed falsum, quod idem mixtum quoque imperium dicatur. Hoc enim non de subiecto, sed membro vniuersæ iurisdictioni essentiali, quæ in explicatione & executione notionis consistit, versari antea satis dilucide à nobis expositum est. Eius vero imperij vel potestatis, quæ in iure, scilicet de rebus ciuilibus dicendo versatur, quo ad subiectum subdiuisæ non sunt paria totius ac partium momenta. Plura enim iurisdicendi de re priuata ac pecuniaria officium & potestas complectitur, quam decernendi ac iudicis dandi licentiam, vt in generali iurisdictionis partitione explicauimus.

12 In DVARENI à subiectis † quoq; ducta partitione, ac membrorum singulorum descriptione omnia perfectæ diuisionis ac definitionis requisita desiderantur. Et in specie erroneum, quod merum imperium, cuius exemplum tantum *in d. l.* ponitur, definiri ibidem arbitratur. Falsum & illud, quod mixtum imperium partem iurisdictionis subiectiuam, quæ generaliter in coercitione danda bonorum possessione ac aliis quæ magistratibus municipalib. denegantur, consistat, esse existimet, iurisdictionis quoque posita definitio ad quodcunque tempus respiciatur, falsa est.

Nec

Nec enim legibus, nec historiæ temporis, quo vixit Vlpian. congruit, iurisdictionem sola iudicum dandorum potestate terminatam fuisse. Multo minus posterioribus temporibus *iurisdictionis* verbum latissimum ad eam, quæ de causis pecuniariis ciuili actione exclusis prætoriis, ius reddat significationem coangustatum vsquam relatum est, licet ante Duaren. quoque in ea fuerit sententia Baro *var. quæst. 1.* qua tamen id, quod vult, minime probat.

CVIACII quoque species vel partes heterogeneæ † non ex 13 eodem effectuũ loco ducuntur. Iurisdictionis enim quam ponit, & meri imperij definitio ad subiecta, mixti vero imperij ad essentiam pertinet. Sunt præterea imparia membrorum ac totius momenta. Quę enim ad priuatarum causarum disceptationem pertinent, nominatim olim concedi solita, vt tutoris datio, &c. prætermittuntur. Deinde siue generaliter, siue in specie *iurisdictionis* verbum accipiatur, angustior est definitio. *Notionis* enim verbum latissime acceptum ad cognitionem ac iudicationem tantum refertur, non vero ad imperium iurisdictionis omnis partem integrantem porrigitur.

BARTHOLOMÆI FAII Diuisio † primum in eo peccat, 14 quod partes ex eodem effectuum loco non sunt deductæ. Primũ enim membrum, merum nempe imperium ad iurisdictionis obiecta siue ἀντικείμενα: Reliqua duo ad essentialia cognitionis ac imperij pertinent. Et licet vera sint, quæ de omni grauiori animaduersione quocunque modo vel instrumento ea perficiatur, absolutione quoque ac liberatione reorum in causis capitalibus grauioribus ad merum imperium pertinente dicit, falsum tamen est ac terminos istius partis excedit, quod de consilij exercitione subiungit. Eam enim non ad capitalium sed ciuilium causarum disceptationem non iure magistratus, sed specialiter datam pertinere, supra in diuisione ex adiunctis modorum in veterum tribuendæ iurisdictionis satis à nobis est explicatum. Falsum etiam quod mixtum imperium, quam essentialem iurisdictionis partem esse docuimus subiectiuam constituit. Quod autem iurisdictio *in d. l. 3.* non definiatur, sed eius tantum exempla ponantur

fallitur. Non enim pugnant inter se natura sua esse iurisdictionis in genere, vt de mero imperio expresse patet ex *tit. & l. 3. de iurisdict. & l. 1. §. & ideo: de offic. eius, cui mandat. est iurisdict.* & tamen non cuilibet iure magistratus competere, sed ei tantum, cui à lege Senatusconsulto, vel Principis constitutione tribuuntur: Vt propterea tutoris datio, quæ sub genere iurisdictionis expresse continetur, *l. 1. de iurisdict.* & aliæ causarum ciuilium cognitiones, de quibus supra *c. 11.* quod non iure magistratus competant, sed specialiter tribuantur, iurisdictionis esse non impediantur. Quod non ad factum, sed ad ius hanc potestatem referat, reprehendi non potest. Quod vero mixtum imperium ex grauiore animaduersione, & iurisdictionis in genere acceptæ magis confusione quam coniunctione constitui arbitretur, falsissimum esse apparet, ex iis, quæ de interpretatione *d. l. 3.* ac definitione vtriusque imperij diximus supra *cap. 13.*

In DONELLI erudita † cum diuisione tum partium essentiæ 17 iurisdictionis explicatione nihil est, quod iure requiri possit, nisi quod in essentiali partitione, ac mixti imperij descriptione ea, quæ diuersa ibidem esse demonstrauimus, exequendæ nimirum ac tuendæ iurisdictionis potestatem generalem, quæ sola mixti est imperij cum parte subiectiua capitalium quæstionum, quæ imperium non merum, vel modica coercitio appellatur, confundit. Deinde quod ciuilium rerum solam tutoris dationem, ad ea, quæ specialiter deferuntur, retulerit, quorum tamen plura esse manifestis legibus supra in generali τῶν ἀντικειμένων iurisdictionis distributione docuimus.

MARTA † NEAPOLITANVS pro parte diuisionis propositę tria maxime diuersa, tanquam συνώνυμα posuit, plenissimam liberam & omnimodam iurisdictionem. Etsi enim plenissimam iurisdictionem Proconsulem habere dicit Vlpianus, *l. si in aliqua: de offic. Procons.* ad eumque omnium partes, qui Romæ vel quasi magistratus, vt alius *de Tutelis,* alius *de fideicommiss.* alius *de publicis criminibus. l. de omnibus. de offic. præsid. & l. seq. l. 2. de origine iuris.* vel extra ordinem, id est, qui magistratus non sunt ordinarij, sed vt res postulat, & negotiorum præter solennem morem accipiunt potesta-

potestatem *d. l. 2. d. origine iuris.* pertinere Baro *d. l. si in aliquam.* Et maius in prouincia sibi adsignata, omnib. post principem. Idem Vlpianus *in l. seq.* Merum quoque imperium vel potestatem, quã tamen legato suo mandare non potuit, nisi extra ordinem & necessitate aliqua id exigente, *l. solet. de officio Proconsulis. & l. nemo potest. de reg. iuris.* Duaren. *in tit. de officio Procons. & Legati.* Cætera tamen, quæ non iure magistratus ordinarij vel extraordinarij, lege Senatusconsulto vel Principum constitutione, delata fuerunt, extra appellationem quoque iudicare potuisse nusquam relatum est. Libertas autem iurisdictionis, quã Caligulam magistratibus tribuisse scribit Suetonius *in Caligula,* in eo posita fuit, vt sine appellatione cognoscerent.

10 Matthiæ † Stephani distributio in iurisdictionem & imperium, huiusque subdiuisionem in merum & mixtum ideo vitiosa est, quod non est, vt requirit Philosophus *Topic. libr. 8. cap. 2.* συγγενῶν διαίρεσις, sed partes non cognatæ, nec ex eodem effectuum loco adscitæ. Iurisdictio enim, vt ab eo explicatur, est pars materialis ea nimirum, quæ iure magistratus competit, sicuti quoque merum imperium, quod in grauiori animaduersione consistit, mixtum vero imperium est pars integralis, quæ cum notione & iudicatione ipsam essentiam iurisdictionis constituit.

Deinde cum & maximum teste Cicerone vitium sit in diuidendo quid prætermittere: Prætermissa hic est, ea iurisdictionis ciuilis pars, quæ non ipso iure magistratus, sed lege Senatusconsulto vel Principum constitutione defertur, qualem in consilij exercitatione siue potestate cogendorum iudicum & habendi conuentum ad manumittendos seruos ex L. Ælia Sentia minoribus 25. annis postulantibus, causarum centumuiralium de alienandis reb. minorum, transactione alimentorum in testamento relictorum, de controuersiis eorum, qui potentiorum patrocinium aduocarunt, cognitione item legis actione exercitione, Tutoris datione, emancipatione, manumissione, adoptione versari diximus supra *c. 11. n. 8. 9. & 10.*

In mero quoque imperio definiendo à se ipso dissentit, dum genus

genus imperij, cuius species merum & mixtum imperium ponit, definit iussum circa causas ciuiles & criminales *num. 8. & 9.* ex qua definitione cum genus sit totum cuius partes essentiam habeant communem, vt tradit Aristot. Philosophiæ *lib. 10. cap. 3.* non nisi partem essentialem iurisdictionis criminalis esse sequitur, quam tamen à se ipso dissentiens *in l. 3. de iurisdictione* tanquam partem subiectiuam siue materialem definiri putat, *cap. 3. lib. 1. num. 9. & 18. & 50.* merum imperium nihil aliud, quam publici iudicij exercitionem esse dicit. In eo quoque à iure & seipso dissentit, quod merum imperium nullam admixtam habere cognitionem, iurisque dicendi necessitatem adsertat, *d. cap. 3. num. 33.* Quod enim merum imperium non in nuda executione, sed in quæstione & cognitione & animaduersione consistat, satis vt opinor à nobis demonstratum est supra *cap. 11. num. 17.* & hoc *eodem cap. num 7.* Et fatetur idem Stephanus *d. cap. 3. num. 50.* adducta autoritate Papiniani *in l. 1. §. 1. de offic. eius, cui mandata est iurisdictio.* & Vlpiani *in l. solet. de officio Procons. & leg.* Vlpian. *l. item apud Labeonem. §. quod ait Prætor. de iniuriis. l. 1 §. 1. l. verum. §. sciendum. de minorib.* & quæ est omni exceptione maior *l. absentem. de pœnis. & leg qui sententiam. C. eod.*

Ad illud vero, quod scripsit *cap. 6. nu. 39.* Merum imperium requirere causarum criminalium cognitionem ac diiudicationem quoad factum, non quoad ius, quoad notionem, non quoad iurisdictionem, perperam allegatur autoritas Baronis *var. quæst. 1. fol. 37.* Is enim contrarium eo in loco affirmat, dum ex professo Gillottum, quem primum omnium post homines natos scripsisse ait: Merum imperium non esse potestatem cognoscendi & iudicandi de criminibus. Id enim licet pertinacius defensum ex iure ciuili, non facile forsan refutari posse videri ait, propterea, quod verbum merum imperium præterquam *in l. 3. de iurisdictione & l. 1. de offic. eius, cui mandata est iurisdictio.* Analogiæ tamen totius iuris quo nullum imperium vel potestatem, absque causæ cognitione dati solita constet repugnare, solidis rationibus ac fundamentis ostendit. Nec ibi dicit merum imperium tantum requirere causarum criminalium cognitionem, quoad factum, non quoad ius,

quoad notionem, non quoad iurisdictionem, licet in verbis illis ipsis maxima est perplexitas & contrarietas: Sed vt vocis gladii sit propria ac figurata significatio, sic etiam notionis verbum ἐμφάνιμον tam cognitionem solam, quam cognitionem simul & iudicationem demonstrare. Verbi iurisdictionis quoque appellationem interdum ad ius, interdum ad factum Imperij nempe referri.

Nullo quoque veterum exemplo vel ratione ac fundamento iurisdictionem, quæ iure magistratus competit specialem, & quæ non nisi peculiari lege Senatusconsulto vel Principum constitutione tribuatur legalem siue legitimam appellat. Nec ea distinctio *dict. leg. muto. §. tutoris datio.* sed contrarium specialem nimirum eam, quam ille legalem dicit, nominari posse, probatur. Et cum legalis iurisdictio, quæ lege defertur recte dici ab eo putetur, cur non ab aliis quoque iuris partibus, & sic infinitæ iurisdictionis species constituantur? Dolendum est vero in re planissima tortuosis ita nouorum & obscurorum vocabulorum Mæandris torqueri ac à scopo deduci adolescentum ingenia. *δικαιοδοσίας* enim siue iurisdictionis proprie sic dictæ, cuilibet Reipublicæ iure gentium tributæ, vnum vt antea quoque ostendimus genus est, cuius partes essentiales sunt cognitio, iudicatio & imperium.

Obiecta ex quibus in ciuilem & criminalem diuiditur, maleficia & controuersiæ priuatæ, vt est apud Ciceronem in oratione *pro Aulo Cecinna.* Quod autem alii fuerunt modi magistratibus vel iudicibus totius vel partium iurisdictionis tribuendi in veteri Romana & aliis Rebuspublicis, id naturam & substantiam eius non immutat: Ideoque historia tantum Romanæ Reipublicæ pro mente legum veterum explicanda enarranda non nouæ iurisdictionum formæ ac species ex iis confingendæ erant.

CAPVT

# Caput XVIII.

## *Iurisdictionis secundum præsentis temporis vsum diuisio.*

### Observata.

1 *Italorum iurisdictionis in Altam & Bassam diuisio.*
2 *Galli in Beneficiariam ac Regiam distinguunt.*
3 *Quæ Beneficiaria vel prædiatoria.*
4 *Quæ regia.*
5 *Beneficiariæ in maximam, mediam & minimam subdiuisio.*
6 *Minimæ rursus in Fundiariam, soltariam, vel Fontieriam, & eam quæ proprie Bassa dicitur.*
7 *Alia Gallorum diuisio in Regiam municipalem & beneficiariam.*
8 *Germani iurisdictionem in superiorem & inferiorem distribuunt.*
9 *Idem Saxones sequuntur: vtriusq; partis definitio.*

SEcundum mores quoque & instituta singularum prouincia- 1
rum imperij non vno modo partes iurisdictionis discernun-
tur. Itali in altam & † Bassam iurisdictionem omnem distin-
guunt, de quo post Bartol. *in l. vltim. vbi possidet.* Antonius Vrsill.
*in addition. ad Matth. de Afflict. decis. 22. num* 8. Tapia *de constit princ.
capit. 1. par. 2. num. 25.* Quibus alii mediam addunt Petr. Gregor.
Tholos. *Syntag. lib. 47. cap. 21. nu. 10. 11. &* 12. In Gallia, iurisdi-
ctio † discernitur in Regiam quæ imperatoriæ est similis, & bene- 2
ficiariam vel hæreditariam. Beneficiaria † quæ ex moribus bene- 3
ficiorum & imperatorum constitutionibus post Iustiniani seculū
descendit, quæ & patrimonialis & prædiatoria, quod non regia
persona, sed patrimonio magis cōiuncta, quam publica dignitas
esse censeatur, vt post Bartol. *in l. inter eos. de acquir. rer. dom.* Bald.
*c. vno. de legato. de offic. ac potest. iud. delegati.* quos sequitur Ioan. Fab.
*in auth. statuimus. C. de Episc. & cleric.* Longouall. *in repetit. leg. impe-
rium. de iurisd. omn. iudic.* Molyn. *in consuet. Paris. tit. 1. § 1. gl. 5. num.
63. & 64.* Regia dicitur, † quæ semper manet apud regem tan 4

Dd 2 quam

quam personalis & competens per regiam maiestatem, vt loquitur autor *comm. ad edict. iurisdict. Iudicum præsidial. Regni Galliæ, Anno 52. promulgatum glo. 13, num. 9.* Chopp. *de legib.* And. *libr. 1. tit. in princip.*

5 Ac beneficiaria † vel patrimonialis rursus in tres partes distinguitur, maximam, mediam & minimam, quas lingua sua vocant *Haute, Moyenne, Basse iustice.* Baro *ad tit. de iurisd. omn. iud. com. parte 2.* In qua diuisione Oldradum & Durandũ secutos esse Gallos dicit idem Baro *de beneficiis. lib. 4. c. 6.*

6 Minimam † rursus discernunt in fundariã, soliariam vel Fonticram, quæ spectat tantum ad potestatẽ censuali prædio manus iniiciendæ: & alteram, quæ proprie Bassa iustitia dicitur, quæ leuem coercitionem habet Chopp. *de legib.* And. *lib. 1. tit. 1. c. 1. n. 2.* & commentator *ad Edict. iurisd. iud præsidial. glo. 47. nu. 1.* Limites siue terminos singularum explicat Choppin. *de legib.* And. infimæ, *c. 1.*

7 *lib. 1.* Mediæ *tit. 2. c. 39* Altæ *lib. 1. tit. 3. c. 22.* Aliter iidem † GALLI distinguunt iurisdictionem in regiam municipalem & beneficiariam. De quo Baro *de beneficiis lib. 4. c. 5. in prin.*

8 In GERMANIA iurisdictio † verbo Gerichte/ Gallico *iustice*, æquipollente generaliter vt diximus, appellata, in superiorem & inferiorem, ac in quibusdam locis, in summam, mediam, & infimam distribuitur, Obrecht. *de iurisd. & imperio. c. 2. n. 12*, Knich. *de iure territorii, c. 1. nu. 209.*

Verum quibus limitib. singulæ species vel partes circumscribantur, nulla communi lege definitur, ideoque moribus & constitutionib. singulorum locorum passim relictum est, vt loca adducta Obrechti & Knichij quoque admonent. Idem Knich. *de priuileg. Saxon. cap. 5.*

Licet autem superiore iurisdictione, quæ olim mero imperio, inferiore vero ea, quæ iure magistratus tributa sunt comprehendi opinetur Wesenb. *d. cons. 95. n. 20.* Plura tamen esse, ex quib. solida ac vniuersa iurisdictio consistat, quam grauiorum delictorũ coercitionem, & quæ iurisdictione iure magistratus competente comprehenduntur, supra in diuisione iurisdictionis in generalẽ & specialem satis demonstratum est.

Ivre Saxonico eadem † à causis iurisdictionis in superiorem & inferiorem diuisio ac vtriusque partis euidentior est circumscriptio. Superior enim delictorum omnium grauiorum, vsque ad vulnerationem sanguinolentam, comprehendit animaduersionem. Inferior causas omnes pecuniarias ac leuiorũ delictorum pulsationum ac verberationũ citra vulnerationem, vt habet *responsum Collegii Iuridici Lipsensis post* Landrecht/*sub tit.* Rathschlag oder Information / auff Ober- vnnd Erbgerichte. De quo Schneid. *in tr. feud. par. 2. num. 85.* exacte & prolixe Coler. *de processib executio. par. 2. cap. 1. & aliquot seq. & par. 4. cap. 1. num. 55.* Knich. *de priuileg. Saxon. cap. 5. num. 21. constit. Mauritii. August. Anno 1559. tit.* was zu Ober- vnd nider Erbgericht gehöret. Idem Knich. *de iure territorii, cap. 4. num. 213.* 9

## Capvt XIX.

## *De modo acquirendæ iurisdictionis Politicæ, & quatenus est in ipso imperio.*

### Observata.

1 *Partem contineri in toto.*
2 *Discrimen inter imperium, quod ipse populus suo nomine, & quod ἄρχοντες siue reges & optimates habent.*
3 *Imperii politici vnum genus.*
4 *Eius sola & prima causa liber populi societatem ciuilem contrahentis consensus.*
5 *Politia nihil aliud quam societas imperii.*
6 *Melior quam tripartita diuisio politiæ, Aristotelis διχοτομία in δημοκρατίαν, καὶ ὀλιγαρχίαν.*
7 *Democratiæ definitio.*
8 *Possessionis apud Theophilum definitio.*
9 *Oligarchiæ duo genera ac primum regnum.*
10 *Regni in plenum siue παμβασιλείαν & κατὰ νόμον diuisio.*
11 *Altera oligarchiæ species Aristocratia.*

12 *Modus transferendi imperii regii vel aristocratici est electio tacita vel expressa.*

13 *Eodem modo quo imperium politicum vniuersum in Cæsarem & ordines transfertur, iurisdictio quoque tanquam pars eius præcipua quæritur.*

1 CVM quæ de toto sint † disputata, eadem & de parte sint intelligenda, *l. quæ de tota. 76. de rei vendicat.* quod pars in toto contineatur. *l. si quæ 7. de except. rei iudic. l. iurisgentium. §. adeo. & l. si vnus. §. si cum tibi. de pact. l. si cui. in prin. vers. Proinde.* & ibi Bald. *de leg. 1. l. tres tutores. in pr. de administrat. tutor. c. pastoralis.* & ibi Bald. Pan. & Fel. *de offic. delegat.* Quib. modis vniuersa κύρια siue ἀρχὴ πολιτικὴ acquiritur, iisdem etiam hanc præcipuam eius partem constitui necesse est. Circa acquisitionem & constitutionem τῆς κυρίας

2 πολιτικῆς discernendum † est inter ius vel imperium quod ipsa πολιτεία siue Democratia suo nomine habet, & illud quod ex τέλος τῆς πολιτείας in magistratus transfertur.

3 Et vt πολιτείας proprie sic dictæ † vnum est genus, vt ait Plato, *de Repub. lib. 4 in fin.* ἓν εἶδος πολιτείας. Francisc. Picol. *vniuers. Philosoph. libro 1. tit. 1.* Aristotel. *libro 4. cap. 4 politicor.* Sic quoque vnicus est

4 eius † constituendæ modus, Populi nimirum liber consensus, vel expressus vel tacitus. Cum enim homines natura sint paris conditionis, iniquum esset alterum alteri subiici, nisi hic sponte fiat per mutuam conuentionem de imperando & parendo. Vt enim omnium aliarum rerum societas cõsensu contrahitur. *l. qui amittitur. l. vt sic. cum l. sequ. l. plane. 37. l. si margaritam. l. si id quod. §. fin. pro socio §. si duorum. Instit. de rer. diuis.* Sic quoque imperij siue ἀρχῆς πο-

5 λιτικῆς. Est enim πολιτεία † nihil aliud, quam κοινωνία siue societas. Aristot. *cap. 1 lib. 1. & cap. 1. lib. 2. & cap. 4 lib. 3.* Sic ex mente Aristotelis eleganter Lipsius vitam ciuilem societatem esse dicit, non cuiusuis commercii, sed imperij, id est, certi ordinis in iubendo, & parendo, non ad priuatorum vtilitatem, sed ad mutua commoda, siue vsum instituta. *lib. 3. politicor. c. 1.* vt de fine reipub. quoq; ait Aristot. *lib. 3. politicor. cap. 7.* πρὸς τὸ κοινὸν συμφέρον ἀποβλέπουσα πολιτεία. Respublica communem vtilitatem spectat. Eius vero πολιτεύματος

siue

ſiue imperij, quod ab ipſo populo ſocietatem imperij cõtrahente in magiſtratus primarios ſcilicet illos, quib. ſocietas ciuilis ſeſe totam commiſit, ſiue ſit vnus ſiue plures, non eos quibus ſummi ἄρχοντες partem aliquam reipubl. precario viciſſim committunt transferri, vt non eſt vnus τρόπος exercendi, ſic quoque diuerſi modi ſunt acquirendi. Etſi autem Reipublicæ vetus eſt tripartita diuiſio, in Monarchiam, Ariſtocratiam, ac Democratiam, cuius primus eſt autor Socrates apud Platon. *in politic.* quem ſequitur quoq; Ariſtot. *in politic. lib 4. cap 2. in princip.* vbi rectarum Politiarum tres eſſe ſpecies dicit: βασιλείαν, ἀριστοκρατίαν, καὶ πολιτείαν, quib. tres παρεκβάσεις opponit, regno tyrannidem, ὀλιγαρχίαν Ariſtocratiæ, δημοκρατίαν politiæ.

Melior tamen eiuſdem † Ariſtotel. διχοτομία eſt, quam ex ἀντιδιῃρημένοις ponit *politicor. libro quarto. capit. 4.* vbi dicit δύο πολιτείας δοκοῦσιν εἶναι δημοκρατία καὶ ὀλιγαρχία, vbi verbum δημοκρατίας, ac ὀλιγαρχίας non ita anguſte, vt in loco præcedenti accipitur; ſed illud generaliter de rectis reb. publicis omnib: quæ ab vniuerſo populo geruntur; hoc vero de iis, quando vni vel plurib. rei ſumma cõmittitur, vt & Lambinus *ibidem* notat. Eſt itaq; δημοκρατία † modus gubernandæ reipublicæ, quæ ab vniuerſo populo adminiſtratur, vbi communi populi congregatione, publicoq; conſilio res geritur Ariſtot. *lib. 4. politic. c. 4* Franciſ. Picol. *Philoſophia vniuerſ grad. 10. c. 16.* quę proprie & κατὰ ἐξοχὴν dicitur πολιτεία quod ciues vniuerſi eam ſuo nomine teneant. Vt proprie dicitur poſſeſſio ea detẽtio quam quis ſuo nomine ac domini affectione exercet, vt habet Theophili definitio † Νόμη ἐστὶ κατοχὴ σωματικοῦ πράγματος συντρεχούσης τῆς ψυχῆς δεσπόζοντος, id eſt, vt Contius interpretatur *lib. 1. diſp. iur. ciuil. l. 1. c 9.* Poſſeſſio eſt corporalis rei detentio, concurrente ſimul animo dominandi. Ac vt per κατάχρησιν poſſeſſio quoq; dicitur, quę alieno nomine tenetur, vt eſt colonorum, creditorum, & inquilinorũ detentio. *l. pignori. de vſucap. l. 2. C. de praſcr. 30. annor.* Sic quoq; non ſpecies πολιτείας, ſed modi tantum gerendi imperij, ipſius politiæ nomine comprehenduntur, quando certis tantum ciuibus ea committitur quos τέρπεις (?) τῆς ἀρχῆς vocat Ariſtotel. *lib. 3. cap. 6.* Ὀλιγαρχία autem † quæ Democratiæ, vt diximus, opponitur, du- 9

plex.

plex. Interdum enim vni tantum, interdum pluribus vno committitur, imperium politicum.

10 Quando vni datur † βασιλεία vel Monarchia regnum vel principatus dicitur, idque est vnius generis. Etsi enim species principatus siue βασιλείας constituit Aristoteles *polit. libr. 3. cap.* 14. vnam, quando vni integrũ reipubl. πολίτευμα vel partes imperij omnes absque consensu populi expedienda conceduntur, ita vt nullis, nisi naturæ ac diuinis legibus obligetur, quod κατὰ βούλησιν, vel παμβασιλείαν, & Plato in definitionibus βασιλείαν ἀνυπεύθυνον appellat. Alteram κατὰ νόμον siue legibus adstrictum, quod nisi ex legum à populo latarum præscripto administratur. Hoc tamen improprie regni nomine vocatur, vnde Aristot. *polit libr. 3. capit. 6.* non esse εἶδος τῆς πολιτείας, id est, non constituere certam speciem vel τρόπον τῆς πολιτείας vel exercendi imperij politici, sed sub genere Aristocratiæ contineri, idem tradit, *cap. 14 & 15. in princ.* vbi legum magis speciem, quam formam reipub. βασιλείαν eiusmodi κειμένην dicit. Etsi autem duæ hæ ponantur regni siue principatus species ab Aristotele, qui tamen ὀρθῆς παμβασιλείας exemplum nullum refert, imo ne naturæ quidem consentaneum esse, ex quorundam opinione vnum omnia in manu sua habere dicat *cap. 16. d. lib. 3.* ac licet apud alios historicos reperiatur. Hoc tamen tempore regnum eiusmodi absolutum, & vt loquitur Aristotel. *lib. 3. cap. 14.* εἶδος βασιλείας ὅταν ᾖ πάντων κύριος εἷς ὤν, id est, cum penes vnum omnium rerum est potestas, & *cap. 16.* καθ' ἣν ἄρχει πάντων κατὰ τὴν ἑαυτοῦ βούλησιν ὁ βασιλεύς, id est, in quo Rex omnia suo arbitratu moderatur, nullum est in Europa. Sed vel regna sunt κατὰ νόμον, id est, principatus aristocratici, vt Romanum, Galliæ, Hungariæ, Bohemiæ, Poloniæ, Angliæ, Scotiæ, Suetiæ, Hispaniæ, Venetorum Ducatus, vel dominatus, vt Russorum, Turcarum, Tartarorum & aliorum Asiaticorum populorum, qui quod nullius sint animi ad seruitutem ferendam magis sunt accommodati, Aristot. *Polit. lib. 3 cap. 14* quam qui in Europæis regionibus habitant. Hos enim quod sint animosi (licet ingeniosos neget atque politicos) libertatem magis amare ac tueri dicit Aristot. *lib. 7. Polit. cap. 7.* Ac tantum de vna specie ὀλιγαρχίας, quando nimirum vni Reipublicæ

summa

summa committitur. Altera est quando pluribus † vno manda- 11
tur, quæ ab adiuncto, quod vel optimi viri imperent, vel quod optimum ac vtilissimum est in republica gerenda spectent, Aristocratia dicitur Aristotel. *lib. 3. cap. 7.* Quod igitur ad modos acquirendæ Basilicæ ac Aristocraticæ potestatis attinet, sciendum est, quod vt rerũ priuatarum sine facto ac voluntate domini nihil in alium transferri potest, *l. quod nostrum.* & ibi Cuiac. *de reg. iur.* Sic quoque summæ istius potestatis politicæ ad priuatos nihil absq; voluntate populi vel expressa vel tacita siue in vnum, siue plures transferri potest. Modus autem, quo in reges † vel optimates 12
κύριοι siue imperium politicum transfertur, est Electio, quam in genere definio per suffragia populi, principis vel optimatum designationem. Suffragiis, de quorum toto genere eleganter tractat Anton. Augustin. *lib. de legib. cap. 14.* Nicol. quoque Gruchius *in lib. de Comitiis Romanorum.* defertur regnum & optimatum potestas, vel expressis vel tacitis. Expressis cum Rex vel optimates ab initio à populo designantur, vel iis defunctis, vel tempore gubernationi præfinito elapso, expresso, decreto, vel lege creantur. Tacitis cum absque suffragiis & decretis expressis moribus, & consuetudine imperium quibusdam tribuitur. Inter illos autem quibusdam solis, vel ad vitam, vel ad certum tempus honos imperij defertur: Quibusdam vero fit gentilis, & Principes ex principibus, optimates ex optimatibus nascuntur; Horum imperia κατὰ γένος siue gentilia vel hæreditaria, illa αἱρετὰ optiua vel electiua appellat Aristotel. *politic. libr. 3. cap. 14.* Prioris exempla sunt, Galliæ, Scotiæ, Hispaniæ: Posterioris, Romanum, Hungariæ, Bohemiæ, Daniæ, Sueciæ, Poloniæ regna. Vt igitur tota illa potestas † regia vel Aristocratica; Sic quoque pars eius, quam diximus, præcipua, iurisdictio nimirũ tam in νομοθεσίᾳ quam δικαιοδοσίᾳ 13
consistens, tam imperatori, quam reliquis imperij optimatibus, qui omnem potestatem politicam in regno hoc Aristocratico pro indiuiso obtinent, quæritur, de quo pro instituto præsenti, pauca hæc explicasse sufficiat, quod *in lib. 2. cap. 1.* de hisce pluribus sit agendum.

# CAPVT XX.

## *De modis acquirendæ iurisdictionis propriè sic dictæ, & primo an & quatenus ea sit in commercio.*

### OBSERVATA.

1 *More veteris reipublicæ Romanæ iurisdictio plane extra commercium fuit.*
2 *Initio reipublicæ per reges omnia manu regia gubernata.*
3 *Post exactos reges quomodo iurisdictio distributa fuerit?*
4 *Quomodo principum tempore?*
5 *Orientis imperio ab occidente diuiso, quæ iuris reddendi fuerit ratio?*
6 *Summa rei ad Germanos delata, qualis status esse cœperit?*
7 *Iuris pro facultate accepti diuisio in reale & personale.*
8 *Vtriusque definitio & explicatio.*
9 *Iurisdictionis plenum dominium hoc tempore solius esse imperii.*
10 *Iura tamen quædam realia integri dominii imminutiua ad Cæsarem, Principes & alios ordines transferuntur.*
11 *Obligatio quoque siue ius personale consensu vel mediato vel immediato imperii acquiritur.*

1 OBseruandum est autem more veteris † reipublicæ Romanæ tam eius, quæ per eos gubernata fuit, vt ait Cic. *lib. 2. offic.* quibus seipsum commiserat, quam cum vnius principatu vel dominatu omnia tenerentur exemplo politiarum omnium nihil de iurisdictione vel aliis partib. summæ potestatis cuiquam suo nomine possidendum fuisse tributum. Sed initio reipub. † & dum per
2 reges gubernarentur omnia manu regia, siue per curatores temporarios, quorum mandata pro arbitrio reges singulis momentis reuocari potuerunt, fuisse administrata *l. 2. in pr. de orig. iur.* Post
3 exactos vero Reges † primo consules, postea censores; Deinde reipub. necessitate ita exigente dictatores, cui magistri equitum iuncti:

iuncti: Factaque secessione plebis à patribus tribuni plebis, ædiles, quæstores, qui partim pecuniariis, partim rebus capitalibus præessent. Et reliquis magistratibus, abdicatis Decemviris annuus magistratus concessus, qui cum sibiipsis ius gubernandi, quod vice populi certis legibus ac temporibus circumscriptum tenerent, mutarent, & optimatum imperium sibi in repub. arrogarent, ac nimia & aspera dominatione populum premerent, iis partim reiectis, partim trucidatis in libertatẽ ac statum pristinum sese vindicauit. Deinde plebe cum patribus contendente, & ex suo quoque corpore creari consules, postulante, patribus autem recusantibus, primo Tribuni Militum ex vtroque ordine consulari potestate vario numero creati, postea cum placuisset etiam ex plebe creari consules ex vtroque corpore constitui cœperunt. Et vt in aliquo plebeis antecellerent duo ex patribus constituti, & ita facti sunt Ædiles curules, consulibus etiam bellis finitimis auocatis, ne iuris reddendi ratio in vrbe negligeretur, primo vrbanus, & cum non sufficeret, alius adhuc prætor, qui quod peregrinis plerunque ius diceret, peregrinus appellatus est. Post Centũviri qui hastæ præessent, Quatuorviri, Triumviri, monetales & capitales, Quinqueviri, prætores prouinciales, de quorum omnium numero & officiis prolixe agitur à Pompon. *in leg 2. de origin. iuris.* His & aliis magistratibus, qui vel ordine vsitato, vel extra ordinem constituti fuerunt, iurisdictio partim generaliter more maiorum, & iure magistratus, partim specialiter, vt ea quæ iure magistratus non competit, tributa fuit: illis quoque ea quæ iure magistratus competierunt aliis vicissim suo nomine exercenda & exequenda dare vel mandare permissum fuit, vel vniuersa, vel pro parte, *leg cognitio. ac toto titul. de offic. eius, cui mandat. est iurisdict. leg. solet. & dict. leg. prætor. de iurisdict.* Magistratus etsi omnem iurisdictionem non suo, sed reipubl. nomine ac iure exercerent, quia tamen firmius ius eius exercendæ, quam ii quibus mandata esset, habere viderentur κατὰ χρηστικῶς propriam & suo iure *leg. 1. & dict. leg. cognitio. §. cum propriam. leg. more. de iurisdict. omnium iudic.* Hi vero quibus mandata est, alieno beneficio exercere dicebantur, *dict. leg. more. de iurisd.*

*risd. & l. 1. § qui mandatam. & l. etsi prætor. de offic. eius, cui mandat. est iurisd. l. solet prætor. & l. seq.* sicut etiam magis impropriè proprium habere dicitur, cui mandata est iurisdictio respectu eius, qui tantum iudex datus est, licet vice alterius fungatur, *l. legatus.* & ibi Baro. *de offic. præt.* Qui igitur suo iure, id est, ab ipso populo tanquam creatus magistratus iurisdictionem habuit, eam vel omnẽ & vniuersam vicissim aliis mandare potuit. *l. 1. de offic. eius, cui mandat. est iurisdict.* vel in certas personas de omni causa, vel in Titium & Caium denique de vna specie, id est, vno negotio controuerso, vt de iniuria vel stipulatione. *d. l. prætor.* & ibi Baro. *de iurisd. om. iud.* Et non tantum integram iurisdictionem, id est, tam notionem quam imperium, sed & vnam partem essentialem, notionem nimirum, quam cognoscendi iudicandique potestatem sine exequendi facultate supra definimus *cap. 3.* iudicibus à se datis cõmendare potuerunt. Qui vero alieno beneficio iurisdictionẽ obtinuerunt, aliis mandare non potuerunt. *d. l. more de iurisd. omn. iud.* Atque hisce finibus stante repub. populari de iurisdictione magistratib. tributa disponendi arbitrium circumscriptum fuit.

4 Postquam vero populi potestas † in principem translata est, penes eum creatio & constitutio magistratuum, eiusque solius nomine iurisdictio administrata fuit. Et nihilo plus præsides & alii præfecti in iurisdictione sibi concessa à Cæsare, & quibus ea vel tota, vel pro parte ab iis mandata fuit, sibi sumere potuerunt, quam magistratibus & iis quibus mandarunt Democratiæ tempore permissum fuisse diximus, nisi quod ii, quibus mandata est iurisdictio à Principe, iudicem dare potuerunt, vt rescriptum est ab Imperatore *in l. à iudice. C. de iudic.* quod & legato proconsulis antea permissum fuit. Quam etsi generaliter de mandanda iurisdictione intelligunt interpretes Zas. *l. more. de iurisdict.* quia tamen longe diuersa sunt iudex datus, qui & pedaneus iudex, & à posteriorib. Augustis delegatus appellatur. *l. 1 cum auth. de iudic.* Baro *d. l. legatus. de offic. procons.* & is qui mandatam habet iurisdictionem & imperator de sola iudicis dati potestate rescribat ad mandatam iurisdictionem transferri nequit Longoual. *d. l. imperium. fol. 30. nu. 5. de iurisd. om iud.* Donel. *lib. 17. cap. 8.*

Et quanquam, vt antea dixi, tam reipubl. quam Principatus tempore excepta, quam dixi, iurisdictionis mandandæ & iudicum dandorum potestate in solius populi ac principis arbitrio & patrimonio fuit: Id tamen vtroque tempore ita restrictum fuit vt in ciuitatibus, quæ sub Romano erant imperio, vt in singulis municipiis ciues sibi creare possent proprios magistratus, quorum tamen iurisdictio cuiusque municipii territorio contineretur. *l. Decemvirum. C. de decurionibus. libr. 10.* quos magistratus municipales appellarunt *l. magistratib. de iurisd. om. iud. tit. C. de magistr. municip.*

Et horum iuris reddendi potestas non tantum iis quibus dixi locis definita, sed & ita restricta fuit, vt ea tantum facere possent, quæ sunt iurisdictionis, non autem ea, quæ magis imperij sunt, quam iurisdictionis *l. ea, quæ ad municipal.* quæ qualia sint *cap. 3.* explicauimus. Magistratuum municipalium duo fuerunt genera. Alii enim Duumuiri fuerunt: alii defensores ciuitatis. Duumuiri appellantur *in l. 1. §. si inter. de magistr. conuen. l. si quis ius dic. non obtemp.* inde sic dicti, quod duo viri eodem tempore & pari cum potestate ad eum gradum adhiberentur. De defensoribus ciuitatis peculiaris titulus in Cod. extat, eadem inscriptione Donel. *lib. 17. cap. 7* Postquam vero † orientis imperium ab occidente di- 5
uisum est, de quo videatur Schleid *in lib. de 4. monarchiis.* Peuc. *in complemento Chronici Philippi.* Non tantum magistratibus vt integro imperio, iurisdictio expedienda fuit mandata, sed imperio ac potestate à Constantino Byzantium translata iurisdictionis administrandæ ratio penes Principis Senatum, siue consistorium esse cœpit, quam omnis iurisdicendi rationis antiquæ euersæ causam fuisse ait Sibr. de Sicama *de centumuirali iudicio lib. 2. cap. 8.*

Ad Germanos † vero summa rei translata iterum reipubl. & 6
iustitiæ administrandæ ratio mutata fuit: Carolus enim qui à rerum gestarum amplitudine Magnus vsurpatus, Iurisdicendi potestatem inter Episcopos & Comites ita diuisit, vt illis Ecclesiastica, his vero politica cederet, quæ postea Ottonis Magni priuilegio Episcopis in suis Diœcesibus quoque adiecta fuit ex Ren.

Renec. Knich. *de priuil. Ducum Saxon. c. 4. fol. 118.* Et licet principib. Comitibus, Baronibus, nobilib. feudi titulo ita concessa sit iurisdictio, vt successoria lege ad descendentes in infinitum porrigatur Episcopis & Prælatis vsusfructus temporalis iurisdictionis eadem lege feudaria: ecclesiastica vero priuilegij via quoque ad vitam, ciuitatibus etiam imperij vel expresso, vel tacito priuilegio politica iuris reddendi potestas tributa sit, ius tamen idem, quod olim fuit, permansit, vt nimirum proprietas & vera possessio, iurisdictionis nullius sit priuati, quo nomine omnes imperij ciues cuiusq; sint ordinis complectimur, sed totius reipub. vel imperij. A republ. vero tanquam domina vel tota, vel quædam eius iura in priuatos transferri possunt. Cum non minus de rebus suis respublicæ, quam priuati disponere possint, quod tamen accipiendum est, vt nimirum salua reipub. maiestate eam vniuersam, ἄρχοντας τῆς πολιτείας à se abdicare non possint. Vt autem quę iura ab integro dominio separari possint, vel ab ipsa republ. vel aliis qui ab ea ius habent, ac ita quatenus iurisdictio commercio sit subie-
7 cta recte intelligatur. Sciendum est, iura † quatenus vocabulum pro facultate ac potestate lege tributa accipitur *l. 4. de suis & legit. hæred. l. 1. ff. ad leg. Falc.* in duplici esse differentia. Quædam enim realia, quædam personalia appellantur. Et vt ambiguitas omnis tollatur scire oportet, vtrumq; vocabulum ὁμώνυμον esse ac plurib. in iure significatis accommodari.

8 Primo. n. reale † dicitur, quod in rem generaliter conceptum est, vt pacta quædam in rem generalib. verbis & ad certam personam nihil pertinentib. diriguntur. *l. iurisgentiū. §. pactorum. de pact.* Item actio, quod metus causa, quæ in rem scripta dicitur. *l. metum. quod metus causa.* & interdicta in rem concepta dicuntur. *l. 1. de interdict.* Quędam pacta in personam concepta sunt, vt ab vna persona veluti à Titio vel Caio duntaxat nō petam *l. nisi. de pact.* Item priuilegia personalia sunt *l. 1. de constit.* & ibi Bart. *l. pactorum. l. nisi. & leg. idem. de pact.* Dyn. & alii interpretes *in c. priuilegium personale. de reg. iur.* Eo quoq; respectu seruitutes personarum vsusfr. vsus, habitatio, personales dicuntur. *l. 1. de seruitutib.*

Secundo reale dicitur, quod à re rei debetur, vt sunt seruitu-

tes.

tes prædiorum, *leg. 1. de seruitutibus.* Personale, quod quidem in re est, sed non à re rei, sed personis debetur, vt seruitutes, quæ personales dicuntur vsusfruct. vsus, habitatio, Connan. *com. iur. ciuil. lib. 4. cap. 1. & 7.*

Tertio ius reale dicitur, quod nobis in rebus ipsis ita constitutum est, vt sit proprie nostrum, quod ita cuiusq; est, vel ita venit in alicuius potestatem, vt non indigeat ad eam rem alterius præstatione Donell. *com. iur. ciuil. lib. 12. cap. 1. in princ.* Ius personale est vinculum iuris, quo alii sumus obstricti, ad dandum quid vel faciendum. Cuiacius *ad rubr. & princ. de acqu. poss.* Sic actio realis, vel in rem dicitur, qua res ipsa tanquam nostra vendicatur. Personalis, vel in personam, quando tantum persona est obligata ad dandum vel faciendum: Nec actio in personam ita personalis est, vt pactum personale, vel constitutio personalis, cum actio personalis transeat ad hæredes Bart. *in l. iurisgentium. §. pactorum autem. de pactis.*

Iura realia, quæ proprie nostra appellantur, Donell. *lib. 2 c. 2.* in genere ratione subiectorum diuidit, vt quædam sint in rebus nostris, quædam in alienis, quædam in vtrisque.

Suntq; vel nominata, vel innominata. Nominata, quæ nomen speciale ac peculiare à iure ciuili acceperunt: Innominata, quæ generis nomine appellantur. Bart. & Ias. *in l. iurisgentium. in pr. de pact. l. 2. de præscript. verb. gl. in rub. C. de rer. permutat.* Bart. *in l. namque plura. nu. 4 de priuat. delict. & in l. 1. in pr. ad SC. Tertul.* Schrad. *in l. admonendi. nu. 5. de iureiur.*

In alienis vel earum, quæ sunt nullius in bonis: vel singulorum, in iis, quę sunt nullius in bonis, vt sacrosanctis, religiosis publicis: Ius nominatū est vsus, quem in iis habemus. In alienis singulorū est ius Emphyteuticum, ius superficiariū vel Embateuticum, vt appellat Cuiac. *ad rub. & princip. de acquir. vel amittend. poss.* Seruitutes tam rerū, quam personarum pignus bonæ fidei possessoris ius & alia omnia, quæ hæc imitantur, in quorum numero est ius illud, quod vasalli in prædiis ac rebus feudalibus habent, quod interpretes vulgo vtile dominium appellant, propterea quod vasallus rei in feudum datæ vtilem, nō directam habeat vindicationem

nem. §. *1. de inuestitur. de re. alien. fact.* Cuiac. Obertum secutus vsusfructus vel perpetui vel temporarij nomine hoc ius recte appellari existimat, in eoque Conradi *in tit. de alien. feud.* nullum esse vtile dominium affirmantis sententiæ adstipulatur *in prælud. ad lib. feudor.* Innominata sunt ius venandi, aucupandi, in alieno fundo hauriendi aquam ex puteo alterius, ligna in alienis syluis cædendi & pascendi pecoris in alieno agro, etiamsi vicina prædia non habeamus. Zas. *in* §. *aquæ. Instit. de action.* De quibus tamen inter interpretes non conuenit. Glossa enim *in leg. pecoris. de seruitutibus rusticor. præd. & in leg. vt pomum. de seruit. in leg. apud Iulianum.* §. *si quæ alicui. de legat. 1. leg. veluti. de seruitutibus rusticor. præd.* Bartol. *in leg. mola. ad fin. de alien. leg.* asserunt hæc iura esse personalia. Ioan. Fab. *in* §. *aquæ. de act.* dicit esse seruitutes. Quod sequitur Zas. *in intellectib. singularib. & d.* §. *aquæ. Inst. de act.* vbi dicit esse seruitutes innominatas, & seruitutum definitione ideo contineri inaudita hac, vt ait, subtilitate, quod iura debeantur ciuitatibus, monasteriis, castris, Villis, nobilium familiis, quæ recte fundi appellatione veniant, cum totos populos fundos alicubi Cicero nominet. Sed gl. & Dd. hæc iura personalia esse asseuerantium sententia, simpliciter vera non est. Si enim respiciamus ad modos constituendorum horum iurium inter viuos pactionem vel stipulationem, iura quidem personalia dici possunt, ex quibus actio in personam constituentium dari potest, id quod generale est in seruitutibus omnibus etiam absque controuersia realibus. Si vero ad pactiones vel stipulationes traditio vel patientia accessit, ius reale in eum, cui constituuntur, transfertur, & actiones in rem competunt. gloss. *in leg. pecoris. de seruitut. rustic. præd. in fine.* vnde recte pro iure venandi, piscandi & aliis patientia acquisitis actionem confessoriam competere scripsit Zas. *in* §. *aquæ. Institut. de action.*

Seruitutes secundum sententiam Fabri & Zasii non esse hæc iura ex definitione seruitutis manifestum est, quod ad substantiã seruitutis constituendæ requiratur, vt prædia seruientia & dominantia sint vicina. *leg. si ædes. cum leg. seq. de seruit. rust. præd.* §. *inter rusticorum. Institut. de seruit. vrb. ac rust. præd.* Hæc autem iura à multis

multis acquiri nulla vicina prædia habentib. videmus. Nec quicquam ad rem facit τρόπος Ciceronis μετωνυμικῶς subiectum pro adiuncto ponentis. Nec glossæ quas mirabiles dicit Zasius *leg. 1. in verb. computanda. & leg. 2. in verb. cloacam. de seruit. rust. præd.* quia ibi non dicitur, homines haberi pro fundo dominante, & quod illis qui vicinum prædium non habent, seruitutes constitui possint. Sed quod vtilitas seruitutũ aquæ haustus, pecoris ad aquam appulsus, calcis coquendæ, arenæ fodiendæ, licet personę quæratur prædij tamen dicatur, & sic potius ius prædij, quã personæ consideratur. Item seruitutis cloacæ habendæ vsum personis concedi non simpliciter, sed tanquam colonis agri vicini, cui seruitus ista rustica est constituta. gl. *ibidem.*

In rebus nostris & alienis est possessio, quæ est vsus quidam rei vel proprietati coniunctus, vel ab ea separatus, cum & meæ & alienæ rei possessio mea esse possit, vt eleganter tradit Cuiacius, *in rubr. & princip. de acquir. possess.* & Alciat. *in leg. quæstio. de verbor. significat.*

Quod ad iura igitur realia † attinet, vt ante diximus, iurisdi 9
ctionis dominium verum vel plenum, vt & possessionem, nemo, cuiuscunque sit ordinis, ipso etiam Cæsare non excepto, hoc quoq; nostro tempore in imperio sibi vẽdicare potest. (Est enim iurisdictio de ipsa forma & substantia imperij, quæ non magis potest ab eo separari, quam essentia ab ipsa re, vt de suprema iurisdictione regni Galliæ Molin. *in consuetud. Paris. fol. 110. numero 16.*) Sed in dominio imperij regulariter esse censetur, & cum pars sit summæ potestatis politicæ præcipua, absque diminutione maiestatis imperij nemini, vt suo nomine vtatur, concedi potest.

Vsu tamen & moribus † non certo iure quodam scripto ob- 10
tinuit, vt iura quædam realia dominium integrum diminuentia, vt sunt vtile dominium, vsusfructus, & alia quædam iura innominata, non tantum ab ipso imperio, optimatibus ac primis imperij magistratibus, vt sunt Cæsar, Electores, Principes, tam ecclesiastici, quam politici, Prælati, Comites, Barones, nobiles directe imperio parentes, Liberæ Imperij ciuitates concedantur:

sed & à plerisq; illis: interueniente vel expresso vel tacito imperij consensu, non naturali solum, sed & ciuilibus modis, quibusdam tamen reseruatis. De quibus in adiunctis in alios inferiores trans-
11 ferri possint. Obligatio † quoq; de illis contrahatur.

## CAPVT XXI.

## *De iure reali iurisdictionis acquirendo.*

### OBSERVATA.

*1 Dominium rerum priuatarum vel ipso iure, vel traditione interueniente acquiritur.*

*2 Priuatus in priuatum inter viuos dominium regulariter non transfert ipso iure.*

*3 Iurisdictionis ius à priuato in priuatum non transfertur absque traditione.*

*4 Respublica sola voluntate dominium & alia transfert in alium.*

*5 Quomodo iurisdictio ab imperio in alios conferatur.*

*6 An Imperator absq; traditione dominium transferre possit.*

*7 LEGIS REGIÆ explicatio.*

*8 Hoc tempore nulla in Europa παμβασιλεία siue regnum plenum & absolutum.*

*9 Priuilegio Imperatoris iurisdictio absq; traditione transfertur.*

*10 In conuentionibus Princeps iure priuatorum vtitur.*

*11 An ipsa vi & ἐνεργείᾳ priuilegii concessi à Principe dominium absq; traditione transferatur, an vero expressa declaratione opus sit.*

*12 Principis voluntas semper iuri conformis esse præsumitur.*

*13 Princeps in dubio non censetur vti potestate absoluta.*

*14 An sola inuestitura absq; traditione vtile dominium rerum feudalium acquiratur?*

*15 Obligationi facti succedit & inesse dicitur obligatio ad id quod interest.*

*16 Per inuestituram simultaneam vel coniunctam manum Saxonum moribus introductam ipso iure vtile dominium in inuestitum transfertur.*

VT rerum priuatarum † integrum dominium vel ipſo iure, vel non ipſo iure: Sic quoque iuriſdictionis dominium, vel alia iura, vel ſola voluntate concedentium, vel traditionibus, quæ ex autoritate priuatorum valent iure naturali, aut vſucapionibus, quæ ex lege valent, transferuntur. Vt autē ipſo iure † priuatus in priuatum inter viuos (nam in vltima voluntate ſecus eſt) ipſo iure aut alio ciuili modo, etiamſi quam maxime id agant, aut in id cōſentiant contrahentes, vel paciſcentes, nō transfert dominium. Contius *diſp. iur. ciuil, lib. 1. 8.* quod tamen modis quibuſdam limitatur, de quib. Iaſ. & Dd. *in l. quoties. de rei vendic.* Sic quoq; à priuato nullum † iuriſdictionis ius in priuatum transfertur abſq; traditione tali qualis in rerum incorporalium omnium acquiſitione requiritur *l. quoties. de ſeruitutib.* Reſpublica † autem omnis, vt & imperium Romanum, quod ſummam & legib. ciuilib. ſolutam habet poteſtatem, vt aliarum rerum, ſic etiam dominij ius pro arbitrio ſola voluntate transfert. Carol. Tap. *de conſtit. Princip. c. 1.* Confertur autem iuriſdictionis † ius ab imperio vel per ſe ac directe, vel per alios quibus hanc poteſtatem dederit.

1
2
3
4
5

Per ſe, quando omnium ordinum conſenſu ea de re aliquid ſtatuitur. Per alios, quoties per eos, quibus hanc poteſtatem conceſſit, illud expeditur: Idque expreſſe vel tacite. Expreſſe quando aperta conſtitutione Imperij aliquid ſancitur. Tacite, quando moribus & tacito imperij conſenſu introducitur per conſuetudinem. Iaſ. *in l. quoties. num. 6. C. de rei vendic.* Exempla per ſe expreſſe collati iuris realis in iuriſdictione nulla ſunt. Per alios autem Septem viros nimirum imperij ipſo electionis iure vſusfructus omnis iuriſdictionis imperij confertur in Cæſarem abſq; vlla poſſeſſionis apprehenſione, quæ, qualis & quanta ſit, *lib. 2. ca. 2.* explicabitur.

6 An autem Cæſar † quoq; abſque traditione dominium transferat, non immerito quæritur. Et plerique poſſe contendunt. Quod exemplo aliorum regum ac liberarū Rerumpublicarum ſummam ac ſolutam legib. habeat poteſtatem à Populo Romano lege Regia in ſe collatam Tap. *de conſtit. princip. num. 6. & 7.* Et quod Principi leges ita ſint ſubiectæ, vt nulla maieſtati ipſius lex

imponi possit, diserte scribit Bald. *in tit. de feudi alienat.* Ideoque solo verbo transferre posse dominium Andr. de Isernia *cap. 1. nu. 3.* quod à Mariano Freccia. etiam ad possessionis translationem extenditur *lib. 2. de subfeud. nu. 64. fol. 96.* & multi alij allegati à Tapia *d. loco. num.* 12. Idque generaliter siue legis vel contractus iure quid in aliquem transferre velit Princeps. Cum & contractus Principum vim legis obtineant & possint allegari pro lege per text. *in l pen.* & ibi Bart. Bal. Salicet. & Dd. not. *C. de donat.* Nicol. Eberh. *in Top. in loco à plenitud. potest. num. 9.* Idem etiam de contractu feudi à Principe celebrati affirmat Rosenthal. *in tr. feud. cap 6. conclus. 1. in fin.* Id tamen restringitur à Luca de Penna *in l. prædia. C. de loc. præd. ciuil. lib.* 11. & à Iacobino de S. Georgio *in inuestitura, verb. Princeps*, ad casum, quo Princeps voluntatem transferendi dominij absque traditione diserte exprimat. Pro qua sententia tanquam recepta consuluit Alciat. *consil. 5. num. 12. lib. 3.* Sed hæc sententia, quod nimirum Princeps vel Imperator summam ac legibus solutam habeat potestatem, & legibus nullis obligetur, nec iuri nec statui etiam reipub. præsenti est consentanea.

Primo enim, de lege Regia, quod dictum est, quando, à quo, & quibus verbis lata sit apud ipsos Iurisconsultos non est expedi-
7 tum. Ac dupliciter † dictæ sunt leges Regiæ. Primo, quæ essent à regibus conditæ, vt leges Romuli & Numæ. Baro. *leg Princeps. de Leg.* quarum collectio, quod eam Sextus Papirius fecerat, ab autore ius Papirianum dicebatur. Anton. Aug. *de legib. & SC. in leg. regia. fol 130.* Secundo, quæ de potestate Imperatoris lata esset. Idem Anton. Aug. *cod. lib. 1.* De cuius tenore non consentiunt autores. Vlpian enim *lib. Instit.* vt refertur *l. 1. de constit. Princip. Leg. Regia, quæ de imperio principis lata sit populum ei & in eum omnem potestatem suam contulisse* scribit.

Pompon, vero *lib. singularis Enchiridii*, vt relatum est *in l. 2. §. Igitur, de orig. iur.* dicit solummodo constituto Principe datum esse ei ius, vt, quod constituisset, ratum esset.

De sententia quoque legis non minus ambigitur, Iustinianus eam ita accepit *constit. 1. in Digesta.* quasi populo potestas condendi iuris plane ablata esset, quod negat Baro. *d. l. Princeps. de legib. ac*

leg. 1.

*leg.1. de constitutionib. Princip.* magis Pomponij historiæ conuenire ait ob difficultatem conuocandi populi, soli Principi datam esse potestatem iuris constituendi *d.l.2 de orig iur.* qua tamen populus à legis ferendæ potestate non excluderetur. *arg. leg de quib. de legib. leg. 1. ad leg. Iul. de ambitu.* Duar. *d l. Regia.* quæ de regno vel imperio eius lata est, potestatem omnem in Cæsarem, nō tantum in Prouinciales & subiectos populo Romano, sed in ipsum populum Romanum collatam esse intelligit, iuris tamen constituendi facultatem cum Imperatore potius communicasse, quam prorsus à se abdicasse populum existimat *ad tit. de constit. Princip. cap. 1.* Cui sententiæ etiā Dionys. suffragatur, qui Augustum ad cuius principatus tempus quidam, vt diximus, legis regiæ originem referunt, leges ad populum ferre solitum esse scribit. Accursius verba in eum *d. leg. 1. de constit. Princip.* ita interpretatur: vt potestas ea non tanquam in dominum, sed tanquam munus & prouincia in ipsum collata esse videatur. Quicquid autem sit de lege ipsa regia vel eius vi & sensu, certum est non Dominos, sed Reipub. procuratores ac defensores factos Augustos, semperque imperium populi Romani, non Cæsarum fuisse, exceptis iis temporibus, quibus tyranni inuaserunt rempublicam, de quo fusius Marius Salomonius *in tr. de principat.* & Buchanan. *de iure regni apud Scotos.*

Quod autem dicitur *Principem solutum esse legibus*, Etsi plerique ad omnes referant: rectius tamen de lege tantum Iulia & Pappia quo Vlpianus respexerit, intelligendum esse exemplo omnium aliorum, qui legibus soluti dicuntur, qui non omnibus legibus, sed illis tantum, quæ rogatione ac Senatusconsulto continerentur, censet Anton. Augustin *lib de legib. cap 17.* Idque ex lege regia Vespasiana diserte apparet, in qua scriptum est: *Vtique quibus legibus & plebiscitis scriptum fuit, vt Diuus Augustus Tiberius, Iulius Cæsar August. Tiberiusq; Claudius Cæsar Augustus Germanicus teneretur, iis legib. plebisq; scitis Imperator Cæsar Vespasianus solutus sit.* Et quod non omnibus solutus fuerit, aperte testantur eiusdem legis Vespasianæ verba: *Quæque ex quaque lege rogatione Diuum Augustum Tiberiumque, Iulium Cæsarem August. Tiber. Claudium Cæsarem August. Germanicū facere oportuit.* Marius Salomonius *de principat. lib. 6. pag. 119.*

Ff 3 Nec

Nec vero vlla in historiis extant exempla, vbi in politia recta ac libera, cum qua Tyrannis ac dominatus nihil habent commune libera adeo ac soluta legib. ciuilib. etiam alicui data sit potestas. Etsi.n regnum plenum vel absolutum, quam παμβασιλείαν, siue βασιλείαν κατὰ βούλησιν appellat Aristot. *c 6. lib 3. politic.* rectæ ac legitimæ politiæ species sit Aristot. *li. 3. c. 14.* Non tamen iustum & consultũ esse vni magistratum adeo liberum concedere, nisi duob. concurrentib. vt nimirũ primo gens, cui rex sit præficiendus, natura sit ad eiusmodi subiectionem apta. Secundo, vt vnus aliquis vel tota familia singulari virtute alios omnes antecellat. *c. 16. & 17. lib. 3.*

8 Nostris vero † temporibus, vt antea quoq; diximus, vix in tota Europa, exceptis iis, quæ terminos rectæ politiæ excesserũt, quas παρεκβάσεις appellat Aristot. *politicor. lib. 3. c. 7.* eiusmodi παμβασιλείαν, sed tantum βασιλείαν κατὰ νόμον agnoscimus, quam non singularem politiæ speciem, sed sub genere Aristocratiæ cõtineri dicit idem Aristot. *lib. 3 cap. 16 & 17.* Quomodo autem summa imperij potestas inter imperatorem & reliquos imperij optimates, quo ad legum ferendarum potestatem, & alia ad maiestatem pertinentia sit diuisa nostro tempore, *ca. 2. lib. 2.* exactius docebimus. Certum est autem, etsi legem vniuersalem solus condere non possit hoc tempore Imperator Romanorum, Priuilegiorum tamen concedendorum quandam ei potestatem reliquam esse, de quib. etiam solus cognoscere potest. Gail. *obs. lib. 1. obs. 1. nu. 17.* Quando igitur
9 per viam priuilegij † iurisdictionis ius quoddã concedit ciuitatibus imperij, vel aliis absq; traditione id in eos transferre potest.
10 Ias. *l. quoties. n. 5. & 10 C. de rei vendic.* Minime vero † in contractib. in quib. conuentio Principis, quo ad dominiũ transferendũ nihil magis operatur, quã cuiusq; priuati. Et quod *l. quoties C. de rei ven.* qua rescribitur à Diocletiano & Maximino plurib. prædio aliquo vendito eum in detinendo dominio potiorẽ esse, cui primo possessio tradita est, locum non tantũ habeat in priuato, sed etiam in principe, prolixe demonstrat Ial. *in d. l. quoties. n. 10.* vbi etiã ad vulgatum illud axioma, *Quod principum conuentiones vim legis obtineãt:* & alia prolixe respondet. Idem etiam sentit Bal. *in c. 2. in vlt. col. de noua forma fidel. in vsib. feud.* vbi in contractu Principis tenorẽ iuris

com-

communis seruandum esse ait. Idem *in l. ex imperfecto. C. de testam.* notatur, *in c. 1. de probat.* & ibi Felin. Decius *in l. traditionib. n. 4. C. de pact.* Idem *cons. 286.* Paris. *cons. 2. n. 131. vol 4.*

Vt autē non omnes conuentiones actiones personales parere voluerunt legislatores, ne si ad pactiones ac promissiones omnes absque discrimine obseruandas iure publico adigantur homines cum maximo Reipub. incōmodo, nullus sit litium ac controuersiarum forensium finis, vt erudite explicat Duaren. *ad l. 1. in princ. & l. iurisgentium. de pact.* ita quoq; ius, quod in re haberent priuati, in alium transferri noluerunt, nisi constantem alienandi voluntatem cōuentione expressam ipso facto traditionis declararent, prout elegantissime deducit Contius *disput. lib. 1. c. 12.* vbi varios dominiorum quærendorum modos tam obsoletos, quam in vsu retentos ex vetustissimis autorib. recenset & *eod. li. c 8.* Ideoq; etsi instrumento cōuentionis hoc exprimitur, quod Imperator hoc velit, tamen vltra personalem obligationem, qua ad dandum, vel id quod interest præstandum tenetur, non extenditur. A generali enim illo dominii rei suæ cōseruandi beneficio, cur Imperator excludi debeat, ratio nulla apparet: Præsertim cum in conuentionib. priuatorum iure censeatur, iurib. antea deductis. Ex quo sequitur, si Imperator vendat, vel alio modo cōtrahat cum principib. vel aliis inferiorib. de danda iurisdictione, quod non transferatur dominium sine traditione vel vera vel ficta. De qua Bald. *d. l. quoties nu. 14. & aliquot seq.* An autem ipsa vi † & efficacia priuilegij, absq; diserta declaratione cōcedentis dominium, vel aliud ius reale transferatur, non est vsq; adeo expeditum. Ac quod iure ipso priuilegiariæ concessionis dominium transeat, affirmare videtur Ias. *in l. quoties. nu. 10.* vbi dicit naturam collationis gratiosæ esse, vt transferatur dominium sine traditione per *c. si tibi absenti. de præben. in 6.* Sed verior est sententia, quod dominium ex concessione, vel priuilegio eius, qui summam habet potestatem in alium non transferatur, nisi diserte in dispositione hoc exprimatur. Bald. *c. 1. § fin. de noua forma fidelitat. in vlib. Feud.* Claud. Seibel. *in l. 1. de acq. poss.* Anton. Gab. Roman. *in conclus. com. tit. de emtione & venditione.* Rosenthal. *de feud. c. 6. conclus. 10. lit. e.* 11

Princi-

12 Principis enim voluntas † semper iuri communi conformis
esse præsumitur, *§ omnes. Auth. de iudic.* Calcan *consil. 2. in fin.* Cra-
uett. *consi. 172. lib. 1.* Schrad. *de feud. par. 10 sect. 3. num. 43.* Et in dubio
13 absoluta † potestate vti non censetur. Bald. *in l. si testium. C. de te-
stam.* Innoc. *in c. innotuit. de elect.* Bald. *in l. bene à Zenone. C. de quadr.
præscript.* Paul. de Castro. *in l. princeps. de legib. & in l. ex imperfecto. C.
de testam.* Francisc. Curt. *consi. 69 incip. memoriæ recolendæ.* Paris. *cons.
51. num. 15.*

14 Quod de dominio à priuato † in priuatum inter viuos non nisi
per traditionem transferendo diximus, quæritur: an etiam lo-
cum habeat in vtili dominio, vel iure illo potius innominato,
quod Vasallus in feudo habeat, καταχρηστικῶς sic appellato, (cum
vna tantum species sit dominij, vt erudite explicat *L. si mater. §.
eandem. de execut. rei iudic.* ex qua falsa illa distinctio in directum &
vtile dominium desumpta est:) vel an ipso iure inuestituræ Va-
sallus vtile dominium iurisdictionis, vel aliarum rerum in feu-
dum datarum consequatur, an vero traditione quoque opus sit?
Et quod sola inuestitura abusiua siue ciuili illa, & vt Gellius ap-
pellat, festucaria possessionis traditione per hastam, annulum vel
ensem, acquiratur, probari videtur *l. vnic. C. § rei autem. de inuestit.
de re. alien. fact.* vbi vasallo recte inuestito rei vindicandæ potestas
conceditur. Et quod in feudalibus sola possit inuestitura, quod
in aliis traditio colligi dicit, ex *cap. 1. quib. mod. feud. constit. & cap. 1. de
consuet. recti feud. & cap. fin. de feudi cognition.* Iason *in l. quoties. C. de rei
vendicat.* Idem sequitur Duar. *in consuet. feudor. cap. 1. num. 6.* vbi hoc,
sicut alia multa in feudis singulare esse affirmat, vt sicut rerum
hæreditariarũ corporaliter non apprehensarum dominium hæ-
redi acquiratur. Sic etiam rei in feudum concessę dominium ci-
tra possessionis traditionem in vasallum transferatur. *allegat. cap.
vnico. de noua forma fidelitat.* Verum his non obstantibus, verior est
sententia, quod dominium vtile in Vasallum non transferatur,
absque vacuæ possessionis traditione. Iason & Bald. *l. quoties. num.
3. C. de rei vendic.* Bald *in c. 2. de noua forma fidelitat.* vbi generaliter
Vasallum per inuestituram non minus, quam in reliquis contra-
ctibus non consequi dominium ait, nisi secuta traditione per *d.
l. quo-*

*l. quoties. C. de rei vendic.* Borch. *de feud. cap. 7. nu. 6.* Idem respondet Pacian. *consil. 118. num. 33.* Quod ad textus à Iasone ex iure feudario adductos attinet, in iis error est παρὰ ὁμωνυμίαν vocabuli *inuestiturae*, quae duplex est, propria & abusiua. Propria ex Oberti de Orto definitione, est ipsa possessionis vacuae traditio acceptioque, *cap. vnico. in princip. quid sit inuestitura.* vbi inuestitura quidem proprie dicitur inuestitura. *c. ex literis. de consuet. c. ex ore. quae fiunt à maiori parte capit.* Impropria siue abusiua inuestitura dicitur, ciuilis quaedam possessionis traditio, cum hasta vel annulo, ense, baculo vel alia re corporali porrecta dominus beneficiarium se inuestire dicit. *eod. cap. vnic.* quae à traditione possessionis diuersa est: plus enim est possessionem dare, quam abusiue inuestire Pet. Gregor. Tholos. *Syntag. iuris vniuersi. lib. 6. cap. 14. num. 4.* Loca autem à Iasone *in d. l. quoties.* adducta, non de abusiua, sed vera & propria inuestitura, quae, vt diximus, nihil aliud est, quam vacuae possessionis traditio, loquuntur.

Quod à Duareno adducitur *cap. vnic. tit. de noua forma fidelitat.* non modo quod vult, non probat. Sed contrarium, quod inuestitura nimirum abusiua possessionem nō transferat, sed feudum solummodo constituat, cuius is sit effectus, vt actione in personā vasallus contra dominum agere possit, vt se in vacuam possessionem mittat, & si differat, *omnem* ei vtilitatē praestet. Ex quo textu per dictionem *omni modo*, quae praecisam coactionem significat, & *cap. vnic. §. si facta. c. vnic. si de inuestitur. feudi controuers. fuer.* probatur Dominum post inuestituram verbalem praecise ad tradendū obligari nec liberari praestando id, quod interest, Tira. *in l. si vnquam. in verb. reuertatur. nu. 76. cum seq. C. de reuocand. donation.* Mynsing. *cent. 4. obs. 6.* Borch. *de feudis. cap. 7. num. 8.* & quod ex inuestitura ad praecisam traditionem teneatur dominus multis deducit Schrader. *de feud. par. 5. cap. 2. num. 17. & 18.* Si tamen tradendae rei facultatem habet. Si minus praestando eo, quod interest, obligatio soluitur Borcholt. *d. cap. 7. nu. 17.* Id quod regulare est in omnibus facti obligationibus, vbi non praecise reus compellitur ad factum, sed soluendo pecuniam iuxta id, quod creditoris interest, liberetur. *l. si quis ab alio. §. fin. de re iud. l. stipulationes non diuiduntur.*

& ibi Bart *de verb. oblig. l. 1. de act. empt. l. si traditio. C. de act. empt.* Est
15 enim ita † obligatio ad interesse proxima obligationi facti, vt illi inesse videatur, *l. si pœnam. de verb. oblig.* Anton. Fumæus *in tr. di eo,*
16 *quod interest. cap. 5.* Dicta autem definitio, quod ius † feudatium, vel vtile dominium ex inuestitura abusiua ipso iure transferatur, restringitur, vt saltem locum habeat in inuestitura abusiua simplici. Secus vero est in inuestitura simultanea moribus gentis nostræ Saxonicæ introducta, quam vulgo coniunctam manum appellant. Ea enim legitime constituta ipso iure absque traditione vel vera, vel ficta vtile dominium in inuestitum transfertur. Hartman. Pistoris *quæst. feud. 20. tota.*

## CAPVT XXII.

### *Qualis traditio ad acquirendum dominium & alia iura realia necessaria sit.*

#### OBSERVATA.

1 *Recepta interpretum sententia dominium acquiri sola traditione, id est qualicunque rei contactu ac detentione absque vera, iusta & vacua possessionis apprehensione.*
2 *Singularis Contii sententia traditione non acquiri dominium, nisi sit talis, quæ veram, iustam & vacuam possessionem transferat in accipientem.*
3 *Verior singularis Contii opinio.*
4 *Verbi traditionis Homonymia.*
5 *Hoc loco vera, iusta & vacua possessionis dationem significat.*
6 *Dominii duæ partes essentiales fructus & mancipium.*
7 *In ambigua voce legis ea interpretatio capienda quæ vitio caret.*
8 *Duo non possunt eandem rem possidere in solidum.*
9 *Priuatio præsupponit habitum.*
10 *Modi omnes impropriæ & fictæ traditionis ita sunt comparati, vt vacuam & iustam possessionem in accipientem transferant.*

11 *In iuribus aliis omnibus realibus acquirendis vera vel ficta vacuæ possessionis traditio requiritur.*

12 *Pignus ipso iure conuentionis absque traditione constituitur, nisi alteri iam sit obligatum.*

13 *Vtile dominium in vasallum non transfertur, absq; vacuæ possessionis apprehensione.*

14 *Contii sententia tum vetustißimorum tum recentiorum & nostræ quoque ætatis præstantissimorum Iureconsultorum autoritate comprobatur.*

15 *Argumentorum Donelli pro communi opinione adductorum confutatio.*

16 *Possessio nihil commune habet cum proprietate.*

17 *Verba quantumuis generalia ita interpretanda ne sequatur absurdum.*

18 *Quæ dominio cum possessione communia.*

19 *Verba quantumuis generalia ex sententia legis temperanda.*

PErspicuum est ex his, quæ capite præcedenti tradidimus à priuato in priuatum dominium inter viuos absq; traditione non transferri. Qualis autem traditio requiratur: An nimirum vacuæ possessionis translatione opus sit, an vero sufficiat, qualiscunque rei etiam aliis possessoribus ac detentoribus non vacuæ, contactus & asinina, vt vocat Baldus detentio, magni momenti, & ipsa iuris principia contingens, ac à paucis nostris temporibus agitata quæstio est, in qua vicit ea Placentini, Ioannis Azonis, Odofredi, Bartoli & Baldi (quos reliqui ferme omnes sequuntur) opinio operose nuper defensa à Donello *com. iur. ciuilis lib. 4. c. 19.* sufficere qualemcunque rei † contactum ac detentionem absq; 1
veræ, iustæ ac vacuæ possessionis translatione. Contra † vero 2
Cont. *disp. lib. 1. c. 8.* singularis est sententia, traditione non acquiri dominium, nisi sit talis, quæ veram, iustam & vacuam possessionẽ
transferat in accipientẽ. Hancq; ego veriorem † & modis omni- 3
bus tuendam arbitror: Idque vt rectius constet, primo veræ sententiæ fundamenta adducemus, postea Donelli pro communi opinione argumenta allata conuellemus. Diximus ad dominium naturaliter à priuato in priuatum transferendum traditionem

 requiri

4 requiri. *l. traditionibus. C. de pactis.* Est † autem *traditionis* verbum à *transdando* dictũ (vt in legib. scriptum prodidisse Festum & Actiũ apud Nonium veteri lectione, *Remisque nixi properiter nauem in fugam transdant.* refert Cuiac *obs. lib. 11. cap. 19.*) in iure ambiguum. Et primo proprie est rerum mobilium porrectio, de manu in manũ, ac vt ait Theophilus ἀπὸ χειρὸς εἰς χεῖρα Cuiac *obs. lib. 11. ca. 19.* Secundo generaliter pro tenendi accipiendique aliquid facultate, etiamsi nec dominium, nec possessio transferatur. *l. licet. §. vlt. depositi. l. rei commodati. §. possidere. Instit. de interdict.* Donell. *com. iur. ciuil. lib. 4. cap. 19.*

Tertio traditio pro datione possessionis accipitur. *l. si rem trad. de verb. obligat. l. 3. §. 1. de actionib. empti. l. si ager. de rei vendicat. leg. ex empto. de actioni. empti. l. si ex stipulatione. de acquir. rer. dom. l. Traditio. eodem* item *in leg. 2. C. de acquir. possess. l. in conuentionalibus. de verbor. obligat.* Et hanc veriorem vocabuli *traditionis*, non tantum significationem, sed & definitionem esse ait Cuiac. *obs. libr. 11. cap. 19.* Quod autem verbum *traditionis*, hic non ita generaliter accipiatur, vt etiam qualemcunque rei transferendæ corporalem & naturalem dationem apprehensionem & contactum absq; animo acquirendæ veræ & iustæ possessionis complectatur, qualis primo est coloni, inquilini, depositarij & aliorum eiusmodi detentorum, de quibus *in l. non solum. §. 1. de vsucap.* Item si rei mobilis venditæ, permutatæ vel donatæ ab alio possessæ tangendi solummodo fit facultas, vt sunt inepta & ridicula exempla equilibri & ancillæ, venditæ & traditæ posita ab Odofredo *in l. si fundum. de fund. dotal.* vel rei immobilis clam vel inuito possessore inuasio, vel volente etiam possessore nudus & momentarius contactus. (Exempli causa, si fundum, cuius sum dominus bona vel mala fide à Titio possessum Sempronio venditum clam vel inuito Titio eo animo, vt veram possessionem nanciscatur, tradam, isque metu vel vi compulsus possessionem deserat. Vel si inuito, vel volente possessore saltem ingrediendi & contingendi momentaneam potestatem faciam, nõ ad eum finem, vt Titius acquirat, & Sem-
5 pronius amittat possessionem.) Sed veræ, vacuæ † & iustæ possessionis dationem & translationem significet, sic probatur. Iuris

tis enim eſt conteſſi, ſi in legibus vel ex ſolis verbis, vel orationis compoſitione oriatur ambiguitas, eam capiendam eſſe interpretationem, quæ rei propoſitæ ſit conueniens. *l. quoties. de reg. iuris.* Reſcribit autem Imperator *in d. l. traditionib. de acquir. domin.* traditionibus acquiri dominium: Igitur de eiuſmodi traditione intelligi neceſſe eſt, quæ ad transferendum dominium ſit idonea: dominij autem duæ ſunt † partes eſſentiales: *κτῆσις* & *χρῆσις*, fru- 6
ctus & mancipium, & maxime vis dominij in ipſo fructu conſiſtit, vt eleganter ait Cic. *Epiſt. lib. 7. epiſtola 131.* Id cuiuſque proprium eſt, quo quiſque fruitur atque vtitur, vt autem re vtamur & fruamur tanquam domini, aliter fieri non poteſt, quam vt nobis vera & vacua ab omni poſſeſſore ac detentore, poſſeſſio tradatur. Certum eſt itaque Primo non de traditione, quæ fit colonis, creditoribus, & aliis, qui re non ſuo, ſed alieno nomine vtuntur, nec item de contactu eiuſmodi momentaneo, ex quo nullus fructus rei contactæ, ad eum qui ita tetigit, peruenire poteſt, intelligi poſſe, etiam hac ratione, ſi contactus ille momentaneus fieret vel clam, vel inuito domino, is in poſſeſſione ſua turbaretur; quod legibus prioribus eſt prohibitum *l. 1. in princ. de interdict. §. retinendæ §. ſed interdicto. Inſtit. de interdict.* Iuris eſt autem certi, in ambigua omni † voce legis eam probandam ac ſumendam inter- 7
pretationem, quæ vitio caret. *l. in ambigua. de legib.* vitioſa autem eſſet interpretatio, ſi vocabulum *poſſeſſionis* de occupata iam & alii competenti intelligeretur, hæc enim, ſi alicui tradatur non poteſt accipiens poſſeſſor fieri, quin alium ſpoliet; quod duo eandem rem † in ſolidum poſſidere non poſſint. Violenta autem 8
eiuſmodi actio iure improbata eſt, *l. 1. in pr. vnde vi. §. recuperandæ. inſti. de interdictis.* Secundo, quod ad acquirendum dominium vacuæ poſſeſſionis traditio requiratur, euidenter probat reſponſum Calliſtrati *in l. ſi ager. de rei vendicat.* vbi ex natura † priuatio- 9
nis, (quæ teſte Ariſt. *Top. lib. 6. cap. 3* eſt τ͂ κατὰ φύσιν ὑπάρχοντος ſeu vt noſtri loquuntur, præſupponit habitum *l. Titio vſusfructus. de conditi. ac demonſtrat. c. quod vero non formatum. 32. q. 2.*) liquidò probatur, in transferendo dominio eiuſmodi interuenire traditioné, per quam poſſeſſio acquiratur, Et quod de vera poſſeſſione non

detentione loquatur, ostendunt sequentia IC. verba, quibus opponit hæredem emptori, quod hic ante traditionem actione in rem agere non possit, ille vero de eo, quod hæreditati obuenit rei vendicatione experiatur, licet possessionem eius nondum habuerit. Cum quo conuenit *l. cum hæredes. de acquir. possess.* Idem probatur *l. 2. §. 1. de actionib. empti.* vbi traditionem proprie vacuæ possessionis translationem significare ostenditur. Quo etiam pertinent loci quidam adducti à Contio *disp. lib. 1. cap. 8.* quibus traditionem propter possessionem solam, non propter se requiri euincitur, ita vt cum sine traditione possessio competere potest, non exigatur traditio. *l. qua ratione. §. interdum. cum §. §. seqq. & l. si seruus. §. vlt. de acquir. rer. domin.* Licet autem alia quoque loca ex iure afferantur à Contio *d. cap.* 8. hæc tamen id, quod intendit, non euincunt, id quod recte ostendit Donell. *d. cap. 19. lib. 4. comm. iur. ciuil.*

10 Tertio, quod ea mens sit legum latorum, † quod nimirum ad transferendum dominium vacuæ possessionis traditione opus sit, vnde etiam apparet, quod modi omnes impropriæ siue fictæ traditionis ita sint comparati, vt vacuam & iustam possessionem in recipientem transferant, cuius exemplum est primum constitutum. Si enim Dominus, qui alicui traditam vult rem suam, possidens constituat se alterius nomine possidere, eo ipso constituto vacuam possessionem, quam animo relinquit, in accipientem transfert *l. quod meo. de acquir. poss.* Idem est, si quis mihi rem traditam cupit, vel vsumfructum saltem in ea retineat, vel eam à me conducat. *leg. quisquis. C. 1. de donat. l. quadam. de rei vendic.* Et quod, vt quis alienam rem per constitutum alteri tradere possit, vt ipse possideat, requiratur, expresse docet Ferrar. *in forma lib. act. realis. nu. 28. versic. sexto.* Idem docet Tiraq. *in tr. de iure constitut. poss. par. 3. limit. 1. nu 2.* per tex. *in l. quamuis. §. 1.* & ibi gl. Ang. Raph. cum Alex. Franc. Aretin. & plerique interpretes *de acquir. poss.* vbi quoque diserte addit, idem esse in vera traditione, quod nimirum rei, quam non possidemus, traditio ad dominium non prosit, *allegat. c. olim. de restit. spol. & l. vlt. §. 1. ad SC. Velleian.* Eadem quoque ratione in aliis fictæ traditionis modis, vbi non minus vacua pos-

possessio rei tradendæ requiritur, quam si corpore & manu traderetur & comprehenderetur, vt si in re præsenti dominus eam se alicui tradere dicat, isque sit eo animo, vt velit rem possidere, *l.1.§.pen. l. quod meo. § si venditorem. de acquir.poss.* aut si rebus certo loco inclusis dominus mihi apud ipsum locum clauibus traditis earum apprehendendarũ mihi potestatem faciat. *l. qua ratione. §. item si quis. de acquir. rerum domin. l 1.§.pen. de acquir. possess.* Item si rei tradendæ custos apponatur *l. quorundam. de acquir. poss.* Item, si res domi meæ deponatur. *l. quod meo. §. venditarum. de acquir. poss.* Idem quoque fictus traditionis modus constitutionibus introductus quo traditis instrumentis emptionem rei tradendæ possessio tradi significatur *l.1. C. de donationibus.* De hisce omnibus prolixe Tiraquell. *in tract. de iure constitut. possess. par. 3. limitat. 1. num. 4.5.6.7.* vbi in fine addit, eum qui constitutum vel alium fictæ traditionis modum allegat, in iudicio succumbere, nisi rem ex constituto, vel aliis modis fictis quæsitam tempore constituti, vel aliarum traditionum fictarum tradẽtem possedisse probet, idem Pet. Benintend. *in decision. conclus. 48. nu. 2.* ex Angel. *in l. quamuis. §. 1. de acquir. poss.*

Idem quarto confirmatur exemplo † omnium aliorum iuriũ 11
in re acquirendorũ emphyteutici, superficiei, vsusfructus, vsus, habitationis, seruitutum, in quibus omnib. vere vel ficte tradendis, vacuæ possessionis translatio requiritur, non quidem veræ & propriæ, sed vt vacua sit, ab omni alia simili detentione, solo pignoris iure † excepto, quod iure ipso conuentionis constituitur. 12
*l. quoties. c. 1. de rei vendic* nisi tamen alii iam obligatum sit: eo enim casu ius in rem non acquiritur, nisi in vacuam detentionem introductus sit is, cui secundo obligatur. *l. qui prædium. C. de distr. pign.* Donell. *com. iur. ciuil lib. 4. c. 19.*

Huic sententiæ † suffragatur etiam feudorum consuetudo, 13
qua vtile dominium in vasallum non transfertur absque vacuæ possessionis apprehensione. And. de Isernia *in prælud. feudor. qu. 6.* Rosenthal *de feu. c. 6. conclus. 2. n. 3.* Duar. *in tr. de feud. c. 17. nu. 1.* Iacob. Intrigiol. *de feud. q. 55. n. 39.* Baro *de feud. lib. 2. c. 13. in pr.* Petr. de Bellapertica *de feud. cap. 7.*

Hanc

14 Hancquoq; vetustissimorum † interpretũ sententiam fuisse, diserte ait Odofredus relatus à Contio *disput. lib. 1. cap. 8.* quam & nostræ ætatis doctissimi Iureconsulti non obscure probarunt, vt post Iasonem, vbi traditionem siue veram siue fictam, de veræ ac propriæ possessionis translatione intelligit. *in l. fin. quæst. 19. C. de iure Emphyteut.* Tira. *in repetit. l. si vnquam. verb. reuertatur. num. 388. C. de reuoc. donation.* Tib. Decian. *consi. 1. vol. 1.* Rol. à Valle *consi 51. nu. 26. & 22. par. 2.* Carol. Molin. *in consuetud. Paris. par. 1. §. 13. gl. 5. num. 2.* Thomas Marin. *de feud. tit. 2. nu. 12. & 13.* Nicol. Intrigiol. *de feud. quæst. 12. num. 26.* Decius *in l. traditionibus. nu. 1. §. per traditionem. Inst. de rer. diuis.* Alex. *consi. 28. col. 1. vers. quod autem vol. 2. Idem consi. 22. in pr. vol. 5.* Mascard. *in tr. de probat. conclus. 517. & 538.* Bellamera *in decis. conclus. 39. num. 4.* vbi, vt quis vere se dominum doceat ex traditionis causa, traditionis veræ possessionis & amissionis possessionis probationem necessariam esse ait: inprimis vero antecessorum nostri temporis Coryphæus Iacob. Cuiac. *in repetit. l. 1. §. 1. de acquir. poss.* vbi traditionem pro possessionis translatione diserte accipit. Et modos acquirendi dominii hisce verbis diuidit: *Quarundarum rerum dominium venit sine possessione ipso iure, veluti legati per vindicationem relicti & hæreditatis delatæ suo vel necessario hæredi, item rerum hæreditariarum, corporum hæreditariorũ, si semel sibi delatæ extraneus agnouerit, etiamsi possessionem nondum apprehenderit adita vel agnita hæreditate. Item rei donatæ mortis causa sine traditione siue possessione. Quarundam vero dominium venit & acquiritur per possessionem, & hoc vel statim, vel non statim sed post legitimum tempus, quo fuerit continuata possessio. Statim acquiritur per traditionem possessionis à domino factam ex iusta causa acquirendi dominii. Post legitimum tempus acquiritur completa vsucapione, si tradita sit possessio à non domino ex iusta causa bona fide accipienti. Vtroque genere per possessionem dominium acquiritur.* Idem *obs. lib. 11. c. 19.* vbi traditionem veræ possessionis dationem definiri ait, per *l. 3. C. de action. empt. & l. si traditi. de verb. obl. & ad tit. de acquir. rer. domin.* plerumque, id est, extra casus, quibus ipso iure transfertur, per possessionem acquiri dominium dicit. Hactenus veræ ac iuri conformis sententiæ fundamenta adduximus: Restat, vt erat propositum quid Accursium, Odofredum

&a-

& alios Glossographos & Dd. ab ea discedere, & ad veteris iuris
inquinationem compulerit, videamus.

Quatuor autem † à Donello pro stabiliendo communi isto 15
errore collecta sunt argumenta: Primo, quod præter voluntatem
domini rem suam in alium transferre intendentis nihil exiga-
tur præter traditionem. *§. per traditionem. Instit. de rer. diuis.* Tra-
di autem rem generaliter intelligi, cuius corpus alteri prehen-
dendum, & tenendum sine cuiusque impedimento datur, et-
iamsi in accipientem non transferat veram & vacuam posses-
sionem.

Secundo ita argumentatur: Possessio † cum proprietate ni- 16
hil habet commune. *l. 1. §. 1. uti possidetis. l. naturaliter. §. 1. de acquir.
possess.* Ergo in acquirendo dominio possessionis vacuæ traditio-
ne opus non est. Tertio mouetur *leg. acquiritur. §. vlt. de acquir. rer.
domin.* quo respondetur liberum hominem bona fide seruientem
donatum, id est, donationis causa traditum sibi acquirere absque
possessione. Qui enim ab alio possidetur, possidere nequit. *l. homo
liber. de acquir. posses.* Ergo dominium acquiri absque possessione.
Quarto, huius sententiæ solidissimum fundamentum bene vul-
go existimari arbitratur *l. si fundum. de fundo dotali*, hoc argumen-
to: si dominium rei ab alio possessæ in alium transferri possit ex-
tra controuersiam ad id acquirendum non requiri vacuæ posses-
sionis translationem. Sed dominium rei dotalis ab alio possessæ
in maritum translatum probatur hac lege. Ergo in vniuersum ad
transferendum dominium vacuæ possessionis traditio non est
necessaria.

Verum nec hæc, nec vllum alium iuris locum Donelli huic,
& vulgo, quod diximus, receptæ opinioni suffragari, ex iis, quæ
subiicientur, perspicuum erit. Primo enim nullius momenti est
quod ex generali significatione verbi *traditionis*, ad quam verba
quoque *l. traditionib.* referre conatur, adfert ex iis, quæ antea ad-
duximus de ambiguorum explicandorum lege, eam nimirum in
homonymis interpretandis accipiendam esse significationem,
quæ vitio careat. *l. in ambigua. de legib. l. 2. C. de noxalib. actionib. l. vt
gradatim. §. 1. de muner. & honor.*

Vitiosum autem & tranquillitati publicæ perniciosum esse, si rem ab alio possessam detentore inuito inuadere contra expressam *l. 1. in prin. vnde vi. & § recuperandæ. Instit. de interdict.* antea relatum permittatur, nemo est, qui ambigat. Quod attinet secundo *ad l. 1. §. huius autem. vti possidetis*, vbi dicitur separatam esse debere possessionem à proprietate, & *l. naturaliter. §. 1. de acquir. poss.* vbi nihil commune habere proprietatem, cum possessione dicitur, quibus conuenit *l. permisceri. eod.* vbi possessionem & proprietatem permisceri non debere statuitur. Etsi generalis, imo vniuersalis est *dict. leg. naturaliter.* dispositio. Certum tamen est verba
17 quantumuis † generalia ita restringenda esse ne sequatur inconueniens, *l. fin. C. de aut. præstanda. l. vnic. §. pro secundo. C. de caduc. tollend. l. nam absurdum. cum l. præced. de bon. libert. l. obseruare. § fin. de offic. proc.* Bal. *in auth. Sed nouo iure. C. de episc. & cler.* Idem *consi. 2. vol. 1.* Panorm. *in c. solita. de maioritat. & obed.* Absurdum autem esset ita generaliter hanc legem intelligi, quod nihil possessioni ac proprietati conueniat, & per consequens *συναίτιον* acquisitionis dominij possessio non sit.

Dubio enim omni caret hoc, proprietatem cum possessione
18 habere commune, vt duo pluresve vnius † eiusdemque rei domini vel possessores singuli in solidum esse nequeant. Id quoque possessioni & proprietati commune est, vt per seruum communem vni ex dominis in solidum acquiri possessio, vel dominium possit. *l. 1. §. per communem. de acquir. poss.* Cuiac. *in l. possideri. §. ex contrario. de acquir. poss.*

19 Præterea in legibus † interpretandis generale est, verba quantumuis lata ad sententiam reuocanda & ex ea temperanda esse. Don. *com. iur. ciuil. lib. 1. c. 13.*

Eam autem patet generalis istius definitionis esse sententiam, quod ipso genere sint diuersa ac separata possessio ac proprietas. *leg. permisceri. de acquir. poss. & leg. 1 §. 1. de interdict.* vt licet, quando concurrunt plures actiones eiusdem rei nomine, vna tantum quis experiri debeat. *l. nemo §. ex iis. de reg. iur.* Donell. *com. iur. ciuil. lib. 21. cap. 3.* id tamen locum non habere in eo, qui rem vindicare velit: ei enim non negari vti interdicto vti possidetis. Non enim videri

videri renũciasse interdicto vti possidetis, qui rem vindicat. Vindicatio enim non renunciandæ sed auocandæ possessioni comparata est. Itaque integrum est ei, qui litem de proprietate intendit, decurrere ad interdictum, vti possidetis, quod est de retinenda possessione vel pendente, & non intermisso iudicio in rem, vel etiam mutata actione, vel formula iudicii ante rem iudicatam. *l. 4. §. vlt. de noxalib. actionib. l. huiusmodi §. qui seruum. in fin. de leg. 1. §. si quis aliud. Inst. de action.* Erudite Cuiac. *d. l. naturaliter. § nihil commune. de acquir. poss.*

Licet autem non tantum, quo ad genus & formam (possessio enim est factum ipsum detentionis cum animo dominandi coniuncta. Donell. *com. iuris ciuilis. lib. 21. cap. 6.* dominium rei proprietas vel ius de re statuendi pro arbitrio *leg. in re mandata. C. mandati.* Cuiac. *ad tit. de acquir. rer. dominio.* Donell. *com. iur. ciuil. lib. 21. cap. 6.*) Sed etiam in iuris effectu quædam sit diuersitas: Alia enim domino, alia possessori tributa facultas. Wesenbec. *ad titul. de acquir. rer. dominio. num. 12. & de acquir. vel amittenda poss. num. 7.* Inde tamen non sequitur nihil omnino inter ea esse commune, & quod altera alterius causa externa esse non possit. Vt enim dominium & rei vendicatio, obligatio & actio, pactio & seruitus, quoad essentiam ac formam per se sunt diuersa, vt ex singulorum definitionibus manifestum est, nihilominus tamen dominium causa efficiens rei vendicationis. *l. in rem. de rei vendic. in prin.* Ias. *in d. l. naturaliter. §. nihil commune de acquir. poss.* Donell. *in §. omnium. Institu. de action.* Obligatio mater actionis in personam. *l. actionum. de action. & oblig.* Donell. *in d. § omnium, verb. in rem vel in personam. Instit. de act.* Ias. *in rub. Inst. de act.* Seruitutis vna causa pactio vel conuentio inter viuos. *l. qui per 16. l. potest. commun. præd. § fin. Inst. de seruitutib. & de vsufr. in pr.* Cæpolla *in tr. de seruitut. cap. 19.* Sic quoq; proprietas & possessio licet, quod diximus, definitione ac forma ipsa & iuris quoq; effectu differant, nihil tamen prohibet, cur hæc illius causa esse, vel dominiũ per possessionem acquiri naturaliter non possit ac debeat, sicuti antea satis est demonstratum. Apparet itaque ex his, male à Donello ex allegatis *leg. 1 §. 1. vti possidetis.* item *l. naturaliter. §. 1, & l. pen. de acquir. poss.* inferri quod dictum est, nihil

commune habere proprietatem cum possessione, & separatam causam possessionis à proprietate, item causas possessionis & proprietatis inter se misceri non debere, non magis ad quæsitum dominium, quam ad acquirendum pertinere *com. iur. ciuil. lib. 4. c. 19.* Quod autem affertur ex *d. l. acquiritur.* Donatum, id est, donationis causa traditum libero homini bona fide ab alio possesso acquiri, & traditionem eam fieri sine possessione, ac quod possessus ab alio possidere non possit, per *l. homo liber.* Contrii sentētiam non infringit. Non enim dicitur *in d. l. homo liber*, simpliciter liberum hominē bona fide possessum naturaliter possidere non posse. Sed non possidere intelligi, id est, ciuili ac singulari ratione nō possidere fingi. Certum est autem ea, quæ contra rationem vel tenorem iuris communis, quod in aliquo genere rerum de toto genere vel verbis, vel ratione in commune & vniuersum primo constitutum est, propria & singulari ratione certis in causis & personis postea sancita sunt, ad consequentiam non esse producenda. *l. ius singulare. de legib.* Et vt loquuntur interpretes, ea quæ à iure communi exorbitant, si respectu certarum personarum sint introducta, ad alias personas extendi non possunt. *l. 1. de constit. in princip. l. 3. in fine. C. de legib. cap. sanc. de priuileg. cap. constitutis. de concess. præb. leg. 1. ad municipal. regul. quæ à iure. de regul. iur. in 6.* Panormitan. *in c. inter alia. de immunitat. ecclesiar.* Quantum vltimo *ad l. si fundum*, quo tanquam muro aheneo vulgatum hoc interpretum commentum niti arbitrantur: id quod vult Donellus, maritum dominium rei ab alio bona fide possessæ ab vxore in dotem datæ acquisiuisse. Igitur generaliter ad acquirendum dominium traditione vacuæ possessionis opus non esse, sed nudam & asininam, vt ait Baldus, detentionem & contactum sufficere, minime colligitur.

Facti enim talis est species: Quęritur si mulier marito fundum à Titio bona fide possessum & quem is longi temporis possessione sibi quærere poterat, marito in dotem dederit, eumq; cum id facere posset maritus petere neglexerit? maritus an rem periculi sui fecerit? & fecisse, id est, mulieri aliquando de dote agenti in æstimationem fundi condemnandum esse respondet Triphonius.

nius. Ex quo nullo modo ſequitur, & dominium ex nuda detentione & contactu in maritũ tranſiiſſe & in vniuerſum, vt ait, ſine vacuæ poſſeſſionis traditione dominium acquiri poſſe. Etſi enim in ea diſponatur maritum rem in dotem datam ante completam vſucapionem, non petendo rem ſui periculi facere, id tamen nõ ſimpliciter, ſed cum adiecta hac conditione ſi cum poſſet petere, non petiit; affirmat Triphonius. Certum eſt autem enunciatum conditionale, vt loquuntur Organi interpretes, nullum vt verum aſtruere, ſed tantum indicare ſequelam vnius partis ex altera, vel nihil ponere ineſſe, nihil diſponere. *l. ex facto, etiam agitatum. de hæred. inſtit. l. qui duos. & l. ſi pater filium. de vulg. & pup. ſubſtit. l. qui ſub conditione dandorum decem ſi quis omiſſ. cauſa teſtam.* Menoch. *de præſumpt. lib. 4. præſ. 76 fol. 75.*

Et licet pura & cathegorica eſſet diſpoſitio, quod nimirum Titius fundum petere potuiſſet, inde tamen non ſequitur, dominium eius per aſininam detentionem, & contactum ita maritũ eſſe conſecutum. Græci enim interpretes verba legis, vt ſuum dedit ita interpretantur κατακέλευσεν ὡς ἴδιον, Dionyſ. Gothofred. *ad d. l. ſi fundum. in verb. vt ſuum dedit.* Et generaliter dotis dationem vim ceſſionis habere notant *in l. quamuis. de iure dotium.* Cont. *d. diſp. 8.* vbi addit ſolenne & adſiduum eſſe, vt mulier actionem & nomen in dotem det, idque in ea ſpecie facere intelligendum, cum rem dare aut tradere non poſſit, *argum. l. nuptura. l. cum poſt. §. 1. l. mulier bona. de iure dotium.* Quodque mulieris res propria dotalis conſtitui poſſit inſtrumento dotali ſine traditione. Cuiac. *obſ. lib. 14.* A quo non plane abhorret Accurſii Gloſſa *in dict. leg ſi fundum.* vbi dicit: *Poteſt ergo ſecundum Ioannem dominium ſine poſſeſſione quæri: ſicut in legato fideicommiſſo, & qualibet vltima voluntate.* Et licet probari poſſet, ex hac vel alia lege in re dotali ita conſtitutum eſſe, vt dominium rei dotalis in maritum abſq; vacuæ poſſeſſionis traditione ſola inductione in fundum, vt putat Ioannes & cæteri Gloſſographi, id eſt, aſinino contactu ac detentione tranſeat; Inde tamen non poteſt colligi conſequentia, qua vel integrum ac plenum dominium (quod duabus hiſce ſummis partibus fructu & mancipio ſiue poſſeſſione, vel vt Græci melius exprimunt, χρήσει

15 *Consuetudines accipiunt interpretationem à iure communi.*
16 Possessionis *verbum* πολύσημον.
17 *Possessionis definitio.*
18 *Iurisdictionis plenum ac integrum dominium priuatorum commerciis exemptum.*
19 *Vt dominia, sic etiam possessiones subordinatæ.*
20 *Iusta possessio ad vsucapionem iurisdictionis requiritur.*
21 *Iustæ possessionis requisita titulus bona fides, & transferentis voluntas.*
22 *Iurisdictionis præscriptio absq; titulo non procedit.*
23 *Tituli probatio regulariter supernacanea in præscriptione 30. annorum.*
24 *Idem in seruitutum præscriptione.*
25 *Maxime vero in præscriptione hominum memoriam excedente.*
26 *An res omnes incorporales exemplo seruitutum absq; titulo ordinario tempore præscribantur, inter Dd. controuersum.*
27 *Verior sententia, quod titulus requiratur solis seruitutibus exceptis.*
28 *Similia eodem iure censenda.*
29 *Exorbitantia stricte intelligenda.*
30 *Præscriptio ordinaria 10. vel 20. annorum, an sit fauorabilis, vel odiosa.*
31 *Vsucapionis & præsumptionis diuersa effecta.*
32 *Diuturna præstatio obligationem & actionem non constituit.*
33 *Bonæ fidei probatio in vsucapione cui incumbat.*
34 *Scientia & patientia eius contra quem præscribitur iurisdictio necessaria est.*
35 *Communis opinio ad præscriptionem iurisdictionis tempus immemoriale requiri.*
36 *Verior sententia, quod ordinario tempore præscribatur inter priuatos.*
37 *Contra imperium ipsum non nisi tempore immemoriali præscribitur.*
38 *An & quanto tempore contra imperatorem præscribatur iurisdictio.*
39 *Præscriptionis immemorialis effecta.*

40 *Præscriptio non minus, quam priuilegium principis reuocationi obnoxia.*

41 *Eadem vis taciti & expressi.*

42 *Fortior in ipso imperio, quam Cæsare reuocandorum priuilegiorum potestas.*

AN autem iurisdictio præscriptioni subiiciatur diuersæ sunt interpretum sententiæ. Et primo iurisdictionem tanquam
1 rem † publici iuris non posse præscribi, nec minus à republica separari, quam radios solis ab ipso sole, docet Bal. *in tit de feud. Marchi. in vsib feud.* Contra vero non tantum † simplicem iurisdictio-
2 nem, sed merum quoq; & mixtum imperiũ regulariter præscribi tradit Ias. *l. imperium. num.* 20. *21. 22* Bal. *in repetit. d. l. imperium. col.* 4. *& 5. vers. sed quæro, an imperium. de iurisdict. omn. iudic:* & ibidem Albericus de Rosato & alii adducti à Baldo *in tract. de præscript. par. 25. par princ. quæst.* Thomas Doccius *consil.* 102. *num.* 3. Hancque sententiam communem esse, quam plurium ad hoc adducto testimonio confirmat Iason *dict. leg. imperium num. 20. de iurisdict.* Ac probari textib. *in l. viros. C. de diuers. offic. lib. 12. leg. 1. C. de fund. limit. lib. 11. cap. irrefragabili. § 1. de offic. ordinarii. c. cum contingat. de foro com-*
3 *pet.* vbi Abb. dicit, alibi melius non probari posse. Eandem † non obscure tuetur Cuiac. *ad tit. C. de præscript.* 30. *vel* 40. *annorum*, vbi dicit: *quemadmodum vsucapio, vbi locum non habet, succedit longi temporis præscriptio, ita vbi præscriptioni locus non est, vt si agatur in rem vel hypothecaria aduersus malæ fidei possessorem, vel si agatur in personam tum præscriptio longissimi temporis*, id est, 30. *annorum, & rursus cessante* 30. *annorum*, 40. *annorum succedat præscriptio.* Cuius autor est Anastasius *l. 4. 5. 6. C. 1. de præscript.* 30. *vel* 40. *annorum.* quo actiones omnes, quæ specialiter constitutione Theodosii non sunt enumeratæ, perimuntur, etiamsi de iure publico agatur, per *l. vltim. C. de fundo rei priuatæ. l. vlt. C. de fundo patrim.* excepta tributorum causa. *leg. 6.* vel de conditione personarum, vt si quis dicatur esse cohortalis. *l. si cohortalis. C. de cohort.* vel seruus, vel nauicularius, vel fabricensis, metallarius, murilegulus, Gynecianus, vel alterius cuiuscunque conditionis, cui cum sua sobole teneatur adstrictus quasi vinculo quodam seruitutis,

Exce-

Exceptionis autem ea natura eſt, vt in caſibus non exceptis regulæ officium conſtituat & confirmet. *l.1. de reg.iuris.l.in his.leg. quod vero. & l.ius ſingulare.de legib.l.quæſitum.§.demq.* & ibi gloſſ. & Bart.*de fundo inſtr.*Felin.*in c.quoniam frequenter. vt lite non conteſtata.* Rol.à Valle *conſi.99. vol.1. num. 42. & 43.*Riminal. *conſi.463. num. 2.* Petra *de fideicōmiſſ.q.4.verſ. 1.fol.46.*Tib. Decian.*conſi.76.n.14.vol.3.* Tiraq.*in tr.de priuileg.piarum cauſ.fol.39.*Natta *conſi.tom.1 fol.88.n.4.* Pariſ.*conſ.33.nu.39.*

Si igitur iura publica omnia 40. annis præſcribantur, & ab iis ſolummodo poteſtas indicendi munera excipiatur. Sequitur Iuriſdictionem quam potiſſimam iuris publici partem eſſe antea oſtendimus, non exceptam, regulæ & cōſtitutioni de præſcriptione generali relictam eſſe.

Porro quidam † in ea ſunt ſententia, iuris ciuilis de non vſucapiendis rebuspublicis diſpoſitionem pontificū reſcriptis eatenus antiquatam eſſe, vt non habeat locū in præſcriptione hominum memoriam ſuperante. Ea enim tam iuriſdictionem, quā alia omnia ad ius imperij vel reipub. pertinentia, præſcribi conſtitutum eſſe à Cæleſtino *3. in c. ſuper quibuſdam.§.præterea.de verb. ſignificat.*gl.&iuris canonici interpretes *in c.1.de præſcript.in 6.* Abb. *in c.cum liceat.num.4.de præſcript.*Idem Abb. & Felin. *in c.cum nobis. in princip.eod.tit.* Hanc quoque ſententiam communem eſſe affirmat Socin.*conſ.275.col.2.lib.2.*quem ſequitur Purpuratus *l.1.nu.* 4. *de offic.eius, cui mandat. eſt iuriſd.* Vaſq. *illu.quæſt. cap.83. num.31.* Ego vero hiſce & aliis non obſtantibus iuriſdictionis præſcriptionem nullo iure præſcripto permitti arbitror. Certum eſt enim vſucapioni (quam ius autoritatis, & à legibus ortum dicit Cic. *in orat.de Aruſp.reſponſis & pro Aulo Cæcinna*) ea tantum ſubiici iure ciuili, quæ ſint in bonis & commercio, minime vero, quæ commerciis † hominum ſunt exemtæ, quę eædem in bonis & patrimonio priuatorum haberi non poſſunt, vt ſunt res ſacræ, ſanctæ, religioſæ, publicę, liber homo, quarum natura & conditio acquiſitioni, & vſucapioni repugnat *leg. vſucapionem.* 8. *de vſucap.§.ſed aliquando.Inſtit.eod.leg.Celſus.in princip.de contr.emt.*Donell.*com.iur. ciuil.lib 1.cap.22.*

Ii Quod

6 Quod autem iurisdictio † tanquam pars potissima τῆς ἀρχῆς πολιτικῆς non in priuatorum, sed reipub. ipsius sit patrimonio, certius est, quam vt vlla probatione indigeat, de quo prolixe tractatum est à nobis supra *cap. 3.* huius libri. Et licet aliis atque aliis seculis de præscriptione diuersa placuerint legum latoribus, & nõnulla in iurib. antiquis impræscriptibilia inueniuntur, quæ nunc dicantur præscriptibilia, gloss. magna *in* §. *1. de repert. & temporalibus.* Petr. Gregor. Tholos. *Syntag. iuris vniuersi. lib 4. cap. 5. numer. 36.*
7 Iurisdictionem tamen † cõtra veterum legum placita vsucapioni subiacere nusquam relatum est. Certum est autem iuris semel constituti autoritatem tam diu constare, donec immutetur contraria constituentium voluntate Tiraquell. *in tractat. de præscript.*
8 *gloss. 2. fol. 70.* Ea autem † non præsumitur *cap. maiores. circa finem. de Baptism. leg 4.* §. *in amittenda. de acquir. poss.* Bertr. *consi. 34. colum. fin. vol. 2.* Paris. *consilio 67. numero 25. vol 2.* Roland. à Valle *consilio 77.*
9 *numero 32.* Sed declaratur animus † derogandi vel abrogandi, aut legibus postea latis §. *pen. Instit. de iure nat. gent. & ciuil.* vel tacito consensu populi, id est, consuetudine qua non aliter, quam aperto populi suffragio leges abrogantur, *leg. sed & ea. de legib. l. de quib. eod.* Donell. *comm. iuris ciuilis. lib. 1. cap. 12.* Textus autem tam ex constitutionibus Imperatorum, quam Pontificum pro confirmanda sententia vulgo recepta, ab antiquis iam, vt refert Bal. *dicto de præscriptione loco.* non de præscriptione, sed consuetudine loquuntur, quæ non minus, quam lex iurisdictionem dare potest Franciscus Purpuratus *consilio 582. num. 4.* Consuetudo au-
10 tem † & præscriptio (licet antiquos Dd. in iis distinguendis sese euoluere non potuisse, ac Bartolum etiam hærere dicat Zasius, *in leg. de quibus. de legib.*) non tantum causis & argumentis externis, sed internis quoque maxime differunt. Causis internis & essentialibus genere nimirum & forma; primo quod consuetudo est pars iuris ciuilis *l. de quib. de legib.* vsucapio vero modus acquirendi dominii. Secundo causa efficiente: vsucapio enim possessione vnius hominis perficitur, consuetudo moribus & consensu populi introducitur. *leg. de quib. de legib. Connan. com. iur. ciuil. libr. 1. cap. 10. de consuetudine. nume.* 8. Zas. *dict. leg. de quibus.* Tertio effectu:

Ex

Ex consuetudine oritur ius publicum, ex præscriptione priuatum ius nascitur, Duarenus *de legib. cap. 1.* Et vt loquuntur interpretes præscriptione acquiritur ius formatum, siue dispositum. Consuetudine vero ius disponens Bart. *in leg. 2. C. quæ sit longa consuetudo.* Roch. Curtius *in repetit. cap. cum tanto. de consuetudin. sect. 5. numero 3.*

Quarto subiecto: Præscriptioni subiiciuntur ea solummodo, quæ sunt in bonis & commercio. In consuetudine aduersarii dominium & ius non venit in considerationem Zasius *d. leg. de quib.* Quinto adiunctis quoque differunt. Quod consuetudo interpretatione ad similia producatur, præscriptio tanquam odiosa ad similia extendatur *c. cum olim. de præscr. & c. in tua. de decimis.* Zas. *d. l. de quibus.* De differentia consuetudinis & præscriptionis vide quoque Bald *in d. l. num. 6.* Post omnes autem alios Molin. *de Hisp. primig. lib. 2. fol. 225. nu. 3.* vbi iuris principiis repugnare ait hominem priuatum vnum vel plures etiam, qui certam populi vel ciuitatis partem non constituunt, consuetudinem inducere posse. De consuetudinis quoq; & præscriptionis differentia plura confert Crauet. *de antiq. temp par. 4. in pr.* Nec obstant etiam, quæ traduntur à Cuiac. *ad d. tit. C. de præscriptione 30. vel 40. annorum.* Certũ est enim verbi publici non vnam in legib. & constitutionib. esse significationem.

Primo enim latissima significatione † publicum dicitur, quod 11
in vsu omnium est communi, siue omnium hominum, siue vnius alicuius populi, aut plurium. Sic accipitur *in §. 1. Inst. de rer. diuis. leg. quod in littore. de acquir. rer. dom. l. littus. de verbor. signif. l pen. de rer. diuis.* Hac significatione etiam comprehenduntur, quæ sunt in vsu publico ciuitatum, quæ priuatorum loco habentur *l. eum qui. de verbor. signifi.* Alciat *l. inter publica. eod.* Talia sunt viæ itineraque Campus Martius & similia *l. 2. § 1. ne quid in loco publ. l. sed Celsus. de contrah. empt.*

Secundo publica appellantur ea, quæ nõ sunt in vsu omnium hominum, neque vniuersitatis alicuius tantum, sed in vsu alicuius populi seu gentis, aut plurium, non tamen omnium. Sic eo de rebus publicis Imperii Romani vtitur Imperator *in §. 1. & §.*

*flumina. Instit. de rer. diuis.* Baro *Instit. eod.* Tertio, ea quæ sunt non in vsu tantum, sed pecunia & patrimonio populi *l. sed Celsus. in princ. de contrah. empt.* Ac proprie quidem populi Romani, latissima tamen significatione quoque ciuitatum & vniuersitatum, quæ priuatorum loco habentur, respublicæ dicuntur. *dict. leg. eum, qui. de verbor. significat. leg inter publica. eod. & leg. vsucapionem. de vsucap.* vbi publicum in genere de rebus populi Romani ac ciuitatum dicitur Cuiac. *ead. leg. in verbis publicis populi Romani.* His quoque annumerantur, quæ ad Fiscum siue patrimonium Imperatoris, veteris Romanæ reipubl. instituto ab ærario distinctum pertinebant *l. Bene à Zenone. C. quod præscr. l. fin. C. de fundis patrimonialib. libr. 11. leg vlt. C. de fun. rer. priuatar. eod. lib.* Renat. Choppin. *de dominio regis Franciæ. lib. 1. c. 1.*

Porro publicorum patrimonialium populi Romani quædam ad dominium & alia iura cum priuatis communia pertinent, vt sunt ex corporalib. prata, syluæ, emphyteutica & vectigalia prædia incorporalia actiones, nomina, & credita, &c. Goddæ. *l. inter publica. nu. 19. de verb. signif.*

Quædam vero ad summam reipublicæ potestatem ac maiestatem pertinent. De quibus *in l. 1. §. ius publicum.* & ibi Baro *de iust. & iure l. 1. de constit. princ.*

Ex his, quæ sunt in vsu vel totius populi Romani, vel ciuitatis alicuius, quia sunt hominum commerciis exempta & in bonis ac dominio priuatorum haberi non possunt, natura sua vsucapionem non recipiunt. *l sed Celsus. in pr. de contrah. empt. l. vsucap. de vsucap §. sed aliquando. Instit. eod.*

Interea vero, quæ in pecunia ac patrimonio sunt reipublicæ ita distinguuntur: vt res quidem ac iura alia patrimonialia à summa reipub. potestate diuersa, vsucapioni subiiciãtur. *d. l. sed Celsus. in verb. quæ non in pecunia. de contrah. empt.* gl. *in l. vsucapionem. de vsucapion. l. fin. C. de SS. eccles. l. intra quatuor. & l. in omnibus.* & vtrobique glossa *de diuers. & temporalib. præscript.* Duaren. *in tit. de vsucap. cap. 3.* Idem obtinet in rebus patrimonialibus principis *l. vlt. §. vlt. de fund. patrimon & l. vlt. de fundo rer. priuat. lib. 11.* Anton. Contius *in Scholiis ad l. 6. C. de præscr. 30. vel 40. annorum.* Ea vero, quæ ad summam

mam imperij potestatem ac maiestatem pertinent, tam iure gentium, quam ciuili nullius temporis vsucapioni subiiciuntur, sunt enim instar sacrorum & ab omni mortaliũ commercio exempta, vt de dominicis regij imperij Gallici iuribus ait Renat. Choppi. *de dominio Regis Franciæ. lib. 1. cap. 1. num. 6.* Anastasius *in l. competit. C. de præscript. 30. vel 40. annorum.* De his grauissima Themistoclis & Catonis apud Plutarchum *in Themistocle & Catone* est sententia. Nec mortales aduersus Deum immortalem, nec priuatos aduersus rempublicam præscribere posse Bodin. *de repub. lib. 1. c. vlt. in fin. & lib. 6. c. 2.*

Et quod ea, quæ ad summam principũ potestatem pertinent, vsucapi non possint, firmat Albericus de Rosato *in l. vlt. de iurisd.* Bald. *in l. à procuratore. C. mandati. & in l. si aqua. de seruitut.* Alex. *cons. 30 lib 5.* Lucas de Penna *in l. contra ius publicum C. de re militari.* Bart. *in l. infamem. de public. iud.* Idem *in l. 1. de aqua pluuia arcen. & in l. hostes. de capt. & postlim. reuers.* Felin. *in c. cum non liceat. de præscript.* Baldus *in l. competit. C. de præscript. 30. annorum. c. cum non liceat.* & ibi glos. *de præscript.* Baldus *in l. 1. num. 6. C. de emancip. liber. & in c. quæ sint regalia. cap. cum inter.* & ibi gl. & Dd *de consuetud.* & alii adducti à Iasone *in d. l. imperium. num. 20.* Eamq; sententiam communem dicit Crauetta *in l. imperium. num. 164. de iurisd.* Vasq. *controuers. illust. lib. 1. c. 2. num. 14.*

Cum igitur posteriores † leges ad priores sint trahendæ, *l. sed & posteriores. de legib.* & in ambiguis ea interpretatio capienda sit, quæ vitio careat, *l. in ambigua. de legib.* Inconueniens autem & absurdum sit, à priuato, quæ ad summam potestatẽ pertinent præscribi, & sic ordinem & imperium politicum interuerti, de iis potius iuribus ac rebus publicis, in quibus dominium vel plenum vel partem eiusdem quandam tenet respublica, quæ in Principis ab ærario publico separato sint patrimonio, quam quæ ad *κυρίαν πολιτικὴν* siue summam eiusdem potestatem, ad quam iurisdictionem tanquam caput præcipuum quoq; referri diximus. *l. omnis. de præscript. 30. vel 40. annorum.* contra ac sentire videtur Cuiac. intelligenda est. Idque diserta Anastasii declaratione continetur. *l. competit. C. eod.* 12

Cui non obſtant, quæ de natura & effectu exceptionis antea ſunt adducta. Non enim Imperator publicas functiones à diſpoſitione *l. omnis.* tanquam ſub ea comprehenſas excipit. Sed à ſenſu & propoſito ſuo in conſtituendo *l. omnis.* plane alienum ac remotum fuiſſe ait, vt publicæ functiones ſub ea comprehenderentur. Certum eſt autem, ſi exceptio ſub regula non comprehenditur, vel ex proprietate ſermonis, vel verbis, vel mente legis reſtringentis, regulam vltra naturam ſuam non extendi. *leg. generali. §. vxori.* & ibi Bart. & Alb. *de vſufruct. legat.* Fran. Aretin. *conſi. 143. viſa conſultatione col. 2. verſ. ſed ad hanc. lib. 1.* Felin. *c. quoniam frequenter. in pr. col. 2. verſ. pro tanto dici. vt lite conteſtat.* Tiraq. *in tr. de vtroque retract. fol. 476 n. 94 & 95.* Corn. *conſ. 57. col. 1. lib. 1.* Pariſ. *conſi. 157. n. 50.* Tib Decia *conſ. 55. n. 16.* Et licet nulla habita ratione inde reſultantis abſurditatis & mentis Imperatoris adeo diſerte & clare expreſſæ publicæ functiones *à lege omnes.* tanquam ſub ea comprehenſæ exceptæ dici poſſint. Certum tamē eſt antea dictæ deciſioni non eſſe locum in caſibus diſerte non exemptis, ſimilem vel maiorem rationem habentibus, gl. *in verbo indicati. in l. 1. C. de cond. indebiti.* Bart. *in l. 1. de offic eius, cui mand. eſt iuriſd. c. cum dilecta.* & ibi Panor. *de confirm. inutili.* Angel. Ioan. de Imol. *in l. 1. §. ſi is qui. ad SC. Trebell.* Eberh. *in topicis in loco ab except. ad reg. nu. 5.* Rim. *conſ. 109. num. 24.*

13 Quod autem non tantum ſimilis, ſed maioris momenti ſit iuriſdictio, quam in omni politia tam νομοθεσίαν quam δικαιοδοσίαν cōplecti diximus, quam munerum ſiue realium, ſiue perſonaliū indicendorum poteſtas, notius eſt, præſertim verſatis in rebus ciuilibus, quam vt vlla explicatione indigeat.

Quantum ad ſententiam eorum, † qui iuris tam gentium, quam ciuilis vſucapionibus rerumpublicarū prohibitorii diſpoſitionem ex pontificum placitis ad præſcriptionem, memoriam hominum ſuperantem reſtringunt, attinet, conſtitutionem Cæleſtini *C. ſuper quibuſdam. de verb. ſignif.* in qua tanquam baſi dicta iuris Canonici interpretum opinio nititur (præterquam, quod Pontifici de reb. ad imperii maieſtatem pertinentib. quicquam diſponere non ſit integrum, vt dicetur ſuo loco) certum eſt non

de v-

de vsucapione, sed consuetudine loqui, quæ toto genere inter se diuersa esse diximus paulo ante.

Ex quibus breuiter † sic deductis manifestissimum euadit, iurisdictionis præscriptionem nullo iure scripto, sed morib. ac tacito populi consensu introductam esse. Quod in effectu quoque senserunt Bal. *in d. l. imperium. nu. 6.* merum scilicet & mixtum imperium bene posse quæri, per consuetudinem, sed non per præscriptionem. Item Hostiens. *in c. 2. de purg. vulg.* & ibidem Anto. de Butrio & alii relati à Iasone *in sæpe d. l. imperium. num. 20. de iurisdict.* Restat igitur, vt quæ ad constituendam hanc præscriptionẽ sint necessaria videamus. 14

Circa quod † præcognoscendũ est, quod sicut consuetudines omnes à iure communi declarationem accipiant, *l. 2.* & ibi Salic. *C. de noxalib. actionib.* Bart. *l. omnes populi. de iustit. & iure.* Bal. *in l. terminato. in fine. C. de fructib. & litium expens.* Bal. *in l. Gallus. §. quod si is. de lib. & postum.* Bal. *consi. 58. col. fin. lib. 2.* Alex. *consi. 50. col. fi. lib. 1.* Cor. *consi. 1. col. fi. lib. 2.* 15

Et quæ in consuetudine expressa non sint, secundum ius scriptum determinari debeant Molin. *in consuetud. Paris. tit. 2. fol. 119. num. 31.* Sic etiam de iurisdictione præscribenda introducta consuetudo i[illegible]ccipienda est, vt quæ ad aliarum rerum vsucapionem etiam ad iurisdictionis præscriptionem sint necessaria. Primum itaque & maxime substantiale requisitum huius præscriptionis est possessio. *cap. sine possessione. de reg. iuris.* Possessionis verbum multiplex † quidem & πολύσημον est, ac significatione sua vsucapionem agrum, qui possidetur, proprietatem & bonorum possessionem, id est, ius persequendi retinendique patrimonii, quod cuiusque cum moritur, fuit, comprehendit. Cuiac. *in leg. 1. §. 1. de acquir. poss.* Ac hoc loco possessio pro vsu quodam rei, quem efficit actus, & exercitium eorum, quæ ad iurisdictionem pertinent accipitur. Vt enim in rebus corporalibus proprie possessio est naturalis rei apprehensio, ac detentio: Sic in rebus incorporalibus loco eiusmodi naturalis apprehensionis est vsus *l. quoties. de seruitutib.* Longo *in repet. l. imperium. fol. 298.* Donel. *com. iur. ciuil. lib. 5. cap. 23.* 16

Posses-

17 Possessio vero non est sola † detentio, qualis est inquilini, creditoris in pignore, fructuarii, item qui in possessionem à magistratu missus est, crediti vel dotis ventris, legatorum, damni infecti causa & similium. De quibus Cuiac. *obs. lib. 9. cap. 33.* Donell. *com. iuris ciuilis lib. 5. cap. 6.* Cont. *disput. libr. 1. cap. 9.* Sed ea detentio, quæ fiat animo & affectu domini. Inter possessionem enim & dominium ius dumtaxat interest, non affectio. Contius *disput. libr. 1. cap. 9.* Vt ex iunctis duobus Institutionum Theophili locis, *titulo* nimirum *per quas personas nobis acquirit.* ac *tit. de interdict.* rectius quam Ioan. & Azo relati ab Accursio *in glossa leg. 1. de acquir. poss.* eam definit Contius *disput. iur. ciuil. libr. 1. cap. 9.* νομὴ δ᾽ ἐστὶν σωματικοῦ πράγματος κατοχὴ συντρεχούσης τῆς ψυχῆς δεσπόζοντος, id est, *possessio est rei corporalis detentio, concurrente animo atque affectione domini.* Errant autem qui ea, quæ ad rei vnius essentię ac formæ constitutionem pertinent, diuidunt, & ex vno requisito duo constituunt, vt nimirum necessaria sit ad pręscriptionem, vt quis possideat, & vt animo & affectu domini possideat, vt fit à Lõgouallio *in rep. l. imperium. fol. 315. de iurisd. om. iud.* Ille enim solus possidet, qui affectione domini & suo, non qui alieno nomine rem detinet. *l. quod meo de acquir. poss.*

Iurisdictionis autem proprie nulla est possessio, sed detentio quædam, non integri quidem dominii, sed iuris tamen cuiusdam in re sibi habẽdi animo, quæ κατασχετικῶς dicitur possessio: ad eundem modum quo Vasallus & Emphyteuta domini dicuntur. Beccius *cons. 3. nu. 48.* Lancellot. Gallia *consil. 99. nu. 85.* Thomas Doccius *consil. 18. nu. 8.* cum tamen diuersum habeant ius à vero dominio, quod rei proprietas est. Cuiac. *obs. lib. 10. cap. 6. & lib. 11. cap. 35.* Pet. Anton. de Petra *in tr. de fideicom. quæst. 14. nu. 1. & 3.*

18 Integrum enim ac plenum iurisdictionis † dominium priuatorum commerciis non subiicitur, vt supra *cap. 18. in fine.* exposuimus. Et vt dominia quædam ἐν πλάτει sic accepto vocabulo sunt subordinata, vel subalternata, vt loquitur Alex. Raudensis *consil. 17. nu. 331.* sic etiam possessiones quædam sunt subordinatæ. Primus enim vt directus dominus possidet, ciuiliter vera & propria ciuili possessione, sicut proprie & anatomice est dominus directus

ctus. Vltimus vero habet realem fruitionem & verum ac naturale commodum rei poſſidet naturali propria & perfecta poſſeſſione, vt etiam proprie vtilis dominus dicitur Molin. *in conſuet. Pariſ. ti.1. §.1. gl.7. n.9.* Bal. *in l. vnic. n.4. C. vti poſſidet.* Gilman. *rer. in Camer. iudicatar. lib.1. deciſ.13. n.66.*

Domini autem intermedii, vt ſua etiam habent dominia ſubordinata & reſpectiua, quæ ſunt directa reſpectu inferioris, vtilia autem ſuperioris. Sic etiam habent poſſeſſionem quandam reſpectu ſuperioris naturalem, reſpectu vero inferioris καταχρηστικῶς ciuilem. Vt enim Baldus ait *in l. vnica. C. vti poſſidetis.* Quemadmodum quælibet proprietas large nimirũ ſumto vocabulo poſſeſſionem, itidem in lata ſignificatione habet ſibi correſpondentem: Ita dominorum intermediorum poſſeſſiones iuribus ſuis correſpondent. Exempli cauſa. In hoc noſtro caſu iuriſdictionis verum dominium habet ipſa reſpublica, vel imperium Romanum, vſumfructum Cæſar, quo ad totum: quoad partem Electores, Principes ordines tanquam intermedii vtile dominium, vſumfructum, & ius quoddam innominatum, & reſpectu imperii naturalem poſſeſſionem, reſpectu vero inferiorum, quibus pars aliqua ab ipſis conceditur, ciuilem, vt pulchre & erudite hæc omnia explicat Molin. *in conſuetu. Pariſ. dicto titulo 1. §. 1 gloſ. 7. numero nono.*

Cum autem poſſeſſio † ſit duplex iuſta & iniuſta *leg. 1. §. ſi vir. & leg. 3. §. ex contrario. de acquir. poſſeſſ. leg. 1. §. deiicitur. vnde vi,* non 20
ſimpliciter poſſeſſio, ſed iuſta ad vſucapionem requiritur: iniuſta enim poſſeſſio detinenti nihil, vt ad fructuum acquiſitionem ſic ad vſucapionem prodeſt *l. emptor. de præſcr. long. temp. l. improba. C. de acquir. poſſ.*

Iuſtã autem poſſeſſionem † tria faciunt, iuſta poſſidendi cau- 21
ſa, bona fides & voluntas transferentis Donell. *comm. iur. ciuil. l.5. cap. 14.* iuſta poſſidendi cauſa in vſu iuris Titulus appellatur *l. naturalem. §.1. de petit. hæredit. l.1. pro dote.* vel quod tueatur poſſeſſorẽ, vel quod reddita iuſta cauſa facultas præbeatur intuendi, iuſte vel iniuſte quis poſſideat, vt placet Donello *com. iur. ciuil. lib. 5. cap. 14.* Titulo autem non præcedente vſucapio non procedit. *inſti. de*

*vsucapione. in princip. l. nullo. C. de rei ven. l. diutina. C. de præscript. longi tempor. l. vlt. C. pro hærede.* Necesse est itaque iurisdictionem vsucapturo, vt vel à non domino inuestitus, vel vsusfructus, vel aliud ius quoddam innominatum ei sit constitutum. *argum. l. cum nemo.*
22 *l. si nulla. C. de acqu. poss.* Et quod in specie † iurisdictionem præscripturo titulum ostendere necesse sit, docet Franc. Purpurat. *consi. 378. nu. 7.*
23 Quod autem de tituli † ad vsucapionem necessitate diximus, principum constitutionibus generaliter restringitur ad præscriptionem ordinariam, decem nimirum annorum inter præsentes & 20. inter absentes, exclusa præscriptione longissimi temporis, quæ absque titulo & bona fide regulariter procedit. *l. sicut. & l. omnes. & l. si quis emptionis. §. 1. C. de præscr. 30. vel 40. annor.* Tertio ge-
24 neraliter † restringitur, vt non habeant locum in præscriptione seruitutum *l. si quis diuturno.* & ibi glo. & Dd. *si seruit. vendicet. & in l. 2. C. de seruit. & aqua.* Longouall. *in repetit. l. imperium. fol. 274. n. 30.*
25 Multo minus in præscriptione † hominum memoriam superante, de qua plura in tertio requisito.
26 An autem res † omnes incorporales, quib. annumeratur quoque iurisdictio præscriptione ordinaria spacio 10. vel 20. annorum præscribantur absque titulo, apud Interpretes controuertitur, Paulus Castrensis præscriptionem rerum omnium incorporalium, & sic etiam iurisdictionis decennalem, vel vicennalem titulum & bonam fidem requirere, tricennalem vero sine his procedere arbitratur *in l. seruitutes 4. de seruitutib.* Exceptis seruitutibus realibus, quæ si continuæ sint, etiam sine titulo ordinario 10. vel 20. annorum spacio præscribantur *l. si quis diuturno,* in quo discrimine inter seruitutes rebus vel personis debitas secutus est. Cyn *in l. 2. de seruit. & aqua.* Abbas *in c. de querela. pen. colum. de præscript.*

Receptior vero & maioris interpretum partis sententia est, iurisdictionem ad exemplum seruitutis discontinuæ, non nisi tempore hominum memoriam excedente, præscribi, quam refert Longouall. *d. leg. imperium. fol. 231. num. 18. & fol. 287. numer. 44.* Longouallius vero seruitutes absque discrimine & iura & res incor-

corporales,& in ſpecie iuriſdictionem ordinario tempore 10. annorum inter præſentes, & 20. inter abſentes, ſiue de acquirenda primum ſiue iam acquiſita extenſione & amplificatione agatur, præſcribi affirmat *d.l.imperium.fol.232.num.19.& fol.287.num.44.& fol.318.nu.18.*

Argumenta ſuæ ſententiæ non affert Longouall ea, quibus vtuntur Alb.de Roſ.*in l.foramen.de ſeruitutib. vrb. præd.* Ioan.Fabri. *in §.retinendæ.Inſtit.de interdict.* Bart. *in l.iuſto. §. non audet. de vſucapionib.* qui iuriſdictionem æquiparant ſeruituti, quæ abſque controuerſia tempore ordinario abſque titulo vſucapiatur. Sed reprobata communi & iuri minime conſentanea ſententia, qua ſeruitutes in continuas & diſcontinuas diuiduntur, ſeruitutibus omnibus tam realibus,quam perſonalibus eandem naturam, indeque æqualem ac parem omnibus conditionem ineſſe oſtendit *dictis antea locis* ( cui adſtipulatur Donellus *com. iur.ciuil. libr.11. cap.11.* vbi vulgaris huius interpretum erroris confutationem primo à Longouallio præclare tentatam, poſtea etiam aliorum cōſentientib.ſuffragiis abſolutam atteſtatur. Longouallium ſequitur Weſenb.*tit.de ſeruit.nu.5.& de vſucapionib.nu.7.*) indeque præſuppoſita iuriſdictionis cum ſeruitutib. æquiparatione eam abſque titulo ſpacio 10. aut 20. annorum vſucapi affirmat *argum. l. ſi quis diuturno. de ſeruitut. & aqua.* ſubiecta tamen diſtinctione inter imperatorem, vel alium ſummum principem & alios principes inferiores & priuatos. Vt quidem contra hos vſucapio tempore ordinario 10.vel 20. annorum abſque titulo procedat, contra illum vero non niſi 40.annorum.*l.fin.C.de fundo patrim lib.11.l. competit. C. de præſc.30.ann.* Vel ſaltem centum annorum aut temporis hominum memoriam excedentis ſpacio vſucapio locum habeat *argu.c.ſuper quibuſdam.de verb.ſignif.& l.hoc iure.§.ductus aquæ.* Longouall.*d.l.fol.290.n.46.*

Ego nec Caſtrenſis † nec Longouallii ſententiam ſimpliciter 27
veram eſſe,ſed tam ad iuriſdictionem, quam res alias incorporales ſpacio 10. inter præſentes,& 20. inter abſentes præſcribendas, exceptis tantum ſeruitutibus cæteris paribus titulum requiri ſtatuo. Leges enim generales † quales ſunt titulum in vſucapio- 28

ne requirentes generaliter intelligendæ, nec ab homine distinguendæ sunt per reg. *l. de precio. de pub. in rem act. l. 1. §. & generaliter. de legit præstand. l reg de iur. & facti ignorant.* Molin. *in consuetu. Paris. tit. 1. § 2. gl. 1. num.* 2. Ac licet generali dispositioni de tituli necessitate derogetur quo ad seruitutes. *leg. diuturno. si seruit. vindicet.* Et ius ita sit constitutum, cum casus omnes sigillatim legibus non sunt cõprehensi, si in vno aliquo sententia eorum manifesta est, ea ad similia produci, ac secundum hoc ius dici debeat. *l. non possunt. de legib. l. si id quod de iurisd. omn. iudic.* Ac similia sint, quorum eadem est qualitas Eber. *in top. in loco à simili. num.* 4. Iurisdictio autem æque res sit incorporalis ac seruitus, vnde sequi videtur quos casus paritas æquitatis & identitas rationis coniunxit, etiã quoad iuris dispositionem non esse segregandos, vt ait Cicero in topicis: æquitas in paribus causis paria iura desiderat *l. illud.* & ibi Bal. *ad leg. Aquiliam. l. vlt. C. de constit. per l. vlt. C. ad leg. Falcid.* Certum tamen & minime controuersum est, quæ iam dicta sunt de productione iuris ad causas similes de eo iure intelligenda esse, quod in aliquo genere rerum de toto genere vel verbis, vel ratione in cõmune & in vniuersum primo constitutum est. In iure vero singu-
29 lari † quod à tenore, ratione & constantia veteris iuris deflectit, locum non habet. Ea enim stricte sunt intelligenda, & vltra casus expressos non extendenda *leg. quod contra. leg. in his.* & ibi Baro *de legib.*

Cum igitur tenor iuris sit antiqui, id quod nostrum est, sine facto nostro ad alios transferri non posse. *l. quod nostrum. de reg. iur.* certum. Quæ de vsucapione, (qui modus est dominii & iuris sine facto & voluntate Domini ad alium transferendi Cuiac. *ad leg. id quod nostrum. de reg. iur.*) postea constituta sunt tanquam ius nouũ ac singulare, stricte intelligenda & ab vna causa ad aliam non esse
30 extendenda *iuribus iam relatis.* Et licet † præscriptio 10. vel 20 annorum partim fauorabilis, partim odiosa esse censeatur, Balb. *in tr. de præscr. par. 2. num. 1.* Tamen certum est, quando in aliqua dispositione fauor & odium concurrunt, ea simpliciter odiosa intelligenda sit Ioh. And. *in c. vlt. super gl. 5. in verb. similib.* & ibi Petr. de Anchoran. Domini. & Phil. Fran. *in ead. gl. de verb. significat.* Bal. *in l.*

*in l 1,col.2.vers. item nota quod priuilegium. de constit. prin.* Idque absq; controuersia verum est, quando eiusmodi dispositio iuri communi & veteri aduersatur. Tiraq. *in tract. de retract. in praef. fol. 20. col. 2. num. 67.* Generaliter enim omnis recessus à iure communi est odiosus & stricte intelligendus Bald. *in l. non suum. col. vlt. vers. Sed in contrarium. C. de bon. quae lib.* Bald. *in l. non possunt. de legib.* Tiraq. *in tr. de vtroque retract. in praefat. fol. 19. num. 62.* Cum igitur leges, quae seruitutes absque titulo praescribi disponunt dupliciter à iure veteri & cõmuni recedant, primo ab antiquo dominiorum transferendorum iure *l. id quod nostrum. de reg. iur.* Et communib. de vsucapionis legibus, quae titulum ad transferendum hoc modo dominium diserte requirunt. Merito in suis tantum terminis accipienda, & ad alios casus quantumuis similes, & sic ad iurisdictionis praescriptionem non sunt producenda. Nec quicquam ad firmandam Longouallii sententiam facit, *leg. cum de in rem verso de vsuris.* In ea enim non de vsucapione, sed praesumptione iuris agitur, quod nimirum cum quaestio esset mota, an vsurae sint praestandae, quod earum promissio negaretur, responsum est, quia longo tempore sint praestitae, in posterum esse soluendas.

Differunt autem vsucapio † & praesumptio iuris: Quia vsucapio dominium adiicit *l. traditionib. C. de pact.* ita vt aduersus repetentes rem vsucaptam praescriptione munitus sit. Socin. *in c. cum olim. nu. 19. de litis contestat.* Guido Papae *decis. 4:6.* Paris. *consi. 101. nu. 2. vol. 1.* Ac efficit praesumptionem iuris & de iure: praesumptio vero iuris admittit probationem contrariam. *l generaliter §. si petitum. in fin. d. fideicom. libert.* Menoch. *in tr. de praes. lib. 1 quaest. 33. & lib. 4. praesumpt. 116. nu. 34.* Magon *decis. Flor. 126. nu. 12.* Tiraq. *in rep. l. si vnquam fol. 148. nu. 157.* Petr. Anton. de Petra *in tr. de fideicom. q. 11. nu. 328.* Camill. Gallinius *in tr. de verb. signif. lib. 5. c. 18 nu. 23.* Crauet. *cons. 6. nu. 70. cons. 35. nu. 1. cons. 46. nu. 7. vol. 1.* Fuluius Pacian. *de prob. lib. 1. c. 1. nu. 1.* 31

Et quod in specie praesumptio obligationis ex *l. cum de in rem verso.* ex longa praestatione vsurarum resultans, sit tantum iuris & non de iure, quae admittat probationem contrariam post glo. *in*

*c.fin. in gl. magna de consuet.* & ibi Anton. de But. Cæpoll. *in tr. de seruitut. rust. præd. cap. 19. colum. 3.* tradit Balb. *in tract. de præscript. part. 3. fol. 169.*

32 Et generaliter diuturna † præstatio obligationem, vel actionem ab initio non constitutam non facit. *l. 2. C. de vsur. l. si certis. C. de pact. l. vlt. C. ne vxor pro marito. l. operis de oper. libertor* Sed præsumptionem tantum obligationis inducit, & obligationem antea inductam confirmat, & interdum perpetuat *d. l. cum de in rem verso, de vsuris. leg 4. C. de non num. pecun. l. 2. C. ad SC. Maced. leg. 1. de fideicom.* ( vt eleganter hunc locum exponit Cuiac. *d. leg. litibus. C. de agric. & censit. lib. 11.* ) Ac transfert onus probandi in aduersarium Pacian. *in tr. de probat. lib. 2. cap. 10. num. 18.* Casus quoque complures vbi decennali vsu vel præstatione non ius ipsum, sed præsumptio obligationis inducitur, vide apud Tiraq. *in tr. de præscr. §. 1. fol. 76. vsq. ad fin.*

Alterum, quod ad iustam possessionem in vsucapione pertinere diximus, est bona fides, Paris. *consi. 1. numer. 59. vol. 1.* quæ non opinionem, sed fidem, hoc est, rei tanquam exploratæ & comprobatæ fiduciam & persuasionẽ significat, quo in acceptu Græci πιστως voce quoque vtuntur ex Budæo Connan. *com. iur. ciuil. lib. 3. cap. 13. num. 1.* Hæc non tantum propterea requiritur, vti existimat Longouall. *in d. l. imperium. fol. 309. nu. 9. & 10.* quod ad omnia prædiorum iura præscribenda bona fides requiratur. Sed quod id de vsucapione ac præscriptione longi temporis absq; vlla differentia qualitatis rerum ita constitutum sit, *princip. Instit. de vsucapione. l. 2. C. de præscr. longi tempor.* Verba autem generalia generaliter accipienda sunt, *l. fin. in fine. C. de dot. præmiss. leg. regul. §. vlt. de iuris & facti ignorantia.* Crauetta *consilio centesimo decimo sexto, numero sexto, volumine primo, leg. 1. §. cum vrbem. de offic. præfect. vrbi. leg. 1. §. ait ergo de his, quæ in fraud. creditor. l. 1. § generaliter. de leg. præstand.* Tiraq. *in repet. l. si vnquam. fol. 37. numero centesimo decimo octauo. C. de reuoc. donat.*

Et bonam fidem in prescriptione longi temporis non tantum de iure ciuili, sed etiam canonico generaliter exigi probatur *cap. vlt. de præscriptione.* Idque in foro tam ciuili, quam ecclesiastico obti-

obtinere post Dd. *in c. 1 de noui oper. nunc.* & Bart. & Bald. *in l. priuilegia. C. de sacros. Eccles.* firmat Tiraquel. *in tract. de præscript. §. 1 gl. 2. in princ.*

Cui autem incumbat bonæ † fidei probatio, & quomodo probetur in vsucapione rerum incorporalium, vide interpretes & inprimis Bald. *in lege tertia. Cod. de seruitut. & aqua.* & Tiraquell. *in d. tract. de præscript. §. 1. gloss. 2. vsque ad finem.* Purpurat. *consil. 367. numero 83.* Quod autem dictum est, de bona fide in præscriptione iurisdictionis necessaria, locum non habet in præscript. 30. vel 40. annor. Paul. Castr. *in l. seruitutes 4. de seruitutibus.* post Cyn. *in leg. 2. C. de seruitutibus & aqua.* Longouall. *in leg. imperium. fol. 310. num. 11.* 33

Tertio ad iustam possessionem non sufficit iusta causa & bona possessionis fides, sed etiam autoris ad possessionem transferendam voluntate opus est. Qui enim absq; voluntate eius contra quem præscribere intendit, possidet, etiamsi cætera, quæ requiri diximus, omnia concurrunt, iuste non possidet, sed prædo censendus est. Vt generaliter de vsucapione longi temporis rerum omnium constitutum est *l. si ex stipulatione. de acq. poss.*

Voluntas autem transferentis interuenisse censetur probata traditione eius à quo capere velimus siue hoc ab ipso, siue per alium cui hoc mandauit, fiat *l. si ex stipulatione, & l. fundi. de acq. poss.* Id autem solum locum habet in rebus corporalibus, quæ per rei naturam tangi & possideri possunt, licet interdum etiam absque reali traditione, si sciente & patiente eo contra quem præscribimus, in possessione simus *l. 2. C. de acq. poss.*

Quod posterius tamen multo magis locum habet in præscriptione rerum incorporalium, quæ sua natura sub traditione m. non cadunt Dd. *in l. 1. in fine. de seruit. rust. præd & l. 2. C. de seruitut. & aqua.* Et in specie quod in præscriptione † iurisdictionis requiratur scientia & patientia eius contra quem præscribitur, tradunt Salycet. *in leg. 2. Cod. noua vectigalia institui non posse.* Alexand. *cons. 5.* Iason *in l. imperium. de iurisd. omn. iud.* Alex. *consi. 16. 3. & 4. col.* Bart. *in l. 1. § deniq. de aqua pluuia.* Iacob. Mandell. *in l. more. n. 2. de iurisd.* Petra *de fideicom. quæst. 12. num. 269.* Licet ab hac sententia ὁμοψηφία 34

voca-

vocabuli patientiæ deceptus præter rem dissentiat Longouall. *in l. imperium, in 4. part art. 2.* quem confutat Didac. Couar. *in c. possessor. de reg. iur.* Knich. *de iure territorii verb. Ducum Saxon. cap. 9.* Quibus addo ex illo etiam fundamento necessariam esse scientiam aduersarii, quia vsucapio absque poss. non procedit, ignorans autem quem vti re sua non amittit possessionem. *l. 3 §. in amittenda. de acquir. poss.* Cum igitur duo eandem rem in solidum possidere non possint, non potest quis videre apprehendisse poss. ignorantis per consequens etiam vsucapere non potest. Scientia autem & patientia debet esse libera & spontanea non coacta, Lucas de Penna. *l. hac lege. C. de aquæ ductu.* per patientiam enim violentiam iurisdictionis quasi possessio non quæritur secundum Bald. *in rub. in fine. de controuers. feudi.* Socin. *consi. 187. num. 21. versi. confirmatur ista opinio, volum. 2*, Petr. Anton. de Petra. *de fideicom. quæst. 12. num. 27. & seq.*

Ad vsucapionem præscriptionis iurisdictionis tempus legitimum requiri diximus. In quo duo consideranda, primo legitima quantitas: secundo, qualitas: vt nimirum sit continuum. *l. 3. de vsucapionib.* & vsurpat. Vasq. *contr. illust. cap. 58. num. 1.* Et non alternatum vel interpellatum Baptist. de S. Blasio *consi 66. nu 39.* Crauett. *consi. 134. num. 20 vol. 1.* Discontinuata enim possessio, quæ vsurpatio dicitur vsucapionem interrumpit. *leg. 2. de vsucap.* Cont. *disp. lib. 1. cap.* 10. Id quomodo probandum sit prolixe docet Tiraq. *in*
35 *tract. de præscriptionib. §. 1. glo. 5.* Quod ad quantitatem † temporis præscriptioni iurisdictionis præfiniti attinet, etsi communi interpretum calculo receptũ sit, eam nõ nisi prolixitate temporis cuius non sit memoria, de quo testatur Longouallius *in leg. imperium. fol. 231. num. 18.* Bart. *in leg. si publicanus. § fin. de publican.* Iacob. Mandell. *in leg. more. numero 13. de iurisdict.* Paris. *consi. 16. numer. 28. vol. 4.*

36 Verior tamen † ac iuri magis conueniens Longouallii est sententia: Eam inter priuatos ordinario tempore, id est, decennio inter præsentes & vicennio inter absentes cum titulo & bona fide præscribi *l. fin. C. de præscript. longi tempor.* Longouall. *in rep. l. imperium. fol. 317. num. 27.* Bal. *in ead leg.* relatus à Iasone *num. 22.* Paris.

consi.

*consi. 8. num. 2. vol. 1.* Absque vero titulo & bona fide 30. annis. *tot. tit. C. de praescript. 30. annorum.* Longouall *d. l. imperium fol. 310. num. 11. & fol. 317. numer. 27.* Quae definitio hoc fundamento nititur, quod consuetudo ac iura omnia municipalia accipiant interpretationem declaratiuam à iure communi, *leg. 2.* & ibi Salicet *C. de noxalib. act.* Bart. *leg. omnes populi, de iustit. & iure.* Bald. *in leg. terminato. in fine. C. de fructibus & lit. expens.* Bald. *leg. Gallus. § quod si is. de lib. & post.* Bald. *consil. 8. colum. fin. libro 2.* Alexand. *consil. 50. colum. fin. lib. 1.* Corn. *consi. fin. lib. 2.* Tiraquell. *in tractat. de praescript. tit. gl. 1. in fine.*

Et quae consuetudine † expressa non sunt, secundum ius com- 37
mune determinari debent Molin. *in consuetud. Paris. tit. 2. fol. 119. num. 31.* Priuatos autem cum dico non tantum agricolas & ciues singulos, sed & communitates, nobiles, Barones, Comites, praelatos, principes, politicos, & ecclesiasticos omnes complector.
Sed an contra Imperatorem † quoque iurisdictio & reliqua ad 38
summam potestatem pertinentia praescribantur? Quidam censent, quod sic Abbas *in cap. cum non liceat. num. 4. de praescript.* Rom. *consil. 371.* Iason *consi. 283. lib. 2.* Decius *consi. 207.* Socin. *consi. 275. colum. 3. libr. 2.* quos sequitur Purpuratus *leg. 1. num. 4. de offic. eius, cui mandata est iurisdictio.* Old. *consil. 69. consueuit. colum. 4. versic. Nec obstat, quod dicitur, quod imperium.* Ruin. *consi. 21. col. 2. lib. 1.* Alban. *cons. 64. nu. 91.* Quidam quod non: Crauett. *de antiquit. tempor. part. 4. versi. materia ista. num. 19.* Bart. *in leg. hostes. de captiu. & postlim. reuers.* Felin. *in cap. cum non liceat. & in cap. cum non nobis. de praescript.* Purpuratus *in leg. imperium. num. 164. de iurisd.* Marcus Mantua. *locor. com. lib. 1. in fine.* & alii adducti à Ferdinand. Vasq. *illust. controuers. lib. 1. c. 2. num. 14. & cap. 22. num. 18.* Quae sententia verior, & tam institutis politicis, quibus priuatus nullo tempore vsu autoritate acquirit potestatem, quae ad vniuersam rempublicam pertinet, quam iuris ciuilis disertae dispositioni conuenit, sicut initio huius capitis ostendimus *n. 1. & 7.* Prior tamē vsu, quo solo omnē iurisdictionis praescriptionem niti diximus receptior est, quam & legibus Regni Hispanici approbatam esse testatur Vasqui. *d. c. 2. & cap. 23. num. 19.*

De tempore etsi varient inter interpretes, & alii generaliter immemoriale requirant, Crauett. *in tractat. de antiquit. tempor. par. 4. versic. materia ista. num. 19.* Albertus Brun. *consi. 36. num. 4. & consil. 61. num. 3. & consi. 45. num. 6.* Iason tamen *in d. l. imperium. num. 22.* ita distinguit, vt contra præsentem scientem & patientem Imperatorem sufficiat tempus ordinarium 10. annorum, eamque communiter receptam affirmat. Contra absentem vero & ignorantem, non nisi spacio tanti temporis, cuius initium memoria hominum repetere nequit. Idem Paul. de Castro *ead. leg.* Baldus *in rub. Cod. quæ sit consuetudo.* Idem Baldus *in tract. de præscript. 2. part. 5. principal. quæst. 3.* Paris. *tit. 1. folio 184. num. 12.* Roland. à Valle *consilio 89. nu. 33. vol. 2.* Par s. *consi. 101 nu. 7. & 8. folio 185. consilio 114. numer. 1. folio 215 volum. 1.* Stephanus Forcatulus *in cupid. n. iurisperit. cap. 17. numero 5.* Fabius de Anna. *consil 60. numer. 7. 389.* Talis enim præscriptio vim tituli ac priuilegii habet Schrad. *in tr. feud. par. 4. c. 2. nu. 29. & 30.* Et nunquam censetur exclusa etiam per legem prohibitiuam & per vniuersalia negatiua & geminata verba omnem quamcunq; præscriptionem excludentia. Molin. *in consuet. Paris. tit. 1. fol. 184. n. 12.* An autem tituli & bonæ fidei probatione in hac præscriptione opus sit, vide quæ prolixe tractat Aymon Crauett. *in tr. de antiq. tempor par. 4. vers. absolutio. n. 48. & vers. materia ista. nu. 19. 20 & 21.*

40 Quocirca obseruandum † est, quod iurisdictio expresso priuilegio ex mera liberalitate Principis concessa à principe, pro arbitrio etiam absque causa reuocari potest Aretin. Felin. Decius, *in cap. nouit. de iudic.* Carol. Tapia *in leg. fin. de constit. Princip. cap. 9. 2. part. num. 58.* Sic etiam quando per præscriptionem, quantumuis immemorialem quæsita est Longouall. *in repet. l imperium. fol. 292. in fin.* Quod generale est de præscriptione, quam semper tollere & infirmare potest Imperator *l. præscriptio. C. de oper. public.* Socin. *consi 86. num. 15. vol. 1.* Ruin. *consi. 13. num. 5. vol. 4.* Cephal. *cons. 40. num. 47. vol. 1.* Balb. *in tract. de præscript. 5 par. quæst. 9.* Villalob. *comm. opin. verb. præscriptio. num. 226.* Francisc. Burs. *consi. 23. num. 23.* Non
41 enim plus potest † tacitum quam expressum. *leg. qui ad certum. de locat.* Rolan. à Valle *consi. 3. nu. 43. volum. 2.* Crauett. *in tract. de antiq.*

*tempor.*

*tempor.par.4.versicul.transeamus.numer.* 39. Albertus Brun.*consi.45. numero 5.*

Quæ autem † Principi in reuocatione priuilegiorum licent 42 multo magis ipsi imperio competant. Hoc enim dominium totius ἀρχῆς πολιτικῆς, & sic autoritatem, id est, defensionem vel vindicationem æternam, imperator ex iure electionis vsumfructum solum certis finibus circumscriptæ potestatis obtinet.

Requisita præmissa vsucapionis etsi in plura ab interpretibus diducuntur, de quibus videantur, quæ tractat prolixe Pet. Anto. de Petra *in tractat. de fideicom. quæst. 12. num. 269. & plurib. seqq.* breuiter in duo summa capita rediguntur, iustam nempe possessionem, quam vnicam causam esse vsucapionis ex legibus 12. Tab. dicit Cuiac. *ad leg. 3. de vsucap.* Et basin eiusdem Pet. Greg. Thol. *Syntagm. iuris vniuersi lib. 40. cap. 4. num. 2.* & temporis lege definiti continuationem Contius *disput. libro 1. cap. 8.* In quibus forma vsucapionis consistit, cuius omissio in qualibet vel minima parte totum actum labefactat. Felin. *in cap. cum dilecta. col. 26. de rescript.* Tiraq. *in tract. de vtroque retract. fol. 232. num. 11.* Rol à Valle *consi. 72. num. 59. vol. 3.*

## Capvt XXIV.

### *De acquirenda possessione iurisdictionis.*

#### Observata.

1 *Non possidentur, quæ sunt extra commercium.*

2 *Genera rerum commercio exemptarum.*

3 *Rerum publicarum differentia.*

4 *Res publicæ, quæ in patrimonio ac pecunia sunt populi, non sunt exemtæ commercio, exceptis iis, quæ ad summam reipublicæ potestatem pertinent.*

5 *Iurisdictio potissima pars potestatis politicæ.*

6 *Iurisdictionis commercium & possessio non permittitur iure scripto, sed consuetudine & moribus.*

7 *Possessio rerum corporalium acquiritur animo & corpore.*
8 *Actuum apprehendendæ possessionis quidam naturales, quidam ficti.*
9 *In rerum incorporalium apprehensione vsus pro traditione est.*
10 *In incorporalibus vsus possessio appellatur.*
11 *Discrimen inter acquisitionem possessionis vacuæ & ab alio possessæ.*
12 *Scientia & patientia eius, qui possidet iurisdictionem, vt alius constituatur in possessione vel totius, vel partis, necessaria est.*
13 *Scientia & patientia in rerum omnium incorporalium possessione acquirenda requiritur.*
14 *Subrogatum sapit naturam eius, cui subrogatur.*
15 *Contraria Longouallii sententia, quod ignorante aduersario rerum incorporalium, & sic iurisdictionis quoque possessio quæratur, confutatur.*
16 *In legibus contrariis plus vna valere nequit.*
17 *Interpretatio* l. fin. C. de præscript. long. tempor.

1 QVOD ad possessionem iurisdictionis attinet, certum est primo ea tantum possideri non posse, † quæ sunt extra cõmercium *l. qui vniuersas. §. 1. l. cum hæredes. §. vlt. de acquir. poss.* Ea enim possidemus, quæ vt nostra nobis habere intendimus. Res autem regulariter dominium & commercium admittunt, nisi expresse prohibeantur *argum. l. sed Celsus. de contrah. empt.* Quo minus autem sint in ea causa, vt nobis acquiri possint, duabus efficitur ra-
2 tionibus. Quædam enim natura, † quædam iure acquiri prohibentur. Naturaliter liber homo eximitur *l. liber homo. de verbor. obligat.* cum libertatis nulla sit æstimatio *l. libertas. de reg. iur.* nec occupatio & possessio *l. inter stipulantem. §. sacram. §. seq. de verb. obliga.* Huc etiam hæreditas viuentis refertur, non obstante iure canonico *in cap. quamuis. de pact.* Godd. *l. 5. de verb. signif. num. 10.* Iure gentium si exemptæ sunt respublicæ, quarum vsum late patentem hominibus natura prodidit, vt mare, littora maris, & flumina *§. & quidem naturali. & § flumina. Instit. de rer. diuis.* Iure vel moribus ciuitatum res diuini iuris, sacræ religiosæ sanctæ. Res item publicæ, quæ institutis & legibus ciuitatis, publicis vsibus ciuitatis perpetuo destinatæ sunt, vt viæ publicæ, campus Martius Romæ, forum

rum Basilicæ & cætera, de quib. *in §. vniuersitatis. Instit. de rer. diuis.* Etsi autem de his rebus omnibus simul, earum nec alienationem nec commercium esse, traditum est. Ideoq; nec emptio, nec stipulatio, nec alia de his dispositio valeat. *l. inter stipulantem. §. sacrã. de verb. obl. l. cum seruus. §. vlt. de legat. 1. §. nondum. Inst. de leg.* Donell. *com. iuris ciuil. lib. 5. c. 1.*

Tamen res illæ † publicæ, quæ in pecunia & patrimonio sunt 3
reipublicæ, vt sunt prædia & vectigalia publica, hoc iure nõ censentur, sed diserte ab illis separantur *d. l. sed Celsus. de contrah. empt.* Duaren. *in l. inter. §. sacram. de verb. significat.* Ac iure † priuatorum 4
possidentur Wesenbec *ad tit. de rer. diuis. num. 3.* Vide diligenter & eleganter hunc locum explicantẽ Goddæ. *l. 15. 16 & 17. de verb. signif.* Exceptis illis, quæ ae κυρίαν πάντων, vt vocat Aristoteles, vel summam reipub. potestatem pertinent. *leg. competit. C. de præscript. 30. vel 40. annorum.* Cum igitur iurisdictio † potissima pars quo- 5
que sit τῆς ἀρχῆς πολιτικῆς, vt supra in locis diuersis à nobis expositũ est: iure scripto regulariter † eius non permittitur possessio Al- 6
beric. de Rosat. *in l. fin. num. 12. col. 7. C. de iurisd. omn. iud.* Petra *de fideicom. q. 13. n. 583. 584. & 585.* sed consuetudine & moribus eatenus, quatenus eam in commercio esse diximus *supr. cap. 2. & cap. præcedent. huius lib.*

Quod ad modum siue rationem † acquirendæ possessionis at- 7
tinet, sciendum est, sicut possessio rerum corporalium acquiritur animo & corpore, nec per se animo, aut per se corpore: Sed coniunctim vtroque *l. 3. in princ. l. quemadmodum. de acquir. poss. l. 5. §. Neratius eodem.* Connan. *comm. iuris ciuilis lib. 3. cap. 4.* Duaren. *in tit. de poss. acquir. cap. 2. in princ.* Animo, vt eo sit affectu, vt velit rem non tenere tantum sed tanquam suam *d. l. 3.* Corpore, vt quidem non necesse sit corpore semper rem contingere ac prehendere, sed vt cum animi affectu talis actus concurrat, qui ad acquirendam possessionem à iure sit cognitus Duaren. *ad titulum de acquir. poss. cap. 2.*

Horum actuum † quidam in natura & facto ipso corporalis 8
prehensionis consistunt *l. 1. in princ. de acquir. poss.* Quidam vero in θέσει ac iuris fictione pro ipsa corporali apprehensione haben-

tur. De quibus erudite Donel.*com.iur.ciuil.lib.5.c.9.* Pet. Gregor. Tholos.*Syntagm.iuris vniuersi.lib.20.c.10.n.9.*

Horum duo sunt genera: vnum quod ad naturalem prehensionem propius accedit, cum actus intercedit, absque corporali quidem rei contactu: qui tamen prehensionis rei vim & potestatem habet, vt cum res possidenda potestati & custodiæ nostræ subiicitur, vt fit in rei præsentis demonstratione *leg.1 §.penult.leg. quod meo §.penult.de acquir.poss. l.pecuniam de solut.* Traditione clauium *l.1.§ penult.de acquir.poss. leg.qua ratione.§.item si quis de acquir. rerum domin.leg.clauibus.de contrah.empt.* Custodis appositione *leg. quarundam.de acquir.poss.* ac depositione rei. *leg. quod meo.§.si venditorem.de acquir.poss.* Cuiac.*obs.lib.4.cap.3.* Duaren. *ad tit.de acquir. poss.cap.2.*

Alterum quo quidem nihil fit, quo res potestati aut custodiæ possessuri committatur, sed instrumenta emptionis traduntur, *l.1.C.de donationib.l.3.de vsurpat.& vsucapio.* Et corpore non tantum nostro siue naturali, siue fictitia quadam ratione, sed etiam alieno possessio nobis quæritur. Quod fit duob. modis, cum possessor rem possidendam nomine nostro se possidere constituit. *l. quod meo de acquir.poss.* Purpuratus *consi.43.num.1.consi.61.num.4. consi.288 num.3.consi.478.num 4.* Tacite quoque rebus ipsis & factis per conductionem.*l.quidam.de rei vend.§.possidere.Instit.de interdict.* vel vsusfructus retentionem. *l. quisque.C.de donat.§.idem placet.Instit.per quas personas.* Purpuratus *consil.35.numer.8.& consi. 478.num.4.* Item precarii rogatione. *leg certe.§.1.de precario.* vel si alius, qui non possidet nostro nomine possessionẽ apprehendit, siue is procurator sit, siue hospes, siue amicus, siue extraneus & ignotus.*leg ea. quæ. de acquir.rer.domin.leg.generaliter.de acquir.poss. §.his.Instit.per quas personas,leg.1.C.per quas person.* Sic etiam iurisdictionis & rerum aliarum incorporalium possessio & animo,*leg. fin.quomod.seruitut.amittant.*& tali actu, qui cum non nisi corporalia attingi & apprehendi possint, secundum rei naturam pro traditione vel prehensione cedat acquiritur. Is autem generaliter, vt rerum † omnium incorporalium, sic etiam in iurisdictionis
9 quasi possessione acquirenda est vsus rei possidendæ *leg quoties.de serui-*

*seruitutib, leg. si quis diuturno si seruit. vindicet.* Vbi diserte vsus rei incorporalis, quasi possessio nominatur. Longouall. *in repet. leg. imperium. versi. hactenus. de iurisdictione om. iud. folio 226.* Imo in incorporalib. possessio appellatur vsus à IC. *in l. quaestio. §. possess. de verb. significat.*

Et vsucapere & possessionẽ capere, pro eodem accipiuntur, *l. emptor fundi. l. qui fundum. §. seruus. pro empt. leg. non solum. § si dom. l. quamuis. de vsurp. & vsucap.* Cuiac. *ad l. 3 eod. tit.* vnde dicta vsucapio & vsus autoritas Cont. *disp. lib. 1. c. 10.* Et vsum seruitutis vel rei incorporalis † nihil aliud, quam eius possessionem, & possessionem 10 nihil aliud, quam vsum significare ait Longouall. *in repet. l. imperium. fol. 198.* Bald. *in l. 2. C. de seruit. & aqua.* Schneid. *§. possidere. Instit. de interdict.* Vt autem ad reliquarum rerum incorporalium, sic etiam ad iurisdictionem conueniens & idoneus vsus, qui pro possessione cedat, requiritur. Hoc vt rectius expediatur, discernendũ erit inter acquisitionem possessionis vacuæ, & ab alio occupatæ. Si vacuæ est possessio, discernendum est inter actus generales & speciales. Si vacuæ possessione ab alio, quæ dicitur, cum à nomine corpore vel animo detinetur. Purpuratus *consi. 71. numer. 68. & consi. 95. num. 3* generalis actus & vtrique speciei tam ciuili, quam criminali iurisdictioni conueniens exerceatur, vniuersalis iurisdictionis possessio quæsita censetur. Abb. *consi. 64. num. 13.* Iohan. And. *in cap. si diligenti. de præscript.* Innoc. *in cap. cum dilectus. de relig. domib.* Felin. *in cap. auditis in verb. excommunicationem. col. 9. de præscr.* Panormit. *in c. cum olim. eod.* Decius *consi. 27.* Innoc. *in c. dilectus. nu. 3. de cap. monach.* Pacian. *in tract. de probat. lib. 2. cap. 78. num. 20.* Tiraquell. *in tract. de vtroq. retr. fol. 457. numer. 12.* Masc. *in tr. de prob. concl. 946. num. 19.*

Si vero actus † speciales exercentur, in ius vocatio, cui paritũ 11 sit, cognitio, sententiæ probatio, executio in iudicio ciuili ad priuatam vtilitatem pertinente, solius ciuilis iurisdictionis possessio acquisita: si vero prehensio, causæ cognitio, tortura, pœnæ vel corporalis impositio, vel etiam mulctæ irrogatio ad publicam vtilitatem spectans, possessio iurisdictionis criminalis vniuersa acquisita censetur. Masc. *de prob. vol. 11. concl. 1053.*

Quando

12 Quando autem † alius eſt in poſſeſſione ad acquirendā poſſeſſionem iuriſdictionis, vel totius, vel partis non ſufficit ſolus vſus, ſed requiritur etiam ſcientia & patientia aduerſarii. Quod ex
13 recepta interpretum † ſententia in omnium rerum incorporalium, vel iurium acquiſitione generale eſt. *l.1.in fine.de ſeruitut. ruſticor.præd. leg.2.* & ibi Dd. *C.de ſeruitutib.& aqua.* Panorm. *in ca.cum eccleſia Sutrina.num. 25.de cauſ.poſſ.& propr.* Innocent. *in cap.bonæ memoriæ.de elect.* Franciſc. Aretin. *conſi. 42.num. 2.* Ruin. *conſi.fin.num. 9.lib 4.& conſi.16; num.5.lib.5.* Crauetta *conſi 134.num 4.* ?alon *conſ. 81.num.1.lib.3.* Fran. Balb. *in tract. de præſcript. 2.part. 4.par. princ. q. 1. verſ.4.ampliatur.* Pariſ. *conſi.112.num.46.conſi.114.num.20.lib.1.* Cæpoll. *deciſ.57.* Molin. *in conſuetud. Pariſ.num. 13 fol. 502.* Alciat. *conſil. 258.num.20.* Coraſ. *lib.5.miſcell iur.* Franciſ. Purpurat. *conſi. 589.nu. 4.* Couar. *in c.poſſeſſor.par.2.in princ.num.8. de reg. iur in 6.* Menoch. *in tract.de arbitr.iudic.quæſt.lib.2.cent.2.* vbi hanc ſententiam communem eſſe teſtatur. Ita vt ſi de plurium præiudicio agatur, omnium ſcientia & patientia requiratur, ſi quis poſſeſſionem acquirere velit Bald. *l.2. C. de ſeruitut. & aqua.* Petr. de Anchorano *in c.ſine poſſeſſione.num.9. de reg. iur. in 6.* Sententia communis hoc fundamento firmiſſimo ſtabilitur, quod nimirum in quærenda rerum corporalium poſſeſſione, ſiue naturalis apprehenſio, ſiue modus quidam adſcititius interueniat, non aliter transferatur, quam ſi de animo deſerendæ poſſeſſionis in aduerſario appareat, vt ſi vel volentes ac ſponte poſſeſſione cedamus, vel vi præſentes deiecti. *l.1. & 2.vnde vi.* aut abſentibus nobis occupata poſſeſſione redeuntes non admittamur. *l.1. §. interdictum.vnde vi.* vel occupatione cognita metu territi ad poſſeſſionem redire nolimus. *l.3.§.in amittenda.verſ.ſi quis nunciet.eod.* In quibus omnibus ſcientia requiritur, cum ignorantibus poſſeſſio, quæ ſolo animo tenetur, auferri non poſſit. *l.quamuis,ſaltus.de acquir.poſ.* Sic etiam cum tam in rerum aliarum incorporalium omnium, quam iuriſdictionis poſſ. vel quaſi apprehenſione vſus pro traditione ſit introductus, vt antea indicauimus *num.9.& 10.* & in ſpecie diſerte hoc reſpondetur *in l.quoties.2.de ſeruitutib.* vſum iuris pro traditione poſ-
14 ſeſſionis accipiendum. Ac ſubrogatum ſapiat † naturam eius in

cuius

cuius locum ſubrogatur. *l.1.§. hac actio.* & ibi Bart. *ſi quis teſtam. lib. eſſe iuſſ. fuer. l. ſi cum. §. qui iniuriarum.* & ibi gloſ. Bart. Ang. Alb. de Roſate *ſi quis cantion. iudic. ſiſti.* Manifeſte ſequitur, vt per traditionem, vel apprehenſionem, vel veram, vel fictam rei corporalis, non niſi vacuæ, & ita ſciente aduerſario poſſeſſio acquiratur. Quod duo eandem rem in ſolidum poſſidere non poſſint. *l. 3. §. ex contrario. de acquir. poſſeſſ.* Sic quoque per vſum rei incorporalis adeptionem poſſeſſionis aliter contingere non poſſe, quam ſi non tantum patientia, ſed etiam ſcientia aduerſarii interueniat. Sed verę ac receptæ ſententiæ huic obſtare videtur, primo, quod Bartol. *l.1.§. hoc interdicto. de itinere actuque priuato.* eam ad ſeruitutis diſcontinuæ poſſeſſionem reſtringat, in continua autem ſeruitute qualis ſit via itineris non requiri ſcientiam, ſed vſum ſolum ſufficere affirmat: quem ſequuntur Caſtal. *in l. ſeruitutes magnæ. de ſeruitut.* Ruin. *conſi. 191. n. 4. lib. 1.* & alii relati à Menoch. *retin. poſſ. remed. 5. nu. 32.*

Longouall. vero *in d. l. imperium.* tam iuriſdictionis, quam in genere aliarum rerum incorporalium omnium poſſeſſionem ignorante aduerſario acquiri contendit. Idque primo, ex *l. quoties. de ſeruitut.* In qua ad poſſeſſionem ſeruitutis quærendam ſolus vſus, non autem ſcientia exigatur, licet patientiam ab eo, cuius prædio ſeruitus impoſita eſt, debere fateatur Pomp. n. *l quoties. 1. cod. tit.* ſecundo, quod ſolo vſu retineatur ſeruitus. *l. vſu. quemadmod. ſeruit. amit.* Tertio, ex *l. 1. §. 1. de itiner. actuque priuat.* vt † interdicto 15
locus ſit, vſus ſolummodo ſeruitutis requiritur. Et quod vſus nihil aliud ſit, quam poſſeſſio & contra *d. l. quoties 2 de ſeruitut.* Idem maximopere firmari adſertat *l. fin. C. de præſcr. long. tempor.* Ad Bartoli diſtinctionem facilis eſt reſponſio ex iis, quæ de reiecta falſa & cõmentitia ſeruitutum in continuas & diſcontinuas diuiſione diximus *c. proxime ſuper nu. 26.*

Quæ vero à Longouallio afferuntur, eius non ſunt momenti, vt quicquam veræ vſuque receptæ ſententiæ derogare poſſint. Etſi enim primo *in l. quoties 2. & aliis ab eo adductis.* ad poſſeſſionem ſeruitutis vſus ſolummodo detinentis, non etiam ſcientia aduerſarii requiri videatur. Eo tamen ipſo, quod *d. l. quoties.* expreſſe di-

cit, vſum pro traditione poſſeſſionis accipiendum. Poſſeſſio autẽ rerum corporalium ab alio detenta ignorante aduerſario nõ acquiratur, legibus & rationibus antea deductis vſum quoque, qui translationem poſſeſſionis operetur ſine ſcientia aduerſarii contingere non poſſe, ſequitur. Ex efficacia enim effecti arguitur potentia cauſæ efficientis, & effectus cauſam denotat *l. rem non nouam*. Eberh. *in topic. in loco de iudic. & loc. ab effectis*. Et in ſpecie quod ſemper patientia ſuperioris, & eius de cuius præiudicio agitur, ſiue ſit vnus, ſiue plures ad acquirendam poſſeſſionẽ iuriſdictionis requiratur plurib. deducit Petr. Anton. de Pet. *in tr. de fideicom. q. 12. nu. 264. & aliquot ſeqq.* Magis autem cum iis, quæ pro ſtabilienda ſententia communi allata ſunt, repugnare videtur *d. l. fin. C. de præſcript. longi tempor.* vbi diſerte dicitur, nec præſentiam rerũ, nec perſonarum attendi, nec ſcientiam vel ignorantiam, cuius Enantiophanis conciliandi cauſa Paul. de Caſtro *in l. ſeruitutes. 4. de ſeruitut.* Imperatoris verba *in d. l. fi.* ad eum ſaltem caſum reſtringi exiſtimat, quando quis à tertio cauſam & titulum habeat. Quæ reſponſio contrarietatem non tollit, cum licet titulus adſit, non tamen citra poſſeſſionem vſucapio conſiſtere nequeat. Longouall. *d. l. imperium. fol. 299.*

26 Verum licet de legibus † contrariis certum ſit plures, quam vnam valere non poſſe. *l. ſed & poſteriores. de legib. l. vlt. de conſtit. princ.* Et idem in contrariis conſtitutionibus eueniat, quod in pactis & ſupremis voluntatib. vt nouiſſima valeat, id ita poſtulante conſtituentis voluntate, quæ poſtea contrarium ſtatuendo à priore voluntate receſſiſſe cenſetur. *l. pacta nouiſſima. C. de pact. l. 12. §. vlt. de leg. 1.* Neceſſe tamen eſt, leges & conſtitutiones plane contrarias eſſe, vt poſteriore cõtraria à priore penitus receſſum eſſe intelligatur, vt in genere ad conſtituendam contrarietatem requiritur, vt circa idem, vel ſpecie, vel genere ſint contraria Ariſtotel. *Categoriar. cap. 11.* ſi igitur ſæpedicta *l. fin.* ad leges ac rationes pro recepta ſententia adductas, recte perpendatur, nullam in iis veram, ſed apparentem ſolummodo contrarietatem (quales in pãdectis ſolummodo inueniri affirmat Iuſtinian. *in l. g. 2. § contrarium. Cod. de veter. iure enucleand.* Duarenus *comm. in digeſt. Vetus.*

cap. 3.

*cap.3.* Donell.*comm.iur.ciuil. lib.1. capit. 12. in fine.* quod tamen edictum his verbis, quantum possibile est, emendat Constitut.3. Digestis præposita Baro *in summa ad dictas 3. Constitutiones.*) reperiemus.

Leges enim priores loquuntur de possessione rerum tam corporalium, quam incorporalium acquirenda, quæ non nisi sciente aduersario quæri potest (cum absque animo possessio non amittatur, *leg.3.§.in amittend.de acquir.poss.* Contius *disp. libr.1. cap.11.* Ac duo eiusdem rei possessores esse nequeant *d.l.3 §.ex contrario. eod.*) Dicta autem *l.fin.* non agit de possessione quærenda, sed de præscriptione constituenda, ac tres veterum dubitationes dirimit, quarum prima est: Qui sint præsentes, qui absentes, & quod præsentia domiciliorum in eadem prouincia spectanda sit. Secunda, an præsentia rerum sit attendenda & constituitur quod non. Tertia, quod nec præsentia quoq; personarum, vel scientia completa longi temporis vsucapione consideretur, eleganter Conti. *d.l.fin.*

Aliud autem est vsucapio, aliud possessio, vt patet ex singulorum definitionibus. In dicta igitur *l.fin.* non disponitur ignorante aduersario posse acquiri possessionem. Sed quod lapsu longi temporis præscriptio completa esse censeatur, nulla habita consideratione sciuerit, vel ignorauerit dominus tanto tempore rem suam ab alio detineri. Est enim præscriptio non vera acquisitio, sed adiectio dominii. Non enim acquiritur à domino tradente, & ius suum transferente, sed à lege præscribenti adiicitur, quæ boni ac tranquillitatis publicæ gratia dominum tanto tempore tacentem, resque suas negligentem scire, ac in alienationem consentire præsumit. *leg.alienum.de verbor.significat. leg.qui in aliena.in pr.* & ibi interpretes *de acquir.hæred. l.filiusfamilias. Cod.de petit.hæred.* Wesenbec. *ad tit. de vsurp.& vsucap. numero* 4. Cum igitur, quæ aperte contraria non sunt, pro contrariis non habenda, sed omnia ita accipienda sint, vt alia ad aliorum interpretationem ac distinctionem, non correctionem scripta esse videantur *d.l.2.§.contrariũ.de veter.iure enucleand.* sæpedicta recepta sententia in terminis suis immota remanet, vt quando agitur de possessio-

ne vel redintegranda, vel recuperanda actor intentionem suam, quod nimirum sciente aduersario possessionem nactus sit, probare necesse habeat. Si vero rem longo tempore vsucaptam quis vendicet, vel cõuentus de vsucapione excipiat, scientia vel ignorantia non attendatur. Decian. *consi.* 446. *num.* 71. *consi.* 671. *num.* 7. Innoc. *in cap. bonæ memoriæ. de election.* Sebastian. Vantius *in tr. de nullitat. rubr. quibus modis sent. nullitat. num.* 14. Menoch. *de retin. poss. rem.* 5. *num.* 32.

## CAPVT XXV.

## *De obligatione iurisdictionis in genere.*

### OBSERVATA.

1 *Verbi* obligationis ὁμωνυμία.
2 *Obligatio, conuentio, pactum siue pactio & contractus synonyma.*
3 *Pacti æque generalis significatio ac conuentionis.*
4 *Improprie pro pacto nudo accipitur.*
5 *Contractus verbi varii acceptus.*
6 *Proprie ac generaliter conuentionem & obligationem omnem tam naturalem, quam ciuilem complectitur.*
7 *Veteres quoque interpretes conuentionem, pactum & contractum pro eodem acceperunt.*
8 *Contractus impropria & specialis significatio.*
9 *Baronis, Cuiacii & Donelli contractus definitiones excutiuntur.*
10 *Disputatio de obligationis, conuentionis, pacti, & contractus discrimine hoc tempore ferme inutilis.*
11 *Iure pontificio pacta nuda actiones pariunt.*
12 *Moribus ex pactis serio ac deliberate initis in vtroque foro actio datur.*
13 *Præmissorum ad statum præsentem accommodatio.*

1 OBligationis verbum † in iure interdum ad ius, interdum ad factum refertur. *l. Labeo. de verb. signif.* Baro *in instit. de oblig.* Pro facto

facto dupliciter accipitur. Primo in genere pro omni facto, ex quo obstringimur, ad dandum aliquid vel faciendum, siue sit conuentio vel maleficium, vt *in tot. tit. de action. & obligat. & Instit. de obl.* In specie pro conuentione, qua ex consensu obstringimur, siue naturaliter, siue ciuiliter. Sic eo vtitur Vlpian. *in l. 1. de pactis.* Donell *com. iur. ciuil lib. 12. cap. in pr. l. Labeo. de verb. signif.* Pro iure quoque dupliciter accipitur, in genere & in specie. In genere pro effectu omnis conuentionis, vel maleficii, siue naturali, siue ciuili *l. fideiussor. de fideiussorib. l. Stichum §. naturalis. de solutionib. l. ex maleficiis. de actionib. & obligationib.* In specie vsurpatur pro eo iuris vinculo, quo iure ciuili ad dandum vel faciendum obstringimur. *l iurisgentium. §. sed cum nulla & seq.* Interdum pro re, quæ in conuentionem deducitur *l. censu. de eo, qui certo loco.* Baro *in prin. insti. de obligation. in fine.* Hoc loco eo pro facto in specie vtimur, conuentione nimirum, pactione vel contractu.

Coniungo tanquam synonyma † conuentionem, pactum vel pactionem & contractum. Proprie enim accepta hæc vocabula vnum idemque significant, idque primum minime ambigitur, quo ad verbum *conuentionis*, quod diserte generale esse ad omnia pertinens, de quibus negotii contrahendi, transigendique causa cõsentiunt, qui inter se agunt, dicit Vlpian. *l. 1. §. conuentionis. & §. §. seqq. de pactis.* 2

Pacti quoque † vel quod idem est, *pactionis*, verbum passim tam in legibus, quam constitutionibus generaliter ponitur pro omni conuentione, qua ad aliquid dandum vel faciendum naturaliter vel ciuiliter obstringimur. Idq; primo diserte *in l. iurisgentium. §. igitur nuda. & §. diuisionis placitum.* Vbi pactio nuda & pactum nudum tanquam species pacti generalis referuntur, item *l. 5. de pactis*, vbi conuenire & pacisci pro eodem accipiuntur ab Vlpiano his verbis, publica conuentio est, quæ fit per Principem aut quoties inter se Duces belli paciscuntur, sic quoq; in latissima generis significatione ponitur. *l. iurisgentium. §. est autem pactio. §. & generaliter. l. rescriptum. §. fi. l. ius agnationis. & l. ius publicum. l. veterib. l. inter debitorem. de pactis.* 3

Eodem generali acceptu quoque in pluribus Imperatorum

constitutionibus vsurpatam legimus. Ac primum perspicue *in l. legem. C. de pactis.* repetita sub *titulo de pactis conuentis.* tam super dote, *& l. 28. eod. tit. de pactis.* vbi pactum nudum species pacti generaliter accepti quoq; ponitur. Idem probatur *l. pacta, quæ contra bonos mores. l. pacta nouissima. l. filius.* vtrobique enim tam in Digestis, quam Codice, quæ locis præmissis de pacto dicuntur ad omnia conuentionum & contractuum genera recta referuntur. Ac certum & ab omnibus traditum est, in quacunque materia, etiamsi pœnam irroget, eatenus verba proprie ac generaliter accipienda esse, quatenus sermonis proprietas ferre potest. *l. cum lege. de testib. l. cum auus de condit. & demonstrat.* Alc. *de verb. signif. l. 1. n. 10. & l. nepos. n 9. eod. tit. de verb. signif.*

4 Ad impropriam † vero significationem trahitur, & κατὰ συνεκδοχὴν generis pro ea specie conuentionum accipitur, cui nec causa subest, nec stipulatio accedit (quod nudum pactum, vel nuda pactio appellatur. *l. iurisgentium. §. igitur nuda. & l legem. Cod. eodem titulo.*) sæpe dicta *l. iurisgentium. §. ea enim pacta. §. idem responsum. & §. adeo. & l. si vnus ex argentariis. §. idem dicimus. & §. seq. de pact. & leg. in bona fidei. Cod. eodem titul.* Vbi pacta conuentionibus iurisgentium, quæ actiones pariunt sine contractibus opponuntur, & *dict. leg. iurisgentium. §. quod fere. & §. etsi stipulatio. leg. rescriptum. §. si pacto l per quos acquiri. eod. titul.* Vbi pactum & pactio stipulationi opponitur. Idem, *leg. debitori. & l. ex conuentione. leg. si pacto. leg. petens. C. eod.*

5 Quod ad contractum † attinet. Etsi varii eius verbi apud latinos autores sunt acceptus, frequentissime tamen ac proprie, in genere pro conuentione, qua quid aliis dare aut facere promittimus, vsurpatur. Sic accipitur apud Ciceronem *offic. libro primo, Omne quod honestum est, id quatuor partium oriatur ex aliqua, aut enim in perspicientia veri, solertiaque versatur, aut in hominum societate tuenda, tribuend que suum cuique, aut in rerum contractarum fide.* Et *libro tertio offic. Tollendum est igitur ex rebus contrahendis omne mendacium, non licitatorem venditor, nec qui contra se liceatur emptor opponat.* Idem *in Orat. ad Ver. lib. 2. Quas pecunias iis ferebat expensas, cum quibus contrahebat.*

In iu-

In iure, etsi alicubi latissime pro acto ac gesto omni licito & illicito accipiatur. *l. omnem. de iudic. l. si rerum amotarum. de re iudicat.* Vbi IC. maleficia malos contractus appellat. Frequentius tamen delictis & aliis negotiis exclusis pro facto conuentionis tantum, vel consensus non in rem quamcunque, vt si quis cum Aristotele sentiat, mundum esse æternũ, sed ad dandum aliquid aut faciendum accipitur. Idque plerunque generaliter † pro omni 6
conuentione, siue actionem pariat nec ne. Generaliter primo contrahendi verbum ponit Vlpianus *l. 1. §. conuentionis.* Vbi conuentionis generalitatem per verbum contractus, ęque latum explicat. *Conuentionis* verbum generale est, ad omnia pertinens, de quibus negotii contrahendi transigendique causa consentiunt, qui inter se agunt, vbi quoque transigendi verbum latissime accipitur, non pro componendo tantum negotio controuerso, vt legitur *in l. 1. & tot. tit. de transact. & l. 2. de iureiur.* Duar. *d. l. 1. §. conuentionis. de pact.* sed quocunq; actu, quo conuentio & concordia inducitur vt alias accipitur *in l. transact.* & ibi Alc. *de verb. signif.* Baro *in d. l. 1. de pactis.*

Sic quoque, vt Synonyma ponuntur conuentio & contractus *in leg. 7. de pact.* vt recte Donell. quoque intelligit, dum ea aliis verbis sic explicat, *comm. iur. ciuil libro duodecimo, capite decimo, folio 33. in fine.* Quæ non stat in nomine conuentionis, sed transit in proprium aliquod nomen. Baro quoque *in leg. 1. de pact. in fine.* Eodem quoque sensu, & pro facto obligationis siue consensus, ad dandum vel faciendum generaliter accipitur *in l. Labeo. verb. contractum. de verborum significat.* vbi contractum dicit vltro citroque obligationem Baro *in princip. Instit. de obligat.* Et in specie non tantum illæ conuentiones, ex quibus ciuilis, sed etiam ex quibus naturalis obligatio tantum oritur, contractus dicuntur. *leg. serui. de actionibus & obligationibus.* Vbi Serui conuentio, ex qua naturaliter obligatur, contractus dicitur. *leg. defensor. 22. de tutel. & ration. distrah. & tit. de contrar. tutelæ & vtili act. & leg. tale pactum. §. pater. de pact.* Vbi pater post dotem promissam paciscens, vt post mortem suam in matrimonio sine liberis defuncta filia portio dotis apud hæredem suum fratrem maneret, contrahere dicitur Vers.

cum

cum inter contrahentes, & *l. non solum. de actionibus & obligationib.* generaliter contractus dicitur, res ex duorum vel plurium consensu acta, qua & legitimæ ac iurisgentium conuentiones com-
7 prehenduntur. Et quod contractus † non sit peculiaris species conuentionis effectu obligationis & actionis à reliquis distincta, sed idem quod pactum & conuentio, ex veteribus recte sensit Accurs. *in gl. magna. in fine. l 1. de actionibus & obligat.* vbi omne pactum contractum dicit Bald. & post eum Iacob. de S. Georgio *in rubr. C. de pactis.* vbi dicit, omne pactum esse contractum, etiamsi ad distractum tendat: dem Bald. *in l. contractus. colum. 2. C. de fide instru. & in l. si vnus § pactus ne peteret. de pact. & in cap. quintauallis. colum. 2. versicul. sed videtur. de iureiurand.* Idem *consi. 102. incip. omnis potestas.* Bart. Iason & alii quam plures relati à Tiraq. *in tract de legib. connubialib. gl. 5. num. 5. 6. & 7.* & à Matth. Cunon. *in tract. de pactis. cap. 1. num. 4.*

8 Vt autem de pacto diximus, sic quoque contractus † verbum à natiua generali significatione quibusdã iuris locis ad eam immutatur, quæ pro conuentione accipitur ex qua actio iure ciuili oritur pactoque in specie sumpto opponitur. *sæpe d. l. iurisgentium. §. ea enim pacta. & §. idem responsum. §. adeo autem. § nam si potest. §. sed & cum dico.*

9 Sed iis, quæ de generali verbi † *contractus* significatione diximus obstare videntur, quæ non tantum à compluribus interpretum veterum, sed à clarissimis quoque æui nostri Iurisconsultis traduntur. Contractum nimirum non generis, sed eius conuentionis nomen esse, ex qua obligatio iure ciuili oriatur. Sic enim contractum definit Baro *in princ. instit. de obligationib.* Contractus est vltro citroq; obligatio, quod sic exponit negotium inter duos gestum vel plures obligans ad soluendum aliquid. Cuiac. *ad l. 1. de pact.* cõtractum dicit, duorum pluriumve in id idem consensum, ex quo obligatio contrahitur & ad *l. iurisgentium.* Conuentionem & negotium, ex quo obligatio contrahitur. Donell. *com. iur. ciuil. lib. 12 cap 6.* Duorum pluriumve consensum in hoc, vt vnus alteri quid det, aut faciat iure ad eam rem & præstationem comprobatus, addens nusquam vel hanc, vel aliam exactam, & ex professo

apud

apud iuris autores extare huius verbi definitionem. Et quidem Baro ad sententiæ suæ probationem nihil præter *l. Labeo. de verb. significat.* adducit *princip. Instit. de obligat.* Et Cuiacius cur contractum à pacto vel pactione distinguat, nullum ex iure adducit fundamentum: Sed primo negat, nusquam in iure pacta contractus appellari. Ad *leg. 1. de pact.* subiicit, pactum nihil aliud esse, quam consensum duorum pluriumve, nudum consensum, nil nisi consensum, contractum vero amplius quiddam esse, quam pactum, duorum nempe pluriumve in idem consensum, ex quo obligatio contrahatur. Itaque συνάλλαγμα, definire in extremo *tit. de obligat.* Theophilum ac cæteros Græcos, pactum, quod σύμφωνον vocent ἐπὶ τῷ συστῆναι ἢ διαλυθῆναι, id est, ad agendum aliquid vel transigendum Contractum vero ἐπὶ τὸ συνίστασθαι ἐνοχήν, καὶ τὸν ἕτερον τῷ ἑτέρῳ ποιοῦσαι ὑπεύθυνον. Conuentionem συμβολὴν appellent, genus esse, nam & pacta & contractus comprehendere per *d. leg. 1. §. conuentionis. de pact.* Donellus cur contractus sit duorum pluriumque consensus in hoc, vt obligatio ciuilis contrahatur, nihil omnino affert, præterquam, quod ait, ex omni contractu nasci obligationem, quæ actionem pariat, idque probare conatur *§. vltim. Institut. de obliga. comm. iur. ciuil. lib. 12. cap. 6. & in l. iurisgentium.* contractum definiri conuentionem, ex qua mutua obligatio oriatur, probare quoque conatur per *d. l. Labeo. & §. 1. Inst. de autor. tutor.* vbi dicat IC. contractum esse vltro citroq; obligationem, quam Græci συνάλλαγμα vocent, veluti emptionem, venditionem, locationem, conductionem, societatem, idque indicari *in d. l. iurisgentium. de pact.* vbi exemplis synallagmatis vtatur IC. in quibus mutuæ sint obligationes *comm. lib. 12. cap. 8.* Et subiicit postea eodem capite, quod contractus definiatur cōsensus, qui iure ad eam rem sit comprobatur, longius non esse accersendas probationes, quā ex eo, quod omnes obligationes dicantur ciuiles, aut prætoriæ, id est, alterutro iure aut constitutæ, aut comprobatæ *§. 1. Instit. de obligat.*

Verum hæc omnia, ad id quod volunt probandum nihil habent momenti. Quod enim ad *l. Labeo.* attinet, in ea contractus non definitur, sed vocabula, agere, gerere, & contrahere explicantur, ac distinguuntur, ita vt actū generaliter, siue verbis, siue

re, quid agatur, contractum vltro citroque obligationem intelligat, non iuris vinculum siue conuentionis effectum, sed factum ipsum obligandi vltro citroque. Verbum autem obligationis in propria significatione generale est, tam ad ciuilem, quam ad naturalem obligationem pertinens, vt antea in homonymiæ vocabuli expositione indicauimus. Certum est autem à generalitate ac proprietate verborum non esse recedendum, nisi de alia mente disponentis appareat. glos. & Dd. *in leg. 1. §. sed si sciente, per illum text. de exercit. action.* Bartol. *in l. omnes populi. num. 57. de iustitia & iure. l. prospexit. qui & à quibus manum.* Dyn. *in cap. fin. de regul. iur.* Nec quicquam eorum sententiæ suffragatur. Quod Græcis contractum συνάλλαγμα vocari ait Vlpianus Aristonem ea in re secutus, vt apparet ex *l. iurisgentium. §. sed & si in alium. & §. esse enim contractum. de pact.* Est enim natura relationis, vt illud tantum intelligatur contineri in termino referente, quod continetur in termino, ad quem fit relatio. *leg. ait prætor. §. si iudex. de re iudicat.* Bald. *consilio* 212. Decius *consi. 647. nume. 2. volum. 1.* συναλλάγματος autem apud Græcos latissima est significatio, vt verbi ἔτυμον explicat Alciat. *dict. leg. Labeo.* vt non tantum conuentiones, sed & delicta complectatur, idque loca aliqua Aristotelis, ad quæ respexisse Vlpianus videtur, ostendunt. Sic enim eo vtitur *Ethic. libr. 5. cap. 5.* τῶν γὰρ συναλλαγμάτων τὰ μὲν ἑκούσιά ἐστι, τὰ δὲ ἀκούσια· ἑκούσια μὲν τὰ τοιάδε οἷον πρᾶσις ὠνή, δανεισμὸς ἐγγύη, χρῆσις παρακαταθήκη, μίσθωσις *& seq.* τῶν δὲ ἀκουσίων τὰ μὲν λαθραῖα, οἷον κλοπή, μοιχεία, φαρμακεία, προαγωγεία, δουλαπατεία, δολοφονία, ψευδομαρτυρία· τὰ δὲ βίαια οἷον αἰκία δεσμὸς θάνατος, ἁρπαγὴ πήρωσις κακηγορία προπηλακισμός, id est, vt Lambinus vertit: *Contractuum alii sponte nostra, alii nobis inuitis fiunt, sponte fiunt, venditio, emptio, mutuum, fideiussio, commodatum, depositum, locatio, conductio, &c. Eorum autem qui à nobis inuitis fiunt, alii sunt clandestini, vt furtum, adulterium, veneficium, lenocinium, serui alieni deceptio, aut corruptio, cædes dolo commissa, falsum testimonium: alii sunt violenti, verbera, vincula, mors, rapina, debilitatio corporis, maledicentis contumelia.* Eadem generalitate quoque *cap. 7. eod. lib.* συνάλλαγμα & ἀλλαγὴ tam pro conuentionibus, quam delictis accipitur.

Ac vt demus loca ex Græcis autoribus proferri posse, quibus

verbi

verbi συναλλάγματος latissima, quam diximus, significatio ad factum solummodo conuentionis contrahatur, nullus tamen ostendi poterit, quo ad eas solummodo συμβολάς coangustetur, quæ actionem pariant, cum res, id est, distinctio effectorum naturalis & ciuilis obligationis tam apud Græcos, quam alias gentes plane fuerit incognita, sed iure tantum ciuili Romano certæ conuentiones sint selectę, quasi ad societatem ciuilem tuendam præ aliis necessariæ, quas lex seruari iuberet, ac renitentes actione data cōpelleret, cæteris honestæ contrahentiū voluntati religioni ac fidei relictis, vt erudite hæc explicat Duar *l. 1 & 4. de pact.* Vnde sequitur ex relata Græcorū sententia, id quod intendunt, minime probari. Eiusdem momenti est, quod de exemplis conuentionū, quæ obligationes ciuiles pariunt, ex *d. l. Labeo. & l. iurisgentium.* adducitur. Certum est. n. vt ipse Baro ait, *d. pr. de oblig* Quod exempla definitiones siue regulas non coangustent, *l. 1. §. quod vulgo. de vi & vi armata. l. damni infecti. de damn. infect l. 1. vti possidetis.*

Quod propterea contractus à pacto & conuentione sit quiddam diuersum, quod nusquam in iure pacta contractus dicantur, id quod ad Synonymiam pręcise non est necessarium. aperte falsum esse ostenditur, *supra allegat. l. tale pactum. de pact.* vbi ex natura coniugatorum pactum quoque in specie acceptum, contractum dici manifestum est Quod ex Theophilo & aliis Græcis de συναλλάγματος definitione adfert (præterquam, quod nec Theophili, nec Græcorum quorumuis interpretatio veritati ipsa proprietate latinæ linguæ, & autoritate Iureconsultorum responsorum in Pandectis relatorum nitenti vim adferre possit) generaliora illa sunt, quam vt ex iis, cōtractum in iure obligationis ciuilis effecto definiri, possit probari: ἐνοχὴν enim vocabulū apud Græcos quoq; generale est, tam naturali, quam ciuili obligationi commune, vt apparet ex *tit.* βασιλικῶν *lib. 11.* περὶ συμφώνων καὶ συναινέσεως καὶ συναλλαγμάτων *cap.* 1. vt & verbum ὑπεύθυνον, non ciuili tantum vinculo, sed naturaliter obligatum significat. Quod porro à Cuiac. *in l. iuris gentium.* vltra *leg. Labeo*, ad quam satis iam respondisse videmur, adducitur quoque *§. 1. Instit. de autoritat. tutor.* Is §. generalis est, & nulla ratione verbum obligationis *in d. l. Labeo.* ad factum obli-

gationis ciuilis contrahi debere probat, vt nec illud, quod mutuum dotis datio, arrharum datio, non pacta, sed contractus dicuntur *§. ius autem. de iure nat. gent. & ciuil. l. contractus. de reg. iur. & l. exigere. de iudic. l. contractus. de fide instrum.*

Aliud enim est, quando genus prædicatur de specie, aliud quando genus pro specie vsurpatur. In illo enim propria est oratio Nam absque controuersia & illud proprium dicitur, cum res generali aliquo nomine appellatur. Non enim dubitandum est, quin species generi suo proprie inesse ex propria natura censeatur. Alciat. *de verb. signifi. lib. 1. nu 8.* In hoc vero tropus est, vt quando adoptionis nomen generale coangustatur ad eam speciem, qua filiumfamilias, qui est in alterius potestate, adoptamus, *l. 1. de adoption.* Iurisdictionem pro ea iuris reddẽdi parte, quę more maiorum, vel iure magistratus competit *l. 12. de offic. procons. l. 13. de offi. eius, cui mandat. est iurisd.* Obligatio pro vinculo iuris ciuilis, quod obligationẽ parit *d. l. iurisgentium. § sed et si. de pact.* Vnde nihil derogat generalitati verbi contractus, quod IC. *in tit. de action. & obl. g.* vbi de contractibus ex consensu, quibus etiam nudæ ac naturales conuentiones ex natura & propria vocabuli significatione comprehenduntur, tractatur, exempla tantum earum conuentionũ referat, quæ actiones ciuiles pariant, vt emtionis, venditionis, locationis, conductionis, societatis, mandati, quod compilatores *institutionum in tit. de oblig. & seq.* secuti sunt. Toties enim dictũ est, generales definitiones non restringi ad ea tantum, quorum ponuntur exempla.

10 Etsi autem hæc accuratius † ita disputata, ad iuris veteris cognitionem sunt necessaria, hoc tamen tempore superuacaneum videri poterat, operosius de iis, quæ contra veterem iurisconsultorum mentem irrepserunt, confutandis laborare.

11 Quod decretis Pontificum † nudis conuentionib. siue pactis eadem vis, quæ iuri ciuili certis ac selectis quibusdam sit attributa *c. 1. & 3.* & ibi iuris canonici interpretes *de pactis.*

12 Ac moribus & vsu, cuius nutu † iurisdictio omnis circumagitur Steph. Forcat. *in comm. feud. cap. vlt. in fine.* ex pactis serio ac deliberate initis in vtroque foro detur actio. Bald. & Salicet. *in l. petens.*

*tens. 12. C. de pact.* Bal. *in l. legitima. §. 1. in pr. de pact.* Fortunat. Gartz. *cap. 1. de pact.* & And. ab Exca *eodem tract.* Iason *in l. 7. §. sed cum nulla. num. 4 de pact.* vbi communem hanc esse testatur. Quod & eo firmari existimatur, quod simplicem promissionem iuramento æquiparent Canonistæ ac Paulus *ad Rom. 1.* ἀσυνθέτους, id est, qui pacta & fidem datam nō seruant, capitaliter delinquentibus annumeret, generaliterq; sit definitum in argumento peccati & cōscientiæ in vtroq; foro ius canonicum obseruandum *c. 1. & 2. de oper. noui nunc. Cast. in auth. at qui semel, nu. 3. & 4. C. de probationib.* Dd. *in l. lecta de reb. credit.* Wesenb. *in paratit. ad tit. de pact, nu. 9. & in addit. ad Schneidevvin. tit. de oblig.*

Vt igitur ad viam institutam † ex hoc diuerticulo reuertamur 13 quo ad obligationem iurisdictionis ac personas, quæ de ea obligationem contrahere possint. Discernendum est inter rempublicam & priuatos. Respublica nostra licet Imperator multa habeat iura βασιλικά, de quibus *supra, cap. 4.* diximus. Tamen quia non παμβασιλείαν, sed βασιλείαν κατὰ νόμον obtinet, quæ non constituit peculiare εἶδος τῆς πολιτείας vt ait Aristot. *Polit lib. 3. c. 16.* Sed sub genere Aristocratiæ relinquitur, quantum iuregentium principes & optimates imperii de tota κοινῇ πολιτικῇ, tantum quoq; de hac præcipue eius parte conueniendo & contrahendo constituere possunt. De priuatis obseruandum est, id vocabuli hic non vsurpari angustissima illa significatione, qua tantum homines à dignitate ac officiis publicis remotos, quos Græci ἰδιωτεύοντας appellant, vt est apud Plautum: hic quantus Imperator nunc priuatus est: Sed eo sensu, quo reipub. opponitur, vt quoque Principes & optimates imperii eo numero habeantur. De his omnibus quatenus de iurisdictione sibi attributa obligationem contrahere possint ex natura iuris in ea quæsiti existimantium est: vt generaliter non nisi de rebus, quæ in contrahentium sunt potestate, vtiliter quis disponere potest. *l. sed Celsus in princip. de contrah. empt. l. inter. §. sacram. de verbor. obligat.* Quia autem frequentissimæ de iurisdictione cōuentiones fiant per mandata ac delegationes, prorogationes, arbitria item & compromissa, de his paulo diligentius & exactius tractabimus, tum quod quotidiana diligentius sint excu-

tienda, *argum. l. legam. de liberat. legat.* tum quod multa sint in his singularia & à communi iure conuentionum exorbitantia. Reliqua sub generalibus conuentionum & obligationum definitionibus relinquimus, *argum l. 1. de reb. credit.* De quo eleganter Contius *disput. lib. 1. cap. 4.*

## CAPVT XXVI.

### *De mandato iurisdictionis.*

OBSERVATA.

1 Mandandi *verbi tam apud autores latinos, quam IC. significatio.*

2 *Vt olim, sic & hodie duobus modis mandari iurisdictionem, vel creatione magistratus, vel dandis curatoribus extra ordinem.*

3 *Aristotelis vera & politica magistratus definitio contra Bodinum.*

4 *Magistratus secundum statum reipub. præsentem descriptio.*

5 *Magistratuum tam maiorum, quam minorum in Comitiis & extra ordinem creandorum ratio.*

6 *Constituto principatu in repub. Romana, penes quem fuerit magistratuum constitutio.*

7 *Caroli Magni & successorum tempore, quæ magistratuum constituendorum ratio inita fuerit?*

8 *Hoc tempore magistratus ordinarii imperii non creantur in Comitiis vniuersalibus.*

9 *Iudex & Assessores Cameræ quomodo constituantur?*

10 *Cæsaris electio in quibus Comitiis fiat.*

11 *Alia politicorum alia ecclesiasticorum summorum imperii magistratuum constituendorum ratio.*

12 *Principes, Comites, Barones potestatem in territoriis suis inuestitura consequuntur.*

13 *Liberæ imperii ciuitates priuilegio vel præscriptione immemorabili.*

14 *Ius eligendorum Pontificum Romanorum olim vicinis Episcopis, cum adsensu cleri & populi Romani, postea Carolo Magno, Othoni & aliis*

*aliis Imperatoribus permissum, ab iisdem in gratiam Pontificum remissum fuit.*

15 *Hodie Pontificum ipsorum decretis à Collegio Cardinalium eliguntur.*

16 *Coronatio & inunctio Pontificis.*

17 *Episcoporum & Abbatum ordinatio.*

18 *Iura Episcopalia & Abbatialia Episcopi & Prælati electione & confirmatione consequuntur: Sed de bonis temporalib. non secus ac Principes politici ab Imperatore inuestiuntur.*

19 *Disposita de Abbatibus in Abbatissis quoq; locum habent.*

20 *Qui possint delegare iurisdictionem.*

21 *Quibus possit delegari.*

22 *Quæ iurisdictio delegationi subiiciatur.*

23 *Modus & forma delegationis.*

M*Andandi* vocabulum † apud Latinos autores proprie ac generaliter nihil aliud significat, quam quid alicui gerendum exequendumq; committere: sic magistratus mandare dicitur apud Cic. *in orat. pro Plancio.* sic eo quoque de iurisdictione vtuntur IC. *toto tit. de offic. eius, cui mandat. est iurisd.* 1

Vt autem in veteri † republica Romana: Sic hodie etiam in imperio duobus modis iurisdictio mandatur, vel creatione magistratus, vel dandis Curatoribus extra ordinem, quos vulgo delegatos vel commissarios appellant. Primo itaq; de magistratib. ad ius dicendum ordinarie constitutis. Deinde de curatoribus ac delegatis agemus, in eoq; ordinem Aristotelicum sequemur, qui *4. Polit. cap. 15.* de constitutione magistratuum tria explicat ὑπὸ τίνων, ἐκ τίνων, καὶ πῶς: id est, *à quibus, qui & quomodo creentur*? Primo igitur, qui possint constituere iudices ordinarios. Secundo, qui possint præfici officio ac muneri ius dicentis. Tertio, quomodo fiat constitutio, exponemus. 2

De nomine ac definitione magistratus, tam apud Philosophos quam IC. variæ sunt sententiæ, vt etiam de ἀρχῆς verbi significatione, apud Græcos litem suo tempore indefinitam pendere ait Aristot. *d. lib. 4. politic. cap. 15.* Eos politice † recte definiuit ibidem ἔσοις ἀποδέδοται βουλεύσασθαί τι περὶ τινῶν, καὶ κρῖναι, καὶ ἐπιτάξαι, καὶ μάλιστα τοῦτο, id est, 3

id est, *magiſtratus ſunt, quibus data eſt poteſtas, de quibuſdam reipublicæ negotiis ſtatuendi, vel iudicandi & imperandi, hoc vero maxime.* Hanc definitionem friuola & inconſulta quadam temeritate præter rem inſectatur Bodinus *de repub. lib. 3. cap. 2.* nec hic, nec alibi mentem Ariſtotelis de imperio ſiue ἀρχῇ πολιτικῇ recte aſſecutus, de quo ſatis, vt arbitror diſſeruimus ſupra *lib. 1. cap. 3.* Et licet apud Romanos is proprie magiſtratus appellaretur, qui à populo imperium ſiue poteſtatem accepiſſet. Petr. Gregor. Tholoſ. *ſyntagm. iuris vniuerſi. lib. 47. c. 12* Tamen ſecundum ſtatum reipublicæ præſentis ἐν πλάτει magiſtratus omnes ſunt dicendi, quicunque partem aliquam poteſtatis publicæ, ſiue ab vniuerſo imperio, ſiue Cæſare, Principibus, & reliquis optimatib. imperii, item nobilib. ciuitatibus tam directe, quam indirecte imperio parentib. iure ordinario exercendam acceperunt.

Porro iudices & magiſtratus olim ſtante republica populari non niſi in Comitiis creabantur in centuriatis magiſtratus omnes, conſules, prætores, cenſores, qui & maiores magiſtratus & patricii vocabantur, præter dictatorem, magiſtrum equitum, & interregem, qui etſi magiſtratus maiores eſſent, tamen non in Comitiis à populo, ſed alia ratione conſtituebantur. Quando enim belli externi, ſeditioniſve domeſticæ vis quædam maior incidiſſet, quæ maiori quam ordinario conſulum imperio indigere videretur, nec vellet ſenatus rem ad interregnum redire, vel clauus religionis cauſa figendus, aut ludi primum inſtituendi eſſent, conſul captatis auſpiciis oriente nocte ſilentio dictatorem, quem vellet modo ex conſularibus aliquem nominabat, hic rurſus magiſtrum equitum pro arbitrio quem vellet, dicebat. Pari quoque ratione interregem extra Comitia centuriata conſtituerunt. De quibus & toto Comitiorum modo & ordine erudite & plene Nicolaus Cruchius 3. *lib. de Comitiis Romanorum.* Antonius Auguſtinus *lib. de legibus. capit. 8.* Wolffgang. Lazius *com. reipublicæ Romanæ libro 12. capit. 3.* Paulus Manutius *de legibus Romanis. folio 20. 119. 136.* Adrianus Turneb. *Aduerſariorum. libro 13. capit. 14.*

6 Conſtituto autem principatu † etſi ſub Cæſare & Auguſto,

vt ex-

vt ex locis Taciti & Suetonii collatis ostendit Nicolaus Cruchius *præfatione in libros de Comitiis*, adhuc fuerint Comitia, verùm sub Cæsare adeo non libera, vt non posset populus nisi pro dimidia parte, quos vellet creare magistratus: Sub Augusto autem paulo liberiora, sed quæ tamen maxima ex parte principis arbitrio non populi fierent: A Tiberio tamen imperio inito, comitiis plane sublatis creatio magistratuum, vt ait Modestinus *l. vnic. ad leg. Iuliam de ambitu.* ad curam principis, non ad populi fauorem pertinuit. De quo passim *in com. reipubl. Romanæ*, ac doctissime Guidus Pancirollus *in comm. in noticiam vtriusque imperii orientalis, & occidentalis.* in quo ciuilium militariumque magistratuum omnium, palatinarum quoq; dignitatum sub principibus constitutiones & officia explicat.

Diuiso autem ab oriente † occidentis imperio Caroli Magni 7
ac sequentibus temporibus magistratuum tam politicorum, quã ecclesiasticorum initam rationem accurate explicat Knich. *de iure territorii. cap. 1.*

Hoc tempore † in Comitiis vniuersalibus, nec maiores, nec 8
minores magistratus imperii ordinarii conferuntur. Etsi enim paulo ante hæc tempora Consiliarii Regimenti, vulgo, die Reichs vnd Regiments Räthe: Iudex item & Assessores Cameræ principio ordinum omnium suffragiis publico imperii conuentu sint constituti: illorum tamen administratio, vt infra *lib. 2. cap. 2.* indicabitur, iam in desuetudinem abiit. Hi vero, partim ab Imperatore; † partim ab Electoribus & aliis imperii ordinibus nomi- 9
nantur & à Collegio Cameræ cooptantur. De quo Ordin. Cameræ *part. 1. titu. 1. 2. 3. & 4.* Petr. Denaiss. *Iur. Cameralis. verb. Adsessorum. 12.* Wilhelm. Roding. *Pandectar. Cameral. libro quarto. tit. 2. & 3.*

Dixi, *Comitiis vniuersalibus.* Particulari enim Septemuirorum conuentu, quam vulgo den Wahltag appellamus, Cæsar siue Rex Romanorum † ex constitutione Carolina, quam Auream Bul- 10
lam vocant, designatur, & in regionum, vel circulorum conuentib. Duces, eorumque legati & consiliarii, vulgo Kreyß Oberste Räth vnd Nachgeordnete ab Ordinibus eliguntur, vt patet ex de-

creto Augustano, Anno 1555. Dixi quoque *magistratus ordinarios*. Extra ordinem enim, si vel belli externi, vel motuum ciuilium vis quædam maior incidat, Duces ac præfecti militũ, quæstores pecuniæ publicæ, & alii in Comitiis constitui solent, vt ex diuersis comitiorum decretis manifestum est.

11 Magistratuum porro † maiorum imperii, post imperatorem alia politicorum, alia ecclesiasticorum constituendorum est ratio.
12 Principes enim Duces, † Marchiones, Comites, Barones, (quorum nomina olim non patrimonii erant, sed dignitatis & officii, ciuitatibus ac territoriis ipsis tenore principis, qui eas dabat arbitrio conscripto regendis concessi, Duaren. *in consuetud. feud. cap. 6. num.* 8. Dicebanturque maxime Duces, Marchiones & Comites, Capitanei Regni, quod velut potiora essent imperii capita,) hodie pro se & mascula tota progenie cum ducatu, comitatu, ac Baronatu, vna cum iurisdictione ac regalibus inuestiuntur.

13 Ciuitates vero imperii † iurisdictionem omnem tam ciuilem, quam criminalem, vel expresso imperatoris priuilegio, vel præscriptione memoriam hominum excedente quæsitam habent.

14 Quantum ad Episcopi vel Pontificis † Romani, qui ecclesiasticæ dignitatis apex est constitutionem attinet, etsi olim à vicinis Episcopis, qui Cardinales dicebantur, Clericis Cardinalibus, Romanæ ecclesiæ conuocatis ac cleri reliqui consensu ordinaretur, ac consecraretur, vt statutum legitur *Synodo 6. capit. in nomine domini 23. distinction.* ita vt dissentientibus suffragiis plurium sententia vinceret. *cap. si transitus 29. distin.* accedente Cæsaris consensu & autoritate *cap. Agatho. cap. vota. cap. quia sancta. 63. dist.*

Postea autem Carolo Magno & Othoni Imperatoribus ius eligendi pontifices concessum ac permissum fuerit. *cap. Adrianus. cap. in Synodo. 63. dist.* Tandem tamen instantibus Romanis pontificibus Imperatores ius illud remiserunt iuxta formam iurisiurandi à Gratiano relatam. *cap. Ego Ludouicus. 63. distinct.* quam tamen consensum & autoritatem antea adhibitam plane non auferre

ferre Imperatori arbitratur Duar. *in tr. de Sacris eccles. minist. ac beneficiis. lib. 3. c. 1.*

Hodie constitutionibus † ea de re editis à Pontificibus primo 15
Alexandro 3. ex Mantuani concilii decreto *c. licet. de elect.* secundo Gregorii 10. in concilio Lugdunensi formam electionis continente. *capit. vbi periculum. de elect. num 6.* Tertio Clementis 5. in concilio Viennensi Clement. *Ne Romani. de electionib.* à Cardinalium collegio eligitur Duaren. *de Sacr. eccles. minister. lib. 3. cap. 1. in fine.* plene Gregor. Tholosan. *Syntagm. iuris vniuersi. libr. 15. cap. 3.* Et quidem ex eorum gremio si reperiatur idoneus, sin minus aliunde cooptari potest, *cap. 1. 2. 3. distinct. 70. can. in nomine domini 23 dist.*

De coronatione, inunctione † & ordinatione pontificis, vide 16
Lancell. Conrad. *in templo om. iud. lib. 2. c. de Pontifice Max. § 1. de ornatu corp. Pont. Max.*

Episcopi & reliqui † prælati, etsi & hi quoque à principibus 17
olim sint ordinati, vt prolixe exponit Gregor. Tholos. *Syntag. iuris vniuersi. lib. 15. cap. 12. nu. 10.* Hodie tamen à Collegiis cooptantur per electionem, vel postulationem Hostiens. *in summa de electione & postulatione prælator.* & quidem omnes ex gremio si ad prælaturam capessendam sint apti, sin minus ab aliis ecclesiis postulantur *cap. nullus. cap. obitum. 61. dist. cap. metropolitano. 6. dist. cap. quam si. 18 q. 2. cap. licet. 8. q. 1. cap. cum nobis. cap. cum inter. cap. in causis. de elect.* Electionem vel postulationem necesse est sequi cõfirmationem gl. *in c. proinde. de elect. num. 6.* Bertachin. *in tract. de episcop. in 3. parte. lib. 3.* Electio enim & postulatio acceptata ab electo vel postulato ius siue titulum: confirmatio vero dominium prælaturæ tribuit Innocent *in cap. ex parte. de arbit.* Bald. *in cap. si tibi absenti. de concess. præbend. num. 6.* Petr. Gregor. Tholos. *Syntag. iur. vniuersi. lib. 15. c. 12. num. 28.*

Confirmationem consecratio sequitur Bertach. *d. tractat. de Episcop. 3 par. lib. 3.* in Episcopis: in Abbatibus loco consecrationis benedictio intra annum post electionem *clem. 2. § statuimus. de statu monachor.* Petr. Gregor. Tholos. *Syntag. iur. vniuersi. lib. 15. cap. 14. num. 13.* Lancell. Conrad. *in templo om. iud. lib. 2. cap. 7.* Cooptatio

vero eiusmodi intra tres menses à morte defuncti prælati fieri debet, & postea intra tres alios menses confirmari: quod si intermittitur ius prouidendi de prælatura ad superiorem deuoluitur *cap. ne pro defecto. cap. 41. de elect. cap. nulli. de præbend. concess.* Electi igitur vel postulati confirmati & consecrati, ita canonice ac benedicti Episcopi & Abbates iura Episcopalia & Abbatialia, vti vocant, consequuntur.

18 De bonis vero Episcopatibus † & Abbatiis adscriptis, regalibus & reliquis iuribus temporalibus Archiepiscopi, Abbates, Abbatissæ & Præpositi directo imperio parentes ab Imperatore eadem ratione, qua politici principes ad vitam inuestiũtur Gail. *obs. lib. 1. obs. 30. in princip.* Mynsing. *cent. 5. obs. 58.*

19 Quæ autem disposita † sunt de Abbatibus, eadem quoque de Abbatissis locum habent, *cap. indemnitatib. de elect. n. 6. cap. 1. de ætat. & qualitat. ord.* Gemin. *in cap. 2. col 3. de præb. in 6.* Felin. *in cap. meminimus. de accus.* Panor. *in cap. dilecta. de maior. & obed.* Chassan. *in catalog. gloriæ mundi. par. 1. consid. 35.* Maxime in proportionalibus Lancellott. Conrad. *in templo omn. iud. lib. 2. cap. 7. in fine.*

## *De mandandæ iurisdictionis altera specie, quam delegationem vulgo appellant.*

1 *Qui possint delegare.*
2 *Cui?*
3 *Quid possit delegari?*
4 *De forma delegationis.*

1 IVrisdictionem omnes † mandare possunt qui propriam & suo iure, non alieno beneficio habent *l. more. de iurisdict. omn. iudic.* Quod non tantum de iis accipiendum est, qui ius aliquod in iurisdictione, vsumfructum nimirum, vtile dominium, vel aliud innominatum constitutum habent. Sed & illi, quibus tanquam magistratibus iurisdictio exercenda mandata est, eam mandare possunt, cum etiam hi, quamuis per abusionem iurisdictionem pro-

propriam & suo iure obtinere dicantur. *d.l.legati. de offic. proconſ. l. cum propriam. §.cum propriam. de iuriſd.omn.iud.l.1. §. qui mandatam. de offic.eius,cui mand.eſt iuriſd.* Vnde non tantum illos, quos magiſtratus publicos conſtituere poſſe diximus, Imperium, Cæſarem, Principes tam politicos, quam eccleſiaſticos, Comites, Barones, imperii nobiles. Item ciuitates ac nobiles, ac alias perſonas ſingulares, quæ ab ordinib. iuriſdictione præditæ ſunt, ſecundum modum ſuæ cuique competentis iuriſdictionis: Sed & magiſtratûs ab his iuri reddendo præfectos iuriſdictionem aliquam mandare poſſe certum eſt, *d. l. more. & l. ſolet prætor. & ſeq. de iuriſd.omn. iudic.* Quibus autem à magiſtratibus iuriſdictio mandata eſt, eam mandare aliis viciſſim non poſſunt. *leg. mandatum. de offic.eius, cui mandat.eſt iuriſd.* vbi mandatam ſibi iuriſdictionem mandari alteri neminem poſſe manifeſtum, id eſt, vt interpretes & iura canonica loquuntur, delegatum alteri ſubdelegare non poſſe: vel delegatum delegati non dari. *leg.omnes.* & ibi Dd. *de offic.eius,cui mandat.eſt iuriſd.cap.ſuper quæſtionum.§.porro.de offic.delegati.* Ex ratione generali, quod ſpecialia non ſint extendenda & multiplicanda, vt notatur *in l.ſingularia.ſi cert.pet.* idque nec propter impedimentum, nec propter abſentiam, nec de partium conſenſu Pariſ.*conſi. 124.num.7.8.& 9.lib.1.* Excipiunt primo delegatum pontificis & principis per *leg. à iudice.C.de iudic.* Zaſ. *in leg.more. de iuriſdict.omn. iud.* qui maior quolibet ordinario exiſtimatur. *leg.minor autem magiſtratus.in fin.de minorib. cap. paſtoralis 1.§. de offic. iud. ordinar. & cap. ſane.de offi.iud.delegati.cap.cum cauſam.de appellat. cap.cum Bartholdus. de re iudicat.* Pet. Gregor. Tholoſ. *Syntagm.iuris vniuerſi.lib.47.c.22. num.17.* Niſi in delegatione perſonæ induſtria ſpectata ſit Rolan. à Valle *conſi. 30. num. 9. part. 1.* Extenſiones ac reſtrictiones huius exceptionis videantur apud Iaſonem *in d.l.à iudice.* Secundo, delegatum proconſulis, præſidis vel Rectoris prouinciæ *l. cum prætor. de iudic.* Tertio, ſi alicui vniuerſitas cauſarum mandata eſt. Iaſon *d.l.à iudice.num.8.* vbi etiam definit, quid intelligatur appellatione vniuerſitatis cauſarum. Ac licet delegatus ad vniuerſitatem cauſarum æquiparetur ordinario, reuera tamen delegatum eſſe dicit Zaſ. Alexand. & Iaſ. *in dict. leg. more. de iuriſdict. omn. iudic.*

Quarto si non tota, sed articulus causæ saltē delegatur. Quinto quando paulo ante acceptum iudicium de nullitate iurisdictionis subdelegatæ non opponitur. Sexto, si non causa vel cognitio, sed iurisdictio mandata est per *leg. imperium.* Septimo, nisi delegato diserte subdelegare in mandati diplomate permissum sit, vel nisi sciente & patiente ordinario fiat subdelegatio, vel consuetudine locorum aliud sit receptum *d. leg cum prætor. § 1. in versi. quibus id more concessum est. de iudic.* de quibus omnibus Zasius *d. leg. more. de iurisdictione* & Felin. *in d. cap. super quæstionum. § si vero. de off. delegati.*

21 De personis † quibus delegatur iurisdictio obseruandum est generaliter, vt iurisdictio tam ordinarie, quam extra ordinem alicui mandetur, requiri, vt cui mandatur, mandantis imperio sit subiectus, cum, vt antea explicatum est, iurisdictio non tantum potestatis, sed muneris etiam iure censeatur. Munera autem iis iniungi non possunt, qui potestati iniungentis non subiiciuntur *leg. munus. de verbo significat.* Petr. Gregor. Tholos. *Syntag. iuris vniuersi. lib. 47. cap. 22. num. 13.* Hostiens. *in summa tit. offic. & pot. iud. delegati. num. 3.* Vnde infert Hostiens. *dict. loco* Metropolitanum subditis Suffraganeorum inuitis iurisdictionē tradere non posse, vt nec quilibet alius ordinarius extra territorium per *leg. fin. de iurisd.* Singulare etiam est, quod in mandanda iurisdictione spirituali requiratur, vt delegati sint personæ ecclesiasticæ *cap. contingit. de arbitr. cap. decernimus. de iudic.* Cum in temporalibus laici alias periti idonei censeantur. *argum. leg parabolam. C. de episc. & cler. leg. certi iuris est C. de iudic.* Hostiens. *d. loco.* Requiritur præterea in papæ delegatis, vt non sint inferioris dignitatis, quam Canonici cathedralis vel collegiatæ ecclesiæ. Host. *in summa. de offic. indic. delegati, num. 3.*

22 Quæ iurisdictio † delegari possit. De mandanda iurisdictione pro more ac instituto veteris reipubl. Romanæ generalis Papiniani definitio est. Ea mandari posse, quæ iure magistratus cōpetunt. Non autem ea, quæ specialiter tribuuntur lege senatusconsulto & principum constitutione *leg. 1. de offic eius, cui mandata est iurisdict.* Quæ autem tam ciuilium, quam capitalium rerum olim

lim iure, vel more maiorum ipsa constitutione magistratus non competierunt, sed speciali concessione opus habuerunt, supra c. 11. copiose satis expositum est. Ex eo igitur, quod diximus, quæ specialiter deferuntur, demandari nō posse infertur. Primo, quia imperium merum lege specialiter defertur, quod regulariter nō possit delegari. *l.1.§.mandatum.* & in Bart. & Ias. *in l.imperium.de iurisd.omn.iud.* vbi limitationes quoque referuntur. Merum autem imperium & criminalis iurisdictio in iure συνώνυμα sunt, vt post Bartol. & Ias. Zasius ac plerique etiam recentiorum interpretū magno errore arbitrantur. Idem quoq; locum habere affirmant, in causis quas mixti imperii dicunt. Quod *l.1.de off.eius,cui manda. est iurisd.* dicatur: *Quæcunq; lege, senatusconsulto vel principum constitutione conceduntur, mandata iurisdictione non transferri, quæ autem iure magistratus competunt mandari posse.* Sic enim, vt refert Alciat. *Paradox. lib.2. cap.1.* ea verba vulgo interpretantur. Quæ specialiter, hoc est, in signum magnitudinis dignitatisque causarum conceduntur mandari non posse. Ias. *dict.leg.1.de off. eius, cui mand. est iurisdict.num.28.* Alexand. Fulgo. & Ias. *in leg 1.* Cyn. *in leg. vnica. C. qui pro suæ iurisdict.* Ioan. And. *in addit. ad Speculat. in tit. de iudic. delegato.* Tales autem esse causas, non tantum meri, sed mixti quoque Imperii, quæ ad grauiorem vel remissiorem delictorum coercitionem pertinent, sed de ciuilib. quoque ad mixti imperii speciem ab ipsis relatis, nec à Cæsare, nec principibus, Comitibus & aliis, qui iurisdictionem, vel ex contractu, vel priuilegio acquisitam habent, quicquam aliis mandari posse consectarium foret. Hinc quoque in specie recte inferretur, potestatem exequendi ac mittendi in possessionem delegari non posse: quod mixti sit imperii per *leg. iubere cauere. de iurisdict. omn. indic.* Vnde quoque Felin. *in c. significasti. de off. ac potestat. indic. delegat.* ideo delegatum iure canonico sententias à se latas exequi posse ait: Quod meri & mixti imperii eo iure, quo quicquid sit cognoscibile, sit quoque delegabile, nulla ratio habeatur. Et ex eodem fundamento causas meri & mixti imperii delegari posse, de iure canonico regulariter dicit Ias. *in l. imperium. nu. 24.* licet dissentire à reliquis iuris canonic. interpretibus addat Innoc.

Quod

Quod ad merum igitur imperium attinet, etsi certum sit, quod iure veteri nisi abesse cœperit, cui id contigit mandare non potuerit *l. 1. § huius. de offic. eius, cui mandat. est iurisd.* Donell. *com. iur. ciuil. lib. 17.* Id quod non tantum eo tempore quo merum Imperium, quo ad modos deferendi à iurisdictione ita plane seiunctum fuit, vt etiam summis magistratibus vti consulib. ipsa constitutione magistratus non competeret. Sed iudices ad eam rem peculiariter constituerentur extra ordinem, qui quæstores Parricidii appellabantur, vt autor est Pompon. *in l. 2. §. deinde. de orig. iur.* Donell. *com. iur. ciuil. lib. 17. cap. 8 fol. 32.* Sed etiam posteaquam re ista mutata ordinario iure dari cœpit prætori & præfecto vrbis Romæ ac præsidibus in prouinciis, *l. 1. de offic. eius, cui mandat. est iurisd. l. illicitas. de offi. præsid. l. solent. in pr. de offi procons. l. 1. §. 1. de pœn.* restringitur tamen primo, vt locum non habeat, si is cui datum est merum imperium abesse cœperit. *l. 1. in prin. de off. eius, cui mand. est iurisd.* Plures limitationes vide apud Ias. *d. l. 1. nu. 28.* & Longouall. *in l. imperium. c. 10 fol.* 124.

Quia vero hoc tempore modus ille generaliter ac specialiter deferendæ iurisdictionis sublatus est, quin mandari quoque non minus ac rerum ciuilium iurisdictio possit, dubii nihil relinquitur, idque vsu ita seruari notius est, quam vt vlla probatione indigeat.

Licet autem Zasius, qui ius vetus etiam hisce temporibus seruari contendit, *d. l. imperium. de iurisd.* negare non possit, Principes Comites, Barones, ac reliquos terrarum Dominos, item Ciuitates, quæ superiorem Cæsare nimirum non agnoscant, aliis potestatem iudicandi in criminalibus facere, ac propterea maleficiorum iudices constituere, monasteria aduocatos quoq; capitalibus quæstionib. præficere: tamen subtiliter magis, quam vere id soluere conatur, quod nimirum ii, quibus à Principibus ac reliquis Dynastis publici iudicii exercitatio committitur, non delegatam, sed propriam iurisdictionem exerceant, quia iis nō mandetur iurisdictio, sed lege & constitutione, id est, à lege viua à dominis tradatur, & quod aduocati monasteriorum ideo proprio iure exerceant criminalem iurisdictionem, quod à principe eligantur

gantur vel consuetudine, vel priuilegio aduocentur. Si enim vera est illa ratio, quod voluntate dominorum constituantur, tanquam viua lege, nulla inter ordinarios ac delegatos erit differentia, cum eadem viua lege, id est, eorum, qui iurisdictionem habent arbitrio, etiam in causis ciuilibus ordinarii iudic es constituantur. Et aliud est lex publica, de qua *in tit. de l. gib.* aliud lex priuata vel conuentionis, de qua *in l. si dominus. 8. de praescr. verbis. l. si in lege. locati. leg. prim. de superficieb.* Hotoman. *in com. verb. iuris. verbo Lex.* Nec semper Ius Aduocatiae, de quo *in c. Saluator.* 1 *quaest. 3. & c. in quibusdam. de poen. cap. praeterea. de iure Patronat.* Principis constitutione, vel consuetudine tribuitur: sed vel libera monasteriorum electione ad tempus, vt exemplum ex Mutio German. *Chron. 19.* refert Cuiacius *in constit. Frideric. de pace tenenda.* De Abbate Augiae maioris, cui cum Carolus donaret Vlmam villam regalem, eligendi aduocati, ac defensoris fecerit arbitrium, eo tenore, vt quandocunque sui commissi praeuaricator in rebus, aut hominibus, quod vulgo Balmund dicatur, existat, statim sine mora, sine iudicio aduocatiam perdat: vel feudi titulo confertur, vt Aduocatia Abbatiae Quedlenburgensis, olim Comitibus Reinsteinensib. item Episcopis Halberstadensibus ad tempus concessa, postea inclytae domui Saxonicae in feudum data est. Corberensem Serenissimus Princeps meus, Henricus Iulius Dux Brunsuicensis & Luneburgensis, feudariam à monasterio possidet.

Eiusdem farinae est, quod de iudicibus maleficiorum in praefecturis ac pagis ad expeditionem iudicii criminalis deputatis, dicit idem Zasius, quod nimirum non iudicum, sed adsessorum munere fungantur. Non enim consiliariorum, sed iudicum loco isti sedent, tam in vrbium, quam in praefecturarum iudiciis, vt ex maioris partis consensu decernatur. Et ipse tandem non iuris scilicet veteris, sed consuetudinis ratione ista fieri fateri cogitur. Quod autem ex *leg. 1. de offic. eius, cui mand. est iurisdict.* affertur bis vitiosum est. Primo enim peruerse, & contra naturam vocis, verbum *specialiter*, ab interpretibus pro eo accipitur, ac si dicatur in signum magnitudinis priuilegiique causarum, cum nihil aliud

Pp signi-

significet, quam *nominatim* & *in specie*: vt erudite hunc locum interpretatur Alciat. *paradox. lib. 2. cap. 2.* Deinde merum esse commentum interpretum opinionis errore confictum, ac nullo iuris loco probari posse, quod mistum imperium peculiaris sit species subiectiua iurisdictionis, sed quod tantum sit membrum essentiale, ex quo & notione iurisdictio integra consistat, supra in refutatione falsarum diuisionum satis à nobis demonstratum est.

23 Forma & modus † delegandi in eo consistit, vt qui mandat iurisdictionem, ipso *delegandi vel mandandi* verbo vtatur, vel ipsa mandati, vel delegationis definitione: vt dicat *se Titio vel Sempronio iurisdictionem suam exercendam vel exequendam dare*, quod delegatæ iurisdictionis proprium est. *l. 1. de offic. eius, cui manda. est iurisd.* vel quod idem est, *Constituere se Caium vel Seium, qui partes suas in iure reddendo obeat, vel vice sua fungatur.* Vel secundum vulgus appellant pragmatici *locum tenentem constituere.* Nam & hoc ad ipsam naturam & essentiam delegationis, vel commissionis pertinet. *l. solet.* plura vnde delegata iurisdictio tributa intelligatur vide apud Alex. de Imola *in l. prætor. de iurisd. omn. iud.* Bart. & Zas. *in d. l. more.* Mynsing. *consi. decad. 3. respons. 34* Maranth. *distinct. 5. par. 4. num. 4.* Quod aűt ad loca tenentes vel vicarios attinet, trita ac frequens est quæstio, an magistratuum vel ordinariorum, an vero delegatorum, siue commissariorum iure censeantur, de qua Gemin. *in cap. 1. 2. quæst. de offic. ordin. lib. 6.* Felin. *in rub. de offic. delegati.* Alexan. *in rub. de offic. eius, cui mandat. est iurisd.* Angel. *in leg. præcipimus. C. de app.* Zas. *in sæpe dict. leg. more. de iurisd. omn. iudic.* Maranth. *de ord. iud. par. 4. dist. 5 num. 14.*

## Capvt XXVII.

### *De prorogatione iurisdictionis.*

### Observata.

1 *Prorogationis verbi significatio.*
2 *Prorogationis iurisdictionis definitio.*

*3 Proro-*

3 *Prorogare possunt omnes non prohibiti.*

4 *Prorogatio fit vel aperta conuentione, vel re & facto.*

5 *Prorogatio etiam fit nudo pacto.*

6 *Conuentio omnis consensu perficitur.*

7 *Cessante causa, cessat contractus.*

8 *Error in proroganda iurisdictione an præsumatur, vel ab allegante probandus sit.*

9 *Doli definitio.*

10 *Dolus in quacunque dispositione censetur exceptus.*

11 *Prorogatio coacta ipso iure nulla.*

12 *Simulatio omnem consensum excludit.*

13 *Simulatio imaginem non medullam habet veritatis, estque tanquam corpus sine spiritu.*

14 *Simulationis exceptio perpetua.*

15 *Prorogatio ante aditionem pœnitentia resoluitur.*

16 *In præparatoriis iudiciorum pœnitentia semper locum habet.*

17 *Conditionis effectus.*

18 *Exceptio fori declinatoria aliis omnibus præmittenda.*

19 *Contumacia non prorogat iurisdictionem.*

20 *Per reconuentionem quoq; fit prorogatio.*

21 *Confessio non extendit iurisdictionem.*

22 *An solus partium, an vero iudicis quoque consensus ad prorogationem requiratur.*

23 *Iurisdictio quamcunq; habet iudex regulariter prorogatur.*

24 *Solæ personæ subiectum sunt iurisdictionis.*

25 *Generali oratione species omnes ad id genus pertinentes continentur.*

26 *Multo magis vniuersali.*

27 *Delegata iurisdictio an prorogari possit.*

28 *Prorogatio cum omnibus qualitatibus ac restrictionibus facta esse intelligitur.*

29 *Prorogatio non fit ab arbitro ad iudicem.*

30 *A notione non fit extensio ad imperium, nec contra.*

31 *Prorogatio non fit in causa appellationis.*

32 *An in iudicem suum tanquam arbitrum compromittere sit permissum.*

33 *Clerici iurisdictionem iudicis Laici prorogare non possunt.*
34 *Priuilegium clericorum non personis, sed toti ordini indultum est.*
35 *In prorogatione iurisdictionis ecclesiasticæ, quæ requirantur.*
36 *Regulariter extensionem de persona in personam tantum fieri.*
37 *Prorogatio fit tantum in his, quæ sunt eiusdem naturæ & formæ.*
38 *In prorogatione similitudo potestatis requiritur.*
39 *Prorogatio non potest fieri à causa ciuili ad criminalem.*
40 *Exorbitantia à iure communi ad consequentiam non producenda.*
41 *A tempore ad tempus iurisdictionis non fieri prorogationem.*
42 *Nec à territorio ad territorium.*
43 *Secundum præsentem reipublicæ statum ius reale iurisdictionis Cæsaris Principum, & aliorum Ordinum ac tam mediate, quam immediate imperio subiectorum absque consensu eorum non prorogari.*
44 *In Galliis iurisdictio omnis patrimonialis non prorogatur.*

1 PRorogationis † verbum apud latinos autores extensionem vel porrectionem significat, Metaphora ducta à consuetudine populi Rom. liberæ reipub. tempore. Hotoman. *in com. verb. iuris in verb. prorogare.* Cum enim alicui imperium ad certũ tempus delatum à populo extenderetur, prorogari dicebatur, id est, noua rogatione ad populum instituta, qua interrogabatur verbis solennibus, *vellentne iuberentue Quirites in long ora tempora proferri,* loca sunt apud Cic. *in epist. ad Atticum lib. 3. & lib. 7. epist. 3. cur imperium illi aut cur illo modo prorogatum est.* Plaut. *in Amphyt. Spes prorogetur militi in alium diem,* Cic. *ad Quint. Fratrem. Quod si tibi bellum aliquod magnum & periculosum administranti prorogatum imperium viderem, fremerem animo.* Sic etiam de aliis rebus populi autoritate differendis ac producendis, vt de lege Manilia Cic. *pro Murana. Confusionem suffragiorum flagitasti prorogationem L. Maniliæ æquationem gratia dignitatis graduum.* Inde quoque huius verbi vsus ad IC. peruenit, *l. 19. & 30. de leg. 1. l. propter. C de iudic. auth. de hæredib. & falcid. § illud. col. 1. auth. Clericus quoque. C. de episc. & cleric. l. 1. C. vt omnes iudic. tam ciuiles, quam criminal.* Et in specie de iurisdictionis productione eo vtitur Vlp. *l. 2. & 3. de iudiciis.* quos sequuntur Accurs. *in d. l. 2. si iudex. de iudiciis.* Bartol. Item Iason & cæteri interpretes,

pretes, tam de iuriſdictionis; quam aliarum rerum extenſione *in tit. de arb. §. excipitur.* Alexan. *conſi. 70. vol. 2.* Socinus *conſi 117. vol 1.* Felinus *cap. 2. de treuga & pace.* Bald. *in l. Æmilius. de minorib.* Felinus *in c. cum olim. de re iudicata.* Bart. *in l. 3. §. ſed ſi iudex. de iud.* Dec. *in cap. ſua. de appellat.*

Eſt autem prorogatio † iuriſdictionis iudicis certis limitibus circumſcriptæ ad alios ſpontanea litigatorum extenſio, quæ definitio probatur *in l. 1. de iudiciis. cap. P. & G. de offic. deleg.* ad eundem modũ deſcribitur à Iaſ. & Zaſio *in l. ſi per errorem. de iuriſd.* quæ cur introducta ſit rationes probabiles affert Anton. de Matthæis, *in tr. de prorogati nu. 3.* 2

De perſonis, quæ conſentire † & iuriſdictionem non ſui iudicis prorogare poſſint, obſeruanda eſt generalis definitio, quoties quid iure liceat, vel non liceat quæritur, poſſe omnes, qui nõ prohibentur *l. mutus. § 1. de procurat. l. nec non. §. quod eius, ex quibus cauſ. maior. l. 1. §. 1. de teſtib.* Anton. Contius *in methodo. de feud. cap. 11.* Qui autem in ſpecie per ſe vel alios prorogare poſſint, vel non poſſint prolixe explicat Anton. de Matthæis *in ſæpe d. tract. de prorogatione. verſi. ſed antequam. nu. 10.* 3

Fit ea ſubiectio † vel aperta conuentione, de qua *in l. 1. & 2. de iud. & l. ſi conuenerit. de iuriſd. omn. iud. cap ſignificaſti. de foro compet.* vel tacita, id eſt, re & facto perficitur Maranth. *de ord. iud. par. 4. diſt. 12. num. 5.* Bartol. Angel. & Dd. *in l. 2. de indic.* Pariſ. *conſi. 12. nu. 4. vol. 4.* Ioan. Maria. & Iacob. de Riminald. *conſi. 373. num. 27.* Vt autem ex illa conuentione aperta quis ad iudicem non ſuum adeundum conueniri & cogi poſſit, vtilem & legitimam conuentionem eſſe neceſſe eſt: Nuda enim pactio, vt in cæteris rebus, ſic nec hic ad agendum, & cogendum prorogantem prodeſt, *l. legum. C de pact. l. ſi conuenerit.* & ibi Baro. 4

Secundum veteris iuris diſpoſitionem igitur ſtipulatione opus erat, *§. de conſtitut. Inſtitut. de action.* Hodie tamen † vt & capite proxime ſuperiori indicauimus, ſolennitate ſtipulationum, ac differentia earum à pactis ſublata, ex omni conuentione, ſerio ac deliberato inita actio datur, non tantum iure pontificio *cap. 1. & 2.* Vbi Canoniſtæ *de pact.* Sed etiam in quocumque foro ciuili. Bald. 5

 & Sa-

& Salicet. *in l. petens. C. eodem.* & idem Bald. *in l. legitima. 6. in princ. de pact.* Ias. *in l. 7. § sed cum nulla. de pact.* Vbi ab omnibus hanc sententiam receptam esse testatur.

6 Cum dictum sit subiectionem illam † vel prorogationem cõuentione fieri, nulla autem conuentio fieri possit sine consensu, *l. 1. § 1. de pactis.* Sequitur, si in actu subiectionis consensus deerit, nec conuentionem, nec prorogationem fieri posse. Cessante e-
7 nim † contractus causa, contractus quoque cessat, *leg.* 1. & ibi gl. vlt. Cynus & Baldus *de condictione ob cau.* Alexand. de Imola *in l fin. eod. tit.* Tiraq. *in tract. cessante causa. par. 1. folio 6. num. 58.* Et in specie, quod prorogatio iurisdictionis nihil operetur deficiente consensu tradunt Ang. & Paul. de Castro *in l. 1.* per illum text. *in verb. inter consentientes. de iudic.* Natta *consi. 413. in fine. tom. 2.* Consensum autem conuenientib. de prorogatione deesse arguitur, vel externis quibusdam, vel ipsa conuentionis conceptione Donell. *l. 12. c. 7. fol. 24. n. 4.* Res externæ dissensum efficientes sunt error promittentis, extorta voluntas, & propositũ institutæ conuentioni contrarium. De errore generales veterum IC. sunt sententiæ, quod errans non habeat consensum, quod nihil tam contrariũ sit consensui, quam error. *l. 2. & l. si conuenerit. de iud. l. si per errorem. de iurisd. om. iud.* Si igitur alius pro alio iudex aditus est, dum prorogans arbitratur eius iurisdictionem esse, cuius non est. Etsi apud prætorem, cui iurisdictio de fideicõmissis non tributa est, de fideicommisso conuentus ideo se ei subiecerit, quod fideicommissarium esse putarit, regula est: Errantis nullam esse iurisdictionis prorogationem *d. l. si per errorem. in pr.* & ibi Bar. & Dd. *de iudic.* Canonistæ *in c. significasti. de offic. de leg.* Maranth. *de ord. iud. par. 4. dist. 12. n. 15.* Rol. à Valle *consf. 13. nu. 22. fol. 83. vol. 1.* Adeo quod exceptio erroris etiam possit opponi post sententiam gl. *in clem. 1. de probi. seq. poss. & fruct.* Felin. *c. inter monasterium. de re iudic.* Mynsing. *consi. 23. dec. 3. nu. 15.* Hanc regulam, quam Zasius nuptialem appellat, ideoq; vestimentis ornatiorib. decorandam dicens, ita explicat *in l. si per errorem. de iurisd. om. iud.* vt procedat etiam in errore facili, qui, vt loquitur, de facili possit discerni. Secundo, non tantum in errante, sed etiam in dubitante, cum dubius & errans æquiparentur in

Bartol.

Bartol. Bald. & Dd. *in l. fin. de condict. indebiti.* Tertio locum habere, siue in ipsa substantia, siue qualitate iurisdictionis erretur. Et quarto siue facti, siue iuris sit error. Quinto siue vterque, siue actor, vel reus solus consentiendo in iudicem erret. Zas. *in d. l. si per errorem.* Ex quib. etsi priores tres & postrema sub regula ista generali contineantur, quarta tamen, quod error tam iuris, quam facti absque discrimine prorogandi consensum impediat, regulæ iuris, quæ disponit iuris ignorantiam nemini prodesse, plane contraria est *l. regula. de iuris & facti ignor.* Et falsum est præsuppositum *l. 4. de iur. & facti ignor.* Vbi non vtriusque, sed facti tantum erroris exempla ponuntur, licet alii quoq; in ea fuerint sententia, quod iurisdictio non prorogetur per errantem, siue in iure, siue in facto vt Innocent. *in c. prudentiam. de off. & potestat. iud. delegati.* per male intellectam *l. si per errorem. de iurisdict.* quem refert & sequitur Ful. Pacian. *in tract. de probat. li. 2. cap. 43. num. 69.* Vbi hoc ita restringit, vt locum habeat, si iudex nullam habeat iurisdictionem in prorogantem, secus autem esse si habeat, licet non habeat exercitium, id enim per errantem in iure dari posse allegat Cast. *in leg. Pomponius. de re iudicat.* Regulæ autem præmissæ quatuor ponit exceptiones Zas. *d. l. si per errorem.* Prima, si reus aperte exceperit de incompetentia, & Iudex pronunciet, se competentem, & reus non appellet, cum res iudicatæ pro veritate habeantur per text. *in leg. ab eo. quomod. & quand. iud.* Secunda, si allegationem priuilegii, quo iudicis aditi iurisdictionem declinare poterat, omiserit. Tertia, si exceptionem suspicionis vel affectionis ante litem contestatam non opposuerit. Quarta, si falsa opinione ex ignorantia contracta in iudicem non competentem consentiens, postea comperta incompetentia nihilominus coram eo litigare pergit. Eo ipso acta ratihabere censetur. Quarum tamen prima, secunda, & quarta, non sunt de regula. Cum à sciente ac prudente appellatio, ac priuilegii allegatio ante litis contestationem omissa sit. Idem est, si etiam comperta iudicis incompetentia, de ea non exceperit. Ratihabitio enim consequens consensui simpliciter initio rei gestæ interposito æquiparatur ac retrahitur ad tẽpus, quo res gesta est, quæ ratihabitione com-

comprobatur, *l. vero. 12. in fin. de solutionib. l. hoc iure. §. 1. de regulis iuris. l. vlt. C. ad SC. Maced.* In specie autẽ, quod hoc casu ratihabitio partium vim consensus initio cœpti iudicii interpositi habent, tradit gl. *in l. 1. in verb. inchoata.* & ibi Bart. *C. vbi de crimin. agi opor.* gl. *in l. vnica. C. qui pro sua iurisd.* Bald. *in l. si conuenerit. de iurisd. om. iud.* & alii adducti à Zasio *sæpe d. l. per errorem. de iurisdict.* Gail. *obs. 47. lib. 1.* Sex casus, in quib. error prorogationem non impediat, vide apud Socin. *in l. si per errorem.* & ibi Ias. quatuor casibus ampliantem & quatuor restringentem *nu. 106.*

8 Solet etiam hoc loco quæri, † an error vel ignorantia præsumatur, an vero ab allegante probanda sit; Cuius, quatenus iuris quæstio est, facilis definitio ex *l. verius. de probat.* vbi allegatam ignorantiam præsumi in genere dicitur Zas. *in l. si conuenerit. de iurisd. om. iud.*

Quoad factum vero, & an credibile sit Caium vel Titium circa iudicis competentiam errasse, status Rerumpublicarum discernendus est, vt quidẽ in republica Romana propter amplitudinem vrbis, ac variam inter Prætores & magistratus iurisdictionis diuisionem, error sit probabilis, vt est exemplum *in l. si per errorem. de Iurisdictione omnium iudicum.* Vbi vero qualitas & potestas Iudicum sit certa ac notoria allegata ignorantia, vt omnium aliorum, quæ publice nota, ac manifesta sunt, non præsumatur, quod in dubiis tantum, non vero in certis coniecturis locus sit, *l. continuus. de verb. oblig. l. si tutor. C. de pericul. tut.* Zas. *in d. l. si per errorem. de iurisdict.* vbi adfert exemplum de magistratibus Friburgensibus, Rectore & Schulteto, quorum iurisdictionis differentia publica nota sit, eodem loco & hanc quæstionem examinat, quod si non postulantes in adeundo iudice, sed iudex ipse in qualitate iurisdictionis erret, an ratum ac firmum sit iudicium necne? Et Innocentii opinionem *in cap. cum ex off. de præscriptionibus.* amplectitur. Quod si vtraque iurisdictionis tam ordinariæ, quam delegatæ qualitas, in iudice concurrunt, vtra vtatur, etsi erret, processus valet, secus autem, si vnam tantum haberet & alia errando vteretur, quia error circa ipsam substantiam iurisdictionis, non circumstantiam aliquam committitur, nullum ac inualidum est iudicium.

dicium. Idem ante Zaſ. tradiderunt Angel. *in d. l. ſi per errorem. de iuriſd. om. iud.* & Bal, *in l. falſus. C. de furtis.* Et tantum de errore. Sequitur ſecundum externum, quo conſenſum impediri diximus, extorta nimirum voluntas, quę dupliciter contingit: vel dolo aduerſarii, vel vi aperta.

Dolus † qui à Iuriſconſulto definitur *machinatio ad circumueniendum aliquem adhibita. l. 1. de dolo. l. ſi quis cum aliter. de verb. obligat.* committitur, ſi quis vel à iudice, vel parte ad conſentiendum in Iudicem non competentem inducitur. De quo generaliter conſtitutũ eſt, non paciſci, non conſentire cenſeri *l. qui cum tutorib. §. qui per fallaciam. de tranſact.* Tiraq. *in l. ſi vnquam. in præfat. nu. 97. C. de reuocat. dona.* Martinus Benekendorphius *in rep. l. fœmina. fol. 603. de reg. iuris.* 9

Imo in quacunque † diſpoſitione dolus ſemper cenſetur exceptus *l. creditor. §. Lucius. mandati.* Bald. *in l. cum antea. C. de arbitr.* Pet. de Anchoran. *in cap. Canonum ſtatuta. 33. q. 14.* Pariſ. *conſi. 49. nu. 4. lib. 1. & conſi. 67. nu. 14. lib. 3.* Aperta vis eſt, cum litigator alioqui ad forum ſuum reuocans vi magiſtratus, ac metu iudicium apud eum ſuſcipere cogitur, in quem nulla magiſtratus eſt iuriſdictio, quod nihil magis voluntati ac conſenſui contrarium ſit, quam vis & metus. *l. nihil conſenſui. de reg. iur. l. 1. quod metus cauſa. l. ſi mulier. §. ſi dos metu.* & ibi gl. *quod metus cauſa.* Zaſius *d. l. ſi per errorem. de iuriſd.* Et in ſpecie, quod prorogatio † iuriſdictionis coacta, ſit ipſo iure nulla tradit Baldus *in leg. 2. de iudic. & conſi. 3. num. 2. volum.* Bartolus *in tract. de Tyrannia. in 4. col.* Roland. à Valle *conſil. 2. numer. 86. volum. 1.* 10 11

Propoſito prorogantium contrario, cum conſenſus in prorogatione iudicis incompetentis ſimulatur, veritate non interueniente, nullius momenti eſt prorogatio. Ea enim natura † eſt ſimulatorum omnium, vt pro infectis habeantur, maxime in cõuentionibus, quod ſimulatio conſenſum ſine quo conuentio nõ ſubſiſtit, excludat. *l. cum ea. C. de tranſact.* 12

Dicitur ſimulatio † imaginem non medullam habere veritatis, & eſſe tanquam corpus ſine ſpiritu. Natta *conſi. 77.* Hieronymus Magon. *deciſ. Florent. 9. nu. 22.* Pariſ. *conſi. 53. nu. 11. vol. 1.* & dicitur 13

citur cõtractus coloratus depictus, extrinsecus apparens, intrinsecus nihil habens. Bal. *in l si non virum. de donat. inter vir. & vxor.*
14 Tiraq. *in tr. de retract. fol. 29. nu. 15.* Eiusq; exceptio † perpetuo opponi potest Franc. Curt. *consi. 54. col* 4. Socin. *consi. 65. & consi. 264.* Paris. *consi. 86 nu. 52.*

15 Quod si partes iudicis incõpetentis † iurisdictionis ante aditionem eius pœniteat prorogatio resoluitur Zas. *in l. si per errorem. d. l. si conuenerit. de iurisd. omn. iud.*

16 Id quod generale † est in præparatoriis iudiciorum, vt semper pœnitere liceat *leg. electio.* & ibi gloss. *de noxalibus actionibus.* Bald. *in leg. ætate. §. fin de interrog. actionibus.* eamque opinionem communem affirmat Franciscus Beccius *consi. 64. numero 15.* Hieronymus Magon *decis. Florentin. 2. numero 25.* Aditio autem hic intelligitur de quocunque actu, quo quid dicit, vel agit apud iudicem, qui in eum consentit, non vero de litis contestatione, quæ longo post interuallo interdum sequitur. *leg. sed etsi. de iudic.* quæ interpretatio, etsi, vt loquitur Zasius in iam *dict. leg.* textui sit magis amica, gloss. tamen aliam, & à mente Iurisconsulti, plane alienam affert, vt verba, priusquam adiretur, exaudiantur, priusquam iudicium accipiatur, vel litis contestatio fiat ab interpretibus omnibus communiter recepta, quam & ipse probat ex falsissima hac & absurdissima petitione principii pro ratione à glossa adducta. Quod ideo verbum *adeatur*, pro litis contestatione accipiatur, quia iudicium accipi non dicatur, nisi per litis contestationem. Quæ autem sit ratio, quod hic fidem de adeundo iudice fallere liceat, cum nihil tam congruum sit humanæ fidei quam ea, quæ semel placuerunt seruare. *leg. 1. de pact.* Etsi multæ à Iasone & aliis parum ad rem facientes referantur *in dict. leg. si conuenerit.* vera tamen ac sola est ea, quam à seipso dissentiens quoque affert, quod nimirum *d. leg. si conuenerit.* loquatur de nudo pacto, ex quo iure ciuili nulla erat prodita actio ante aditionem. Sed cum non tantum ex æquitate Canonica, vt ait Zasius *dict. leg. si conuenerit. de iurisdict.* sed etiam moribus ciuilibus ex omni conuentione actio oriatur, vt antea ostendimus, hoc tempore disputatio de intellectu sæpe *dict. leg. si conuenerit.* ac de differentia

rentia pacti & stipulationis, quo ad formam & effectum, plane est superuacanea.

Limitationes octo ad *dict. leg. si conuenerit.* plerasque sub regula non comprehensas, videantur apud Zasium *ibid.* Ac tantum de rebus externis † consensui obstantibus, quibus impeditur pro- 17
rogatio. Ipsa conceptione conuentionis de proroganda iurisdictione dissensus inducitur conditione adiecta. Cuius in genere ea vis est, vt nihil videatur conuentum & contractum ante existentem conditionem *leg. cedere. de verb. signific. §. sub conditione. Instit. de verb. oblig.* Tiraquell. *in tract. de vtroque retractu, fol. 31. numer. 24.* Si igitur sub conditione conuentum est, vt iudex incompetens adeatur, antequam extiterit ista conditio ad aditionem, vel id quod interest, præstandum prorogans cogi non potest, impleta autem conditione vel adire, vel quanti ea res est, soluere tenetur, id quod, vt ante diximus, regulare est in omnibus faciendi obligationibus. Bartol. *in leg. stipulationes non diuiduntur. de verbor. obligat.* Corn. *consi. 256. volum. 4.* Socin. *in l. qui Romæ. §. Flauius Hermes. num. 3. de verbor. obligat.* Socin. *reg. 337.* Atque hactenus de expressa conuentione. Sequitur, quomodo re ipsa & facto prorogandi consensus declaretur. Et primo, quale factum hic ius exigat, inter interpretes ambigitur: Ioannes Glossator *in leg. 1. de iudic.* id quod res est, arbitratur, non quoduis factum apud Iudicem, vtpote, si genus actionis sibi edi postulauerit reum iurisdictioni eius subiicere, sed ita, si rem iudicis citantis audientiæ permittat, quod fit aduersus petitorem consistendo, & iudicium suscipiendo, siue litem contestando, vt probatur *in dict. leg. si conuenerit. de iudic.* quod etiam probat ac defendit Donell. *comm. iur. ciuil. libro 17. capit. 10.* Bartolus vero, quem plerique sequuntur *in dict. leg. si conuenerit*, ita distinguit, vt si neque declinatoriam, neque dilatoriam exceptionem opponat, antequam litem diserte contestetur, in iudicem consentire, vel eius iurisdictionem prorogare non videatur. Si vero omissa fori præscriptione, aliam dilatoriam vel temporalem exceptionem opposuerit, eo ipso in iudicem consensisse intelligatur secundum commune interpretum axioma, quod fori præscriptio † primo 18

loco & aliis exceptionibus temporalibus omnibus præmitti debeat, & ex his aliqua opposita in ius vocatus fori præscriptioni renunciasse ac iudicem ad pronunciandum prouocasse, totiusq; litis disceptatorem elegisse censeatur. Bartolum sequitur Abbas & alii Dd. *in c. inter monasterium. de re iud.* Idque non tantum in reiiciendo iudice plane incompetente, quam reiectionem proprie fori declinatoriam dicunt; sed etiam in eo, cui alias iurisdictio competit propter suspicionem recusando, quam declinatoriam iudicis appellant Mausi. *ad tit. instit. de exceptionib.* locum habere. Idem tradit Alexand & Ioan. de Imola *in l. quidam consulebat. de re iudicata.* Lanfrancus *in cap. quoniam contra. in versi. recusationes, in pr. de probat.* Ac Bartoli distinctionem aperte probari arbitratur Marantha *in tr. de ordin. iudiciorum par. 4. dist. 12. nu. 6. per leg. sed etsi susceperit. in prin de iudic. & leg fin. C. de exceptionib.* ex sententia glossæ *l. exceptionem. C. de probationibus.* quem etiam sequitur Wesenbec *in complemento com. Schneid. in instit. tit. de exceptionib.* Sed falsum est, quod tam glossa, quam alii interpretes ex dictis duabus legib. adstruere conantur, priore enim *leg. sed etsi susceperit.* non quod alia dilatoria opposita, declinatoriæ fori ac iudicis renunciatum esse videatur, sed illud tantum definitur, si susceperit actionem fideicommissi & aliis defensionibus vsus, hanc, id est, quod alibi sit maior pars hæreditatis, omiserit, quod tunc post susceptum ita iudicium, quamuis ante sententiam, reuerti ad hanc dilatoriam exceptionem non possit. Lex quoque *fin. C. de exception.* sententiæ ac distinctioni Bartoli minime suffragatur, sed plane etiam contrarium probat, vsq; ad litis contestationem nimirum exceptionis fori declinatoriæ liberum reo vsum permitti. Ordinem vero in opponenda exceptione talem requiri, vt fori præscriptio & iudicis propter suspicionem recusatio ante alias dilatorias opponi necesse sit, iisque prætermissis audientiam iudicis electam censeri, nusquam in iure relatum est, ideoque regulis iuris de hac parte indicatis relictum intelligi debet, vt generaliter cauetur *in l. præcipimus. in fine. C. de appell.* Imo solam litis contestationem viam opponendi exceptiones dilatorias præcludere, communiter receptum esse testatur Maranth. *de ord. iudic. par. 6. 10. memb. iudicii.*

Breui-

Breuiter ergo sic ius est, nisi lite contestata, iurisdictionem iudicis incompetentis non prorogari, sed an sola litis contestatione, an vero aliis etiã factis iurisdictionis prorogatio inducatur, quæritur? Et primo de contumace † etsi in quibusdam casibus præ- 19
senti æquiparetur & pro confesso habeatur, *c.2.de confessis.in 6.* tamen iurisdictionis incompetentis prorogationem per contumaciam non fieri, recte tradi à Bart. & Alex. *in l. si quis in ius vocat. non ierit.* & Ludouic. Rom. *consi.47.* affirmat Maranth. *de ordin. iud. par.4. dist.12.nu.10.*

Reconuentione autem tam † ex parte reconuenientis, quam 20
reconuenti iurisdictio prorogatur. Maranth. *d. par.4. de ord. indic. dist.12. nu.11.* An etiam per modum confessionis † se quis iurisdi- 21
ctioni alicuius subiicere possit, negat Zas. *in d. l. si conuenerit*, & ante eum Socin. *consi.180. ad fin. nu.4.* Maranth. *de ord. iud par.4. dist.12.n.7.* An autem solus † partium consensus sufficiat, vt respondet, ac 22
l. Iuliam interpretatur Vlpian. *in l.2. §.1. de iud.* Donell. *com. iur. ciuil. li.17.c.10.* An vero prætoris vel iudicis quoq; sit necessarius, vide, quæ late tradit Anton. de Matthæis *in tr. de proroᵹ. §. sequitur. n.13.* Ias. *in l.1. §. & post operis. de oper. noui nunciat.* Benedict. Capram *in tr. proroᵹ. fol.757. n.18.*

Quæ autem iurisdictio † possit prorogari breuiter & enuclea- 23
te definitur *in l.1. de iud.* si se subiiciant aliqui iurisdictioni & consentiant, inter cõsentientes cuiusuis iudicis, qui tribunali præest, vel aliam iurisdictionem habet, est iurisdictio. Cuius quo ad hoc summa est iudicis eius omnis, qui habet iurisdictionem aliquam in alium prorogari posse. Ex quo infertur, prorogari iurisdictionem siue sit ordinaria, siue delegata, Donell. *com. iur. ciuil. lib.17. c.10* gl. *in l.1. de iudic. & in l.1. C. de iurisd. om. iud.* contentiosa vel voluntaria de qua gl. *in § præterea. instit. quib. mod. patr. pot. soluit.* Anton. de Butr. *in cap. P. & G. de offic. iudic. delegat.* Et quæ habitu saltem obtineatur, vt in iudice chartulario Bald. *in l. iurisgentium. §. quod fere. de pact.* Antonius de Matthæis *in tr. de proroᵹ. n.4.* Idque etiam extendunt ad iurisdictionem impropriè sic dictam, qualis est potestas excommunicandi, absoluendi, deponendi, vel peccatorum pœnitentiam iniungendi Anton. de Butr. Abb. & Dd. *in dict. cap.*

 *P. & G.*

*P.& G. de officio iudicis delegati*. Et tantum de ipsa iurisdictione. Quo ad personas ac res ei subiectas videndũ, an dicta generaliter quoque eatenus locum habeant, vt non intersit, quanta iuris dicendi facultate præditus sit. Idque est, quod vulgo quæritur, an iurisdictio prorogetur à persona in personam, à loco in locum, à causa in causam, à tempore ad tempus gl. & Bart. *in leg secunda. §. sed si iudex. de iudiciis*. Bald. *in leg. prima. versicul. 3. quæro, capite de iurisdictione*. Baldus *in leg. si quis ex consensu. C. de Episcopali audientia*. Maranth. *de ordin. iudiciorum. parte quarta. distinction. duodecima. numero tertio*. Qui duos præterea terminos, de re ad rem, de casu ad casum addit Anton. de Matthæis *in tr. proreg §. sequuntur genera prorogationis. nu. 19. & 20.*

Circa quod præcognoscendum iurisdictionis subiectum, in
24 quo, & † circa quid versetur (de quo plura infra *cap. 28. huius libri*) solas esse personas siue homines, vt probatur *l. qui iurisdictioni. l. est receptum. de iurisd.* Limites autem siue termini, quibus circumscribitur, sunt vel territorium totum, vel partes eius, quib. continentur, vel certa genera personarum, aut causarum, aut coniunctim certæ personæ & causæ. Cum igitur verba *l. 1. de iudic.* sint genera-
25 lia ac oratione generali † species ad id genus pertinentes omnes contineantur, *l. metum 9. §. 1. quod metus causa. l. item veniunt. §. petitum. in fin. de petit. hæred. l. 7. §. 1. de instit. l. Iulianus. in princ. de leg. 3. l. à procuratore. C. mandat.* Natta *consi 422. nu. 7. lib. 2. & consi. 516. num. 4. lib. 3.* Alciat. *in l. littus 96. num. 4. de verb. signific. & in l. appellatione. nu. 7. eod. tit.*

26 Idque magis locum habeat in dispositione † vniuersali, quæ præcisa est, & omnes casus etiam non expressos, imo maiores expressis complectitur, nec vlli restrictioni obnoxia est. Hippo. de Marsil. *in l. vnius. §. cogniturum. de quæst.* Alexand. *consi. 96. colum. 2. versicul. præterea. lib. 7* Socin. *consil. 3 colum. fin. lib. 3.* Tiraquell. *in repet. l. si vnquam. verb. omnia. in 4. C. de reuoc. donat.* Crauett. *consil. 204. colum. 3.* Cæphal. *consi. 150. numero 11.* Mandell. *consilio 62.* Alciat. *leg. verbum. 121. num. 6. de verbor. significat.* sequitur inde, etiamsi quis certis finibus territorii personarum & causarum iurisdictionem circumscriptam habeat, si tamen quis extra fines eius territorii,

vel

vel personæ, descriptione iurisdictionis eius non comprehensæ, vel in aliis causis, quam quibus præpositus est iudex in eius iurisdictionem consentiant, nihilominus ex superiore definitione eius in consentientes esse iurisdictionem, vt *dict. leg. 1.* generaliter intelligit Donellus *comm. iur. ciuil. lib. 17. cap. 10.* Quod ad certas personas iurisdictioni iudicis attributas attinet, exemplum est in iudicibus militaribus. Si enim pagani se subiicient militari iudici & consentient, etsi non est cōpetens iudex, tamen eius in consentientes est iurisdictio, vt generaliter definitur *in l. 1. C. de iurisd.* Idem olim fuit in iudicibus Ecclesiasticis clericis posteriorum Imperatorum priuilegiis datis *leg. placet. C. de Episcop. & clericis. §. œconomos. Nouell. de sanctissimis Episcop. authent. statuimus. C. de episcop. aud.*

Hi enim etsi inuiti alio vocari non licuit, nihil tamen vetuit, quin volentes politicorum Iudicum audientiam eligere potuerint. Cum priuilegio pro se introducto renunciare cuilibet liberum sit. *leg. penult. Cod. de pactis.* Donellus *comm. iur. ciuil. libro 17. cap. 10.*

Quantum ad causas, exempla sunt *in l. de qua re. de iudiciis.* vbi iudex certæ summæ de maiore summa iudicare potest, si inter litigatores conueniat. Vnde generaliter de re ad rem prorogationem fieri posse tradunt interpretes Baldus *in leg. si qui ex consensu. C. de Episc. audientia.* Maranth. *de ordin. iudic. par. 4 distinct. 12. num 4.* Anton. de Matthæis *in tractat. de prorogat. num. 20.* licet inter rem & causam, quo ad hoc interesse arbitretur per *§. plus autem. Inst. de actionibus.* ambiguitate vocabuli causæ deceptus, quod iam *dict. §.* non de re vel negotio ad iudicis iurisdictionem pertinente, vt hoc loco intelligimus, & generaliter sic vsurpatur *in leg. 1. de actionibus & obligat.* Sed de modo ac forma obligationis accipiatur, vt patet ex *l. obligationum 43. de action. & oblig.* item *l 83. de verb. obl.* Baro *ad §. plus autem. Instit. de actionibus.* Ac non tantum ab vno genere causarum ciuilium ad aliud fit extensio: sed etiam ad causas criminales, ad quas siue ordinarium, siue extraordinarium puta per inquisitionē exerceatur iudicium, de sua natura iurisdictionem prorogari posse putat Anton. de Matthæis *in tractat. de prorog.*

*rog.num.5.* non tantum per generalitatem *d.leg. 1. de iud*, sed etiam per text.expreſſ. *leg.1.* & ibi Bald. Paul.de Caſt. & Salicet. *C. vbi de crimin.agi oportet.* Bald. Ang. & communiter Dd. *in l.1.de iuriſd.om. iud.* Ioan. And. *in addit.ad Speculat.de compet. iud.adit. in verſi ſed nunquid.* Ac licet hæc, vt diximus, ex veteri iure ita generaliter ſeſe habere videantur, tamen in multis partim ex rationibus iuris antiqui, partim nouis imperii conſtitutionibus, ac mori-
27 bus reſtringuntur. Ac primum † quantum ad qualitatem Iuriſdictionis prorogandæ pertinet, vulgata eſt interpretum ſententia, ordinariam ſaltem, non vero delegatam iuriſdictionem prorogationi obnoxiam eſſe Bartol. & communiter Dd. *in d.l.1.de iudic.* Hoſtienſ. *in ſumma.de offic.ac poteſtate iud.delegati.* §. *quib.modis.nu.10.* Angel. *in l.1.de iudic.* Zaſius *in l. ſi per errorem. de iuriſd. omn. iud.* Maranth. *de ordin.iudic.part.4.diſt.12.nu.24.* Abb. *in cap.1. de offic. delegat.* Quæ tamen quo ad ius generali diſpoſitioni *d.l.1.de iudic.* contraria eſt, ibi enim generaliter permittitur cuiuſuis iudicis habentis iuriſdictionem extendi conſenſu litigatorum. Et ſi igitur non habet ſuo iure vel propriam iuriſdictionem delegatus, quæ ratio vulgo affertur à Zaſ. & aliis *in l.ſi per errorem.de iuriſd.* tamen habet iuriſdictionem. Et lex non præciſe requirit in iudice, cuius iuriſdictio ſit extendenda, vt tribunali præſit, ſed & qualemcunque habeat iuriſdictionem, id eſt, plenam cognoſcendi & exequendi poteſtatem, vt poſt Accurſ. *ibid. & in l.1. de iuriſdict.* recte hanc legem interpretatur Donell. *comm.iur.ciuil.lib.17.cap.* Secus vero, ſi tantum notio vel cognitio excluſa exequendi poteſtate alicui commiſſa ſit. Eius.n. prorogatio ſub regula *d. leg.1.* non continetur. Quæ enim à iure cõmuni, quod hic eſt, vt iuriſdictio priuatorum pactis dari non poſſit, exorbitant, ſtricte ſunt intelligenda & vltra caſus expreſſos non extendenda *l quod contra.de legib.* Bal. *in l. non ſine. C. de bonis, quæ lib.* De iure vero canonico prorogatio iuriſdictionis delegatæ expreſſe prohibita eſt. *c.P.& G. de offic.iud. delegati.* Hanneton. *in proceſſ tit. de prorogat.* Quod cum iure ciuili conueniret ſi verum eſſet, quod vulgo adfertur, iudicem delegatum notionem ſaltem, non vero exequendi ius habere, vt falſo infertur ex male intellecta *l.à Diuo Pio.de re iudicat.& l.properandum.*
*C.de*

*C.de iudic.c.si quis contra.de foro compet.* Secundo, quod dictum est de prorogatione, secundum verbi proprietatem accipiendum est, vt ea iurisdictio saltem prorogari possit, quam habet iudex. Si igitur iurisdictionem, vel totam, vel partem eius non habeat, id quod non est, extendi nõ potest, *l.sed si manente.de precario.* Bar. *in l.si qui pro emptor.de.vsucap.* Spec. *de iud.delegat. in verb. excipi potest.* & de dilationibus. *§.nunc videndum.c.prudentiam. de offic. delegat.* Prorogatio enim non alterat actum nisi augmentatiue, vt loquuntur Dd. *in c.causam.de re iudicat.l.inter conuenientes.ad municipal.* Paul. de Castro *consi.359.* Anton. de Matthæis *in tr.de prorogat. num.2.* Rota *in nouiss.decis.331.* Vbi ponit differentiam inter innouationem † & 28
prorogationem, ac quod generaliter prorogatio cum omnibus qualitatibus ac restrictionibus facta esse intelligatur tradit Alex. & as *in l.lecta.si cert.petat.* Felin. ac Decius *in c.de causis.de offi. deleg.* Schrad. *in tr.feud.par.9 2.par.prin sect.6.num.26.* Mynsing. *consi.77. num.13.decad.8.* Molin. *in consuetud. Paris.fol.405.nu.48.* Ioan. Maria. & Iacob. de Riminal. *consi. 371. num.* 11. Vnde si alicui non † iuris- 29
dictio, sed notio saltem arbitraria per compromissum tributa est, ea deficiente extremo à quo, extendi non potest, *l. ait prætor.de re iudicat.argum.d.l.1 de iudic.* Bald. *in l.ex compromisso.de arbitr.* Anton. de Matthæis *in tr.de prorogat.num.5.* Sic quoque si cui altera † tan-tum pars essentialis iurisdictionis notio vel imperium tribu[...] est, ab vna ad aliam prorogatio fieri nequit: Exemplum [...] *piscopale. C.de Episcop.audient.* Vbi licet per consen[...] rum iurisdictio æque, vt Laicorum prorogari p[...] men ad executionem, quæ Episcopo non [...] nequit, licet ex hoc textu male intellect[...] ex natura porrectæ iurisdictionis simpli[...] te destitui inferat Alexand. *in leg.cum* [...] *de iurisdict.* quos refert & sequitur M[...] *4.distinct.10.nume.13.* de quo plura [...] *fine.*

Idem est, si vel expressa † co[...] in primo iudicio notio conce[...] nis nimirum & contra ab h[...]

*in tit. de pace Constantiæ. in verb. Secundum mores.* Pet. Costalius *in l.* ... *de iudic. in fine.*

Vt enim prorogatio fiat, similitudo potestatis requiritur, glo. Bart. & Dd. *l. inter conuenientes. ad mun cipal.* Canonistæ *in cap. si diligenti. de foro comp.* Bald. *in l. testamenta omnia, C. de testam.* Anton. de Matthæis *in tr. de prorogat. num. 5.* Ioan. Baptist. Asin. *in praxi iudiciorum. §. 2. c. 10. nu. 2.* Ex eadem ratione, si non gradatim appelletur & omissa declinatoriæ fori appellatus in iudicem mediatum consentiat, prorogatio non procedit. Appellatio enim ad proxime superiorem regulariter fieri debet. *l. Imperatores. de appellationibus. & l. præcipimus. c. eod. tit.* Bal. *titu de pace Constantiæ, in vers. secundum mores.* Felinus *in c. P. & G. de offic. delegat.* Specul. *in tit. de appellat. l. § nunc tractemus. vers. quid si de fact.* Maranth. *de ord. iud. par. 4. dist. 12. nu. 16.*

32 Supra dicta quoque regula prorogationis † permissiua non continetur, vt subditis liceat compromittere in iudicem suum tanquam arbitrum, qui non habet iurisdictionem, sed notionem saltem partium conuentione tributam gloss. *in sæpe dict. leg. 1. de iudic.* & ibi Fulgo. quod de iure ciuili verum esse ait Bartol. Secus autem de iure Canonico *in l. sed etsi seruum. §. si quis iudex. de arbitr.* Vnde illud in foro ciuili, hoc in ecclesiastico, quod peccati mate-
... non contineat, seruandum esse ait, per ea quæ habentur *in c.* ...
... *nunciat.* Anton. de Matthæis *in tract. de prorog. num. 6. in*
... nell. *d. l. sed etsi. §. index.* aliter interpretetur, vt nimi-
... de eo iudice, qui iam iudex factus est & cogno-
... vero si ab initio antequam iudicis personam
... consentiat, tunc enim arbitrium recipere
... *ciuil. lib. 17. cap. 10.* Idem quoque est de po-
... actorum, quæ licet potestatis genere
... tione tamen diuersa est, licet im pro-
... potest: ita vt partes alium Actua-
... io præfectus est, adire nequeant,
... *nia. C. de testam.* Id quod genera-
... cui iurisdictio nō admixta est,
... *cleric.* Guilh. de Butr. *in d. cap.*

*P. & G.*

*P. & G. de offic. deleg.* Anton. de Matthæis *in tr. de proróg. nu. 6 in princ.* Philipp. Marsil. *in l. fin. nu. 301. de iurisd.* Ioan. Baptist. Asin. *in praxi iudicior. §. 14. c. 16. num. 2. in fine.* Huc etiam postremo refertur, cum iurisdictio à iudice ad alium iurisdictione præditum saltem prorogetur, vt iudex in quem exteri consentiunt, non nisi in suo territorio ius dicere possit. Cum extra illud, quiuis magistratus priuatorum iure censeatur. *l. 3. de offi. præsid. & l. extra territorium. de iurisd.* Et cum sæpe *d. l. 1. de iud.* verbis instantis vel præsentis temporis sit concepta, notant, hic quoque necesse esse, vt iudex eo tempore, quo in eum consentiunt litigatores, iurisdictioni præsit, si enim post consensum interpositum ea primum obueniret, prorogatio locum non haberet, de quo Bald. *in l. obseruare. de offic. procons.* Butr. *in c. P. & G. de off. deleg.* sufficere tamen vel re ipsa habeat, vel habere cōmuniter existimetur. *l. Barbarius. de off. prætor.* Spec. *de compet. iud. adition. vers. sed pone partes. & vers. quid si priuatim.* suadente ita vtilitate communi, ne qui imprudentes apud non iudicem lege egerint, sine culpa sua damnum patiantur, Baro *in d. leg. Barbarius. de off. prætor.* Dum tamen sit in possessione loci suæ iurisdictionis Anchoran. *in clem. 1. de foro compet.* Anton. de Matthæis *in tr. de proróg. nu 4. in fine.*

Quo ad certum genus personarum iurisdictioni Iudicis attributum, etsi iure ciuili vlli iudices vlliue litigatores, vlla iuris Romani parte non sint excepti, quin volentes se alterius iurisdictioni subiicere possint, etiam ecclesiastici. quibus constitutionibus posteriorum Imperatorum proprii iudices, vt diximus, sunt dati.

Iure tamen † canonico, ecclesiastici à iurisdictione magistra- 33
tus politici ita sunt exempti, vt iis ne volentib. iudici politico sese subiicere permittatur *c. significasti. c. si diligenti. de foro compe.* Hanneton. *de ord. iudic. tit. de prorogat. iurisd.* Idque priuilegium † non 34
personis, sed toti ordini indultum est. *cap. si diligenti. de foro compet.* Anthon. de Matthæis *de prorogat. nu. 8.* Vnde iuris pontificii autores ad prorogationem iurisdictionis ecclesiasticæ, vltra ea quæ in laicis requiruntur † tria exigunt. Primo, vt iudex à clerico proro- 35
gatus sit ex ordine clericorum. Secundo, vt ordinariam habeat

iurisdictionem. Iure enim Canonico iurisdictio delegata regulariter non extenditur ad alias personas & res, quam quæ rescripto continentur. *cap significante. de rescript. cap. Rudolph. cap. significauit. c. P. & G. de offic. & potestat. iudic. delegat.* Tertio consensus Episcopi prorogantis Hostiens *in Summa. d. tit. de offi. & potestat. iudic. deleg.* Paul. de Cast. & Alexand. *in leg. 1 §. & post operis. de op. noui nunciat.* Abb. *in d. c. significasti. de foro competent.* Maranth. *de ord. iudic. part. 4. dist. 12 nu. 18.*

Quod vltimum tamen restringitur ad expressam prorogationem. Contrahendo enim & delinquendo etiam absq; consensu Episcopi alterius foro se subiicere potest. §. *Romana. §. contrahentes. de foro compet. nu. 6.* Speculat. *in tit. de competen. iudic. adition. in pr. vers. in clericis.* Maranth. *de ord. iudic. part. 4. dist. 12. nu. 18.* Petr. Costa *in l. 1. de iudic. in fine.* Idem in personis ordinum militarium, vt Equitum Rhodiorum siue Melitensium obtinere ex iis, quæ traduntur *in c. reprehensibilis. de appellat. & clem. 1. de elect. & l. magisteria. C. de iurisd. om. iud.* censet Anton. de Matth. *in tr. de prorogat. vers. Secundum extremum. nu. 8.*

36 Quantum ad prorogationem † de causa ad causam attinet, etsi generalis quoque videatur Vlpiani definitio, vt quantumuis certis causis, de quibus cognoscat circumscripta sit alicuius Iudicis iurisdictio, tamen, si in alia causa adeatur, sine exceptione eius in consentientes sit iurisdictio, Donell. *comm. iur. ciuil. lib. 17. cap. 10.*

Verior tamen est sententia Iasonis legem illam de sola iurisdictionis, quæ iudici in suos subditos tributa est in forenses, extensione intelligentis *in leg. si per errorem. de iurisdict.* quem sequitur ibidem Zasius repetens sententiam Iasonis & glossæ *in c. hi, qui autoritate. de prabend. num. 6.* Cyn. & Bald. *in leg. testamenta omnia. C. de testam.*

37 Quod prorogatio tantum † fieri debeat in his, quæ sint eiusdem naturæ & formæ. Et quod, vt fiat prorogatio similitudo po-
38 testatis † requiratur, firmat gl. Bart. & alii *in l. inter consentientes. ad municipal.* Canonist. *in c. si diligenti. de for. com.* Idq; diserte patet ex verbis *d. l. 1.* quæ habent, quod ea iurisdictio tantum consensu litigato-

gatorum in personas alieni fori prorogari possit, quam iudex, de cuius potestatis extensione agitur, habet. Vnde primo sequitur prorogationem † non posse fieri à causa ciuili ad criminalem Ias. 39
& Zas. *in d. l. si per errorem. de iurisd. d. l. si qui ex consensu* & ibi Baldus, idem & Bartolus *in l. 1. C. de iurisd. om. iud & in l. 1. C. qui pro sua iurisd.* Speculat. *de compet. iud. adit. versi. quod in criminali.* Alex. *l. 1. de iurisd.* Felin. *in cap. P. & G. de off. iud. delegat.* Antonius de Matthæis *in tract. de prorogation. versic. secundum. numero septimo.* Hanneton. *in proces. iuris. tit. de prorogatione.* Idq; extenditur, vt locum quoque habeat in casu, quo in quibusdam causis criminalibus iurisdictio alicui tributa est, vt ea ad maioris momenti lites extendi non possit. Sic damnorum datorum iudex in causis sanguinis & grauiorem animaduersionem exigentibus ex partium consensu iudicare nequit Angel. *in l. 1. de iudiciis.* Anton. de Matthæis. *de prorogat. num. 8.* vbi plures casus refert, in quib. iurisdictio iudicis causis aliis exequendis non sufficiens consensu partium ad eas produci nō possit. Deinde prorogatio iurisdictionis iudicis etiam criminalis nō potest fieri, quando proceditur per inquisitionem; deficit enim vnum substantiale videlicet accusator, vt notat Bal. *in l. 1. in fine. vbi de crim. agi oport.* Io. Maria. & Iacob. de Riminal. *consi. 471. nu. 11.*

His quæ de temperatione ac restrictione *dict. leg. 1.* ad personas solummodo alieni fori, non vero causas iurisdictionem iudicis extendentis dicta sunt, non obstant; quæ pro confirmanda sententia eorum, qui generaliter de causa ad causam iurisdictionem prorogari posse contendunt, afferuntur ex *leg. de qua re. de iudic. & l. 1. C. de iurisd. om. iud.* Item *l. 1. C. vbi de crim. agi oport.* Quod enim ad dictam iam *leg. de qua re.* attinet, ea tantum loquitur de iurisdictione à quantitate ad quantitatem. Lex. *1. C. de iurisd.* de iurisdictione solummodo procuratoris Cæsaris à causis fiscalibus, ad lites priuatorum extendenda agit. Certum est autem, etsi regulariter leges ex sententia & ratione ad casus similes producantur, *l. & ideo de his. l. nam vt ait Pedius. de legibus.* Id tamen locum saltem habet in iure communi, quod in aliquo genere rerum de toto genere, vel verbis, vel ratione in commune & vniuersum constitutum est, non autem in his, † quæ contra id ius certis in causis recepta & 40

constituta sunt. Ea enim ad consequentiam non sunt producenda, *leg. quod contra. & leg. in iis. de legibus.* Ius autem commune & vetus est, Ius publicum pactis priuatorum non mutari. Cum igitur contra illud tantum extensio iurisdictionis in personas alterius fori, in causis autem solummodo à quantitate ad quantitatem, item à causis Fiscalibus ad causas priuatorum sit recepta, sequitur ad causas alias extendi non posse, vt item diximus. A Iure enim communi exorbitantia stricte intelligenda, nec vltra casus expressos extendenda sunt Bald. *in l. non sine. C. de bonis quæ lib.* Nec quicquam his derogat, quod *in d. leg. 1. de iurisd.* subiicitur, quæ de extensione iurisdictionis procuratoris Cæsaris ad lites priuatorum sunt rescripta, in aliis quoque similibus iudicibus locum habere debere. Id enim cum de iurisdictione eius saltem iudicis, qui coniunctim certis personis & causis datus est, qualis est procurator Cæsaris inter fiscum & priuatos, & in causis Fiscalibus dicatur ad eos, quorum iurisdictio certo tantum causarum genere circumscripta est, produci non potest. *l. 1.* autem *C. de iurisd.* nihil de prorogatione iurisdictionis disponitur, sed tantũ, quod quæstiones criminum apud iudicem, in cuius territorio delicta commissa vel inchoata sunt, vel vbi reperiuntur rei, perfici debeant, nec verbum inchoata, vt perperam existimat Accurs. Bald. & Salicetus *in dict. leg. 1.* (quos & Cuiacius *ibid.* sequi videtur pro *inchoata inchoatæ* legens, contra Florentini exemplaris fidem) ad quæstiones & iudicia, sed ad crimina referendum est, vt recte hanc legem, nempe, quod per delictum quis sortiatur forum, tam vbi inchoatum est delictum, quam vbi perfectum interpretatur Wesenb. *ad tit. C. vbi de criminib. agi oporteat.* Idem, quod ordinaria iurisdictio respectu certi generis causarum tributa ad causas diuersas & dissimiles consensu litigatorum extendi non possit, tradit quoque Felinus *in cap. cæterum, de iudic.* vbi quatuor subiicit restrictiones.

41 An autem de tempore † ad tempus possit fieri prorogatio generaliter, tam quoad ordinariam, quam delegatam iurisdictionem? Et posse affirmat gloss. *in leg. 2. § si iudex.* & ibi Bartol. Bald. Paul. de Castr. Curt. Iun. *de iudic.* & alii complures. In delegata

vero

vero sola locum habere post Bald. *in leg. si qui ex consensu. C. de Episc. aud. & in ti. de pace Constantiæ.* dicit Maranth *de ord. iudiciorum par. 4. distinct. 12. num. 3.* Socin. *in cap. significasti. de foro compet.* Sed vtrunq; ex falso adsumpto pronunciatur. Nihil enim *in d. leg. 2. §. si iudex.* De ordinaria vel delegata iurisdictione, sed illud tantum disponitur iudicis ad tempus dati, si & ipse & litigatores omnes consentiant, tempora intra quæ litem dirimere iussus est, prorogari posse, nisi principali iussione specialiter prorogatio fuerit inhibita. Aliud autem est, iurisdictio ordinaria vel delegata aliud iudicis dati, vel pedanei notio, aliud ipsa iurisdictio, aliud tempus cognitioni iudicis præfinitum. Et ea est natura separatorum vel diuersorum, vt ex iis ab vno ad alterum inferri, vel colligi nihil possit. *leg. fin.* & ibi Bart. *de calum. l. neq; natalis. C. de probat.* Nicolaus Euerhar. *in loco à separatis. num. 1.* Et generaliter de proroganda iurisdictione antea definitum est, eam saltem quæ existat, prorogari posse. Quod enim extinctum est, extendi nequit Felin. *in ca. de causis. de offic. delegat.* Modestin. Pistor. *consil. 64. num. 60.* Et generaliter quæ initio constiterunt euanescunt, si in eum casum veniunt, à quo incipere non possunt. *leg. pro part. 12. de seruitut. leg. 3. §. vltim. de his, quæ pro non script. hab. leg. existimo. leg. inter. § sacram. leg. penult. & vlt. de verbor. obligat.* Cuiac. *ad leg. in ambiguis. §. non est nouum. de reg. iur.*

Cum igitur ad certum tantũ tempus iurisdictio tributa est, eo finito expirat, limitata enim causa limitatum producit effectum, *l. cancellauerat. 2 de his, quæ in test. delent.* Tiraq. *in tr. cessante causa. par. 1. nu. 142.* Ideoq; extra illud tempus, quo circumscripta est etiam si consentiant litigatores extendi & porrigi nequit Donel. *com. iur. ciuil. lib. 17. c. 10.*

De loco ad locum † an iurisdictio extendi possit, cum quæritur, quidam id affirmant, quidam vero simpliciter negant, quos refert Marantha. *de ord. iudic. dist. 12.* Est autem distinguendum inter locum ipsum iudicii, vel tribunalis, quo more consueto ius reddi solet, & territorium, quo iudicis iurisdictio circumscripta est. Et certum est posse consentire partes, vt in loco alio quam solito, iudicium exerceatur. Extra vero territorium iu- 42

risdictioni

risdictioni iudicis à Principe vel Republica designatum, si ius dicere velit, nulla eius erit iurisdictio, quantumuis litigantes consentiant in iudicem, & vltro eum extra territorium sequantur, cum quiuis magistratus & iudex extra territorium priuatus censeatur. *l.3. de off. præsid.* Id tamen restringunt, vt locum non habeat, si iudex illius territorii consentiat, eamq; sententiam receptã esse testatur Maranth. *de ord. iud. par. 4. dist. 12. n. 4.*

His ita de iurisdictione in genere extra limites, quib. circumscripta est porrigenda ex iure veteri, tum vero de ecclesiastica in specie absq; consensu Episcopi in alium non proroganda expositis non incommode quæritur; an quod de Episcoporum iurisdictioni subiectis definitum est, non æque in principib. ac aliis iudicibus politicis locum habeat, vt nimirum si subditi eorum se alterius iurisdictioni subiiciant, eos prohibere possint? quæstio non noua, sed tam olim mota à præcipuis iuris interpretib. Bart. *in l.1. §. & post operis.* vbi pleriq; eam tractant. *de op. noui nunciat.* gl. & Dd. *in c. imperialem. §. præterea si inter duos. de prohi. feud. alien. per Frideric.* Abb. *in c. cæterum. de iudic.* Bal. *in l. decernimus. C. de sacros. eccles.* Felin. *in c. significasti. de foro comp.* Maranth. *in tr. de ord. iud. par. 4. dist. 12. nu. 20.* hanc in ea definienda distinctionem à Dd. receptam esse testatur, quod nimirum Vasalli in quos lege feudaria domino iurisdictio competit, absq; consensu suorum dominorum alterius iudicis iurisdictioni se subiicere non possint. Burgenses vero & qui non ratione contractus feudalis, sed quo ad personam dominis sunt subditi, absq; eorum consensu iurisdictionem alieni iudicis protogare non prohibeantur, teste & adstipulatore And. de Iser. *in d. c. imperialem. §. præterea. si inter duos. col. 6. in pr.* quem sequitur Aluarott. ac in eam sententiam inclinare videtur Bart. *in l.1. col.1. de iudic.* ego vero hanc distinctionem iuri per omnia non consentaneam & angustiorem esse, quam vt totam hanc quæstionem complecti ac definire possit, & vt rem ad vsum nostri temporis referamus, sic decidendam existimo. Cum tam Reipub. popularis, quam instituti principatus tempore iurisdictio in solius principis vel Reip. fuerit patrimonio, in priuatum nihil de ea transferri potuisse, nisi de voluntate populi vel principis constaret.

Defe-

Deferebatur autem eo tempore vel propria in magistratus, vel aliena in procuratores & magistratuum legatos directo: Oblique vero, ita vt ea, quæ alicui vel tanquam magistratui ordinarie tributa vel alias mandata esset, ad personas & res constitutione magistratus, vel mandati formula non comprehensas consensu litigantium eo quo diximus modo extendi posset. Hoc vero tempore res ita mutata est, vt principibus ac aliis optimatibus Imperii, & ab his vicissim suis subditis iurisdictio, non per viam mandati vel ordinarii, vel extraordinarii saltem tribuatur, sed vel vtile dominium, vsusfructus & alia iura innominata in certa iurisdictionis parte conceduntur. Cum igitur de eo, quod nostrum est, generalis sit definitio, quod ad alios sine facto nostro transferri non possit. *l id quod nostrum. de reg. iuris.* sequitur hoc tempore imperii † Cæsaris Principum tam politicorum, quam ecclesiastico- 43
rum, Comitum, Baronum, Nobilium ac ciuitatum, quibus iuris reddendi potestatis ius in re quæsitum est, & inferiorum, quibus ab his vel feudi, vel vsusfructus, vel alterius realis iuris nomine concessum est, consensu partium prorogari, & alios ipsis inuitis & ignorantibus transferri non posse. In mandata vero vel magistratib. vel extra ordinem curatorio nomine iurisdictione, quin ius vetus de prorogatione obtineat, nihil vetare videtur, quod in non mutatis veterum legum dispositionem sequamur. *l. præcipimus. §. fin. C. de appellat.*

Idque etiam in Galliis vsu receptum, vt non tantum clerici alterius notionem inconsulto episcopo suo prorogare non possint, sed etiam Laici eius, qui habent ordinarium iudicem tribunal defugere non possint. Quod apud Gallos iurisdictiones omnes sint patrimoniales, neq; possint partes alterius imperium prorogare iudice suo non consentiente testatur Petr. Costal. *l. 1. de iudic.* Idem de iurisdictione per se considerata. Iuris quidem publici, ac tantum à rebus priuatis, quantum sacra à prophanis distante, in Regno vero Franciæ patrimoniali, affirmat Molin. *in consuetud. Paris. fol. 63. num. 62. 63. 64. & seq.*

# CAPVT XXVIII.

## *De arbitraria notione acquirenda.*

### OBSERVATA.

1 *Arbitraria notio improprie iurisdictio, vt & arbiter iudex dicitur.*
2 *Reipublicæ interest lites celeriter finiri.*
3 *Arbitraria ad similitudinem iudiciorum redacta.*
4 *Verbi* arbitri *varii acceptus.*
5 *Arbitrii vocis* ὁμωνυμία.
6 *Laudi pro sententia arbitri barbarum & ineptum vocabulum.*
7 *Recepti & recipiendi verbum.*
8 *Arbitrii siue notionis arbitrariæ definitio.*
9 *Arbitrii & arbitrorum distinctio.*
10 *Intellectus* l. societatem. §. arbitrorum. pro socio.
11 *In quos compromitti possit?*
12 *An maioris partis collegii statutum ad vniuersos referatur.*
13 *Qui compromittere possint?*
14 *De quibus rebus ad arbitros ire permissum sit.*
15 *Forma constituendi arbitrii.*
16 *Forma & modus exercendi arbitrii in quibus consistat.*

DIximus hactenus de iurisdictione priuatorum expressa vel tacita cõuentione in eos proroganda, qui potestatem hanc publice constitutam vel mandatam ad vniuersam, aut pro parte habent. Restat, vt etiam de illa, quæ in eos, qui nullam, vel publice datam vel mandatam habent, priuatorum consensu transfertur, ea est, quæ arbitrium dicitur *tit. de arbitr.*

1 Etsi enim arbitrium † vt constat ex *l. pen. C de arbitr. & l. non distinguemus. § item quis. eod.* proprie non sit iurisdictio, quæ potestas est publica autoritate constituta. Arbitrium autem conferatur priuatorum consensu, quo iurisdictio non tribuitur *l. priuatorum. C. de iurisd om iud.* Et licet iudex dicatur arbiter *in l. pen. de iud.* non simpliciter, sed cum adiectione de consensu nimirum litigatorum, & vt sententiam dicat volentibus Lanfranc. ab Oriano *intr. de arbit.*

*de arbit. par.* 1. *nu.* 3. item αἱρετὸς δικαστὴς, ὁ δικαστοῦ τάξιν ἀναδεξάμενος, id est, iudex compromissarius, qui iudicis partes suscepit βασιλικῶν *lib.* 7. *tit.* 2. *cap.* 13. Cum tamen semper arbitrorum frequens fuerit vsus dum litigatores iudiciorum ambages, sumptus & alia pericula fugientes amico vni vel pluribus, de quorum integritate fidunt, controuersiam dirimendam credere, quam vastum forensium disceptationum pelagus ingredi malunt: res ad Rempub. cuius interest, vt lites † ciuium celeriter finiantur, *l. quidam. si cert. petat.* 2
pertinere visa publice confirmata est, vt non minus ratum ac firmum esse debeat, quod ab arbitris statutum ac illud, quod à magistratibus & iudicib. qui publice iurisdictioné & notionem constitutam habent, pronunciatū ac iudicatum est: Vnde etiam iudices & arbitri coniunguntur *in §. omnium. Inst. de actionib.* eadem quoq; est ratio & forma iudicii exercendi. Donell. *in d. §. omnium. Instit. de actionibus.* Vnde etiam arbitria vel compromissa † ad si- 3
militudinem iudiciorum redacta esse dicit Paul. *in l.* 1. *de recep. arb.* Tancred. *de ord. iud. de arb. in prin.* Pet. Iacob. à Monte Pessulano *in tr. de arbitr. & arbitratorib. nu.* 3 *Arbitri* † vocabulum (vnde *arbitror,* 4
quod verbum Romanæ consuetudinis consideratissimū esse dicit Cicero *in Orat. pro M. Fonteio.*) vt & *arbitrii* tam apud alios autores latinæ linguæ, quam iuris autores πολύσημον est.

Primo, vetuste arbiter pro teste ac rei alicuius conscio accipitur. Plautus *in Pœnulo. At enim clam & furtim hic esse vult, ne qui sciens ne vt arbiter sit,* Horat. *Epod. lib. Od.* 5.

*O rebus meis*
*Non infideles arbitræ*
*Nox & Diana.*

Cic. 3. *offic. Remotis arbitris.* Secundo generaliter accipitur *arbitri,* verbum pro eo, qui alicuius rei potestatem & facultatem habet. *l. in re mandata. mandati.* Horat. *Carm. lib.* 2. *Od.* 7.

*Quem Venus arbitrum, dicet bibendi.*

Id est, moderatoré conuiuii. Tertio, pro iudice pedaneo, qui & iudex datus, iudex delegatus & iudex specialis & iudex simpliciter appellatur *leg.* 1. *C. de pedan. iudicib.* Duar. *ad tit. de iud. c. de iudicib. datis.* Pet. Greg. Tholos. *syntag. li.* 47. *c.* 39. *n.* 3; licet minus idoneam

probationem eius sententiæ adducat ex *l 9 & 10. qui satisdar. cog.* vt ex significationibus seqq. apparebit. Quarto, pro eo tantum genere iudicum datorum, qui bonæ fidei & arbitrariis iudiciis adhibebantur, qui non ex formula, sed ex bono & æquo iudicabant *l. à Diuo Pio. l furioso. de re iudic. l. 7. ad leg. Iul. repetund.* quos non immerito iudicibus ita similes fuisse Cicero dicit *in orat. pro Murena.* vt homines per tot ætates constituere non potuerint, vtrũ iudices an arbitros dici oporteat. Quanquam non recte similes dicuntur: Etsi enim eodem genere iudicum continentur, tamẽ subiectis actionum, quarum notio ipsis data esset, & potestate iudicandi distincti fuerunt. *princip. Instit. de actionib.* & ibi Cuiac. Hotom. *in com. verb. iuris. verb. iudex.* De hoc genere arbitrorũ loquitur Cic. *in orat. pro Roscio Comœd.* vbi aduersario obiicit, quod iudicem & arbitrum confudisset. Quinto angustius accipitur pro illis iudicibus, quibus non tota controuersia, cum potestate absoluendi & condemnandi, sed tantum incidens aliquod negotium in cursu litis, absque dicta absoluendi & condemnandi potestate explicandum datur *l. cum fideicommissum. de confess. l 9. & 10. qui satisd. cog. l. si pure. in pr. & §. 1. de cond. & demonst. l si magistratus. de priuil. cred. l si quis dicat. §. vlt. de manumiss. l. 2. C. de sen. & interloc. l. vlt. C. de iud.* Hotom *in com. verb. iuris. verb. arbiter.* Sexto, pro iudice in locum suspecti iudicis à partibus electo *l. apertissimi. C. de iud.* Donel. *com. iur. ciuil. c. 25. lib. 17.* Hæc tria præmissa ac plane diuersa genera, confunduntur à Duaren. qui simpliciter iudicem & arbitrum Synonyma esse dicit ad *tit. de iudic. col. de iudicibus datis. cap. 15.* Septimo, pro disceptatore, qui ex compromisso pœnali litigantium controuersiæ pro arbitrio, & quantum æquius & melius videatur, definiendæ potestatem accipit. Sic vtitur hoc verbo Cic. *in orat. pro S. Roscio Comœd.* Eundem ne tu arbitrum ac iudicem sumebas. Item de quo nomine arbitrum adiisti, de eo ad iudicem venisti. Sic eo etiam vsus est IC. *in leg. 3 leg. litigatores. in princ. & §. idem Iulianus. & §. fin. leg. 19. 20. 21. & aliis locis complurib.* de arbitris Cuiac. *ad tit. C. eundem.* Item iudex compromissarius à Callistrato dicitur. *in leg. cum L. Iulia. de arbit.* & iudex arbitrarius *l. cum arte. C. eod.* Apud Græcos *αἱρετὸς δικαστής* Constantinus Hermenopullus *lib. 1.*

*lib. 1. epitom. tit. 4.* Item διαιτῆς Ariſt. *lib. 1. Rhet.* Ac tantum de arbitri nomine.

Arbitrii vox primo † in genere pro poteſtate vel facultate ac- 5
cipitur. Cic. *in epiſt. ad Brut. Ep. 16. Eſſe arbitrium ſuum de repub.* Idem *ad Attic. lib. 15 epiſt. 15. Orationem tibi miſi eius cuſtodiendæ ac proferendæ arbitrium tuum* Horat. *de arte poetica:*

*Quid valet vſus,*

*Quem penes arbitrium eſt & vis & norma loquendi.*

*Et in l. in re mandata. C. mandati.*

Secundo in ſpecie pro actione, vel in iudicio agendi facultate Cic. *in Orat. pro P. Quintio. Qua in re diligens erat, quas ii, qui magna fide ſocietatem gererent arbitrio pro ſocio condemnari ſoleant.* Sic etiam actio tutelæ arbitrium vocatur, quod huius iudicii poteſtas omnis ſit in arbitrio iudicantis, qui excuſſis tutelæ rationibus ex bona fide ſtatuit, quid tutorem præſtare, aut repetere ac penſare oporteat Cuiac. *ad tit. C. arb. tutelæ.* Tertio, pro iudicio & intellectu Cic. *1. off.* iudicio arbitrioque noſtro, quantum quoquo modo videbitur, hauriemus. Quarto, pro ſententia iudicis *l. ſocietates. §. arbitrorum. in verb. ad boni viri arbitrium. pro Socio.* Ioan. Baptiſt. *de arbit. cap. 6. nu. 1.* Quinto, pro notione arbitraria ſiue officio & poteſtate diſceptandi ex compromiſſo arbitro conuentione litigantiũ tributa, & ab eo recepta. Sic accipitur *l. 3. §. tametſi. & §. ait prætor. l. 4 l. ſed ſi in ſeruum. l. Pomponius. §. recepiſſe. l. aut ſi qua alia. l. qualem. §. ſed ſi. & §. Caſſius. l. quid tamen. §. Pomponius. & §. ſed hoc. de arbitr. Quo ſenſu in hac tractatione eo vtimur.* Sexto, pro ſententia arbitri. *l. item ſi vnus. §. in impari. & §. fi. l. non diſtinguemus. §. nam & Iulianus. de arbitr.* In qua ſignificatione & arbitratus accipitur. *l. inter Statellianum. & l item ſi vnus. de arbitr. l. non diſtinguemus. §. item Pedius. de arb. c. cum tempore. c. innotuit. c. per tuas. c. cum olim. de arbit.* Arbitratus enim & arbitrium pro eodem accipiuntur, & apud Græcos δοκιμασία & δοκιμαζόμενον dicuntur, Cuiac. *l. 43. de verb. oblig.* Quod inter-
pretes barbaro & inepto vocabulo *laudum* † appellant nullo ve- 6
terum exemplo, qui iudicium arbitri ſententiam vocant. *l. 3. l. Labeo. l. dum proferre. l. 29. l. non diſtinguemus. l. cum pœna. l. non ex omnibus. de arbitr.* laudi nomen, nec ciuilis, nec pontificii iuris verbum, ſed

nouum & ab interpretib. confictum quoque dicit Ioan. Baptist. *de arbit. quæst.* 7. Septimo, interdum pro compromiſſo & conuentione, qua in arbitros compromittitur *l. Pedius. de arbit.* Sic etiam pro compromiſſo accipitur *in l qualem §. & ideo eod.* Plura de verbis *arbitri* & *arbitrii* videantur apud Menoch. *de arbitr. iud. quæst. 1. & 2.*

7 Compromiſſum autem reſpectu arbitri † receptum Iuſtinianus vocat. *l. rem non nouam. C. de iudic.* Cuiac. *ad tit C. de recept. arbit.* non quod litigantis arbitrium recipiant, ſed quod à iudice compromiſſario compromiſſum litigatorum recipiatur Baro. *leg. 1. de arbit.* Sic arbiter arbitrium recipere dicitur *l. Lab. l. ſed ſi in ſeruum. in pr. & §. ſi quis l. quid tamen. § ſed hoc. eod.* Recipere n. arbitriũ eſt ſpontaneo conſenſu paciſci, ſe arbitri partib. functurum. Ipſe enim arbiter in quem compromittitur, etiam compromittere nõ debet, ſed ſufficit litigantes mutua ſtipulatione ſe inuicem obſtringere: Arbitrum vero vel nudo pacto ſe ſententia litẽ diremturum promittere, idque genus pacti receptum vocatur, parum differens ab eo, quod conſtitutum appellatur. Contius *diſputat. iur. ciuil. lib. 1. cap. 4* Cuiac. *ad tit. C. de recept. arbitr.* Etſi vero, vt diximus, recipiendi verbũ ad ipſos arbitros plerumq; refertur, quod non recipi, ſed recipere arbitrium dicantur. *l. Labeo. l. ſed ſi. & §. in ſeruum. in prin. & § ſi quis. l. quid tamen. § ſed hoc. de arbitr.* interdum etiam ſuſcipere *leg. 4. & leg. 14. eod.* quod vulgo acceptare compromiſſum dicunt interpretes Speculat. *in tit. de recuſ. iud §. Effectus. verſicul. quid ſi arbiter.* Minus vero recte arbitros recipere, ideoque mendoſos Codices eſſe, in quibus receptis arbitris pro receptis arbitriis ſcriptum ſit arbitratur Baro *leg. 1. de arbitr.* Cuiacius tamen *ad tit. C. de receptis arbitr.* tam arbitri quam litigatorum reſpectu recipiendi vocabulum vſurpari affirmat. Idq; quo minus recte fiat, nihil prohibet. Cum etiam apud latinos autores capere arbitros, pro eligere dicatur. Terent. *in Heaut. Me cepere arbitrum.*

8 Eſt autem arbitrium † ex compromiſſo partium diſceptandæ inter eos cauſæ libera recepta poteſtas. Quæ definitio probatur *in leg. 3 §. tametſi. leg 4. leg. Pomponius. leg. aut ſi qua alia. leg. qualem. l. ſi de*

*si de meis. & toto tit. de arbitr.* & per ea, quæ eleganter ad titulum eundem scripsit Cuiacius ac Duaren. *folio 186. colum. 1.* Antonius Contius *disputat. libro quarto. versicul similiter.* Eodem modo arbitrium descripsit Lanfranc. ab Oriano *in tractat. de arbitr. par. 1. nu. 23.* Ioan. Fichardus *consilio 146. numero 14. & 15.* Arbitrium † duplex faciunt, plenum & liberum, vel boni viri, & quod iure, ratione & æquitate temperatum ac regulatum dicunt. Accurs. *in leg. fideicommissa. §. quanquam. in verb. arbitrium. de legat. 3.* Lanfrancus ab Oriano *in tractat de arbitr. par. 1. numer. 25.* De vtriusque definitione, & quibus verbis liberum, quibus vero regulatum conferri soleat, vide quæ late tradit Menoch. *de arbitr. iud. quæst. lib. 1. quæst. 6. 7. 8.* Referuntur & à Duaren. *ad tit. de arbitr. fol. 186. colum. 1.* duo genera arbitrorum. Item à Cuiac. *leg. 43. de verb. obligat.* Connano. *comm. iur. ciuil. lib. 7. cap. 13. nu 4.* Iacob. Renard. *varior. lib. 3 cap. 20. num 4.* 9

Arbitrorum etiam † quatuor species ponit Accurs. *in leg. societatem. pro socio.* Item Cuiacius *ad tit. cap. de recept. arbitr.* Sed vt à nobis hic & in edicto Prætoris vocabulum vtrumque accipitur, nulla est hic rerum specie differentium, sed vocabulorũ saltem ambiguorũ explicatio. Ineptissima vero est, vt recte eam notat Duaren. *ad tit. de recept. arbitr.* inter arbitros & arbitratores constituta differentia à Specul. *ad tit. de arbitr. & arbitrator. §. arbiter. num. 2.* Cum arbitrantis & arbitri ex natura συζυγίας eadem sit significatio *l. Labeo. §. tractemus. de arbit.* Et qui amicabilis compositor litium appellatur *auth. vt diff. iud.* vbi lites aut δικαστῇ ψήφῳ aut φιλικῇ συμβάσει, sententia iudiciaria vel amica compositione dirimi dicuntur, arbitri vel arbitratoris nomine nõ comprehendi, diserte probatur *in leg. Pomponius. §. recepisse. de arbitr.* Improprie etiam illorum sententia, qui non ad lites, & conuentiones perficiendas, aliaque extraiudicialia negotia ab agentibus adhibentur, quorum exempla sunt *in leg si coita. & l. velut pro socio. l libertus. Item de op. libert. l. fideicom. § quanquam. de leg. 3. §. precium. Instit. de empt. & vend.* arbitrium vel species arbitrii appellatur *l. societatem. §. arbitrorum. pro socio.* vbi arbitriorum nõ arbitrorum legendum recti sermonis ratio manifeste exigit. Ineptum enim & absurdum esset, sequentia 10

verba

verba æquum esse & ad arbitratũ boni viri, non ad ipsam sententiam & statutum, sed ad personas arbitrantium referri, vti hoc obseruauit, & ab ineunte ætate sic locum hunc accipiendum docuisse affirmat Coras. *misc. iur. ciuil. lib. 4. cap. num. 5.* Cum quo sentit Duaren. *ad tit. de recept. arbitr. tit. de effectu sententiæ ab arbit. latæ. fol. 196.* Arbitratorem, amicabilem compositorem, proxenetam & mediatorem, quomodo distinguant interpretes vide Ioan. Baptist. *de arbitr. cap.* 4. Et quis tertius, in materia arbitrorum, idem *cap.* 5. Idem centum quoque differentias inter arbitrum & arbitratorem congessit, *de different. inter arbitr. & arbitrator.*

Vt autem iudices, sic etiam arbitri quidam esse prohibentur, quod natura facultate iudicandi destituantur, quidam ob alias
11 causas. Ob defectum naturalis † iudicandi facultatis arbitri esse non possunt, muti, surdi, furiosi, minores viginti annis, maior autem 20. & minor 25. annis arbiter eligi potest, & valet arbitrium ipso iure, sed restringitur, si temere auditorium receperit *leg. cum lege.* & ibi Baro *de arbitr.* Donell. *com. iur. ciuil. lib. 28. cap. 10.* Si autem pendente compromisso maior fiat, arbiter esse non prohibetur: Specul. *tit. de arbitr. & arb. §. potest num. 3. leg. sed si 9. §. sed neque. de arbitr.* Ob alias causas quidam in vniuersum, quidam in certis causis arbitri esse nequeunt. In vniuersum arbitrium non consistit in seruis siue solis, siue cum liberis arbitris electis *leg. pedius. de arbitr.* In seruis vero manumissis durante post manumissionem consensu, compromissum recte factum intelligitur. *leg. sed in seruum. de arbitr.*

12 Sed quæritur, cum plures liberi, † & pauciores serui sunt electi, an sententia à pluribus idoneis lata valeat. Et videtur, quod sic, cum quod à maiori parte constituitur ad vniuersos referatur, *leg. refertur. de re iudicat. & cap. cum inter Canonicos, de elect. cap. de his, quæ fiunt à maiori part. cap. leg. quod maior. & leg. seq. ad municipal.* Sed magis est, vt non valeat, etsi monstretur, sententia à pluribus idoneis dicta, pœna promissa non committatur. Quia quæ de maioris partis constitutione adducta sunt, eo tantum casu locum habent, quando omnes, quorum maior pars statuit, constituendi ius habent, hic autem, quia omnes non sunt idonei, vtile per inutile

tile vitiatur. Secundo, mulieres arbitrium recipere non possunt. *leg. fin. C. de arbit. cap. mulieres, 33. quæst. 5.* Quod restringitur nisi alias potestatem iudicandi habeant, vel loci consuetudine aliud seruetur. In excommunicatum etiam arbitrium ignoranter collatum nullum est, secus si scienter: Specul. *in tit. de arbitr. §. differt. numero 9.* an autem in clericos tam regulares, quam seculares compromitti possit, vide Speculatot *in tit. de arbitr. §. fin. numero 28.*

Compromitti quoque non potest in eum, qui controuersiæ, de qua arbitrium suscipitur, iudex est *in leg. 9. §. si quis. de arbitr.* Id tamen declaratur, vt tantum locũ habeat in iudice ad quem causæ cognitio actu pertinet, non autem eo, qui habitu & potentia saltem est iudex. In hunc enim indistincte tam iure ciuili quam pontificio compromitti posse tradunt Alb. de Rosate *l. sed etsi in seruum. 9. §. Si quis Iudex. de arbitr.* Bald. Salicet. *leg. si quis ex consensu. C. de episcop. audient.* Calcan. *cons. 73. col. pen.* Lanfranc. ab Orian. *in tr. de arbitr. par. 2. nu. 14.* Marcus Anton. Blancus *in tr. de comprom. q. 2. num. 2.* Schrad. *in tr. feud. par. 10. sect. 6. num. 19.* In eam quoque sententiam *dict. leg. 9. de arbitr.* quod nimirum de eo saltem iudice, qui controuersiæ cognitionem actu iam suscepit, erudite interpretatur Donell. *com. iur. ciuil. lib. 17. cap. 10.* Duaren. *in addit. de arb. fol. 186. col. 1.*

In certis rebus & casibus arbitri esse nequeunt. Primo, qui sumuntur in re sua ob causam, quæ redditur *in l. pen. de arbit.* Quamuis autem filius cum patre pro eadem persona habeatur. *l. vlt. C. de impub. & aliis substit.* Tamen in causa publica, quæ intelligitur iudicium aut publicum munus pro diuersis habentur *l. in priuatis. de iudic. & l. seq.* Cum igitur in iudiciis filius pro patrefamilias habeatur, etiam de re patris arbiter eligi non prohibetur. *leg. 6. de arbitr. leg. 9. §. si quis iudex. eod.* Secundo, qui antea fuit iudex eius rei, de qua antea iudicauit, arbiter esse non potest. *dict. leg. 9. § si quis. de arbitr.* Idque iustis ex causis: Arbitrium enim suscipiendo sustineret officia contraria iudicis, nempe legitimi & arbitri, quæ vna eademque persona non admittit. Iudici enim ita vt iure proditum est, iudicandi necessitas proposita est. Arbitri autem senten-

tia siue æquum vel iniquum pronunciauerit, rata est, *l. societatem. 26. §. vlt. pro socio.* Deinde etiam suspicione res non careret, quod ideo arbitrium recepisse videretur, vt à iure recedere, & litigatoribus iniuriam per speciem arbitri facere posset. Donell *com. iur. ciuil. lib 17. cap.* 10. Quod restringitur, vt tantum habeat locum in ciuili, non autem in ecclesiastico foro, tam in iudice delegato, quam ordinario *cap. cum tempore. & ibi glos. in verb. Archiepiscopum Magdeburgensem. de arbitr. cap. cum causam. de elect. c. veni. de iureiur.* Speculat. *in tit. de arbitr. §. potest. nu. 6.* Deinde locum saltem habet in arbitro. Secus vero in pacificatore, quam vulgo arbitratorem appellant. Pacificatoris enim personam suscipere non prohibetur, vt expressum est *in Nouell. Iustinian. vt diff. iudic.* Tertio, in causa inimici arbiter quis esse vetatur, non tantum quando ab initio inimicus fuit, sed & si post receptum arbitrium, dissidium intercessit, & arbiter testationibus ob id conuentus, ne sententiam diceret, nihilominus pronunciauit, ipso iure quidem valet arbitrium, sed ex eo agens doli exceptione submouebitur, *leg. neu distinguimus §. cum quidam. eod.*

An Abbas in causa Monasterii esse possit arbiter, vide Speculatorem *in tit. de arbitr. §. fin. numer. 31.* Quæ personæ arbitri eligi possint, nec ne, prolixe tradit Marc. Anton. Blanc. *in tract. de compromiss. inter coniunctos. quæst. 2.* Lanfranc. ab Oriano. *in tract. de arbitr. part. 2.* & plenissime Ioan. Baptist. *de arbitr. libr. 4.* Baptist. de S. Blasio *in tract. de differen. inter arbitr. & arbitrato. numer. 12. & pluribus seqq.*

13 Qui possint † compromittere, quæstio iisdem finibus terminatur, quibus in aliis conuentionum generib. vt possint omnes, qui nō prohibeantur, cum sit de genere permissorum *l. quod si minor. 25. l. sicut. C. de actionib. l. in cōmodato. §. sicut. commodati. §. non si semper. de minorib. l. mutus. in pr. de procuratorib.*

Prohibitio autem ista in duos articulos diducitur, vt quidam natura prohibeantur, quidam lege. Natura: qui ratione ad compromittendum destituuntur, vt sunt amentes, furiosi *leg. diem. §. pen. de arbitr. l. 1. §. furiosum. de actionib.* Lege compromittere prohibentur, serui, *l. licet. §. seruus. de pecul. l. non distinguemus. §. si seruus. de arbitr.*

*arbitr. l. seruus. de arbitr. l. seruus, C. de iudic.* Seruorum etiam exemplo monachi non possunt compromittere, absq; licentia Antistitis sui, Specul. *in tit. de arbitr. & arbitrat. §. restat. nu. 7.* Baro *in l. non distinguimus. de arbitr.*

Impuberes sine tutoris autoritate compromittentes ciuiliter non obligantur, sed naturaliter *leg. pupillus. de arbitr.* Deinde quod iam diximus, pupillum ciuiliter non obligari, locum saltem habet in obligatione principali, secus vero in accessoria fideiussoris. Fideiussoris enim pro pupillo interuenientis obligatio ad exigendam pœnam est efficax *l. si pupillus. de arbitr.* Specul. *in tit. de arbit. & arbitrator. §. restat. nu. 5.* Nec obstat *l. aduersus. de arbitr.* vbi dicitur, quod à compromittente peti nequit, nec à fideiussore ab eo dato, peti posse, quod τῇ δυνάμει à reo peti censeatur. Nam ibi non quæritur, an non subsistente principali obligatione accessoria sit efficax, vt *in d. l. pupillus.* Sed quod sublata obligatione principali, etiam accessoria sublata censeatur, vt exceptiones rei principali competentes, etiam fideiussoribus competant. *leg. ex persona. de fideiussorib.* Et quod idem sit petere à principali ac à fideiussore, cum hic mandati vel negociorum gestorum in reum pœnæ compromissæ agere possit. *leg. quod dictum. de pactis.* An autem & quando in iudicio ordinario pupilli absque dato fideiussore consistere possint, vide Specul. *in tit. de arbitr. & arbitrat. §. restat. num. 5.*

Clerici seculares non possunt compromittere, quoad præiudicium Ecclesiæ, secus si ipsorum negocium agatur, & si sit controuersia de possessione, vel beneficio Ecclesiastico *cap. super eo. de transactionib. c. nisi. de præb. c. si quando. de off. deleg.* Specul. *in tit. de arb. §. restat. nu. 8. c. cum ad monasterium. de statu monachor.* Specul. *ibidem.* Quod non tantum locum habet in clericis ac monachis singularibus, sed etiam in ipsis ecclesiis & monasteriis exemptis, eorumque antistitibus, qui absque licentia Romani pontificis in arbitrum compromittere non possunt, vt rescripsit Innocent. *3. in c. cum tempore. de arbit.*

Quæritur de Vasallo quoque an in arbitrum, vel arbitratorem compromittere possit. Et quod in amicabilem composito-

rem compromittere nequeat, inter omnes conuenit, quia ſit ſpecies tranſactionis, quam abſq; domini conſenſu Vaſallus inire non poteſt. Alciat *leg. cum te. C. de tranſactionib.* Abb. *in cap. Quintauallis. de iureiur.* Cardinal. Pariſ. *conſi. 45. n. 12. lib.* Tiraq. *in tr. de legib. connub. gl. nu. 202.* Iul. Clar. *in §. feudum. q. 39. n. 1.* Rol. à Valle *conſ. 22. nu. 1. vol. 4.*

De arbitrio autem inter eos ambigitur, quibuſdam etiam abſque conſenſu Domini in litibus & controuerſiis feudalibus arbitros ſumi poſſe cenſentibus Bald. *leg. fin. § fin. Cod. comm. de legat.* Iacob. de S. Georgio *in tract. feud. verb. & cum pacto. num. 9.* Zaſ. *in tract. feud. par. 9 num. 20.* Eamque ſententiam communiter receptam eſſe atteſtatur Curt. *in tract. feud. par. 4.* Borcholt. *in tr. feud. capit. 8. numer. 41.* Schrad. *in tract. feud. par. 10. ſect. 1. num. 163.* Fundamenta iſtius ſententiæ adducuntur textus *in cap. vnic. § ſi autem. in illis verb. coram iudice vel arbitro de leg. Conradi & cap. vnic. in illis verb. coram iudice vel arbitro. An apud iudic. vel curiam Domini quaſtio feudi terminari debeat. & in cap. vnic. §. 1. Vbi apud iudicem vel arbitrum. de inueſtitura in maritum facta.* Reliqui vero rectius ſentiunt abſque conſenſu domini feudi in cauſa feudali iudicem compromiſſarium eligi non poſſe Alex. *conſil. numer. 44. libr. 5.* Iaſon *leg. iusiurandum, quod ex Conuentione 17. §. pupillus. de iureiur.* Maranth. *in tr. de ord. iud. par. 6. act. 1. numer. 22.* Tiraquellus *in tr. de legib. connubialib. gl. 5. nume. 22.* & plures allegati à Schrad. *in tract. feud. par. 10. numer. 166.* Vbi rationes ac fundamenta huius ſententiæ complura adducit Roland. à Valle *conſil. 22. numer. 16. volum. 4.* Quibus non obſtant textus, quib. prior confirmari videtur opinio. Non enim in genere diſponunt, in quacunque lite feudali iudicem, vel arbitrum adire litigantibus Vaſallis liberum eſſe: Sed tantum iis caſib. quib. lis ſiue controuerſia feudalis non ad dominum feudi, ſed ad iudicem generalem vel ordinarium pertinet, vt eleganter hæc interpretatur Cuiac. *de feud. libr. 1. tit. 15. & libr. 2. tit. 15.* Etſi ſit aliqua ambiguitas intellectus dictorum textuum, tamē ea hodie diſerta Friderici Conſtit. *de prohibita feudi alienatione per Fridericum* ſublata eſt, quæ hanc ſecundam & magis receptam opinionem tuetur. Schrad. *dict. tract. feud. part. 10. numer. 168.* Borchold. *in*

*tractat.*

*tractat. feud. capit. 8. nume. 45.* Rolan. à Valle *dict. consil. 22. numer. 26. & seq.*

Postremo generaliter omnibus, quibus alienatio rerum suarum interdicta, etiam de illis in iudicem arbitrarium consensio prohibita est. Bartol. *consil. 159. colum. 3.* Bald. *leg. 1. C. si aduersus transf.* Paul. Cast. & Alex. *l. iurisgentium. 7. §. fin. de pact.* Plura de personis quæ compromittere possint, vide copiose tractantem Marc. Anton. Blanc. *in tract. de compromiss. inter coniunctos. quæst. 3.* & Lanfran. ab Orian. *in tr. de arbit. quæst. 3.* & plenissime Ioan. Baptist. *de arbitr. libr. 3.*

De rebus etiam † omnibus, quæ non prohibentur, compro- 14
mitti licitum est, *l. nec non. §. 2. ex quib. caus. maior.* Vetatur autem primo compromitti de rebus alienari prohibitis, si ex compromisso sequatur alienatio. Alienari enim prohibita sicut non possint alienari immediate: ita nec potest fieri actus, per quem oblique alienatio introducatur, gloss. *in l. item quia. de pact. l. codicillus. §. matre. de leg. 2.* Anton. de Butr. & Abb. *in cap. cum tempore. de arbitr.* Petr. de Bening. *in decis. conclus. 21. in pr.* Secundo prohibetur compromitti de delicto famoso *l. non distinguimus. §. Iulianus. de arbitr.* Item de omnibus aliis criminibus, de quibus Iudicium publicum constitutum est, veluti de adulteriis, sicariis & similibus *d. leg. non distinguimus.* Plura de quæstione an in causis criminalibus compromissum fieri possit, vide apud Lanfranc. de Orian. *in tractat. de arbitr. part. 4. in princ.* Ioan. Baptist. *de arbitr. lib. 1. cap. 13.* Si vero de criminibus ciuili iudicio agatur arbiter sumi non prohibetur *leg. quid ergo. §. ex compromisso. de his, qui notantur infam.* Iacob. Buttrig. *in tractat. de oppositione compromiss. & eius forma. numer. 4.* Et quod de publicis iudiciis etiam de populari actione constitutum est, *d. l. non distinguemus. §. idem. de arbitr.* Popularis enim actio non est in bonis alicuius, dum litem contestatus est, & ius publicum tuetur, vnde merito ex compromisso priuatorum sententia ab arbitro non ferenda est, *leg. si cui. de verbor. signification. leg. qui. & leg. penult. de popul. act.* Baro *in dict. leg. non distinguemus. §. Idem. de arbitr.*

In causis status compromitti non potest, *leg. non distinguemus.*

§. *de liberali causa. de arbitr.* Qua de causa etiam, vt maiores Iudices ac præsides ipsi non pedanei iudices, liberales causas ingenuitatis & libertinitatis disceptarent, constitutum est, *leg. 2. C. de pedan. iudic.* Quod & eo casu locum habet, cum ex fideicommissi causa libertas deberi dicatur. *leg cum vero. de fideicommiss. libert.* Non recipitur quoque arbiter, de iis quæ in iudicio iam vertuntur. Archidiac. *cap. quia suspecti. 4. quæst. 5.* Ioan. Andr. *in capit. pia de rescript.* Dominicus Pontan. *in Syntagm. verb. iudex. versi. ul. quando allegatur causa.*

De rebus ad spiritualem iurisdictionem pertinentibus, & quando periculum animæ agitur, an compromitti possit, vide Speculat. *in tit. de arbitr.* §. *restat. num. 4.* Baldus *in leg. 1. Cod. de confess.* De causis matrimonialibus & aliis compromisso subiectis, plenius tractat Lanfrancus ab Orian *in tract. de arbitr. par. 4.* Marc. Anton. Blanc. *in tr. de fideicom. inter coniunctos. quæst. 4.* Ioan. Baptist. *de arbitr. lib. 2.* & Baptist. Blas. *in tr. de different. inter arbitr. & arbitrat. num. 40.*

15 Quod ad formam † constituendi arbitrii attinet, obseruandum est, cum ex sententia arbitri non oriatur actio, vel exceptio *leg. 2. de arbitr.* Duaren. *ad eundem tit. fol. 186.* non sufficere simpliciter compromittere, sed pœna promissa opus esse, ne sententia sit elusoria. *l. 3.* §. *ait prætor. de arbitr.* Et non satis est vnum litigatorum, sed & alterum pœnam promittere necesse est. *l. 9.* §. *Iulianus. de arbit.* Non requiritur autem præcise pœnæ nummariæ, sed sufficit speciei, loco pecuniæ, vel ex vna parte pecuniæ ex altera rei, id est, speciei promissio *leg. litigatores.* §. *& quod ait prætor. &* §. *proinde. de arbit.* Nec interest maior vel minor promissa sit re, de qua compromittitur, propter verborum Vlpiani generalitatem, qua simpliciter pœnæ saltem promissio exigitur. *d. leg. 3.* Duaren. *ad tit. de arb. fol. 186. col. 2.* Nec solum quando certa pœna, sed etiam quanti interest, compromittentis non parere arbitrio constituitur, licet multo firmius sit compromissum certa quantitate promissa quã incerta, propter difficilem eius, quod interest, probationem *leg. vlt. de prætor. stip. dict. leg. litigatores. de arbitr.* Sed etsi simpliciter absque vlla certa vel incerta quantitatum expressione, quis simplici-

pliciter sententiæ arbitri stare promiserit, nihilominus plenum censetur compromissum, quia stipulatio ista factum continet, & regulare est, vt ex omnibus faciendi obligationibus, si contra fiat quam cautum est, quanti intersit, promissor condemnetur, *leg. si quis ab alio. de re iudic. leg. stipulationes non diuiduntur. de verbor. obligat.*

Sed an nudo pacto pœna compromittatur? certum est, etsi alias ex nudo pacto non actio, sed exceptio oriatur, tamen generaliter ex compromisso, etiamsi stipulatione firmetur, nec actionem esse nec exceptionem, ideoque nisi pœnæ compromissio sit adiecta, inutilem esse conuentionem. *leg 2. de arbitr.* sed hanc sententiam dubiam fecit *leg. litigatores. §. interdum. de arbit.* Vbi Vlpianus diserte dicit nudo pacto compromissum fieri: Quod tamen priorem sententiam non mutat. Non enim simpliciter nudo pacto compromissum vtile fieri Vlpianus respondet, vt videtur Cuiac. *ad tit. C. de recep. arbitr.* Vbi compromissum vel stipulatione pœnali iure perfecta, vel nudo pacto fieri ait: Sed ita si vltra mutuam promissionem, quod velint stare sententiæ arbitri, loco pœnæ litigatores ambo mutuo debitores nudo pacto promittant, se non petituros, quod sibi debetur, si sententia arbitri non steterint. Aliud autem est nudo pacto ita constitui compromissum, vt & paritio, & ni pareatur, pœna absque stipulatione promittatur: Aliud si nudo pacto me staturum sententiæ promisero, & ni paream 10. quos compromissori debeo, ne petam, loco pœnæ paciscar. Sed quæcunque diuersitas effectorum pacti, aut stipulationis veterum IC. tempore, & in specie circa constituenda arbitria fuerit: Refert tamen Iustinianus *l. cum antea. C. de recept. arbit.* non tantum antea nuda conuentione arbitros etiam absque pœnæ adiectione & iudicis authoritate creari posse, ex quorum sententia: (quam formam arbitralem appellat) reo exceptio pacti sit generata: nullam autem actori inde proditam actionem, fuisse sancitum, sed & ipse tam actioné, quam exceptionem sententia tacite vel expresse à partibus approbata, siue vt vocant homologata, certis conditionibus constituit, *d. l. cum antea. & l. 4 Cod. eodem.* De quarum tamen duarum legum autoritate, quod

quod in libris τῶν βασιλικῶν desiderantur, dubitat Cuiac. *ad tit. C. de recept. arbitr.* Vtut vero hæc sint, de quib. plura *cap. seq. nu. 46.* tamen & iure Canonico, & moribus etiam ciuilibus pacti & stipulationis differentiam hoc tempore sublatã locis aliquot iam monuimus. Ad formam quoque constituendi arbitrii requiritur, vt libera facultas sententiæ ferendæ arbitro permittatur. *l. item si vnus. §. ex pacto. de arbitr.*

An vltra conuentionem compromissa quoque in vltima voluntate vel Iudicis officio constituantur, vide Ioannem Baptist. *de arbitr. lib. 1. cap. 9. & 10.* Non autem sufficit vt ab illis litigatoribus, quibus & in quos arbitros, & quibus in rebus, & quomodo oportet, compromissum sit constitutum: sed etiam necesse est, vt arbitri electi arbitrium recipiant. Ante enim compromissum acceptatum, vt loquuntur interpretes, tempus arbitrio exercendo præfinitum currere non incipit. Bald. *in l. si cum dies. in princip. de arbitr.* Alexan. *consi. 34. colum. final.* Maranth. *de ordin. iud. distinct. 14. num. 8.* Marc. Anton. Blanc. *in tract. de compromiss. inter coniunctos. quæst. 1. num. 34.* Lanfranc. ab Orian. *in tractat. de arbit. part. 1. num. 17.* Tunc autem recepisse vel acceptasse arbitrium à compromittentibus in se collatum intelligitur Iudex arbitraturus, cum iudicis partes suscepit, finemque sua sententia controuersiis se impositurum pollicetur. *l. Pomponius. §. recepisse. de arbitr.* An autem acceptatio inducatur eo, quod arbiter electus est præsens, & tacet, vel absens intelligit, item an scientia partis ad acceptationem, quoad hoc, vt currat tempus compromissi, necessaria sit, vide Marc. Anton Blanc *in d. tract. de compromiss. quæst. 1. num. 35. & 36.* Lanfranc. ab Orian. *de arbit. par. 1. nu. 18.* vbi ridiculum ait esse, dicere, quod tempora currant, antequam adsit arbiter, qui à litigatoribus adiri possit.

16 Quod ad modum ac formam † arbitrii rite ac legitime exercendi attinet, dictum est simile, id esse ordinariæ iudicis actioni. Officio enim iudicis fungi dicitur arbiter, *l. Pomponius. §. recepisse.* Ideoque inprimis hoc velut fundamentum ponendum est, quod arbiter fere cognoscat, vt iudex, nisi quid exceptum reperiatur Duaren. *ad tit. de arbitr. de offic. arbitr. fol. 93. colum. 3.* In specie quoad expe-

expediendam notionem arbitrariam: quædam ante inceptam disceptationem, quædam in ipsa causæ discussione, quædam in circumstantiis ferendi arbitrii sunt necessaria.

Quod ad ea, quibus ante constitutam arbitrandi rationem opus est, attinet, quæ in ordinaria tractatione forensi vulgo præparatoria iudiciorum vocantur, id arbitris cum iudicibus commune est, vt sicut olim solenne fuit, ante sedē iudicialem, sacrosanctas scripturas habere dispositas. *l. rem nouam. C. de iudiciis.* Sic etiam apud arbitros: quod tamen hodie in desuetudinem abiit. Deinde vt à compromittentibus calumniæ iuramentum, quale iudices requirere solent, exigatur, quo id continetur, se non calumniandi animo litem intendere, sed iuris sui opinione fretum, nec quæ vera sunt, inficias iturum, nec vexandi aduersarii causa quicquā facturum esse, iuxta vulgatos versiculos *Illud iuretur, &c. l. 2. de iuram. propter calumniam dando*, quod Græci veteres ἀντωμοσίαν Harpocratio & Moschopolio reste, appellant, vt est apud Platonem *in Thaeteto*, καὶ ὑπογεγραφὴν τῶν ἐγκαλουμένων, ἣν ἀντωμοσίαν καλοῦσιν. Cuiac. *ad tit. C. de iureiur. propter calum.*

In ipsa disceptatione & tractatione negociorum, de quibus est cōpromissum, requiritur solida controuersiæ cognitio & discussio *l. litigatores. in princ. l. sed si. 14. l. Labeo. & §. ideo. de arbitris.* Non enim sententiam, nisi causa cognita ferre potest. Sed an exacta adeo cognitio & discussio, vt in iudiciis exigatur, & ea prætermissa, arbitrium nullum vel iniquum censeatur, infra in contrariis definiemus. In genere ipso & qualitate sententiæ, quoad eius vim iusta vel iniusta, æqua vel iniqua sit, nihil interest. Quia ita placuit litigatoribus, qui non nisi de se queri possunt. *l. diem proferre. §. stari.* & ibi Baro *de arbitr.* Item arbitri dicuntur esse supra ius ad similitudinem Pontificis & Imperatoris Tiber. Decian. *consi. 42. num. 4. volum. 2.* item manu regia iudicare. *eod. consil. num. 22.* nec ad apices iuris respicere debere. Idem Decian. *consi. 52. num 12. volum. 2.* Id tamen, ne nullum & inutile sit arbitrium, requiritur primo, ne quid inhonestum arbiter statuat. *l. quid tamen. §. in compromisso. de arbitr.* vt & legatum relictum, vt quid fiat, quod bonis moribus non conueniat, non valet. *l. vltim. de leg.* Socin. *consi. 53. nu. 7. lib. 3.*

*li.3.* Ang. & Fulgosius *in l milites. C. de testam. militar.* Crauet *in consi. pro genere. nu. 104.* Secundo, vt intra compromissi fines sese contineat, extra enim quam & quatenus compromissum est statuendo nihil agit; cum, vt ait Paulus, *l. non distinguemus. § 1. de offic. de arbitr.* omnis arbitri tractatus ex compromisso sit sumendus, nec aliud illi liceat, quam quod ibi, vt efficere possit, cautum est *l. quid tamen. §. si arbiter. 42. l. in compromissis. eodem.* Baro *d. l. non distinguemus. de arbitr. l si cum dies § plenum. eodem.* Ioan. Marian. & Iacob. de Riminald. *consi. 573 nu 6.* Et quod compromissum sit stricti iuris, & vltra specificata extendi non debeat, etiamsi amplissimas habeat clausulas, & iuramento sit vallatum, prolixe tradit Rolan. à Vall. *consi. 28 nu. 24 & 25. vol 4.* Tiber. Decian *cons 31 nu. 132. vol. 1.* Tertio, si in compromisso dolum malum absuturum adiectũ est, si stipulantis dolo & corruptela factum sit; vt arbiter aliquid iniqui statuerit, ipso iure inutile est arbitrium. Donell. *com. iur. ciuil. lib. 28. cap. 10. fol. 456.*

Circumstantiæ ferendæ sententiæ sunt. Primo, personæ tam arbitrorum, quam litigatorum. Arbitrorum: si in plures coniunctim compromissum est, omnes adesse oportet, vt si in tres arbitrium compromisso collatum est, duo etiam vno absente iudicantes, etiamsi inter se consentiant, nihil agunt. Si vero alternatim in duos sit compromissum: vel clausula: Quod si non omnes adiecta est, vno vel pluribus absentibus disceptationem reliqui suscipere possunt. *leg. item si vnus. §. item si plures. l. Pedius. & leg. seq. de arbitr. cap. innotuit. eod. cap. sciscitatus. de rescript.* Baro *d. l. item si vnus. eodem.*

Secundo, in persona arbitri requiritur, vt iubeat adesse, vel ad disceptationem controuersiæ vocet litigatores. *leg. sed & 49. § arbiter. eodem.* Idque extenditur, etiamsi vocatus absit. Non enim eo magis valet arbitrium, sed pœna aduersus eum committitur, quod in causa fuerit, cur arbiter sententiam dicere non posset, *l. diem. §. si quis litigatorum de arbitr.* Etiamsi valetudine aut alia iusta causa impeditus absit. quod tamen ita explicatur, vt quidem ipso iure pœna committatur, si autem paratus sit impeditus in eundem compromittere, actio denegatur, id est, non vt interpretatur

pretatur Accurs. ipso iure non competit, sed in iure apud prætorem non datur, cum de iusta absentiæ causa constet, si non cõstet, exceptionem addet prætor: Si non reipub. vel alia iusta causa sit absens, vt erudite hunc locum explicat Baro *d. l. quid tamen. §. si quis.*

Tertio, non tantum pręsentia corporis litigatorum, sed etiam animi præsentia requiritur. Vnde licet furiosi, infantes, dormiẽtes, corpore sunt præsentes: Quia tamen animo & intelligendi facultate destituuntur, præsentes non censentur, vt nec sententia præsente pupillo, nisi & tutor adsit, valebit. *leg. diem. §. coram. leg. si compromissum. & leg. de arbitr. leg. apud Labeonem. de verbor. signification.*

Quod ad locum exercendi arbitrii attinet, requiritur, vt eo loco sententia dicatur, de quo in compromisso actum est. Is enim compromisso inesse censetur, *l. quid tamen § & est verius. de arbitr.* Si locus in compromisso non est expressus, is ad dicendam sententiam placuisse intelligitur, vbi compromissum est. *d. l. quid tamen. §. quid ergo. de arbit.*

Quæritur autem, si locus certus cõpromisso non est comprehensus, & cum esset in vrbe compromissum, an circa vrbẽ adesse iubere litigatores possit. Pegasus simpliciter iussum valere putauit, *d. l. quid tamen. §. quid tamen. de arbit.* Sed Vlpianus tum demum valere arbitri iussum, respondet: Si vel arbiter eius sit autoritatis, vel in secessib. agere soleat, & litigatores facile eo venire possint. *l. quid tamen. §. quid tamen. de arbit.*

Secundo in loco ad quem litigatores arbitrii causa vocari possint, requiritur, vt sit honestus. In locum enim inhonestum veluti in popinam, quam gulosi, & helluones arbitri statuere plerunq; solent, vocanti impune non paretur. *d. l. quid tamen.* & ibi Baro *de arbitr.* Quod & eo porrigitur, vt non tantum vnus, sed & alter litigatorum ad locum, quo vocati sunt honeste venire possit. Vnde si is sit locus in quem alter ex litigatoribus honeste venire non possit, alter possit, & is non venerit, qui sine sua turpitudine eo venire possit, & is venit, qui inhoneste venerat, pœna compromissi non committitur. Cum ab surdum sit iussum in alterius

Vu 2 perso-

persona ratum, in alterius autem irritum esse Baro *d.l.quod tamen. de arbitr.*

De tempore arbitrii ferendi, regulariter constitutum est, arbitrum omni tempore sententiam dicere posse, nec quicquam ad rem pertinere diebus feriatis, vel non feriatis, consentientibus vel dissentientibus litigatoribus hoc fiat. *argum. l.mutus. de procuratorib.* Donell. *com. iur. ciuil.* Modo interdiu non nocte ferat sententiam. *§. sedebunt. auth. de iudicib.* Bald. *in l. in eos. C. de appell* gl. *in §. 2. Inst. de verb. oblig.* Rom. & Ias. *in l. more. de feriis.* Alex. & Riminal. Marian. *in l. non minorem. C. de transact.* Pet. Duennas *in tr. reg. reg. 58.* vbi 5. limitationes subiungit.

Tria autem sunt, quæ tempus ferendi arbitrii non idoneum reddunt. 1. est dies Dominicus, hoc enim die iudicia omnia tam ordinaria, quam extraordinaria exerceri prohibentur. *l. omnes. C. de feriis.* Secundo causa differendi arbitrii est, si alteri causæ præiudicium, quod non debet fiat, quod accidit cum is controuersiã hæreditatis moueat, qui cum defuncto cõpromisit, donec enim hæreditatis litigium pendet, arbiter de re compromissa pronunciare nequit. Hæreditati enim præiudicium fieri non oportet *l. non distinguemus. §. si is. de arbit. l. 5. de petit. hæred.* Tertio ratione priuilegii tempore quodam arbitrium exerceri inhibetur. Exemplum est in eo, qui Romæ compromisit mox Romam in legationem venit, non enim cogendus est arbiter sententiam dicere, non magis quam cogeretur si litem antea cõtestatus esset, nunc eam exercere, vt ait Paulus *d l. non distinguemus. §. item si quis. de arbitr.* De ordine procedendi & cognoscendi vide, quæ prolixe tractat Marc. Anton. Blanc. *in tract. de compromiss. inter coniunctos. quæst. 8.* Ioan. Baptist. *de arbitr. lib. 9. & 10.* Modos 30. quibus arbitria ab ordinaria iudiciorum tractatione differant, refert Socin. *in tract. regu. reg. 25.* Et quomodo sit intelligendum, quod dicitur compromissa ad similitudinem iudiciorum redacta esse, vide quoque Nattam *consi. 2. num. 5. tom. 1.*

CAPVT

# Capvt XXIX.

## *De effectis Iurisdictionis.*

### Observata.

1 *Praeceptorum Philosophicorum ac legum politicarum differentia.*
2 *Legum vis & efficacia.*
3 *Politica iuris reddendi ratio in quibus consistat.*
4 *Politicae potestatis duo vincula, leges & arma.*
5 *Effecta iurisdictionis proprie sic dicta duplicia, communia & propria.*
6 *Qui aliarum rerum omnium, idem quoq; iuris tam realis, quam personalis in iurisdictione quaesiti est effectus.*
7 *Dispositio generaliter loquens generaliter intelligenda.*
8 *Generi per speciem derogatur.*
9 *Pro iurisdictione vel asserenda vel neganda, actio confessoria, vel negatoria competit.*
10 *Possessionis iurisdictionis non idem, qui aliarum rerum effectus.*
11 *Non entis nullae qualitates, effecta & adiuncta.*
12 *Cessante causa cessat effectus.*
13 *Actionis vel interdicti causa cessante cessat quoq; eiusdem effectus.*
14 *Praedo nisi causa cognita ex possessione non deiiciendus.*
15 *Notorie iniusta detentio remedia omnia possessoria excludit.*
16 *Possessio, cui ius commune resistit, non releuat ab onere probandi.*
17 *Possessio, quae infringit, possessionem non iuuat, sed damnat possessionem.*
18 *De possessorio habente mixtam causam proprietatis, vulgata interpretum opinio.*
19 *Actio siue iudicium omne à fine persecutionis in petitorium & possessorium diuiditur.*
20 *Nulla actio qua simul de possessione ac proprietate agatur in iure prodita.*
21 L. 2. § quaedam. de interd. & l. 1. §. permittitur. de aqua quot. & aestiu. *explicatio.*
22 *Possessor praesumitur dominus.*

23 *Iurisdictio res publici iuris.*

24 *Moribus contra ius vetus receptum, vt & interdictis vti possidetis, & vnde vi, pro retinenda, vel recuperanda possessione iurisdictionis, quis experiri possit, absque iuris & tituli probatione.*

25 *Effecta propria duplicia generalia & particularia.*

26 *Effectorum generalium quædam ex natiua potestate ipsius iurisdictionis, quædam per alia adminicula fiunt.*

27 *Iurisdictio arguit territorium.*

28 *An nobilitet iurisdictio.*

29 *Nobilitatis politicæ definitio.*

30 *Nobilitandi per diplomata Cæsarea consuetudinem non nouam sed iam Zenonis tempore ante mille annos in vsu fuisse.*

31 *Adminicula quibus effecta generalia iurisdictionis expediuntur, sunt vel actiones, vel officium iudicis.*

32 *Actiones duarum generum, vnum maiestatem Prætoris vindicat. Alterum, quod interest, id persequitur.*

33 *Actiones ad iudicis autoritatem vindicandam propositæ.*

34 *Actionum litigatoribus competentium effecta.*

35 *Effecta propria iurisdictionis, quæ solo officio iudicis expediuntur.*

36 *Potestas condendi statuta, imponendi collectas & alia munera realia, an sit iurisdictionis.*

37 *Notionis primæ partis essentialis iurisdictionis effecta.*

38 *Imperii explicatiui effecta in ciuilibus.*

39 *Imperii explicatiui effecta in criminalibus.*

40 *Imperii executiui effecta ciuilibus.*

41 *Imperii executiui effecta in criminalibus.*

42 *Iurisdictionis propriæ qui effectus.*

43 *Qui mandatæ.*

44 *Delegatæ iurisdictionis effecta.*

45 *Prorogatæ.*

46 *Arbitrii effectus.*

PARTES iurisdictionis politicæ in ipsius reipubl. Romanæ νομοθεσίᾳ καὶ δικαιοδοσίᾳ consistere iam ante aliquoties diximus.

Et quod legum ferendarum potestatẽ attinet, ea vt in aliis omni-
bus, sic etiam in republ. Romana hunc habet effectum, vt iis o-
mnes parere debeant, quod lex sit commune præceptum, quod
omnibus ponitur. *l.2 l.1. de legib.* Et in eo præcepta Philosophо-
rum † à legibus & institutis rerumpublicarum distant, quod illa 1
quidem de moribus recta ac honesta moneant ac iubeant, absq;
tamen parendi necessitate. Duaren. *ad tit. de iustit. & iure. c. 3.* quæ
sint iuris præcepta: his vero cogendi vis † adiuncta sit, qua in eo 2
consistit, vt si non pareant, pœnam subeant contumaces. Pœna
hoc loco, non tantum delictorum animaduersionem, sed iudicia
etiam seu actiones continet, quæ in rebus priuatis & ciuilibus le-
ge dantur aduersus eos, qui quod debuerunt ex lege præstare, nõ
præstant, de quibus erudite & copiose Donell. *com. iur. ciuil. lib.* 1.
*cap. 3. in fine. cap. 17.*

*Δικαιοδοσίας πολιτικῆς*, hic est † effectus, vt *δίκαιον* vel *νόμιμον* vel *ἴσον*, 3
vt distinguit Aristot. *Ethic. lib.* 5. aut manu regia (vt ait Pompon. *in
prin. l. 2. de orig. iur.*) vel secundum latas leges ius reddere, & ad le-
gum ac sententiarum dictarum obseruantiam, vi quoq; militari
contumaces, inquietos ac seditiosos cogere possint rerumpubli-
carũ moderatores. Duobus enim † vinculis omnis publica pote- 4
stas firmatur iudiciorum & armorum. Iustin. *in præfat. Inst.* Steph.
Forcatul. *in com. feud. c. 5. num.* 1. Petr. Gregor. Tholos. *de repub. lib.
11. cap. 1.*

Effecta, quæ ex iurisdictione ea, quæ est in Magistratibus tan-
quam causa proueniunt, in duplici sunt differentia † vel enim 5
communia sunt & propria. Communia quæ sunt iurisdictionis &
iurium rerum aliarum omnium Donell. *com. iur. ciuil. lib. 16. c. 1. nu.*
30. Propria quæ sola iurisdictio efficit.

Qui igitur † dominii pleni, de quo Donell. *comm. iuris ciuil. lib.* 6
*9. cap. 3* vtilis vel quasi dominii, vt appellat Duaren. *de feud. cap. 1.
& 12.* Baro *de beneficiis. lib. 4.* Steph. Forcatul. *com.* Contius *de feudis
cap penul. & vltim.* tractat. feud. Wesenbec. *cap. 9. 10. & vlt.* tractat.
feud. Schraderus *part. 6. & 10.* Borcholt. *cap. 8* Vsusfructus & alio-
rum iurium realium possessionis, de quibus Donell. *com. iur. ciuil.
lib 10. c. 7. 8. 9. 10. 11. & 12. & in lib. 22. de rei vendicat. l. bona fidei. de
acquir.*

*acquir.rer.dom.l.bona.de re iudicat.l fin.C.de rei vendicat.* Bartol.*l.pen. de condit.instit.* Lanfranc.*in cap.quoniam.verb.testium.de probat.* Wesenbec.*ad tit.de acquir.vel amitten.possess.nu.*7. Obligationis de qua *in l.3.de obligat.& actionib.l.traditionib.C.de pact.l.licet.§.ea obligatio. de procuratorib.* Ias. & Zas.*in l.si conuenerit.de iurisd.* Herm. Vult. *in l.1.C.de iurisdict.omn.iud.* idem quoque iurisdictionis, cuius vel plenum vel vtile dominium vsusfructus, vel aliud quoddam ius reale vel obligatio alicui quæsita, est effectus. Sunt enim iura de effectis horum iurium generalia. Ac iuris minime controuersi est, le-
7 gem † generaliter loquentem generaliter intelligendam esse, *l.1. §.generaliter.de leg.præstan.l.fin.C.de dot.prom.* Eberhar.*in loco à generalitate.num.2 l.3.de offic.præf.vrbi.l.reg.§.fin.de iur.& fact.ignorant.* iisque tamdiu standum donec generalitati derogatum esse doceatur Godd.*l.vestis.127.de verb.significat.num.2.* Id quod in vni-
8 uerso iure tralatitium est, quo semper iis, quæ generaliter † tractata sunt, derogetur per speciem *l.in toto iure.* & ibi Deci. Cagnol. & Cuiac.*de regul.iur.capit.generi.* Vbi Dynus & alii *de regul.iur.in 6.* Vbi igitur de iurisdictione specialiter est dispositum, eo generalis illa dispositio non extenditur, *argum.l.doli.clausul.319.* & ibi Dd. *de verb.oblig.* Schraderus *in tr.feud.part.10.sect.3.num.16.* Ad effe-
9 ctum communem † iurisdictionis cum aliis iuribus quoque refertur, quod sicut in aliarum rerum incorporalium, sic quoque iurisdictionis vel vtilis dominii, vel vsusfructus, vel alius in iuris realis nomine vtilem confessoriam & negatoriam competere tradant interpretes Iason & Zasius *§.æque.Instit.de act.* Ferrar. *in forma libell.action.confessoriæ.§.plenum.num.7.* per notata Innocen. *in cap.conqueren.de offic.ordinarii.* Wesenbec. *ad tit. de iurisd.num.13.* Schneid.*ad d.§.æque.Instit.de act.* Suaretz *thesaur.receptar.sent.lit.A.nu.52.* Oldendorp *class.4.act.4.nu.5.*

Exemplum vero, vbi generi per speciem derogetur est in ef-
10 fectu possessionis. Hæc enim etsi quoad res † alias omnes, vt si in ea turbemur, vti possidetis interdicto contra turbantes vel molestantes. *l.1 §.illud enim.vti possidetis.l.1.C.eod.* Old.*class.2.act.4.* Si autem deiiciamur, interdicto vnde vi experiri. Oldrad. *d.class.2.act.10.* Resistere etiam propria autoritate possimus omnibus, qui posses-

possessioni impedimentum aliquod creant, *l. quemadmodum*. §. 1. *ad l. Aquil.* Bartol. post gloss. *in l. 1. §. interdictum. num. 3. de interdict.* per *l. 1. § vim vi. l. 3. l. cum igitur. de vi & vi arm. l. fin. C. si per vim vel alio modo*. Horum tamen nihil est in possessione iurisdictionis, supra enim *cap. 6.* ostendimus iurisdictionis, tanquam Reipublicæ possessionem a iure improbatam, nullam & inualidam esse. Cum itaque non † entis nullæ sint qualitates, effecta & adiuncta *l. 3. de* 11
*vsufruct. l. eius, qui in Prouincia. si cert. petat.* ac cessante causa † effe 12
ctus quoque cesset. *leg. in omni. de adoptionib. cap. per translationem. de renunciat. l. licet. §. ea obligatio. de procurator.* Tiraq. *in tract. cessante causa. par. 1. nu. 12.* Et in specie causa actionis † vel interdicto cessante 13
ipsum quoque interdictum cesset. *l. si procuratorem. §. mandati. l. si pro ea. C. eod.* & ibi Bald. *quæst. 8.* Tiraq *in tract. cessante causa. part. 1. in verb. actionis. nu. 22.* Sequitur turbatum vel spoliatum iurisdictionis possessione, vel quasi, hisce interdictis non agere, multo minus ea, quæ ad defensionem possessionis propria autoritate suscipiendam pertinent, facere posse. Etsi enim regulariter nec prædo † nisi cum causæ cognitione, sit priuandus sua possessione, & 14
spoliatus ante omnia restituendus *d. l. fin. C. si per vim vel alio modo. cap. licet Episcopus. de præb. in 6.* Id tamen saltem locum habet, quando est dubium de iure † possidentis, secus autem, si notoria sit 15
eius iniustitia Roman. *consi. 299.* Hieronymus Gratus *consi. 66. nu. 17. lib. 2.* Notoriæ enim exceptio nunquam exclusa censetur Cæsar Contard *in leg. diffamari. limit. 2. num. 24 & num. 26.* Vbi dicit: Possessionem † cui ius commune resistit, non releuare ab onere 16
probandi per *l. vis eius. C. de probat.* & ex Bald. *in d. l. vis eius.* Possessionem † quæ infringit possessionem non iuuare, sed damnare 17
possessorem. Sed ei, quod diximus, possessionem iurisdictionis deiecto vel turbato ad restitutionem, vel redintegrationem nihil prodesse, obstare videtur, quod per manus traditur ab interpretibus, esse quidem possessorium † iurisdictionis, non simplex, sed 18
mixtū vel habens admixtam causam proprietatis. Sic Menoch. *in tract. de remed. possess. remed. 3. nu. 50.* dicit, turbato quidem in possessione iurisdictionis competere interdictum vti possidetis, sed non simpliciter, sed ita, vt non sufficiat docere possessionem &

turbationem, sed necessaria quoque sit tituli & iuris probatio. Idem tradit Cæsar Contard. *l. vnic. C. si de mom. possess.* Alciat. *consil. 408. nu. 7.* Idque probari arbitrantur per *l. 2. § quadam. de interdict. d. l. 1. § permittitur. de aq. quot. & æstiu.* Bellamera *decis. 49. nu. 2.* Dec. *cons. 45. num. 8. vol. 1.* Et in specie quod in possessorio iurisdictionis necessarium sit, colorare titulum, & alia iuris adminicula adducere, indeque possessorium non merum, sed mixtum affirmat, Ias. *consi. 183. col. 2. vol. 2.* Cassiodor. *decis. 1. nu. 10. de restit. spol.* Alexan. *in l. naturaliter. §. nihil commune. col. 4. de acqui. poss.* Caccialup. *in l. imperium. num. 22. in 6 quæst. de iurisd.* Paris *consi. 98. colum 2.* Verginius de Bocatiis *in constit. Ægidian. nu. 179.* Idem obtinere in laico, quoad possessionem beneficii Ecclesiastici Menoch. *recup poss. remed. 15. nu. 458.* Decimatum Petr. Gregor. Tholosan. *Syntag. lib. 2. c. 24.* in Abbate contendente se habere possessionem iurium Episcopalium. Menoch. *retin. possess. remed. 3. n. 588.* Bellamera *in decis. concl. 49.* vbi generaliter decidit, quod interdicta, in quib. possessio haberi non potest, nisi à superiore, id est, Principe concessa fuerit, dicantur habere causam proprietatis, id est, quod in iis obtinere non possit docens de possessione, nisi etiam in aliquo doceat de proprietate. Ægid. *decis. 433.* Boer. *decis. 150. n. 10.* Bal. *in l. si solennib. C. de fide instru.* Rota *decis. 1. in vlt. addit. de restit. spol.* Vbi dicit, quod quando alicui resistit ius commune, compellatur edere titulum suæ possessionis si non resistit, sed possessio haberi non potest sine titulo, tunc pro colore titulus est producendus, vt in beneficialibus, si vero possessio haberi potest sine titulo, non est producendus titulus.

Ego vero præmissis non obstantibus, nec in iurisdictionis, nec aliarum rerum sacrarum religiosarum vel publicarum possessorio causam possessionis & proprietatis ita coniunctam vel mixtã esse arbitror, vt quo agens in iudicio obtineat, proprietatem siue
39 ius & possessionem simul probare necesse habeat. Certum † est enim actionum omnium à fine persecutionis eam summam esse diuisionem, vt vel possessionis vel proprietatis causa instituantur: Vnde vulgata iudiciorum in petitoria & possessoria distinctio. Maranth. *de ord. iudicior. part. 4. distinct. 7.* nullum autem actionis

nis † genus in iure est proditum, in quo & vtrunque sit deducendum, isque iudicii exitus, vt & simul ius ac possessio agenti adiudicetur. 20
Ac locis † ab interpretibus adductis ex *l. 2. §. quadam. de interd. & l. 1 §. permittitur. de aqua quotidian. & æst u.* ad quæ sententiæ vulgatæ origo omnis refertur. Anton. de Matthæis *in reg. spoliatus ante omnia restituendus, Fall. 22. num. 56.* Bellamera *decis. conclus. 49 numero 1,* Menoch. *de remed. possessor. remed. 5. retin. possess. numer. 2.* nulla proprietatis & possessionis mixtura, vel actionis in rem cum interdictis possessoris in iudicio coniunctio, sed *d. §. quadam.* hoc tantum ostenditur. Etsi pleraque interdicta possessionis vel adipiscendæ, retinendę vel recuperandæ causa sint comparata *prin. institut. de interdict.* Reperiri tamen nonnulla, quæ rei persecutionem, siue proprietatis causam contineant, vt interdictum *de itinere actuque priuato*, & quæ de locis sacris & religiosis proponuntur. Duaren. *disputat. libro 1. cap.* 19. Ac licet *in dict. §. permittitur. l. 1. de aq. quot. & æsti.* respondeat Vlpianus Aquæ vel ex castello, vel ex riuo, vel quo alio loco publico ducendæ ius nulli alii competere, nisi cui à Principe concedatur. Inde tamen non sequitur, ad ius illud in iudicio obtinendum, simul possessionem probare necesse esse, sed vbi titulus vel ius probandum possessionis probatio superuacanea est. Ideo enim in rebus priuatis sola possessio ad obtinendum in interdictis *vti possidetis & vnde vi* sufficit, quod earum rerum possessores præsumantur † domini. 21 22
Angelus *in leg. qui vniuersas. de acquiren. possess.* Socin. *consi.* 131. *l. clauibus. de contrah. empt. l. si ergo. §. dotis. de iur. dot.* Bartol. *in l. 1. quor. leg.* Cum autem fortior ea sit præsumptio, quæ fauet Rebus publicis, sacris & religiosis, violento & improbo istarum detentori ad retinendam vel recuperandam possessionem ereptam nihil prodest, sed ipsius iuris probatione opus est, Iason *in leg. si priusquam. de noui oper. nuntiat.* Menoch. *in retin. possess. remed vlt. nu. 24.* Anton. de Matthæis *in reg. spoliatus. fall. 22. num. 56.* Bellamer. *in decis. conclus. 434. in fine.*

Cum igitur iurisdictio † vt satis ante ostendimus, sit iuris publici, propter improbatam priuatorum possessionem Albericus de Rosate *in l. fin. nu. 12. col. 7. in fin. C. de iurisd. omn. iud.* Petra *de fidei-* 23

*com.q.3.nu.385*. Non nisi actione in rem, probata reipublicæ concessione peti potest. Cum sine actione nemo experiatur, ac deficiente interdicto possessorio ad actiones in rem recurrendum sit. *l.is qui destinauit.de rei vend.*

24 Quicquid autem sit de iure, certe moribus † & consuetudine cuius nutu iura omnia, tam publica, quam priuata circumaguntur, vt solius possessionis & turbationis probatio ad retinendam vel recuperandam possessionem iurisdictionis sufficiat, tradit Specul. *in tit. de restit. spoliat. §. spoliatus. num. 7. & seq.* gloss. & Dd. *in l.1.C. vti possidetis.* Idem Bart. *n l. idem est. §. vnde vi. de vi & vi arm.* quem refert & sequitur Oldendorp. *class. 2. act. 10. num. 6.* In eam quoque sententiam, quod nimirum, vt quis interdicto vti possidetis, pro retinenda possessione iurisdictionis vti possit, sufficere allegationem & probationem, duorum substantialium ac principalium requisitorum, possessionis scil. ex parte actoris, ac turbationis ex parte rei conuenti. In Camera quoq; retulit & consuluit Mynsing. *consi. 16. nu. 3. & 42.* Et hactenus de communib. iurisdictionis effectis.

25 Propria effecta † in duplici differentia sunt. Quædam enim sunt iurisdictionis solius quidem, sed in genere specierum vel partium omnium. Quædam singulis partibus vel speciebus sunt propria.

26 Propria † generalia, vel quæ, vt ait Porphyrius, μόνῳ καὶ παντὶ conueniunt, rursus in duplici sunt differentia. Quædam enim ex natiua sua potestate, quædam aliorum adminiculo facit.

27 Eorum, quæ iurisdictio † sua natura efficit, exemplum est in probatione finium territorii. Vnam enim & communem iurisdictionem territorii quoque vnitatem & communitatem arguere tradunt, per *leg. 3. de offic. adsessor.* Fab. de Anna *consi. 59. num. 4. & 26.*

28 Huc quoque pertinet, quod per manus † traditur, iurisdictionem datam plebeis & priuatis nobilitare. Tiber. Decian. *consil. 11. num. 6. volum. 3.* Tiraq. *in tract. de nobilitat. cap. 6. num. 41.* Maxime à Principe collata. And. de Isern. *in cap. 1. §. Persona. in tit. per quem fiat inuestitura, & in cap. 1. colum. 1. vers. item propter dignitatem. in tit. de capit.*

*cap. 1. qui cur. vend.* Tiraq. *in tract. de nobilitat cap. 7.* Luc. de Penna *in l. mulieres. colum 2. versic. 4. C de dignitatib. lib. 12.* Paul. de Cast. *consil. 461. num. 1. vol. 2.* Tiber. Decian. *consi. 7. num. 51. volum. 3. & consi. 21. nu. 48. vol. 1.*

Verum hæc de nobilitate in genere, qua homines vel virtute, vel diuitiis, forma, viribus, honore, vel aliis rebus excellentiores, notiores ac clariores efficiuntur, quas Græci γνωρίμους appellant, Aristot. *politic. l. 4. cap. 14.* Vt de feudo quoque in genere dicitur, quod semper sapiat aliquid nobilitatis à plebeia conditione alienæ. Stephan. Forcatul. *in com. de feudis. cap. 4. num. 7.* Non autem de ciuili illa, † quæ est excellentia beneficio Principis ac legis in 29 aliquem collata, qua Plebeiorum numero eximitur Baro *de nobilita. lib 3. c. 2. & in tract. feud. lib. 2. cap 4.* & alia priuilegia consequitur, de quibus prolixe Tiraq. *in tr. de nobil. cap 6.* Quam nobilitandi consuetudinem † non nuper, vt quidam existimant cœpisse, 30 sed Zenonis tempore ante 1000. annos in vsu fuisse, erudite ostendit Conrad. Lag. *in Method. iur. ciuil. par. 2. l. quoties. §. viros. C. vbi senator. vel clarissimi.* qua Imperator disertam facit mentionem nobilitatis sine administratione per honorarios codicillos collatæ. Vnde satis constat, eodem modo & olim ab Imperatoribus ordini nobilium adscriptos esse Plebeios, vt nunc priuilegiis Cæsarum istius ordinis dignitate ornantur. Idq; vel ab ipso Principe, vel aliis quibus eam potestatem concessit, vt post Bart. *in l. 1. col. vlt. C. de dignitatib. per l. de quib. in fin. de legib.* tradit Tiraq. *in d. tr. de nobil. c. 6. nu 9.*

Adminicula, quibus effecta † generalia iurisdictionis expe- 31 diuntur, sunt vel actiones, vel officium & manus regia iudicis. Actionum & iudiciorum ad tuendam † ac defendendam iurisdi- 32 ctionem comparatorum duo sunt genera. Vnum quo principaliter maiestas ac dignitas eius, qui iurisdictioni præest, vindicatur.

Alterum, quo litigatori, & ei, cuius interest, non contemni ac sperni autoritatem iudicantis subuenitur.

Ad prius pertinent primo: Actio popularis † proposita in e- 33 dicto de albo corrupto. *l. si quis id quod. de iurisd.* quo pœna 50. au-

reorum statuitur in eos, qui contempta Prætoris autoritate, id quod iurisdictionis perpetuæ causa in albo propositum erat, corrumpebant. Iason *d. l. si quis id quod. de iurisdict. om. iud.* Oldendorp. *class. 1. act. 3.*

Secundo, actio pœnalis, ex *l. si quis ius dicenti non obtemperauerit,* prodita, magistratui in eos, qui imperio ipsius ad executionem iurisdictionis pertinenti non obtemperauerit. Old. *d. class. 1. act. 2. numero 4.*

34 Ad alterum referuntur: Primo, actio † ex edicto Prætoris *ne quis eum, qui in ius vocatus est, vi eximat*, quæ non tantum data fuit in eum, qui manibus raptum, vocatum abstulit, sed & in illos, qui dolo vel per se, vel per alios quoquo modo fecerunt, quo minus sisteretur reus. *l. 4. ne quis eum, qui in ius vocat.*

Secundo, actio in factum, qua tenetur is, qui à Prætore missum in possessionem non admittit, *l. 4. de dam. infect.*

Tertio, actio prodita in eum, qui spreta autoritate iudicis dolo malo molestat missum in possessionem. *l. 1. §. hac actio. Ne vis fiat ei, qui in poss. miss. est.*

Quarto, actio iudicati, *l. 4. l. miles. §. qui iudicati. & §. vlt. C. de re iudic. l. 1. C. de recept. arbit. l. 1. C. quando ex fact. tut. vel curat.*

Quinto, iudicium quoq; capitale proditum est in eos, qui alienam iurisdictionem inuadunt, Matth. de Affl. *in tit. de feudo marchiæ. col. 2.* Ioan. Iacob. de Leonardis inter consilia feudalia Alberti Brun. *consi. 114. nu. 85.* Pet. de Bellapertica, Cyn. & Bal. *in l. addictos. C. de episcop. audien.* Roman. *sing. 747.* Boer. *decis. 85.* Ferdin. Vasq. *illustr. quæst. lib. 1. c. 21. in fine.* Sexto, huc quoque refertur, quod iurisdictionem habens alterius opem possit implorare ad iurisdictionem suam explicandam. *c. 1. de off. ordin.* Pet. Costal. *ad l. vnic. Si quis ius dicenti non obtemperauerit.*

35 Effectuum propriorum † iurisdictionis, quæ officio solo iudicis, vel manu regia expediuntur, exemplum est in datione tutorum, *l. 1. de offic. omn. iud. l. nunquam à Præside. C. qui dar. tut. vel cur. l. 1. § fin. de tut. & curat. datis ab his.* Iurisdictionis etiam generalis effectus olim fuit potestas dandorum iudicum *l. 1.* & ibi Baro *de iurisd. omn. iudic.*

Ad

Ad hanc classem quoq; multa alia ab interpretibus referuntur. Et primo potestas condendorum † statutorum Franc. Claperius *in tr. de iurisd. nu. 8. conclu. 6. versi. sed legis.* post Bart. *in l. omnes populi. num. 3. & 5.* vbi & Iason *num. 27.* Vnde Bald. *in cap. cum omnes. de constit* potestatem condendi statuta & iurisdictionem esse connexa, quod & Molin. probat *in consuetud. Paris. in princ. nu. 38.* Vasq. *illustr. controuers. cap. 34. num. 2.* & alii relati à Pet. Heig. *quæst. 23 nu. 32. lib. 1.* Et quod edictorum ac statutorum publicatio sit iurisdictionis, tradit Innoc. *in cap. dilectus. num. 5. versic. qualis autem possessio. de capell. monachor.* Abb. *consi 64. nu. 9. & seq.* Petra *de fideicom. q 12.* Quod quidam cum hoc temperamento accipiunt, vt tamen principis confirmatione opus sit. Bald. *in l humanum. 8. C. de legib.* Vasq *illustr. controuers. cap. 47.* Coler. *de processib. executiuis. part. 1. cap. 3.* Collectarum quoque impositionem iurisdictioni adscribunt Albericus de Rosate *in l. fin. num. 9. de iurisdict. omn. iud.* Alex. *consil. 78. num. 8. volum. 6.* Bal. *in d. l. data opera num. 43. C. qui accus. non possunt.* Alexand. *consi. 44. ad fin. volum. 4.* Petra *de fideicom. q. 12. nu. 392.* Et quod iurisdictio dicatur radix omnium onerum tam realium, quam personalium, scripsit Anchora. *consi. 218.* & Ægid. Thomat. *in tr. de collect. in prin. n. 7.* Tiber. Decia. *cons. 41. n. 41. vol. 2.* Menoch. *retin. poss. remed. 13. n. 587.* 36

Verum imperite ac ἀπολιτικῶς hæc ad iurisdictionem referri ex iis cõstat, quæ supra de discrimine Imperii totius politici & iurisdictionis, quã habet ipsa respublica, & aliis speciebus cognatis, & ea quæ proprie iurisdictio appellatur, dicta sunt, ex quibus satis liquet νομοθεσίαν non ad hanc, sed ad iurisdictionem, quæ in ipsa politia cõsistit pertinere. Ac munerum indicendorum potestatem non iurisdictionis, sed summi imperii vel potestatis politicæ effectum esse.

Nec quoque iuuant sententiam eorum, qui potestatem condendorum statutorum ad iurisdictionis solius effectum referunt, quæ de Principis confirmatione adiiciuntur. Cum enim Princeps confirmat actum per se nullam non confirmat e, sed pro sua autoritate statuere intelligitur, vt potius valeat, quam pereat, quod actum est, & eo casu confirmans spectatur non confirmatum.

tum. *leg. Adoptio.2.de adoptio.§.fin.Instit. de tutel.l. legata inutiliter.de legat.* Baro *in l.si quis priore.num.3. ad SC. Trebell.* Zas. *in l. more.de iurisdict.omn.iud.* Paris *consi.19.nu.15.vol.1.* Geil. *obser.lib.2.obs.1.nu.16.* Et confirmationem hoc casu legis autoritate obtinere, per text. *l.1.§.sed neque.C.de vet.iur.enucleand.* tradit Steph. Forcat. *in com. de feud.c.1.nu.9.* Ac tantum de effectis propriis generalibus. Ad effecta propria particularia, quod attinet, supra quoad ipsam essentiam, qua consistit, Iurisdictionem primo diuisimus in notionem & imperium.

37 Notionis effecta † sunt causæ cognitio, ac iudicatio *l.licet.C.de iudic.* Donell. *com.iur ciuil.lib.24 cap.9.*

Imperii duo membra esse diximus, explicatiuum & executi-
38 uum. Ad explicatiuum † pertinent in ciuilib. generaliter omnia decreta, dicta vel facta iudicis, quæ ad explicationem iurisdictionis pertinet. Quæ remedia prætoria appellantur. *l.1. §. quid ergo. de ventre inspicien.l.2.de iudic.* Huc pertinent primo omnes sententiæ interlocutoriæ, quæ sunt qualibet vox, vel iussus iudicis, ad causæ cognitionem faciens. Bal. *in l.arbitro.qui satisd.cog.* Angel. *in l.ex stipulatione.C.de sentent.* Marant. *de ord.iu.par.6.d sent.versic. Expedita 2.parte.nu.2.* Interlocutoriæ enim omnes vel ad processum præparandum aut instruendum, aut simile aliquid, quod ad expeditionem causæ pertinet, referuntur. Damhud. *in praxi rerum ciuil.c.144.nu.13.*

Secundo, huius imperii quoque sunt interdicta, quæ nihil aliud fuerunt olim, quam interlocutoriæ sententiæ iudicis interim dictæ, dum plenius principali iudicio de re disceptetur. Sic enim definiuntur formæ & conceptiones verborum, quibus prætor aliquid fieri iubebat, aut prohibebat, maxime cum de possessione inter aliquos esset contentio, *prin.Instit.de interdict.* Wesenbec. *de interdict.cap.1.& 2.* Ioan. Gillot. *in tr.de iurisd.lib.2.cap.13.* vbi vtrasq; vindicias tam summarias, quam plenas & integras huius imperii esse dicit.

Tertio, in specie ad effectum huius imperii, referuntur missio, ex primo decreto *l.Fulcinius.§.1.ex quibus caus.in possess.eatur.l.si finita §.Iulianus.* & ibi Bartol. & Doctor. *de damn.infect.toto tit.C.de bon. iud.*

*iud. autoritat. possid.* Baro *var. q. 1. fol. 25.* Quod imperii huius maximum est remedium *l. iubere. de iurisd. l. cognitio. § 1. de offic. eius.* Et si prima missione non corrigatur cõtumacia rei, immittit actorem ex secundo decreto *d. l. si finita. §. Iulianus, de dam. infect.* Bar. *in l. cum proprias. de bon. autoritat. iud. possid.*

Quarto, ius indicendæ mulctæ non quatenus ad coercenda crimina, sed quod puniendam contumaciam & ad explicandam ac tuendam cognitionem & definitionem pertinet, de quo interpretes *in tota l. 1. si quis ius dicenti non obtemp.*

Quinto, pignorum captio pro expediẽda iurisdictione ac coercenda contumacia. *l. quid ergo. de ventre inspiciend.*

Sexto, ad coercendam quoque contumaciam sequestratio fructuum rei petitæ in iudicio pertinet. *cap. quoniam frequenter. §. porro. vt lite non contestata.* Abb. *cap. olim ex literis.* & ibi Felin. *de rescript.* Non tantum autem propter contumaciam litigantium, sed & propter alias causas complures, quo recte ac vtiliter iudiciũ explicari possit, sequestratio vi imperii huius decerni potest. De quibus prolixe Coler. inter limitationes ad regulam: *Quod sequestratio sit prohibita. de processib. executiu. c. 2. p. 1.* & Cludius *in tr. de iure sequestrat. c. 1.*

Septimo, ad eundem finem iudex quoque præceptum de non alienando decernere potest, de quo Bartol. *in leg. si sciens.* per illum text. *de contrah. empt.* Coler. *de processib. execut. part. 3. cap. 11. num. 10.*

Octauo, huc quoq; pertinet manuum illa iniectio morib. introducta, quam arrestum vel arrestationem vocamus, cum alicui interdicitur, ne excedat ex eo loco, & res suas dimoueat, nisi reb. cum eo compositis, qui de illo apud iudicem questus est, de quo Coler. *d. iam loco. nu. 35. 38. 40. 41.*

Nono, quod propter suspicionem fugæ, ac dilapidationis rerum suarum, debitorem etiam carceribus mancipari iubere possit iudex, eo fine, vt creditor ius suum possit consequi, nec elusorium sit iudiciũ, per *l. si fideiussor. §. fi.* & ibi Bal. & Ias. *qui satisd. cog.* Coler. *de processib. execut. par. 1. c. 3. n. 153.*

Decimo, Iudex contumaciam ac improbitatem litigatorum

denegando actiones coercere potest. Quod iurisdictionem denegare dicit IC. *in l. sed et si per prætorem. §. ait Prætor. ex quib. cauſ. maior.* Scipio Gentil. *de iurisd lib 1. c. 10. in prin.*

Non tantum in illa causa, in qua contumaciam commisit, sed & generaliter in omnibus aliis ab eo intentatis. Textus & gloss. *in dict. leg si per Prætorem. §. sed si dum. ex quibus cauſ. maior.* & ibi Angelus & Iaſon *in leg iusiurandum. §. ait Prætor. de iureiurando.*

Vndecimo, non agenti in termino præstituto in casu l. diffamari, vi huius imperii perpetuum silentium imponitur. Angel. *in leg. vnica. C. vt nemo inuitus ag.* Innoc. *in cap. cum in tua. Cod qui matrem accuſ. poſſ.* Cæsar Contard. *in l. diffamari fol. 35. num. 8.* Plura de pœnis contumaciæ vide apud Mara. *de ord. iud. p. 6. art. contumaciæ. nu. 15.* & Dd. *in l. 1 si quis ius dic non obte.* Bald. *in l. si curatoris. C. de ſuſp. tutor.* vbi nouem. & *l. 1. nu. 12. C. de hære. inſtit.* vbi 12. recenset pœnas contumaciæ.

Duodecimo, olim huc quoq; pertinuit. Quod suggerente æquitate potuerit iubere reum respondere, quo iure rem petitam possideret. *l. si defenſor. 10. § fin. de interr. act.* Maran. *de ord. iud. p. 6. art. de interrog. n. 3.* Sed hoc tempore interrogationes non ad fundandum intentionem actoris, instituendumq; iudicium, sed ad probationẽ solummodo valent, quæ ex confessione aduersarii apud iudicem facta eliciuntur. *l. 1. in fin. eod tit.* idq; iure communi. Legibus autem Saxonicis vtrunq; in vsu esse desiit. Wesenb. *ad tit. de interrog. act. in fine.*

Decimotertio, testes quoq; ad ferendum testimonium autoritate prætoria cogi possunt vel captis pignorib. vel mulctæ irrogatione. Censura quoq; ecclesiastica pro fori diuersitate. Iustus Reub *in tr. de teſtib. p. 2. n. 171.* Et in quibusdam casib. tormentis veritas elici potest. De quibus vide copiose tractantem Ægid. Boss. *in tr. de teſt tit. de tort. teſt.* Tynd. *de teſt. c. 12.* Spec. *de teſt. §. 1. verſ. Item quod est ſeruus.* Punire quoq; deierantes *l ait Prætor. de iud.* Damh. *in prax. rer. ciuil. c. 209. nu. 2.*

Decimoquarto, Iudex in contumaciam colonis & inquilinis prohibere potest numerationem pensionum, & culturam agrorum.

rum. De quo Abb. *in c. pergrauem. de sent. excom.* Marant. *de ord. iud. p. 6. de contum. nu. 26.*

Decimoquinto, contumaces quoque prehendi ac duci iubere potest iudex *l. sacrilegii §. vlt. ad leg. Iul. peculat.* text. & gl. *in l. consentaneum. C. quomod. & quand. iudex. & in §. si vero etiam quidam. in auth. de exhib. reis.*

Decimosexto, tormentis quoq; detrectantes ad iudicium suscipiendum adigere potest. Bald. *in l. accusationem. col. 3. C. qui accus. non poss.* Paris *in tract. de syndicatu. in vers. tortura. in c. sequitur. quæst. & col. fin.*

Decimoseptimo, ad frenandam contumaciam litigatorum excommunicatio quoq; à iudice Ecclesiastico adhibetur gl. *in c. 1. de dolo & contum. nu. 6.* gl. *in c. constitutus. de sent. excom. nu. 6.* Bal. *in l. 4. C. de procur.* Fel. *in c. 1. col. 5. de iudic.*

Decimooctauo, ad hanc imperii speciem quoque pertinet, quod licet iuuito non possit dari dilatio ad agendum vel probandum: Tamen propter diffamationem & alias iustas causas, quarum II. recenset Cæsar Contard. *in l. diffamari. in ampliat. à n. 3. vsq. ad num. 18.* & plures Dd. *in l. 2. de re iud.* ac Georg. Natta *in rep. clem. sæpe. in pr. de verb. sign.* plures per gl. & Dd. *in c. 1. §. 1. de rest. spol. in 6.* Nic. Boet. *decis. 225.* non tantum ad agendum, sed exceptionibus etiam tam dilatoriis, quam peremptoriis proponendis, item ad producendum omnia iura ac documenta sua terminum statuere potest. Bal. *in l. pupillus. C. de vsur. pupill.* Bar. *in l. edita. C. de edendo.* Felin. *in c. pen. n. 9. de iud.* Oldendorp. *in l. diffamari. nu. 12. C. de ingen. & manumiss.* Capel. Thol. *q. 198. vers. contrariam sententiam.* Alb. de Ros. *in d. l. diffamari. & in l. 4. de bon. autor. iud. possid.* Paul. de Cast. *in auth. iubemus. nu. 6. C. de ingen. & manumiss.* Zabarell. *consi. 23.* Purp. *in l. postquam liti. nu. 35. C. de pact.* Rot. *decis. 305. in antiq.* Cæsar Contard. *in com. d. l. diffamari. in ampliat. nu. 1. & 87. & 89.* Blarer. *in repet. eiusdem l. c. 1. n. 2.*

Decimonono, ad iudicii explicationem & reorum contumaciam coercendam, proscriptio quoque siue Bannum adhibetur, quod mulctæ æquiparetur, vt post Accurs. & Bar. Gentil. *de iurisd. lib. 1. c. 13.* Cæsar Contard. *in l. diffamari. fol. 34. n. 7.*

Tandem huc quoque pertinet, vt aduocati calumniis & maledicentia cursum iudiciorum remorantes, vel ordine mouere vel aliis pœnis pro arbitrio coercere possit iudex. *l. 1.* & ibi Paul. de Cast. *C. de postuland.* Bart & alii *in l. fi. C. de procurat.* Imol. *in c. in pertractand. col. fin. de iuram. cal. l. 1. C. de aduocat. diuersor. iud. l. Imperator. cum l. seq. de postuland.* Alciat. *in l. si calumnientur. de verborum signific.* Wesenbec. *ad titul. Cod. de aduocat. diuersor. iud.* Scipio Gentil. *de iurisdict. lib. 1. cap. 15. in fine.* Alexand. Straticus *practicarum obseruation. cap. 8.*

De iure Saxonico ingens pœna in contumaces constituta ad hoc imperium pertinet, vt nimirum pro confessis ac conuictis habeantur, nisi probent se legitime impeditos, de quo Coler. *de processib. execut cap. 2. part. 1. nu 13.* contra regulam iuris communis, quo pœna ob contumaciam irrogata temporalis esse censetur, vt nimirum locum habeat, dum durat contumacia Bal. *in l. 1. C. de postul.* Canon. *in ca. ex literis.* per illum text. *de const.* inprimis Decius *num. 16.* Cæsar Contard. *ad l. diffamari. in ampliat. nu. 32.* Plura de effectu huius imperii, vide apud Cæs. Contard. *in l. diffamari. in ampliationib. fol 93.*

39 In criminalibus † imperii huius explicatiui effectus est, vt præcedente qualicunque informatione reum carceribus mancipari iubere possit iudex, si sit crimen tale, quo pœnæ corporis afflictiuæ irrogationem requirat. Blanc. *in tr. de iudic. n. 6.* Angel. *de malefic. in verb. Iudex commisit.* quod Caius *nu. 4.* Bos. *de captura. n. 3.* Iul. Clar. *recep. sent. lib. 5. § fin. q. 28. nu. 2.* Gomez. *var. resolut. tom. 3. de capt. reor. in fin.*

Secundo, non tantum prehendere ac ducere reos potest per se, vel apparitores suos, sed etiam occidere vel vulnerare, si se cum telo defendere, vel fuga, vel alio modo se subtrahere conentur. *l. si seruus. C. de his, qui ad eccles. confug.* & ibi Bart. Alberic. de Rosate Faber. Salic. & communiter alii interpretes. Bal. *in l. fi. C. de exhib. reis.* Hippol. de Marsil. *in l. 1. ad d. l. Corneliam. de Sicar.* Gomez. *var. resolut. tom. 3. c. 19. de captur. reor. nu. 6.*

Tertio, huius quoq; Imperii effectus est, vt in causa criminali reus contumax condemnari possit ad tertiam partem mobilium & re-

& reliqua eius bona annotari. Et si perseueret in contumacia, fisco addicantur eius bona, & pro rebelli ac proscripto habeatur, And. de Iser. *in c. 1. §. si vero violato. col. 1. de pace tenend. & in c. 1. in pr. in 2. col. in tit. hic finitur lex.* quem sequitur Marant. *de ord. iud. par. 6. art. contumacia. nu. 14.*

Quarto, vbi delictum aliter probari nequit, tormentis reum subiicere potest. Angel. *in l. fin. C. de quæstionib.* Boer. *decis. 163. nu. 1.* Didac. Couarru. *practic. quæst. quæst. 23.* Plura ad hoc imperium in criminalibus pertinentia, vide apud Iul. Clar. *in pract. crim.* & Gomez. *var. resol. c. 9. & 13.*

Ad imperium † executiuum in ciuilib. omnia referuntur, quibus iudicata ad effectum perducuntur Ioan. Emeric. à Rosbach. 40 *in process. iuris. tit. 79. nu. 5.*

Expeditur autem hoc imperium ad quamcunq; actionem iudicatum sit, vel pignorum captione per ministros & apparitores, vel data facultate iurandi in litē, vel manu militari. *l. qui restituere. de rei vend. l. pen. ne vis fiat ei, qui in possess. missus est. l. 2. §. qui latro. l. 5. C. de iurisd.* Scipio Gentil. *de iurisd. lib. 1. c. 17.* Conrad. Lag. *in method. iuris. par. 5. c. 32. nu. 7.*

Ac non tantum post latam sententiam, quæ transiuit in rem iudicatam, sed interdum etiam qualicunque præmissa causæ cognitione, vel ad nuda narrata supplicantium præcepta executiua vi huius Imperii decernuntur adiecta clausula vulgari: Si te grauatum senseris, de quibus post Angel. *in §. curare. num. 10. Instit. de actionibus.* Bald. *in l. defendite. num. 1. de autoritat. tutor.* Maranth. *de ordin. iudicior. part. 6. in tit. sententia. num. 27.* vide Coler. *de process. execut. par. 1. cap. 2. num. 8. & 231. 233. 234.* Vbi non obstantibus iis, quæ de nullitate eiusmodi decreti executiui, non absque ratione adducuntur ab Angelo *in d. §. curare.* Id vsu hoc tempore tam in foro ciuili, quam Saxonico & Canonico etiam obseruari affirmat. Idque multo magis, si ex statuto vel morib. locorum instrumenta confessata habeant paratam executionem, vt in Italia instrumenta, quæ Guarentigiata nominant. Bald. *in l. vnic. num. 3. de confess.* & in terris Saxonicis ex constitutione Electoris Augusti instrumenta tam publica, quam priuata sigillo debitoris firmata

non negata executionem celerem atque expeditam habere, tradit idem Coler. *de processib. executiu part. c. 2. & 3. & part. 3. cap 9.* Imperii huius quoque effectum esse, vt bonis ac rebus omnibus deficientibus personam creditoris duci ac carceribus tradi iubere possit iudex, crebrior interpretum sententia est, nisi bonis cedat per *l. 1. & fin. C. qui bonis ced. poss.* & gloss. *in l. 3. §. tutores. de suspect. tutoribus.* Imol. & Alexand. *in l. à Diuo Pio. § in venditione. columna 4.* Fer. *in practica Pap. in titul. de execut. sentent. vers. sapiens. numer. 30.* Maranth. *de ordin. iudicior. in 6. part. vlt. actu iudicii. num. 9.* Afin. *in praxi iudic. §. 31. cap. 5.* Vbi complures alios adducit. Et Iason *in d. §. in venditione.* Hippol. de Marsil. *in leg. de vno. numero 24. de re iudicat.* Conrad. Lancelott. *in tract. de offic. Prætor. in ciuilibus. titul. de execut. sententiæ. num. 9.* Guilhelm. Hanneton. *in tract. de ordin. iud. part. 2. de execut. rei iudicatæ. fol. 230. pag. 2.* Ab his dissentit Conr. Lag. *in meth. iuris. par. 5. c 32. n. 24.* Vbi in locis, in quibus legib. Romanis ius dicatur, executionem in personam debitoris non esse in vsu dicit, licet in multis vrbibus Imperii obæratos in vincula coniici receptum sit.

Legibus Saxonum quoq; extra rem iudicatam, licitum est iudici præcipere debitori non habenti domiciliũ in territorio suo, si tamen ibi solutionem promisit, adiecta clausula, quam iustificatoriam vocant, vt intra 14. dierum spaciũ creditori satisfaciat, vel exceptiones, quibus se defensum iri sperat, opponat. Qui si se in termino non sistit, nec opponit exceptiones legitimas, bona eius pignori capere, & si intra 14. dies non luantur pro quantitate debiti creditori addicere potest. *art. 70. iuris prouincialis. lib. 7.* Coler. *de process. execut. par. 1. c. 3 n 145.*

Eodem iure iudex etiam debitores obæratos vinciendos dare potest, donec operis vel vinculis æstimatis vel aliter satisfiat creditori *Iuris Prouinc. lib 3. art. 39.* Coler. *loco iam indicato. nu. 148.* Huc quoq; referri potest, quod inferior iudex superiorem pro facienda executione implorare possit *l. à Diuo Pio. §. sententiam Romæ. de re iudic. l. episcopale. C. de episc. audien. cap. cum ad verum. 96. distin. & cap. principes. 23. quæst. 5* Gail. *obseruati. 113. lib. 1. nu. 16.* Et quod sibi mutuam operam præstare debeant in executionibus iudices secu-

lares

lares & Ecclesiastici. Innoc. *in c.1 de off. Iud. ord.* Natta *cons.529. nu 8.* Geil *obseruat. lib.1. obs.115.*

In criminalibus discernendum est inter † executionem pœnarum pecuniariarum & corporalium. Si enim reus in pœnam pecuniariam condemnatus est, huius imperii est iubere condemnatū tamdiu in carcere detineri donec soluat. Nec habet spacium quatuor mensium, quod condemnato in actione personali ciuili ad soluendum vel præstandum, quod per sententiam soluere aut præstare iussus, permittitur. *per l.2. C. de vsur.* Nec oblata quoq; idonea cautione Iason *in l. debitoribus. num.16. & seq. de re iud.* Boss. *in tit. de senten. num.3.* Iul. Clar. *recept. sent. lib.5. § fin. pract. crim. num.1.* 41

In executione vero sententiarum pœnam corporalē irrogantium huius imperii est, iubere executores, qui carnifices vocantur, truncando caput, membrum vel aliis modis ad effectum perducere, vt loquitur Spec. *in tit. de execution. § nunc dicendum. n.15.* de quo apud Iul. Clar. *recept sentent. lib.5. pract. crim. q.99.* Si vero Iudex nō habeat copiam spiculatorum vel carnificum, an inde vi huius imperii possit cogere hominem vilis cōditionis ad capitalis sententiæ executionem, quærit & post Bart. *in l. fin. §. Titius. num.3. de pig. act.* Valasc. *in rep. l. imperium. de iurisd. om. iud.* & alios affirmat Iul. Clar. *d. iam quæst. n 4.* qui *quæst. seq.* ad dubitationem à Bartolo motam *in l. fi. de cadauerib. punit.* nec ab eo eo, nec in iure vsq; decisam: An scilicet cadauera punitorum Medicis ad anatomiam Iudex concedere possit? moribus passim inductum, vt liceat, respondet adducto suffragio Bertachini *in verb. Cadauera. nu.5.* & Anto. Gomes. *cap.14* Delictorum referentis Carolum V. Imperatorem, de hoc quondā consuluisse vniuersitatem Salmaticensem, responso, quod posset, accepto.

Quibus sic de effectibus imperii Iudicialis explicatis, repetendum est illud, quod supra diligenter inculcauimus, mixtum imperium non esse partem iurisdictionis materialem, vt ex recepto interpretum errore communi hactenus existimatum fuit, sed essentialem siue formalem, ex qua cum notione habet substantiā, & in omni negocio, tam ciuili, quam criminali locum habere: merum

merum vero imperium tempore reipub. Romanæ partem fuisse iurisdictionis subiectiuam siue materialem in grauiori saltem coercitione consistentem non iure magistratus, sed lege Senatusconsult. vel Principum constitutione specialiter delatam. Qua consuetudine cum forma ipsa reipub. sublata, iurisdictio iam secundum suam naturam, & quatenus iuregentium in omni republica est, considerata, in notionem & imperium, quod in explicanda & exequenda omni iurisdictione siue iudicatione versetur, & quoad subiectum, siue materiam circa quam occupetur, in criminalem & ciuilem diuiditur. Ciuilis autem & criminalis iurisdictio, quæ effecta sint peculiaria, in notionis & Imperii effectis iam est expositum.

42 Quod ad iurisdictionem † quam quis suo nomine habet, attinet, eius vis & potestas ex causa siue titulo acquisitionis æstimanda est: vt initio huius capitis de effectis communibus explicauimus.

43 Mandata † magistratibus, quæ & quanta sit constitutio, ipsa declarabit, vt generaliter κατασάσεως τῆς δυνάμεως τῶν ἀρχῶν regulam constituit Aristot. *polit. lib. 4. c. x. in fi. l. diligenter. mandati. l. maritus. in fin. C. de Procurator.* Donell. *com. lib. 17. c. 8.*

44 Delegatæ quoq; iurisdictionis † vis & efficacia metienda est ex mandati formula *c. cum diligenter. de rescript. l. diligenter. mandati.* Specul. *in tit. de iud. deleg. § sequitur. n. 1.* Pet. Greg. Tholos. *Syntagm. iuris vniuersi. lib. 47. c. 2. n. 18.*

Licet autem ex recepta interpretum sententia Delegatio natura sua exequendi potestatem nõ complectatur, sed ordinarius sententiam à delegato latam ad effectum perducat glo. Bart. Ias. & reliqui interpretes *in l. à Diuo Pio. de re iudicata. & l. properandum. § sin autem. C. de iudic.* Maranth. *de ordin. iudic. part. 6. de execut. nu. 4.* Hanneton, *in tract. ord. iud. part. 3. de execut. fol. 126.* Rosbach *in process. iudic. tit. de execut. num. 4. & 5.* (Quod tamen ad eos, qui à Principe inferioribus sunt delegati restringunt. Alexand. *in leg. à Diuo Pio. col. 3. & 4.* Abb. *in cap. si quis contra Clericum. col. fin. de foro compet.* Maran. *de ord. iud. par. 4. dist. iud. 5. n. 43.*) Ego tamen discernendum existimo inter eum, cui notio & cui integra iurisdictio delegata est,

est, cui iurisdictio commissa est, siue in vna, siue pluribus causis, ex natura totius partes omnes, & sic imperium quoque tam explicatiuum, quam executiuum commissum intelligitur. *l. qua de tota. de rei vendication.* Quibus autem notio saltem vel cognitio & iudicatio est mandata, hi quidem sententias à se latas exequi nequeunt, quod limitata causa limitatum quoque producat effectum. Tiraq. *in tr. cessante causa. par. 1. nu. 142.* Ac nemini restrictæ ac limitatæ iurisdictionis limites excedere permittatur. *l. si* & ibi Ias. Bartol. Hippol. de Marsil. & alii *de iurisdict. omn. iudic. cap. vt animarum. de constitut. in 6.* Schrader. *in tractat. feudal. part. 10. sect. 19. numero 92. 93.* Ac de his, non de iis, quibus iurisdictio mandata est loquuntur. *leg. à Diuo Pio, de execut. rei iudicat. & leg. properandum. C. de iudic.*

Plura quib. delegata iurisdictio ab ordinaria differat, videãtur apud Maranth. *de ordin. iud. in quæst. quib. Iudex ordinarius à delegato differat. 23.* Hostiens. *in summa. de offic. ord.* Spec. *eod. tit. §. officium. & in tit. de offic. iud.*

45 Prorogatæ iurisdictionis † is est effectus, vt procedere & omnia facere possit Iudex, quæ ad explicationem iudicii in causis & personis, quibus eius iurisdictio prorogata est, requiruntur; sententiam tamen à se latam executioni demandare nõ potest, sed executio ordinario referenda est. gl. *in l. 2. versi. ex causa. si quis in ius vocat. non ierit. leg. cum vnius. §. is, qui possideret. de bon. autoritat. Iud. poss.* Vbert. de Bonacurso *in pract. tit. de impediend. execut.* Spec. *in tit. de execut. sententia. § fin. nu. 3. versi. 6.* Guido Papa *decis. 77. nu. 1. C. de Episcop. audien.* Alex. *in l. cum quadam. in penult. notab.* & ibi etiam Ias. *in 4. notab. de iurisd. om. iud.* Maranth. *in tr. de ord. iud. par. 4. distin. 12. nu. 13.* Mynsing. *consi. 25. nu. 27.*

Id tamen limitatur, nisi condemnatus bona sita habeat in territorio Iudicis prorogati. Bar. *in l. 2. in 1. lectur. si quis in ius vocat. non ierit.* Bald. *in capitul. significasti. de offic. deleg.* Paul. de Castro. Alex. & Ias. *in d. l. 2. si quis in ius vocat. non ierit.* Ioan. Baptist. Asin. *in praxi. §. 31. cap. 8. nu. 2.*

46 Effectus & vis † arbitrii legitime constituti duplex est, vna in arbitro, si recuset, ad arbitrium receptum exercendum cogendo.

do. Altera in ipso arbitrio, & sententia ab arbitro dicta. De arbitro ad officium compellendo tria consideranda. 1. Qui cogi possit. 2. A quibus 3. Quomodo & quibus remediis.

De iis, qui cogi possint, ita constitutum est, omnes qui arbitrium receperunt, regulariter cogi posse, Bartol. *in leg. fin. §. si in principio. de vacat. & excus. mun. & in l. si de meis. §. ex compromisso. de arbitr. leg qualem. eodem titul.* Is autem recepisse arbitrium dicitur, qui iudicis partes suscepit, finemque sua sententia controuersiæ impositurum pollicetur. *leg. Pomponius. §. recepisse. eod.* Ex sola enim priuatorum compromittentium voluntate æquum non est, aliquem cogi, nisi suus etiam consensus accesserit. Recipere enim arbitrium res libera & soluta, & extra iurisdictionis necessitatem posita est, ad quod nemo inuitus cogi potest. *l. Labeo ait. §. tametsi.* & ibi Baro *de arbitr.* Speculat. *in tit. de recus. §. effectus. versic. quid si arbiter.*

Qui autem & quibus ex causis ad arbitrium susceptum expediendum inuiti compelli non possint. Vide *l. Labeo. § fi. 4. 5. 6. 7. 8. & 9. seq.* Donell. *com. iur. ciuil. lib. 28. c. 11. l. non distinguemus. §. si seruus.* & ibi Bart. *de arbitr.* Spec. *in tit. de arbit. §. 4.*

A quibus cogi possit, constat in vrbe Roma eam rem ad curam & solicitudinem Prætoris pertinuisse. *d. leg. Labeo. §. tametsi.* Hoc tempore ad Magistratum omnem, qui iuridicendo præest, & qui ius dicendæ mulctæ habet, *l. non distinguemus. § si arbiter. de eod.*

Modus autem & ratio cogendi nō parentes statuto arbitri est mulctæ indictio generale remediū coercendorum contumaciū, Baro *in l. non distinguemus. §. si arbiter. de arbit.*

Quantum ad effectum ipsius arbitrii vel compromissi attinet, non habet arbiter iurisdictionem, sed tantum notionem siue cognitionem. *l. notionem. de verbor. signif.* & ibi glos. *& in l. ait Prætor. in prin.* & ibi gl. & Bart. *de re iudic.* Lanfranc. ab Oriano *in tract. de arbitr. part. 1. num. 9.* Baptista de sancto Blasio, *in tractat. de arbitr. & arbitrator. quæst. 70. num. 33.* Paris. *consil. 76. num. 17. vol. 1.* Natta *consi. 2. num. 6.*

Quod ad vim & effectum sententiæ arbitralis attinet, obseruatis

uatis quidem iis, quæ in arbitrii constitutione, & forma arbitrii exercendi requiri diximus, etsi sententia arbitri iure ipso non improbatur, est tamen eiusmodi, vt adhuc sit inutilis, nisi tale à Iure firmamentum accipiat, vt recusantes litigatores parere cogat. Cogendi litigatores, vt arbitrio pareant, remedia duplicia sunt, obliquum & directum, vel conuentionale & legitimum, vt hasce species appellare placuit Donell. *com. iur. ciuil. lib.* 28. *cap.* 10. Conuentionale ordine historico prius est. Olim enim sententiæ arbitri vis ea non fuit, vt districte quis ei parere cogi potuerit. Non enim ex arbitrio iudicis fuit actio, nec maiorem autoritatem ac vim arbitrium habuit, quā alterius cuiusdam priuati iussus, ideoque ne prorsus elusoria esset arbitri omnis actio, pœnam vltro citroque promittere necesse fuit litigatores, si quis arbitri sententiæ dictæ non steterit, quæ cogendi ratio ideo obliqua dici potest, quod ex ea districte quis non possit cogi stare sententiæ, sed metu pœnæ, siue sub conditione, nisi malit pœnam pendere. Arbitrio autem non parere non tantum intelligitur qui sententiæ non paret, quo secundum verba stipulationis pœna committitur, sed etiam per quem stat quo minus arbiter sententiam dicat. *l. diem. §. si quis litigatorum l si quis rem. de arbitr. l. 2. C. eod.* Generalis enim iuris definitio est, si per eum, cuius interest conditionem non adimpleri, factum sit, quo minus impleatur, perinde haberi, quasi conditio adimpleta esset. *l. in iure. de regu. iur.* Donell. *com. iur. ciuil. lib* 28. *cap.* 10.

Hæc arbitrii confirmandi ratio vsque ad Iustiniani tempora, ante quæ ex arbitri sententia iudicati actio in vsu non fuit. Is vero primus ex arbitri sententia actionem & exceptionem dedit, quā vim legitimam ac directam Donellus appellat *dicto loco.* Non autem simpliciter hæc legitima confirmandi arbitrii ratio introducta fuit, sed ex priorib. constitutionibus 4. ei conditiones sunt adiectæ: quarum singulæ ad confirmationem sententiæ, etiam prosint. Prima est, si iureiurando ad parendum sententiæ se litigatores obstrinxerint *l penult. C. de arbitr.* Secunda, si arbiter solus religiose se integre iudicaturum iurauerit, *leg.* 4. *C. eod.* Tertia, si sententiæ subscribant litigatores, & quibuscunque verbis sibi

probari arbitrium profiteantur. *dict. leg. 4. C. eod.* de quibus omnibus pluribus cauetur *in leg. 4. C. de arbitr.* Postrema: si silentio decem dierum arbitrium tacite confirment. *leg penultim. Cod. eodem.* Baptist. de sancto Blasio *in tractat. de arbitr. & arbitrator. quaest. 60. numero 44.*

Priores duæ conditiones postea ab eodem Iustiniano antiquatæ sunt. *§. quia vero. Nouella constitut. de iudicib. 82.* relictis duabus posterioribus, quibus existentibus, ex arbitrio actio est in factum vel condictio ex lege, prout facti qualitas exposcit *d. l. 4. ver. in his C. de recept. arbit.* Alexan. de Imol. *cons. 96. part. 1. & consi. 19. in 3. part. col. 4.* Lanfran. ab Orian. *de arbit. par. 1. nu. 22.* Paris. *consi. 29. n. 11. volum. 1.*

Item exceptio, quæ pacti exceptio est. *d. l. pen. C. eod. & c. per tuas. eod. tit.* Ferrar. *in forma libelli ad pœnam ex compromiss. §. in pœna.* Ias. *l. 5. de iustit. & iure.*

Sententia executioni mandatur ab iisdem magistratibus, per quos res exitum sortiretur, si in iudicio ordinario controuersia definita esset. *dict. leg. penult. de recept. arbitr.* Lanfranc. ab Oriano *in tract. de arbitr. part. 1. num. 9.* Petr. Gregor. Tholos. *Syntag. lib. 47. cap. 39. nu 3.*

Quam autem diximus sententiam executioni mandandam, de prima intelligendum est, semel enim siue absoluendo, siue condemnando prolato arbitrio potestas eius finita est. Idcirco sententiam semel dictam, mutare aut corrigere postea non potest, ne si errauerit quidem in dicenda sententia. *l. qualem. §. vnde videndum. de arbitr.* Paris. *consi. 46. num. 23. volum. 1.* Hac tamen adiecta restrictione, vt id in sententia, quę arbitrium finit, quam definitiuam vocant, solummodo locum habeat. Non autem in iis decretis, quæ sententiam finalem antecedunt. *l. quæ interlocutiones. C. de sentent. & interl.* præparationes causæ & sententiæ interlocutoriæ appellantur, *d. l. qualem. § vnde videndum. & seq.* ibique Baro *de arbitr.* An autem pœna promissa & executio simul peti possint, item an sæpius pœna exigi possit: vide Ferrar. *in forma libelli, quo agitur ad pœnam ex compromisso. §. parti attendenti num. 3. & 4.* Gail. *obser. lib. 2. obs. 150. nu. 13.*

De

De modo ac forma executionis, & quatenus arbitria ad similitudinem iudiciorum redacta intelligantur, siue quibus in rebus hæc ab illis differant, vide quæ erudite congessit Donell. *com. iur. ciuil. lib. 28. cap. 13. & 14.* Specul. *in tit. de arbitr. §. differt.* Socin. *in tr. reg. l. regul. 29.* Nattam *consi. 2. nu. 5. tom. 1.*

## Capvt XXX.

## *De Subiectis Iurisdictionis.*

### Observata.

1 *Subiecti varii acceptus.*
2 *Summa rerum diuisio in corporales & incorporales.*
3 *Donelli rerum diuisio in eas, quæ per se consistunt, & quæ corporibus adhærent.*
4 *Vitia relata diuisionis Donelli.*
5 *Perfectior rerum incorporalium diuisio.*
6 *Iurisdictio omnis personis eam habentibus inest.*
7 *Explicatum vulgatum axioma iurisdictionem cohærere territorio.*
8 *Obiectum circa quod versetur iurisdictio.*

QVOD ad subiectum iurisdictionis, siue quæstionem, in quo sit Iurisdictio, pertinet, obseruandum est, subiecti † varias 1
esse significationes: primo enim generaliter pro eo ponitur, cui quacunque ratione aliquid insit, cuius ex physicis octo enumerat Aristoteles vulgo modos inessendi appellatos Titelmannus *Dialecticæ considerationis libr. 2. cap. 5.* Zas. *in l. 1. de iurisdict. omn. iudic.* Secundo, quo in partibus omnibus dicitur esse totum, id est, ex iis consistere, quia ex illis componitur. Sic iurisdictio potest dici esse in notione & imperio, quia ex hisce duabus partibus essentiam capit. Tertio, pro eo, quod aliquid continet, vt genus sub se habet species. Quarto, cum genus dicitur esse in suis speciebus tanquam pars earum essentialis. Quinto, forma substantialis dicitur esse in materia.

In ſpecie & proprie dicitur ſubiectum pro ſubſtantiis, quibus accidentia inſunt, in cuius definitione Ariſtoteles tres ponit cōditiones. Primam, vt aliquid in altero eſſe dicatur; vt color in corpore. Secundam, vt non ſit pars eius, in quo ineſt. Tertiam, vt nō poſſit eſſe ſine ſubiecto, quas explicat Pacius *in org. Ariſt. in categoriis. cap. 2.*

Sed cum omnes iſtæ ſignificationes ſint extra cauſam, & in materia iuriſdictionis nō veniant in conſiderationem, hunc locum hiſce duabus quæſtionibus, quibus omnia, quæ ad hanc rem pertinent, continentur, terminabimus. Primo, in quo conſiſtat. Secundo, quæ ſint eiuſdem ἀντικείμενα, ſiue circa quæ verſatur.

2 Quod ad primam quæſtionem attinet: Nota eſt ſumma † rerum iuris ciuilis diuiſio in corporales & incorporales. *l. 1. §. vlt. de rerum diuiſ. Inſtit. de rebus corporalib. & incorporalib.* In harum genere, etſi numerantur hæreditas, vſusfructus, vſus obligatio, prædiorum iura, ea tamen exempli tantum cauſa, non quia non ſint plura, referuntur. Sunt enim præter has multæ aliæ, quas ſic diſtinguit Donell. *com. iur. ciuil. lib. 5. cap. 1 folio 32.* Vt earum quædam per

3 ſe † conſiſtant, extra pœnas & res alias poſitæ, quædam corporibus adhæreant, ac ſine his non conſiſtant. Per ſe conſiſtit hæreditas non adita: nam hæc tantiſper nullius eſt. *l. 2. de rerum diuiſio. l. non minus. § 1. de hæredit. inſtit.* Quæ res corporibus adhærent in triplici ponit differentia. Quaſdam enim conſiſtere ait in perſonis, à quibus habentur: Quaſdam in rebus; quarum ſunt propriæ: Quaſdā mixtas; partim in perſona, partim in re conſiſtentes. In perſonis conſiſtere rerum noſtrarum, & quaſi noſtrarum, item rerum nobis debitarum iura. In rebus iura prædiorum, quæ & ſeruitutes nominantur. Mixtas ſeruitutes, quæ dicantur perſonarum, vſusfructus, vſus habitatio Donell. *d. lib. & cap.* Quæ diuiſio,

4 etſi erudita eſt, duo tamen † in ea deſideramus. Primo, quod in ea non ſint paria ſpecierum & generis momenta. Non enim res omnes incorporales etiam priuatas continet. Omittuntur enim iura, quæ habemus in perſonis alienis: tum ius illud, quod habemus in rebus pub. ſacris, ſanctis, religioſis. Secundo, genera ipſa

inter

inter ſe non opponuntur. Non enim inter ſe pugnant haberi ab aliquo ſimpliciter, & reſpectu prædii certi, quod ab aliquo teneatur haberi, vt habentur ſeruitutes. Sic itaque res incorporales † perfecte diuidendas exiſtimo, primo earum quædam ſunt propriæ noſtræ, quædam nobis debitæ, vt obligationes.

Propriæ noſtræ quædam ſunt in perſonis, quædam rebus. In perſonis vel noſtris vel alienis. In perſonis noſtris Donellus ipſe refert, vitam, corporis incolumitatem, libertatem, exiſtimationem, *com. iuris ciuil. lib. 1. cap. 1.* In perſonis alienis ſeruitutem, patriam poteſtatem, mariti in vxorem, tutelam, curam. In rebus noſtris habemus dominium, ius tenendi, vtendi, fruendi, alienandi poteſtatem: In rebus alienis vel priuatis, vel publicis, ſacris, ſanctis, & religioſis. In priuatis ius emphyteuticum, ſeruitutes tam reales, quam perſonales: In publicis, ſacris, ſanctis & religioſis iura diligenter enucleata à Donell. *comm. iuris ciuil. lib. 4. c. 1.* Res iſtæ omnes, quoad ſubiectum, in quo conſiſtunt, vel à quo habentur, vnius ſunt generis. Non minus enim iura in perſonis noſtris & alienis, quam rebus noſtris & alienis tam publicis quam priuatis à perſonis habentur. Nec refert, quod ſeruitutes dicantur iura prædiorum & rerum ſeruitutes. *l. 1. de ſeruitutibus.* & in vtraque re & ſeruiente & dominante ita inhærere, vt non ab alio quam à prædio, nec alii quam prædio debeantur, vt ait Donel. *com. iur. ciuil. lib. 5. cap 1. fol. 325.* Id enim non ita accipiendum eſt, quaſi ſeruitus à prædio dominante habeatur, & quaſi prædium ipſum ſeruiens debeat ſeruitutem, vel dominans habeat vel poſſideat eam: quod per rerum naturam eſt impoſſibile. Sed quod iura non debeantur, niſi à domino prædii, in quo conſtituta eſt ſeruitus. Vt in ſimili quod dicitur: Actionem eſſe vel in rem, vel in perſonam, non ita accipiendum eſt, quaſi actio detur aduerſus rem inanimatam, ſed vt omnis actio eſt in perſonam: Sic actio in rem non datur ita in perſonam, quæ nobis ad aliquid dandum & faciendum ſit obligata, ſed quia poſſideat rem, in qua actori dominium, vel aliud ius reale acquiſitum eſt, vt hæc ipſa erudite explicat Donellus *in §. omni. Inſtit. de actionibus.* Siue igitur

6 Igitur de Iurisdictione, † quatenus est in republica, vel in magistratibus, tam quoad νομοθεσίαν, quam δικαιοδοσίαν quæratur, ea non nisi in ipsis personis est, summam potestatem reipublicæ obtinentibus, vel quibus pars eius, vel à populo, Principib. vel optimatibus reipub. commendata est. *l. 1. de constit. princ. l. more. l. 2 l. 9. l. cum quod. l. est receptum. l. si prætor. l. si conuenerit. de iurisdict. omn. iudic. leg. magisteria. C. eod l. 1. & 3. de offic. præfect. vrb.* quibus omnibus iurisdictionem in personis magistratuum esse, manifeste probatur. Idem post Bartolum recte tradit Iason *in l. 1. de iurisdict. omn. iudic.* & Baro *in l. extra territorium. eodem titul.* Sed his obstare videtur interpretum complurium sententia: quod iurisdictio † insit & co-
7 hæreat territorio. Barto *in l. 1. de iurisdict. omn. iudic.* circa quod obseruandum, triplicem esse verbi territorii significationem. Primo enim accipitur pro vniuersitate agrorum siue oppidi, siue villæ priuatæ. Zas *cons. 16. nu 42. lib. 2.* Goed. *in l. pupillus. §. territorium. de verb. signif.*

Secundo, κατὰ μετωνυμίαν adiuncti pro ipsa iurisdictione, quam magistratus certo districtu determinatam habet Camill. Barell. *consi. 16. num. 12.* Petra *de fideicommiss. 4. quæst.* Tiber. Decia. *consi. 123. nu. 24 vol. 3.*

Tertio, pro vniuersitate agrorum cum iurisdictione vel potestate terrendi. Baro *l. more. de iurisd. omn. iud. l. 1. in pr. de offic. præfect. vrbi.* ac ita dicitur spacium terræ munitum & armatum iurisdictione, eoque respectu iurisdictio dicitur materialiter, & passiue cohærere territorio, tanquam nebula super paludem, vt ex Bart. *in l. fin. C. vbi & apud quos. & in l. 1. de iurisd.* Item Bal. *in l. 1. §. in initio. col. 3. de offic. præf. vrb.* & aliis refert Natt. *consi. 149. nu. 19. to. 1.* Petr. *de fideic. q. 13. in fin.*

Quarto, pro districtu iurisdictionis, in quo magistratus ius terrendi vel notionem & imperiū habet, *l. extra territorium. de iurisd. om. ind. l. pupillus. §. territorium. de verb. signif. l. fi. de iurisd. om. iud.* Zas. *d. cons. 16.* Pro subiecta itaque materia & communi vsu loquendi, an iurisdictio territorio cohæreat, vel ita adiuncta sit, vt concesso territorio iurisdictio quoque concessa censeatur, inter diuersos hosce acceptus distinguendum est.

Quando

Quando enim pro districtu saltem accipitur cōcessione castri vel territorii, castri iurisdictio, nisi in specie exprimatur non venit. Bart. *in l. si quando. C. de bon. vacantib. li. 10.* Alciat. *l. pupillus. §. territorium. de verb. signif.*

Quando autē ex more regionis pro districtu cum iurisdictione accipitur coniunctim, concesso territorio, iūrisdictio quoque necessario comprehenditur. Eo enim acceptu iurisdictio territorio cohærere vel inesse recte dicitur. Knich. *de iure territ. cap. 1. num. 15.*

Quod ad subiectum † siue ἀντικείμενον iurisdictionis attinet, vt in solis personis eam tenentibus consistit: Sic quoq; in solos homines exercetur. *l. qui iurisdictioni. l. est receptum. de iurisd. omn. iudic.* Ias. *in l. 1. de iurisd. omn. iud.* 8

Τὸ πόσον vero, siue quantitas iurisdictionis, id est, qui homines iurisdictioni cuiuslibet iudicis subiiciantur, id vel territorio toto, vel partibus eius, quibus continentur, vel certo genere personarum vel qualitate causarum definitur.

Territorium in prima ac propria significatione acceptum respectu Imperii diuiditur in vniuersale & particulare. Vniuersale, quod prouincias, ac ciuitates omnes complectitur. Particulare est pars aliqua vniuersalis territorii, quales sunt Prouinciæ Regum, Principum, Comitum, Baronum, Nobilium ac Ciuitatum, tam directo, quam indirecto Imperio parentium. Interdum autem personæ omnes, territorio aliquo comprehensæ, respectu causarum omnium in genere iurisdictioni alicuius subiiciuntur. Interdum certum genus hominum: Vtrumque vel respectu omnium causarum vel certarum, quæ erudite tradit Donell. *com. iur. ciuil. lib. 17. cap. 9. & 10.* & Herman. Vult. *lib. 1. C. de iurisd. omn. iud.* In quib. autem locis & causis personæ alicuius iurisdictioni subiiciantur, id ex constitutione Magistratus, ac legibus & moribus reipublicæ sumitur. Donell. *com. iur. ciuil. lib. 17. cap. 9.*

# CAPVT XXXI.

## *De adiunctis Iurisdictionis.*

### OBSERVATA.

1 *An concessa Iurisdictio cumulatiue vel priuatiue data intelligatur.*
2 *Cumulatiue vel priuatiue concedere quid significet.*
3 *Variæ de hac quæstione interpretum sententiæ referuntur.*
4 *Autoris de iis iudicium.*
5 *Dispositio quantumuis generalis secundum naturam rei subiectæ restringenda.*
6 *Qualitas feudalis iurisdictionem non immutat.*
7 *Verba dispositionum ad ius referenda.*
8 *Semper ea interpretatio capienda est, qua iuris publici correctio euitatur.*
9 *Quæ hoc reipublicæ statu Iurisdictionis concessæ sit interpretatio.*
10 *An diuidua vel indiuidua sit iurisdictio.*
11 *Verborum diuidui & indiuidui varius vsus.*
12 *Iurisdictio quoad naturam ac substantiam suam indiuidua, secus quoad territorium subiectum.*
13 *Exempla iurisdictionis per partes territorii diuisæ.*
14 *An concessa simpliciter iurisdictione partes eius, siue species omnes concessæ intelligantur.*

CIRCA ea, quæ accidunt iurisdictioni, frequens ac trita est apud interpretes quæstio, an iurisdictio alicui concessa † cu-
1 mulatiue vel priuatiue, vt loquuntur, tributa intelligatur, id est,
2 an qui dedit iurisdictionem eam magis † cum aliis communicasse, quam à se omnino abdicasse censeatur; vel vt interpretatur Brunus *consil. 47. num.* 4. An per concessionem non videatur sublata illi, qui prius eam habuit, sed vtrique competat siue vt ait autor commentariorum ad edictum iurisdictionis Iud. præsidialium, Anno 1550. promulgatum, an iurisdictio tributa sit causa minuendæ iurisdictionis, quæ est in magistratu concedente, quin

quin id fiat per modum coniunctionis, id est, vt vterque possit iudicare. gl. *47. nu. 2.*

Quod ad νομοθεσίαν attinet, res extra controuersiam posita est, eam etiam à populo Principi concessam non abdicatiue, sed communicatiue tributam censeri, vt probatur *leg. de quib. de consuet.* Duar. *ad tit. de constit. princip.* Circa δικαιοδοσίαν autem variæ ac plane † inter se dissidentes reperiuntur commentatorum sententiæ. 3

Prima & vetustissima est eorum: qui iurisdictionem generaliter non priuatiue, sed cumulatiue tributam præsumi existimant. hoc est, vt interpretatur Alb. Brun. *consi. 47. nu 4.* Quod per concessionem nō videatur ablata ei, qui prius illam habuit, sed vtriq; cōpetat. Cuius opinionis autor est Bar. *in l. 1.* arg. illius tex *C. de off. præf. vrb.* Pau. Cast. *in l. testamenta. C. de testa.* Angel. Aret. *cons. 10. & in l. 1. § si quis in appellatione. de appellat.* Pet. de Anchor. *cons. 59.* Dominic. *c. per hoc*, argum. illius text. *de hæretic. lib. 6.* Felin. *c. Pastoralis. de off. ord* Francis. Aretin. *consi. 102.* quos seq. Socin. Decius, Matt. de Afflict. Rip. Hippol. de Marsil. Paris Grammat. Menoch. Molin æ. Rol. à Vall & alii neoterici infiniti adducti à Schrader *p. 10. sect. 1. nu. 128 tract. feud.* Alexand. Raudens. *consi 21. nu. 61* Hanc sententiam communem esse attestatur Iason *in leg. quod rerum. § fin. num. 8. de legat. 1.* Modestin. Pistor. *consi. 28. num. 7.* Nisi apertissime constet de mente concedentis. Rom. *sing. 23. & consi. 393* vel, vt loquitur Schrad. quando sumus in claris, & liquet de mente Principis ex verbis dispositionis, quod eam non cumulatiue, sed priuatiue concedere voluerit *dicto loco & num.* Item si ex aliquib. indiciis constet, aliam concedentis mentem fuisse, vel si esset concessa per verba taxatiua tantum, quæ tamen exceptiones nō sunt de Regula, cum in incertis, non autē in certis sit locus coniecturis *l. continuus. de verb. oblig. l. ille aut ille §. cum in verbis. l. non aliter. de leg. 3.* cum verba clara interpretatione non indigeant. Tiraquell. *de præscriptionib. tit de Scracreude. gl. 7.* Altera & plane contraria est sententia eorum, qui simpliciter contendunt, quamlibet iurisdictionis concessionē non cumulatiue, sed priuatiue esse accipiendam. Felin, *in c. Pastoralis. de offi. ordin.* Angel. *l. pen. C. de can larg. lib.* 10. Bar-

*in*.Barbat.*cap.2.de offic.deleg.*Bal.*consi.385.colum 2.lib.*4.Alexand.*in l.Gallus.de liber.& posthum.* quos seq. Hippol. & Rimin. *l.1.in princ. de offic.eius,cui mandat.est iurisdictio.* Corneus *consi.30.lib.2.* Decius *consi.3.* Ruin.*consi 7.* Albert. Brun. *consi.47.* & alii allegati à Schrad. *d.tract.feud.part.10.sect.1.num.126.* Vincent.de Anna *alleg.*130. *num.22.li.2.* Et quod concessione iurisdictionis generali superior à se abdicasse omnem iurisdicendi potestatem, vt nihil præter ius superioris & regalium sibi reseruasse intelligatur, existimat Goden.*cons.de aurifodinis.2 n.18.* Wesenbec.*cons.de iurisdict.97.nu.57.* Col.*de process.execut.par.1.num.132.* Tertia est eorum, qui distinguunt inter iurisdictionem concessam per priuilegium & contractum, vt in priuilegiis prior, in contractibus secunda opinio locum habeat, Abb.*cap cæterum.num.7.* & ibi Felin.*num.12. de iud.* Idem *cap.pastoralis.de offic.ordin.*Bald.*l.1.q.43.de acquir.rerum domin.* Curt. Sen.*consi.47.incip.super memorata.ins.dub.* Curt.Iun. *consil.2. num.1.* Ruin.*cons.142.* Grammat.*decisio.30.num.11.* Socin. un. *cons.126.num 4 lib.3.* Aug.Berous *consi.74.nu 8.& 11.lib.1.* Crauett.*consi.411.num.36.part.3.* Albert.Brun.*consi.42.numer.7.& consi.2.num.18.* vbi rationem addit, quia ad Vasallum spectat vtile dominium feudi, in cuius exercitio à domino impediri non debeat, idem Brun.*consi 23.num.6.& cons.31.num.3.* Menoch.*consi.604.num.25.& cons.404 nu.23.24.26.* Socin.Sen.*cons.256 colum.2.*Dec.*l.consilii. §.Socii.*& ibi Cagnol.*num.1.de regu.iur.* Præpos.*cap fin.de controuers. inter Episcop.& Vasall* hac subiecta ratione, quod ad Vasallum cum mero & mixto imperio inuestitum, spectet omne lucrum & emolumentum mulctarum & pœnarum, & in eo à domino impediri non debeat, Marian. Freccia. *in tract. de subfeud. libr.2 fol.105.* Ægid.Thomat.*de collectis.cap.8.num.9.* Natta *consi.104.num.7. vsq. ad num.11.* Cacheran.*dec.529.num.8* quos sequitur Schrad *part.10. sect.1.num.128.* Adiecto, quod firmius ius contractu, quam priuilegiis quæsitum censeatur. Item exemplo regalium, quæ per inuestituram, vel alium contractum non cumulatiue, sed priuatiue concessa intelligantur. Curt.Sen. *cons.73.* Ias.*consi.70.colum.4.lib.3.* Card.Paris.*cons.2.n.18.lib.2.* Rolan.à Valle *cons.88.nu.26.& 27.lib.1.* vbi id etiam in præscriptione locum habere affirmat, quod ea con-

contractui æquiparetur, imo contractu firmior & efficacior sit *nu. 132. & 133.* Secundo, ab hac distinctione aperte dissentit Celsus Hugo *consi. 60. num. 35. & 40. cons. 56. num. 7.* Vbi iurisdictionem contractu quæsitam non priuatiue, sed cumulatiue tributam accipi dicit Panorm. *in cap. caterum. de iudic.* quam refert & sequitur Albert. Brun. *cons. 47. num. 6. & 7.* Quod nimirum iurisdictio omnis communicatiue non abdicatiue data esse censeatur: Extra quam si per contractum feudalem concessa sit: Cuius rationem reddit Bald. *in l. 1. num. 41. de rer. diuis.* Quod Vasallus habeat vtile dominium in iurisdictione ac territorio sibi concesso, cum vtilitate, vt loquitur, & effectu Brun *d. cons. 49. num. 8.* Quarta Coleri est opinio, quod iurisdictionem hæreditario iure fruendam concedens, siue per priuilegium, siue contractum eatenus à se abdicasse intelligatur, quatenus per appellationem vel iustitiæ denegationem ad se non reuoluatur, quod non tantum de Vasallis, sed etiam de ciuitatibus, quibus in perpetuum concessa sit iurisdictio, intelligendum putat. *d. part. 2. cap. 1. nu. 38. & seq. vsque ad finem.* Goden. *cons. de aurifodinis. 2. num. 18.* Angel *in l. cum Prator. numer. 3. vers. quandoque vni conceditur. de iudiciis.* Wesenbec. *de iurisd. consi. 95. num. 57.*

In hac interpretum, & quidem maximæ autoritatis, dissentientium variatione, ego vt libere de hac re iudicium meum exponam, nullam harum sententiarum natura ipsa iurisdictionis & statu præsente Reipub. nostræ considerato, legum adductarũ fundamentis sustineri, sed quæstionem propositam aliis rationibus definiendam arbitror. Prima enim Bartoli & aliorum opinio nititur fundamentis illarum legum, quæ de vi concessæ iurisdictionis loquuntur eius temporis, quo iurisdictio plane fuit iuris publici, & in solius Reipublicæ Romanæ patrimonio, vsu solummodo magistratib. tam ordinariis, quam extraordinariis ad tempus concesso, idque tam populo quam Principibus summam rerum obtinentibus Alb. Brun. *consi. 74. num. 2.* Eo enim tempore semper liberum fuit reipub. vel principib. cum magistratibus cuiusque ordinis concurrere, & idem iuris adhuc obtinet, in omnibus Magistratibus temporariis ac delegatis, qui non suo, sed con-

*quæst. 4. num. 5.* Cum igitur iurisdictio quo ad naturam primæuam eius sit conditionis, vt in dominio reipub. & non priuatorum sit patrimonio: Sequitur omnem de ea dispositionem ita esse accipiendam, vt quam minime ius publicum læsum esse videatur. Et sic in dubio, etiam per viam contractus concessa, magis cumulatiue, quam priuatiue tributa, & ita, vt concedens ea non priuetur intelligitur, sed vtrique competat, Alb. Brun. *cons. 47. nu. 4.* Cum generale verbum † in dispositione ad ius referendum sit. *l. quidam. de verb. oblig.* Alciat. *lib. 1. num. 24. in comm. de verb. significat.* Et semper ea interpretatio † sequenda sit, per quam iuris publici correctionem declinamus, *l. præcipimus, 32 § fin.* & ibi Bartol. *C. de appell.* Crauett. *in tract. de antiquit. temp. part. 4.* Roland. à Valle *cons. 80. nu. 49. lib. 1.* Hinc sequitur, siue per priuilegium, siue contractum: vel olim, vel hoc tempore tributa sit iurisdictio secundum naturam rei concessæ ac tenorem iuris veteris, cuius mutatio nō præsumitur, cumulatiue non priuatiue concessam esse intelligi: Nisi aliud de mente concedentium vel ex verbis, vel aliis indiciis & coniecturis appareat iuribus supra deductis. Et tantum de tertia opinione. 7 8

His ita deductis, vt secundum statum † horum temporum hac de re aliquid certi statuatur; Sic confirmo: Si iuris scripti rationes ac fundamenta intuemur, iurisdictionem omnē, siue totam, siue pro parte, siue per priuilegium, siue contractum, siue ab Imperio, vel Cæsare, aut Principibus & Optimatibus Imperii: siue ab inferioribus, siue subditis, siue singularib. personis, siue vniuersitatib. simpliciter concessam, non priuatiue, sed cumulatiue datā censeri, id est, non ita, vt eam totam à sese abdicauerint, vel saltem quo ad primū iudicium, vt per appellationem, & alios modos suspensiuos, ad superiorem saltem reuertatur: sed ita communicatam perpetuo intelligi debere, vt non tantum summa potestate, concedens, priuatus non esse censeatur, sed etiam cum iis, quib. concessa est iurisdictio siue anticipando, siue concursu, siue euocatione, concurrere possit. Menoch. *de præs. lib. 2 præs. 17.* Non obstantibus iis, quæ Schraderus pro adstruenda sententia negatiua ex Abbate, Felino, Petro de Anchorano, Chalderino, Baldo, 9

Natta

Natta & Barbatia accumulat. *part. 10. sect. 2.* Quicquid enim à Schradero & aliis interpretibus, de interpretatione iurisdictionis præscriptione quæsitæ dicto loco affertur, tribus fundamentis adductis innititur. *cap. nimirum irrefragabili. de off. ordin. l. si quisquam. de diuers. & temporalib. præscr cap. auditis. & cap. cum olim de præscript.* Dicta autem capita *auditis, & c. olim.* quod ex iis adseritur, iurisdictionem ab inferiore contra superiorem vsucaptam priuatiue non cumulatiue acquisitam intelligi, diserte non probant. Et certum est, leges, & constitutiones ciuiles, quatenus Canonibus directe non sunt contrariæ, & libertati Ecclesiasticæ non aduersantur, clericos æque ac laicos obligare. *cap. 1.* & ibi Abb. *de oper. noui nunc. cap. lege. distin. 10.* Bart. *d. l. priuilegia. C. de sac. ecclesiis.* Et si e contra aliquid definirent, cum speciali quadam ratione de iure Episcopali disponant ad politicam iurisdictionem nequaquam sunt extendenda: eiusdem sententiæ est, *cap. irrefragabili. de officio ordinarii.* nam & ibi agitur de potestate Capituli, & exercenda disciplina Ecclesiastica contra Episcopum præscripta. Ex qua tanquam speciali ratione introducta ad iuris communis & publici correctionem nihil inferri potest. Licet nec ea expresse disponat, quod potestas illa corrigendi capitulo consuetudine ita sit acquisita, vt Episcopo plane videatur adempta. Et quod lege vel Canone dispositum non reperitur, à nobis adstrui & affingi non debet. *cap. inter corporalia. de translat. prælator. §. consideremus. in auth. de triente & semisse. l. si seruum. 70. §. non dicit Prætor. de acquir. hæred. l. dissentientis. C. de repud. leg illam. 19* & ibi Ias. *C. de collat. l. certa forma. C. de iure fisci. l. vero si quisquam. de diuersis & temporalib. præscriptionib.* præscriptæ iurisdictionis nulla mentio, sed vsucaptũ ius piscandi in flumine publico hoc tantum operari disponitur, vt alii, id est, subditi, non vero ipsa respublica vel Princeps piscandi in flumine publico facultate priuatus esse censeatur. Hoc autem loco diserte agitur de interpretatione præscriptionis acquisitæ respectu superioris.

Et licet ea, vt præmisimus, de iure Ciuili plane sunt extra controuersiam, secundum vsum tamen horum temporum, discernendum est inter iurisdictionem expresse & tacite concessam

inter

inter vniuerſaliter, vel generaliter, aut ſingulariter mandatam, vel per priuilegium perpetuo, vel vſusfructus nomine, vel feudi, pignoris, emptionis & locationis titulo tributam.

In mandata vel tota, vel certa ſpecie iuriſdictionis Magiſtratibus, præfectis aut delegatis ius vetus abſque controuerſia locum habet. Ex officii enim conceſſione nullum transfertur ius aut poſſeſſio in iuriſdictione, ſed nudum exercitium, & adminiſtratio loco concedentis, ideoque poſſeſſoria remedia in eo locum non habent. Carolus Tapia. *in repet. leg. fin. de conſt. Principum. part. 2. cap. 9 nu. 74.* Hippol. Riminal. *conſ. 715. nu. 1.* Ergo qui mandarunt cum iis, quibus mandata eſt concurrere, eamq; pro arbitrio ab iis auocare poſſunt, vt eſt *in l. ſoluitur. de iud.* Menoch. *conſ. 604 nu. 25.* Hip. Rimin *§. 1. nu 465. inſtit. de donat. & conſi. 715. nu. 1.* Sola. *ad conſt. non. rub. de eod. an non gl. vlt. num. 5. & 7.* Et ſuperueniente maiori magiſtratu minoris mandata iuriſdictio ceſſat. *leg. potioris. C. de offic. rect. prouinciæ.* Bart. *in l. fin. de offic. proconſ. & legat.*

Quoad eos vero, qui iuriſdictionem ſuo iure & propriam ſiue contractu, ſiue priuilegio acquiſitam habent, vt ſunt Principes tam eccleſiaſtici, quā Politici Prælati, Comites, Nobiles, Ciuitates Imperii, & poſtea Nobiles, ac ciuitates mediate ſubiecti, partim noua imperii conſtitutione *de Cameræ iuriſd. par. 2. tit. 1.* partim conſuetudine contra veteris iuris rationem introductum videmus, vt quoad prima iudicia ſuperiores cum inferioribus, vel anticipando, vel præueniendo non concurrant. Et non ſuo, ſed poſtulantium tantum & iudicum inferiorum facto prouocatione nimirum iuſtitiæ denegatione vel protractione nullitatis cōmiſſione vel ſuſpicione, ad ſuperiorem iuriſdictio redeat Alber. Bru. *conſ. 169. verſ. quamuis enim. li. 2* Peregr. *conſ. 1. n. 41.* Berous *conſ. 74. n. 10.* Quæ tamen conſuetudo ſecundum naturam ſuam in terminis ſuis ſtricte intelligenda, vt ad alia, quam in quib. vſus obtinuit non extendatur. Bald. *in c. 1. in fine principii. de cog. feud. & in auth. ſi quas ruin. in 1. col. C. de ſacroſ. eccl.* Paul. de Caſt. *conſ. 161. 11. col.* & Oldr. *conſ. 236.* Abb. *in c. fin. de conſuet.*

Hoc etiam loco non incommode quæritur, an iuriſdictio ſit diuidua † vel indiuidua: Diuidui & indiuidui † verborum non 10

est simplex in iure, vt & apud alios scriptores vsus, de quo plene Baro *in tr. de diuiduis & indiuiduis obligat. lib. 1 cap. 2. & 3.* apud IC. vero diuiduum dicitur, vel quod distribuitur in partes pro indiuiso & commune est vel nostro facto, societate nimirum, emptione, vsucapione: Vel alieno: legato, fideicommisso, hæreditate: vel in partes, pro diuiso extra iudicium vel in iudicio: Familiæ herciscundæ, communi diuidundo vel finium regundorum. Indiuiduum, quod vel in partes indiuisas non diuiditur, vt sunt partim iura, partim facta, vel, in partes diuisas: quorum alia natura, vt fundus, Castrum, Prætorium: alia damno, vt homo. lanx, equus. Quædam lege, pactione, vel testamento diuidi prohibentur. accurate Baro *d. tr. de diuiduis & indiuid. oblig. cap. 3.* Quatenus igitur
32 iurisdictio † vt ius consideratur, secundum naturam ac substantiam suam tanquam res incorporalis diuisionem nõ recipit. *l. stipulationes non diuiduntur. de verb. oblig.* Curt. *consi. 49. nu. 58.* Bal. *in c. 1. §. præterea Ducatus. de prohibit. feudi alien. per Frideric.* Rol. à Valle *consi. 46 n. 16 vol. 3.* Pet. Anton. de Petra *in tr. de iure quæsito per Principem non tollendo. q. 8. num. 38. & in tr. de fideicom. q. 8. nu. 530.* Quoad commodum vero & in consequentiam territorii ei subiecti per diuisionem territorii Bolognet. *consi. 14. nu 30. & seq.* Socin. *consi. 67. 99. & seq. vol. 1. & consi 152. nu. 17 vol. 2* Pet. Anton. Petra *de fideicom. q. 8. nu 530. & in tr. de iure quæsito non tollend per Principem q. 18 num. 38.*
33 *& seq.* vbi exempla iurisdictionis † per partes territorii diuisæ refert in Ducatu Placentiæ, Castris nimirum Cauasii, Ripaltæ, Potentiani. An autem si Princeps vel Comes decedat, pluribus hæredibus relictis, ante factam diuisionem iurisdictio sit apud singulos in solidum, ita vt quilibet eam exercere posset, an vero omniũ interuentu opus sit, tractant ac determinant Bart. Alex. de Imola & Paul. de Cast. *in l. tunc autem. de re iudicat.* Abb. *in c. audientiam. de off. deleg.* Ias. & Bal. *in l. vnic. de offic. consulis.* Ial. *in d. l. tunc autem. de re iud.* De iure accrescendi circa iurisdictionem vide Paris *consi. 16. nu. 8. vol. 4.*

14 Solet etiam hic agitari quæstio, an concessa † simpliciter iurisdictione omnes eius species tributæ intelligantur? In cuius disquisitione distinguendum arbitror, quod à plerisq; confunditur: Meum

Merum nimirum imperium à criminali iurisdictione: Criminalem à iurisdictione superiori. Quod autem merum imperium à iurisdictione criminali tanquam pars scilicet à toto differat, supra *lib. 1. cap. 11.* satis dilucide expositum est. Superior iurisdictio altera pars iurisdictionis in plerisq; Germaniæ locis constituta, an plus minusve criminali cõtineat, quia morib. cuiuscunq; Prouinciæ constat, quomodo vel à mero imperio antiquo præcipua criminalis iurisdictionis parte, vel ab ea tota discernatur, certi aliquid, nisi à singulorum locorum iurisperitis definiri non potest: Iure vero Saxonico certis limitib. circumscripta, quomodo tam à grauiore animaduersione, quã criminali iurisdictione vniuersa distet, ex singulorum definitionib. supra explicatis satis est manifestum. Si itaq; concessionis verba sunt vniuersalia, vel species iurisdictionis omnes diserte cõprehendant, quæstio tollitur: Verba siquidem vniuersalia peremptoria sunt, vt ex Valentiniano ait Cuiacius *in com. de feud. tit. 9. libr. 4.* Oldrad. *consi. 252.* Rol. à Valle *consi. 42. n. 37. lib. 2.* Alciat. *c. quod sedes. de off. ord.* Idem si cum adiuncto alta & bassa data est Ioan. Longouall. *in repet. l. imperium. nu. 92. de iurisd. om. iud.* Tap. *in repet. l. fin. cap. 2 num. 45. de constit. prin.* Item omnimoda Cardinalis Zabarell. Panormit. *c. 1. versic. omnimodam. de foro compet.* Paris. *cons. 9. nu. 3. lib. 1.* Carol. Molin. *in consuet. Paris. ti. 1. §. 1. gl. 5. nu. 48.* Aut plena vel plenissima Ias. *in l. imperium. num. 11. de iurisd.* Raphael Cuman. Fulgos. & Bald. *in l. si in aliqua. de offi. procons.* Paris. *d. cons. 9. nu. 7. lib. 1.* Molin. *in consuet. Paris. tit. 1 §. 1. gl. 5. nu. 48.* Curt. Iun. *in l. imperium. de iurisd.* Tapia *in l. fin. cap. 2. nu. 43. de constit. princip.* Nisi tamen consuetudo locorum repugnet, qua interdum disertæ expressiones ad inferiorem iurisdictionem restringuntur. Vt in Palatinatu, Franconia & Bauaria verba concessionis amplissima **mit hohen vnnd nidern Gerichten vnnd Verbots** ad criminalem vel centenicam iurisdictionem non porrigi, testatur Knich. *de vestit. pactis. c. 1. nu. 81.*

An autem concessa simpliciter iurisdictio criminalem quoq; complectatur, Diuersæ sunt interpretum sententiæ. Ac numero vicit eorum opinio, qui concessa simpliciter iurisdictione merũ quoque & mixtum imperium, id est, vt illi interpretantur, omnẽ

# CAPVT VLTIMVM.

## *De contrariis, siue modis amittendæ iurisdictionis.*

### OBSERVATA.

1 *Iurisdictio quatenus est in Imperio, iisdem modis quibus Respublica ipsa mutationi & interitui obnoxia est.*
2 *Differre interitum & conuersionem reipublicæ.*
3 *Respublica proprie sic dicta, quia societas, iisdem modis, quibus aliæ societates soluuntur.*
4 *Pauli IC. subtile discrimen inter amissionem & finitionem vsusfructus.*
5 *Modi amittendæ vel tollendæ iurisdictionis proprie sic dictæ duplices, communes & proprii.*
6 *Vtrorumq. definitio.*
7 *Propriorum subdiuisio in generales & speciales.*
8 *Generalium definitio.*
9 *Specialium definitio.*
10 *Generalium vlterior diuisio.*
11 *Generaliter tollitur iurisdictio per reuocationem superioris.*
12 *Quæ iurisdictio generali reuocationi sit obnoxia.*
13 *Delicto quoq. vel culpa generaliter iurisdictio amittitur.*
14 *Discernitur inter delicta, vt loquuntur, commissionis & omissionis.*
15 *Quoad tempus vel causam vnam atque alteram. Facto superioris iudicis iurisdictio suspenditur, per inhibitionem & auocationem.*
16 *Inhibitionis effectus.*
17 *Auocatio causarum quid?*
18 *Auocatio duplex expressa & tacita.*
19 *Facto inferioris iudicis, sistitur cursus iurisdictionis per denegationem, vel protractionem iustitiæ dilationem & relationem.*
20 *Facto postulantium suspenditur iurisdictio per appellationem recusationem, restitutionem in integrum.*
21 *Supplicatione & querela executionem non impediri.*

*petuo, vel eo saltem casu, quo factum in dubium vocatur, requiratur.*

46 *Iurisdictionem amitti vel finiri ipso iure nec opus esse sententia dispositiua, nisi quando propter delictum vel culpam aufertur vel suspenditur.*

47 *Recusatio ipso iure suspendit iurisdictionem iudicis suspecti.*

48 *Iure altero ciuili vel Canonico controuerso, altero certo, hoc in vtroque foro seruandum.*

QVod ad modos † finiendæ iurisdictionis quatenus in ipso est 1 imperio, attinet, sciendum, eam iisdem modis, quib. vniuersæ respub. interire solent, extingui & mutari. Estq; † differentia 2 inter ipsum interitum & conuersionem formarum rerumpublicarum, quas τρόπους τῆς ἀρχῆς Arist. appellat. Vera autem † & pro- 3 prie accepta respub. quæ ex libera conuentione & societate Arist *li. 1. politicor. c. 1. li. 3.* ex iisdem causis, quibus aliæ societates, dissoluitur, vel natura sua, contraria nimirum voluntate, vel vi interna vel externa Contraria voluntate cum vel plane resoluitur in ἀναρχίαν vel Principis alterius imperio δεσποτικῷ vniuersi ciues se sponte subiiciunt Vis interna sunt seditiones quorundam, quib. destructa vera Politia Tyrannis vel ὀλιγαρχία vel δημοκρατία arripitur. Externa fit armis & bellis, quibus liberæ respub. sese dominatui Victorum subiicere coguntur. Vt est formula deditionis apud Plaut. *in Amphyt. Dedunt se diuina humanaq; omnia in ditionem & arbitratum cuncti Thebano Populo.* In modis † amittendæ vel finiendæ 4 iurisdictionis proprie sic dictæ, nō sequemur subtilem distinctionem Pauli in vsufructu, de qua Cont. *in commentar. feud. c. 10. Quib. mod. feud. amittat. ac finiat.* inter amittere vel finiri iurisdictionem sed pro vtroq; amissionis verbo communiter vtemur.

Sunt autem amittendæ vel tollendæ † iurisdictionis modi in 5 duplici differentia: Quidam enim communes, quidam proprii: Communes, in quibus iurisdictio † cum aliorum iurium generib. 6 conuenit: Proprii, qui aliquid in iurisdictione tollenda speciale habent. Hi quoq; † non vnius sunt generis, quidā generales, qui- 7 dam speciales Generales † qui specieb. omnib. sunt communes: 8 specia-

9 speciales, qui certis † tantum iurisdictionis specieb. conueniunt.
10 Generaliũ rursus † duæ sunt species: Quidam enim iurisdictionem omnem plane tollunt, quidam ad tempus saltem, & in vna vel altera causa remorantur. Idq; vel facto superioris vel inferioris iudicis, vel postulantium.

11 Modus proprius generalis † iurisdictionis plane tollendæ est reuocatio superioris iudicis indefinita, quæ statim iudicis inferioris iurisdictionem sistit, eiusque manus constringit ita, vt quæ post eam reuocationem ac generalem inhibitionem egerit, nullius sint momenti. *cap. vt nostrum.* & ibi Abb. *de appellationib.* Interpretes plerique *in cap. super quæstionum. eod. tit.* Et quod iurisdictio semper pro libitu reuocari possit, tradunt Aretin. Felin. & Dec. *in cap. nouit. de iudic.* Tapia. *in rub. l. fin. de constit. Princip. cap. 9 part. 2. num. 58.*

12 Quæ autem IVRISDICTIO † spontaneæ concedentium reuocationi obnoxia sit; Obseruandum est, etsi generaliter quoad priuilegiorum reuocationem discernatur inter simplicia ac gratuita & ea priuilegia, quæ ex causa onerosa vel meritoria sunt concessa, vt in illis sit libera: in his vero generaliter non sic permissa, vt late tractat Tapia *in l. fin. cap. 9. 2 de constit. Princ.* Rol. à Valle *cons. 66. nu. 5. 6. 7. & plurib seqq.* Felin. *in c. nouit. de iudic.* Hæc tamen distinctio de iure non habet locum in concessa iurisdictione, in qua semper autoritatem superioris exemptam censeri ait Felin. *in c. nouit. de iudic. nu. 8 per c. venientes. de iureiurand. & c. constitutus. de rescript. nu. 9.* post Bal. *in l. qui e Patris. C. vnde liberti.* Geminian. *in c. 1. de constit. in 6.* Arch. & Dec. *d. c. nouit.* Tapia *in rep. l. fin. c. 9. nu. 58. de constit. Princip.*

Quicquid autem sit de iure vsu nostri temporis... contractus & priuilegia, per quæ ius reale in iurisdictione transfertur, non solent reuocari, quod expressa constitutione in regno Hispaniarum sancitum *l. 8. Fori. tit. 12. de les donationes.* refert Tapia *in rep. l. fi. cap. 9 num 54 de constit. princip.* Ac conuenit cum iis, quæ generaliter de contractibus vel Priuilegiis, per quæ dominium, vel aliud ius reale transfertur non auferendis tradiderunt Bald. *in l. qui se Patris. num. 34. C. vnde legitimi.* Felin. *in cap. nouit. de indic.* Tiraq. *in rep.*

*rep.l. si vnquam.verb.libertis. C. de reuoc.donat.* Paul.de Castro *in leg. digna vox.nu.5 C.de legib.* & alii complures adducti à Tapia *dicto loco & num.*

Secus vero in simpliciter mandata, vel officii ratione concessa, ex qua nullum ius in re aut possessio in iurisdictione, sed nudum tantum exercitium & administratio loco ac nomine concedentis transfertur. Ea enim pro libitu concedentium reuocatur, & absque causa auferri potest. Bald. *in l. rescript. C. de precib. Imperat. offer.* Boss. *in tit. de regalib. num.34.* Boer. *decis 149. num. 17.* Tap. *d.l. fin. cap.9. num. 74. de constit. princip.* licet quo ad remotionem ab officio præmissa non absque dubitatione procedere existimet *ibid.* Tapia ex iis, quæ subiicit *nu. 76 77.78 79.80.81.82.83.84. & aliquot seqq.*

Secundo & generaliter amittitur iurisdictio † delicto vel cul- 13
pa exercentis, in quo distinguere communiter solent † inter- 14
pretes, an peccatum sit commissione vel omissione, propter omissionis & negligentiæ peccatum nunquam priuari iudicem, sed alias puniri debere, scribunt Bald. & Cyn. *in l si dominus. §. duorum. de his, qui sunt sui vel alieni iuris.* per text. *§. super hoc. in Auth. de quæstor. & in Auth. vt diff. ind.* Tiraquel. *in tract. de pœnis temp. & remit. caus. 44. num. 61.* Si vero in committendo, quod plane iurisdictione priuari debeat, Bald. & Cyn. *dict. leg. si dominus. §. duorum. de his, qui sunt sui vel alieni iuris.* vbi, quomodo distinguant, videndum est.

Si quis igitur iurisdictione ad sæuitiam & oppressionem subditorum abutitur, ea priuari potest, per ea, quæ tradit Innoc. Io. And. Gemin. Phil. Franc. *in cap. 2. de re indic. nu.6.* Molin. *in consuet. Paris. tit.1. §.30. num. 166.* Mynsing. *cent. 1. obs. 8.* Iust. Eccard. *in explicat. l. reg folio 121.* Mynsing. *obs. 8. cent. 5.* Iacob. de sancto Georg *in tractat. de homag. tom. 2. part. 2. fol. 197. numer. 46.* Geil. *lib. 1. obs. 17. num. 2.*

Subditi enim prætextu iurisdictionis non vt serui tractari debent. Quia potestas iuris reddendi libertatem subditorum non minuit, sed auget, & tuetur, cum ad eorum defensionem & communem vtilitatem sit introducta, alias non iurisdictio, sed Tyran-

nis ac barbarica impressio censenda est, vt grauissime ea descripsit Molin. *in consu. Paris. tit. 1. §. 2. gio 3. folio* 103. 1. *c. lum. numer.* 4. Celsus Mancinus *in tract. de iuribus principatuum. lib. 4.* vbi dicit: Qui pro iudicibus sese Dominos gerunt, mutare ius principatus in Tyrannidis immanissimę legem. Cum eo autem, quod ex Baldo & Cyno dictum est, non priuatione, sed alia pœna iudicem ob negligentiam puniri, non consentit Longouall. *in repetit. leg. imperium. fol. penult.* vbi iudicem propter negligentiam in reddendo iure statim priuandum & ab officio deponendum decidit, autoritate Doctor. post gloss. *in leg. mancip. C. de seruis fugit & l. si quis. C. de offic. praef. praet.* idque confirmat *cap. grandi. de suppl. negl. prælator. numer. 6.* Idem tradunt Anton. de But. *cap. 1. de conceß. præbend.* Felin. *cap. irrefragabili. num. 1. de offic. ordin.* Menoch. *in tract. de arbit. iudic. quæst. libr. 2. cent.* 4. *casu* 341. *num.* 5. Iul. Clar. *in practic. crimin. lib. 5. §. fin. q* 73. *vers. Item iudex propter negligentiam.* Chilian König. *in processu. cap. 3. num. 4.* And. Geil. *obs. lib. 1. obs. 28. nu. 7.* & complures alii adducti à Schr. *p. 10. sect. 4. nu. 162. & 163.* cui suffragatur, quod ex Bart. *in l. 2. §. si tamen homines. de verb. obl.* Quod nimirum differentia inter delictum omissionis non habeat locũ in iudice, qui æque grauiter in omittendo & negligendo facit iniustitiam, quam si committendo delinquat, refert Tiraq. *in tr. de pœn. temp. aut remit. caus. 44. nu 62.*

Plura de his, quia exacte omnia hic persequi non possumus, vide apud Bal. Cyn. Tiraq. *d. locis.* & Molin. *in consuet. Paris. tit. 1. §. 2. gl 3 fol.* 104. *nu.* 12. Ruin. *cons. 12. lib 5.*

15 Quoad tempus vel causam † vnam atque alteram facto superioris suspenditur iurisdictio per inhibitionem & auocationem.
16 Per inhibitionem † quæ tam facta prouocatione, quam nulla interposita appellatione locum habet. Francisc. Hercula. *in tr. de attentatis.* statim sistitur iurisdictio iudicis inferioris, vel vt loquuntur interpretes, statim ligãtur manus iudicis iudicare prohibiti, ita vt acta in causa qua inhibitum est, post inhibitionem exhibitam pro infectis ac nullis habeantur. *c. non solum. & in c. Romana. de appellationib. lib. 6.* Rota. *decis.* 20. alias 130. *incip. si post inhibitionem. de appell.*

Auo-

Auocatio causarum † est causæ vnius vel alterius ab inferiore 17
ad superiorem translatio. De qua interpretes *in cap. licet. de offic. ac potest. delegat. c. vt nostrum. de appellation. & l. iudicium soluitur. de iudic.* Geil *lib. 1 obs. 41. nu. 81.* Herm. Vulteius *in l. 1. C. de iurisd. & foro comp. nu. 168.*

Fitque dupliciter: expresse † vel tacite. Expresse, si causam ad 18
inferiorem spectantem expresse ad se auocat superior. *d. c. vt nostrum.* siue cœpto, siue nondum cœpto iudicio. Tacite, quando litem vel inchoatam, vel nondum cœptam scienter alteri delegat. Bald. *in l. siue proponis. 2. C. quomodo & quando iudex.* Ias. *in l. more maiorum. de iurisd. om. iud.* Felin. *in cap. quoniam Abbas. num. 12 in fine. de offic. deleg.* Maranth. *de ordin. iud. dist. 6. num. 37.* Geil. *d. obs. 41. lib. 1. in fine.*

Facto iudicis † inferioris, id est, per denegationem vel protra- 19
ctionem iustitiæ suspenditur iurisdictio, ac in ea causa qua ius reddere recusat, ad superiorem reuoluitur text. *in auth. vt diff. iudices. §. si tamen contigerit. auth. statuimus. §. sancimus. Cod. de Episcop. & Cleric.* vbi communiter hoc tradunt interpretes. Geil. *obs. lib. 1. obs. 28.* Secundo suspenditur iurisdictio per dilationem, quando nimirum actus certis temporibus in iudicio expediendi, in aliud vlterius tempus reiiciuntur. *leg. si cum dies. & leg. diem. de recept. arbitr.* ea enim pendente nihil est agendum vel innouandum *leg. 3. C. de dilationibus. cap. præterea. & cap. significante.* & ibi Panormit. *eod.* Socin. *in Fall. reg. 93.* Maranth. *in tr. de ordin. iudic. part. 6. de appellat. num. 116.*

Tertio inter actus quoque suspensiuos, qui ab ipso iudice inferiore proficiscuntur, numeratur relatio cum iudex de iure dubitans, superiorem consulit, quid in iudicando sequendum sit, *leg. eum quem. §. iudicib. de iudic. §. fin. in auth. de iudic. l. 1. §. 1. de appell. tot. tit. C. de relat. c. intimasti. eod.* Ea enim pendente quoq; nihil innouari debet *l. fin.* & ibi Bald. *C. de relat. leg. ex illo.* & ibi Bald. & Dd. *C. de appell.* Bartol. *in leg. 1. C. de relationibus.* Bald. *in capit. intimasti. de appellat.* Maranth. *in tract. de ordin. iudiciorum. tit. de appellat. num. 10.* Idem quoque post Baldum *dict. leg. fin. Cod. de relationibus.* cum à Collegiis I C. informationes petunt iudices, obseruandum esse

notat Wesenbec. *ad tit. de appell. in fine.* Facto postulantium impe-
20 ditur † cœpta iurisdictio regulariter per appellationem. Habet enim Appellatio effectum suspensiuum iurisdictionis nimirum iudicis à quo & deuolutiuum causæ ad superiorem. Abb. *in capit. dilecto. colum. fin. de appellat.* Ludouic. Rom. *consilio 31.* & Paul. de Castro *consi 7. & consi. 270. volum. 1.* Octauian. Vest. *in processu. Curiæ Romanæ. libro tertio, titul. de caus. deuolut.* Recusatione quoque iudicis suspecti disceptatio cœpta retardatur, ita vt si ea proposita iudex recusatus ad vlteriora procedat, acta ipso iure nulla esse censeantur Bartol. & Doctor. *in leg. qui poterat. ad Senatusconsult. Trebell.*

Sed an sola allegatio vel propositio de suspicione iudicis recusandi, an vero, vt recusatio effectum suspensiuum sortiatur, probatio quoque & sententia requiratur. Maxima est inter Dd. controuersia, de quibus interpretum opiniones adiunctis singularum rationibus ac fundamentis enumerat Ludouicus Rom. *consi. 240. à numer. 3. vsque ad num. 7.* vbi de iure Ciuili solam allegationem per text. *dict. leg. quia poterat. ff. ad Trebellia. & leg. apertissimi. C. de iudic.* De iure vero Canonico probationem quoque & sententiam requiri affirmat per text. *in capit. iudex. de offic. delegati. num 6.*

Modus suspendendæ iurisdictionis inchoatæ est petitio restitutionis in integrum. Quod enim appellatio præstat maioribus, idem minores beneficio restitutionis, si appellare nolint, consequuntur. *leg. præses. de minoribus.* Vt igitur appellatione pendente nihil innouatur, sic quoque postulata restitutione in integrum, omnia integra, donec de restitutionis causa pronunciatum fuerit, reseruanda sunt, vt patet ex *c. de in integrum restitution. postulat. ne quid noui fiat.* & ibi Baldus & *in Auth quæ supplicatio. Cod. de precibus Imperat. off. decis. Neapol. 166.* Maranth. *in titul. de appell. num 96.*

21 Licet autem inter modos iurisdictionis † inchoatæ suspendendæ etiam supplicationem referat Maranth. *d. tit. de appellat.* eam tamen executionem non impedire communi interpretum calculo comprobatum est, quos refert Bender. *ad constit. de reuis. conclus.*

*conclus. 20. in princ* vbi hoc à nemine in controuersiam vocatum affirmat, sed tantum controuerti ait, an absque idonea satisfactione Victoris in causa sententia executioni mandari possit, de qua *in Auth. quæ supplicat. o. in l. fin. C. de precib. Imperat. off.* Maranth. *d. tit. de appell. nu. 14. 15. & 16.* Querelam quoq; de qua eodem loco Maranth. iurisdictionem iudicis à quo extra appellationem impedire nusquã relatum est, & quod quo ad iudicẽ à quo effectum suspensiuum non habeat, ipsemet fatetur Maranth. *dicto loco. numero 106.* per gloss. sing. *in clem. 1. in gloss. in vers. oneramus. de iure Patronat.* Et hactenus de modis quibus generaliter finitur, vel ad partem saltem suspenditur iurisdictio. Nunc de specialib. videamus.

Quoad certas species iurisdictionis † amittendæ, singularia quædã sunt, circa finiendã, quædam circa suspendendam. Quod ad finiendam, licet mandata iurisdictio in eo cum reliquis mandatis conueniat, vt quibus modis alia mandata morte nimirum, mandantis & eius reuocatione *l. recte. Mandati.* iisdem etiam mandata iurisdictio finiatur. *l. & quia. de iurisd. & l. more.* & ibi Ias. & reliqui interpretes *eod. tit.* Donell. *comm. iur. ciuil. lib. 17. cap. 8. in fin.* Vtraq; scilicet tam magistratui, quam curatoribus mandata. Hoc tamen mandatæ iurisdictionis proprium, vt tempore mandato definito exacto iurisdictio non expiret, si per partes tempus fuerit prorogatum *c. de causis. de off. deleg.* Secundo etsi alias tempore mandati elapso, ipsum quoque mandatum desinat, tamen finito tempore delegatæ iurisdictionis delegatus sententiã intra tempus mandati latam exequi potest. *c. ex lit. eod.* Tertio hoc quoque iurisdictionis mandatæ amittendæ proprium est, vt si quis errore vel mandati verborum obscuritate deceptus pronunciando iurisdictionem cum haberet, à se abdicarit, etiam partibus consentientibus eam repetere non possit, *c. significasti. num. 38. de offic. deleg. leg. priuatorum C. de iurisdiction.* nisi nouum rescriptum accedat. *c. dilectus. de præbend.* Quod semel officio suo functus sit *leg. Iudex de re iudicat.*

Quod ad sistendam † ad tempus iuris reddendi potestatem, propriumn hoc est iurisdictionis ecclesiasticæ, vt sistatur per cen- 23

furam quam Canones Synodorum ἀφόρισμον & ἀνάθημα, iura Pontificia excommunicationem vocant. *cap. pres. 1. q. 5. vel c. si quis viduam.* 50. *dist. c. si quis à modo. 81. dist.* Duaren. *de minist. ac benefic. eccl. lib. 1. cap. 3.* Et hæc suspensio dicitur, qua iurisdictio omnis inhibetur, quod secus est in interdicto ab ingressu ecclesiæ, quæ iurisdictionem ecclesiasticam non impedit glo. *in cap. sacro. in verb. interdict. de sentent. excom.* & ibi Canonistæ. Abb. *in c. excommunicatio. col. 4. de ref.* Ignatius Lopez *in practic. crimin. canon. i. a. in verb. suspendi. cap. 30.*

Dictæ suspensionis nobile exemplum est in interdictione exercitii iurisdictionis Ecclesiasticæ Pontificiis contra Euangelicos interdictæ decreto imperii Augustæ Anno 155 L §. Darmit auch. Quæ perpetua sit an temporaria vide Anton. de Godentiis *in commen. ad edictum Diocletiani par. 2. cap. 15.*

24 **In prorogata † iurisdictione finienda etiam hoc est singulare,** vt à conuentione duorum iurisdictionem non sui iudicis prorogantium, non tantum nuda conuentione vel pacto, vt plerique sentiunt, sed etiam stipulatione firmata, antequam iudex in quē consenserunt, aditus fuerit, recedere liceat, vt post Perr. & Cyn. *in l. si qui ex consensu. C. de Episcopal. audient.* Zas. *in l. si conuenerit. de iurisdion.*

Est. n. conuentionis nomen generale, tam pacta quam cōtractus alios complectens *l. 1. §. conuentionis.* & ibi Petr. Costal. *de pact.* Wesenbec. *ad tit. de pact. num. 9.* Quousque vero consentientibus in iudicem hoc liceat, diuersæ sunt interpretum sententiæ. Quidam sola aditione iudicis, vt Zas. *in d. l. si conuenerit.* Quidam emissa citatione, vt Hamorton *in tr. ord. iudic. part. 1. de prorogat. iurisdict.* Quidam vel emissa citatione vel lite contestata. Costal. *d. l. si conuenerit. de pact.* Quidam nisi lite demum contestata, vt Accurs. Baro, Alex. & Ias. qui tamen plures subiicit limitationes *in d. l. si conuenerit.*

Ego Zasii sententiam veriorem & textui, qui de sola aditione disponit, magis amicam esse arbitror. Sunt enim adeundi iudicis & accepti iudicii actus plane diuersi, & hic illum longo interuallo plerunque sequi solet *l. sed et si. de iudic.* Baro *in d. l. si conuenerit. de*

*iuris-*

*iurisdict.* De quo minus hoc tempore post veterem in accipiendo apud Prætorem iudicio & rem potestati magistratus subiiciendo solennitatem sublatam ambigi potest, erudite Donell. *com. li. 24. cap. 1.*

Quod ad suspendendam iurisdictionem prorogatam attinet, licet alias mutuo consensu ab omni conuentione, quæ solo consensu contracta est, licite recedatur, eiusq; effectus vel plane tolli, vel ad tempus differri possit, siue naturalis, siue ciuilis ex ea nescatur obligatio. *l. Stichum. §. naturalis. d. solent. l. ab emptione. de pact. l. 1. & 2. C. quando lic. ab empt. decedere. l. 2. l. 5. §. vlt. de rescind. vendit. §. vlt. Instit. quib. mod. tollit. obl.* Donell. *li. 16. c. 17.* Quatenus enim res in eum casum recidit à quo incipere non potest, vt in conuentione est defectus consensus, obligatio omnis extinguitur. *l. pro parte. de seruitut. §. item contra Instit. de inutilib. stipulationib.* Ex iis tamen quæ supra *25. c huius lib.* tradidimus, patet, iurisdictionis prorogatæ exercitium per additionem cœptam tolli non posse, *argum. d. l. si conuenerit. de iurisd.* Ad tempus enim permissa post illud prohibita esse censentur.

Quod ad ARBITRORVM † iurisdictionem finiendam attinet, 25 vltra generales modos, quib. ex pacto vel stipulatione obligatio tam naturalis quam ciuilis finitur, hæc in ea sunt propria. Primo, vt finiatur Arbitro iudicandi potestas data sententia totius controuersiæ definitiua pronunciata *leg qualem. §. vnde videndum.* & ibi Baro *de arbitr.* Id autem ita explicatur, vt locum habeat, si de vna controuersia tantum arbiter sumptus est, de pluribus autem litibus factum compromissum non soluitur, si de vna sententiam dixit, antequam etiam de reliquis dixerit, quia plura censentur esse compromissa, *l quod tamen. in pr. de arbit.* Speculat. *in tit. de arb. §. finitur. in pr.* Præterquam si in constituendo arbitrio aliud sit conuentum, vt nimirum de vna lite arbitrio lato expiret eius potestas. *l. quod tamen. §. videamus. eod.* Secundo tempore exercendo arbitrio præfinito Specul. *in tit. de arbit. §. finitur.* Tertio, etsi non certum tempus compromisso est definitum, longiori tamen interuallo lapso ius ex arbitrio recepto perit litigantibus, vt arbiter sententiam dicere non cogatur. Id longius interuallum, vt ha-

bet text. *leg. item si vnus*, vt alia indefinita iudicis arbitrio, ita æstimandum, ne post Eumenidis somnum reuertentes audire cogatur arbiter ait Baro *in d. l. item si vnus. de recept. arbit.* Quarto, si spreta autoritate arbitri ad alium iudicem vel arbitrum iuerunt, soluitur arbitrandi necessitas, licet mox pœnitentia ducti à iudice, vel alio arbitro ad priorem arbitrum reuersi fuerint, *l. sed si. & seq. de arbit.*

Quinto, morte arbitri vel alterius litigatorum *l. diem. § si hæredi. de arbitr.* Nisi expresse in compromisso hæredum vel aliorum successorum, vt quibus bonorum possessio datur, vel restituitur hæreditas mentio facta sit, *d. leg. diem.* & ibi Baro *de eod.* sed necesse est, vt hæredum omnium pactis compromittentium mentio fiat. Si enim vnius tantum hæredes exprimantur, in eorum quorum non meminit compromissum, hæredes non porrigitur Specul. *in tit. de arbit. § finitur.* Quod autem dictum est morte arbitri vel litigatorum finiri arbitrium si hæredum mentio non fiat, multo magis locum habet in prælato Ecclesiæ de rebus ad Ecclesiam pertinentibus compromittente. Eo enim mortuo res ad successorem regulariter nihil attinet, Specul. *dict. tit. de arbit. §. finitur, num. 4.*

Sexto, compromissi ius expirat, si iusta excusatio ab arbitro proposita à Prætore causa cognita approbata fuerit, de quibus *in leg. licet autem, de arbitr.* de his plura vide apud Speculat. *dict. § finitur.*

26 Quoad suspendendum † arbitrium magna controuersia est inter iuris interpretes. An arbitri sententia appellatione interposita impediri possit. Et quod locus sit appellationi, primo probari videtur *in l. non distinguemus. §. cum quidam arbiter. de arbit.* vbi exceptio arbitrii executionem impediens, species appellationis appellatur à Caio. Deinde loca sunt manifesta, quibus ab arbitri sententia appellari diserte probatur. *leg. arbitro. qui satisd. cogant. l. quæsitum. à quibus app. non licet.* Sed appellationem à sententia arbitri compromisso litigatorum electi non recipi diserto Antonini rescripto liquet *l. 1. C. de arbit.* siue æqua vel iniqua sit. *l. diem proferre. § stari. de arbit.* Duaren. *in tit. de arbit. fol. 198.* Inciuile enim est,

quem

quem quis arbitrum probauerit, eius arbitrium improbare, vt dicitur *in l. Pomponius. de neg gestis. l. si vxor. §. vlt. de adult. leg. cum mulier. solut. matrimonio*. Nec obstant leges antea adductæ. *Lex* enim *Non distinguemus. §. cum quidam arbit.* non affirmat ab arbitri sententia prouocari: sed tantum doli exceptione contra latum arbitrium sese tueri posse, quæ exceptio sit appellandi species, id est, vt recte Duarenus *in tit. de arbitris.* interpretatur, speciem ac similitudinem appellationis habeat, vt alias in iure species pro similitudine accipitur *in leg. 2. de iure iur.* Similitudo autem ea non in hoc consistit, vt per omnia cum appellatione conueniat, sed quemadmodum appellatio interposita remoratur executionem rei iudicatæ: sic illa doli exceptio pœnæ stipulatæ ex compromisso petitionem *l. si libertus. de op. libertor.* Reliquæ duæ leges non de Arbitris vel disceptatoribus compromissariis partium consensu electis, sed de iis quibus à magistratibus pars aliqua causæ disceptandæ cõmissa est, loquuntur. Quos tertia, quarta & sexta verbi arbitri significatione comprehendi diximus supra *c. 26.* Ab eorum enim arbitrio in alterutram partem litigatorum iniquo, non minus quam à reliquis iudicib. datis appellare conceditur. *d. l. 9. qui satisd. cog. leg. quæsitum, à quibus appell. non licet.* Vaud. *var. quæst. quæst.* 14.

Licet autem plerique in eo consentiant, quod à sententia arbitri non appelletur regulariter: Id tamen locum non habere quidam arbitrantur, si læsionem vel manifestam iniquitatem arbitrium contineat, eo etiam casu quo iuramento compromissum firmatum est. Socin. Senior. *consi. 24. num. 8. volum. 1.* Decius *consi. 533. num. 1.* Bald. *consi. 380.* Maranth. *part. 6. tit. de appell.* Iason *in leg. nemo potest. de legat. 1.* Quos sequitur Andr. Geil. *obs. lib. 1. obs. 150. per text. in l. non distinguemus. §. cum quidam arbitr. de arb. & l. arbitror. C. eod.* Sed falsum est, quod ex locis illis male intellectis adsumitur, vtrobiq; enim non de appellatione, sed de doli exceptione disponitur.

Quæritur autem, si ab arbitri sententia † vel statuto, vt diximus, prouocatio non concedatur, an non reductione ad arbitriũ boni viri executio arbitrii suspendi possit, in qua re tanta est in- 27

terpretum, nõ tantum veterum, ſed etiam recentiorum variatio, vt plerią; ab aliis, nonnulli etiam à ſe ipſis diſſentiant *in l. arbitro. de his qui ſatiſd. cog.* Magno tamen conſenſu ea accepta eſt ſententia, & ſi ab arbitri ſententia non appellatur, arbitratoris tamẽ, ſic enim amicabilem compoſitorem vel pacificatorem, vt diximus, appellant, ſententiam ad arbitrium boni viri reduci poſſe Bartol. & Iaſ. *in d. l. arbitro. qui ſatisd. cog.* Quod non tantum vllo iuris fundamento non comprobatur, ſed legibus manifeſto refragatur. Quemadmodum compromiſſum nullo alio, quam tranſactionis iure cenſetur. Tiraq. *in tr. de legib. connubialib. gl. 5. nu. 202.* Rolan. à Valle *conſ. 22 nu. 1. vol. 4.* Iul. Clar. *receptar. ſententiar. lib. 4. §. feudum. q 39. in fin.*

Sic etiam ad ſententiam ex eo latam nullum aliud remedium vel auxilium proditum eſt, quam exceptionis, quæ omnib. tranſactionum ſpeciebus opponi poſſunt: erroris, metus, doli, falſitatis. *l. ſub prætextu. & l. interpoſita l. ſiue. & l penult. C. de tranſactionib.* iiſq; opponendis nullum certum tempus præſcriptum, ſed perpetuo etiam vltra 30. aut centum annos proponi poſſunt, gloſſ. *in l. 3. verb. perſecutione. C. de præſcript. 30. annor. & in l. ſi pactum. C. de except.* Bald. *in tr. de præſcr. 4. part. 4 par. princ. q. 37.* Weſenb. *ad tit. de except. nu 12.*

Ex quibus apparet, quam inutilis & intempeſtiua ſit quæſtio, intra quod tempus reductio petenda (quam quæſtionem Baro *in l. ſocietatem §. arbitrorum. pro ſocio.* Principis deciſionem requirere dicit) Item quo iure & coram quo iudice ſit inſtituenda Spec. *in tit. de arb §. ſequitur.* Maranth. *de ordin. iud. p. 6 de appell. verſ. reductionis 112. & ſeq.* Geil. *obſ. lib. 1. obſ. 150.* cum reductio, inter remedia ſuſpenſiua nuſquam relata ſit: & ex qua cauſa quælibet actio competat, & coram quo iudice inſtituenda alibi generaliter ſatis ſit definitum. Ac in ſpecie, quod coram eodem iudice arbitrii, quo tranſactionis reſciſſio inſtituenda ſit, niſi ex forma ſtatuti laudum habeat actionẽ ex Bart. *in l 2. C. vbi & apud quem.* & Panormit. *in cap. quinta Vallis. de iureiuran.* recte obſeruauit Mynſing. *cent. 2. obſ. 61. in fine.*

28 His ita de iuriſdictionis † vel amiſſione vel ſuſpenſione explicatis,

catis, non incommode queritur, an modis quib. diximus, eam vel totã, vel pro parte amitti, vel suspendi, ipso iure, an vero per sententiam perdatur.

Quod vt recte intelligi possit, primo quid verba *ipso iure*, & *per sententiam* in legib. significent, explicabimus. Secundo, qui sint effectus & differentiæ eorum, quæ fiunt ipso iure, quæ vero per sententiam, postea ex hisce generalibus, quando iurisdictio ipso iure vel per sententiam amittatur, definiemus.

Quod ad primum attinet, principio † obseruandum est, verba ipso iure varie apud iuris autores accipi, de quo præcipue videatur Bal. *in l. sub conditione, col. 2. vers. & secundum. de cond. indeb.* Feli. *in c. Rodolph. de præscr.* Tiraq. *in repet. l. si vnquam. verb. reuertatur, vers. sed hic velim. nu. 408.* 1

Præcipue vero ipso † iure primo quid dicitur fieri cum solo constituentium voluntate, absq; traditione aut possessionis apprehensione, aut vllo temporis adminiculo Dominium, vel ius aliud acquiritur. Non ipso iure, quod præter voluntatem & consensum disponentium fit, alio præterea adminiculo, traditionis nimirum, vel apprehensione possessionis vel temporis continuatæ poss. & iusti tituli, vt *in vsucap. & longi temporis præscript.* de quo acceptu eleganter Cont. *disput. iur. ciuil. lib. 1. cap. 8.* Cuiac. *in leg. id quod nostrum. de regu. iur.* Tiraquellus *in repet. leg. si vnquam. verb. reuertatur. num. 408. vers. sed hic velim. num. 405. Cod. de reuocand. donation.* 50

Secundo ipso iure opponitur iis, quæ fiunt ope exceptionis *l. si fine. §. si Procurator. rem ratam haberi. l. si rem ff si dupla. de euict. l. conuento. de tut. & rat. distrahend. l. qui seruum. ff. is cui. de act. & oblig. leg. nec ex contrario. de regu. iur.* Donell. *comm. iur. ciuil. libro 12. cap. 2. folio 11. numero 30. & libro 21. capit. 3. folio 6. & 56. leg. nihil interest. de reg. iuris.*

Tertio, ipso iure quid fieri dicitur, quod non fit sola autoritate iuris ciuilis, sed requirit restitutionem in integrum vel aliud Prætoris auxilium *tot. tit. C. de præbend. minor. leg. in causa. l. 12. in princ. de minorib. l. si vsusfr. §. 1. vsusfruct. quemad. caue. leg. 1. ff. idem Pomponius. quod falso tutor. aut.* Tunc enim valebit per Prætoris tuitionem

nem non ipso iure. Tiraq. *in repet. l. si vnquam. ver. reuertatur. nu. 421. C. de reuoc. don.*

Cui quarto affinis est illa significatio, qua ipso iure transferri dicitur ad differentiam eius, quod non directe, sed per fideicommissum defertur. *l. si seruus.* & ibi Dd. *de fideicomm. lib. l. quærebatur. de milit. test.* Tiraq. *in d. repet. l. si vnquam. d. verb. reuertatur. nu. 5. C. de reuoc. donat.*

Quinto ipso iure nullius momenti dicitur, ad quod rescindendum vel impediendum appellatione non opus est, vel recusatione *tot. tit. Cod. quando prouocat. non est necessaria.* Tiraquell. *dicto loco.*

Sexto ipso iure dicitur, quando quis ius in re ipsa habet constitutum, ad differentiam eorum, quæ actione in personam petenda & reuocanda sunt, *toto titul. de his, quæ in fraud. credit. l. quis societatem. Pro socio. leg. Titium & Mauium. de administrat. tutor.* Tiraquell. *in repet. leg. si vnquam. verb. reuertatur. num. 442. C. de reuocat. donat.*

Septimo, ipso iure dicitur, vbi actio directa competit ad differentiam eius, quod cui ab alio ceditur. Tiraquellus *dicto loco. num. 408.*

Octauo, ipso iure dicitur illud, ad quod persequendum actio, vel exceptio ordinaria competit, ad differentiā eius, vbi subsidiario iudicis auxilio vel officio opus est, Tiraq. *d. loco. verb. reuertatur. num. 383.*

Nono, ipso iure dicitur, quod priuatorum vi & autoritate fieri potest, ad differentiam eius, ad quod expediendum ministerio iudicis opus est, Tiraquellus *dict. verb. reuertatur. numero 446.*

Decimo, ipso iure quid fieri dicitur, quod simul vt natum & factum est, per se statim, & sola iuris vel publici, vel priuati, ciuilis vel Prætorii constituti vi & autoritate perficitur. Ad differentiam eius, quod interposita autoritate & sententia magistratus absoluitur. Sic accipitur ab Accursio *in l. si quis maior. verb. infam. C. de transact.* & aliis locis compluribus adductis à Tiraqu. *in sæped. repetit. leg. si vnquam. verb. reuertatur. C. de reuocand. donat. per totum.*

Donell.

Donell. *comm. iur. ciuil. lib. 3. cap. 15. in princ.* Donell. verborum ipso iure in legibus & constitutionibus innumeris in locis occurrentium acceptus erudite in duo capita redigit. *tit. Instit. de action. §. actiones in verb. ipso iure non teneantur.* Vt aut idē valeant, quod solo iure, voce *ipsum ἰμφατικῶς* accepta, vt excludatur ad vim eius, de quo quæritur, aliud omne extrinsecū, quod ius non sit, cum opponitur iis, quæ factum aliquod desiderant. Aut idem quod iure ciuili non Prætorio.

Sententiæ quoque verbum † ambiguum est. Aliquando enim 31
pro opinione ac sensu accipitur. *l. hac consultissima. §. at cum. C. qui testam. facere poss. l. si adib. damni infect. l. qualem. de recep. arb.* Aliquando pro iudicis decreto ac pronunciato ad disceptandam cōtrouersiam pertinente, siue id summæ cōtrouersiæ per condemnationem siue absolutionem finem imponat, quæ definitiua dicitur. *l. 1. de re iudic.* siue de reb. ad definiendam saltem causam principalem pertinentibus disponat, quæ interlocutoriæ appellantur, *leg. post sententiam. C. de sentent. & interlocutor. omn. iud. leg. 2. de appellationib. recipiend.* Hotoman. *de verb. iuris. verb. sententia. fol. 340. col. 2.* siue dispositiua, siue declaratoria Tiraq. *in repet. leg. si vnquam. verb. reuertatur, num. 20. C. de reuoc. donationibus.* siue ordinarii, siue compromissarii sint, iudices, vt censet Alciat. *in l. 46. de verb. sign.* interdum vero non pro declaratione iuris antea quæsiti controuersi, sed ea sententia tantū dicitur, qua ius ipsum primum cōstituitur, quam interpretes dispositiuam vocant. *cap. cum detestabile. de Simonia.* Duaren. *in tract. de Sacr. Ecclesiæ minister. & beneficiis. lib. 8. cap. 6.*

Quod ad quæstionem præsentem attinet, quando nimirum quid ipso iure, vel per sententiam fiat: ea, cum à veterib. interpretibus Ias. *in l. fin. C. de Iure Emphyteut.* Felin. *in c. Rudolphus. de rescript.* tum vero nouissime à Tiraq. *in repet. l. si vnquam. verb. reuertatur. C. de reuoc. donat.* copiosissime tractatur, vbi licet dilucidius & ordinatius, vt loquitur, rem se declaraturum promittat. *d. verb. reuertatur. nu. 21.*

Quia tamen verborum ambiguitatem satis non explicat, & in quo maxime peccatur, ea, quæ ipso iure fieri dicuntur, respectu

eorum, quæ sententiam requirunt, ab iis, quæ per similitudinem quandam ipso iure quoque fieri perhibentur ad differentiam eorum, quæ exceptionem, restitutionem in integrum, vel aliam tuitionem Prætoris, appellationem, reuocationem, cessionem, traditionem, excusationem requirunt, *d. verb reuertatur. nu. 490.* non distinguit, imo ex causis falsissimis, quod nimirum ex eodẽ fonte promanent, & in eundem fere effectum abeant, plane ibidem confundit. Regulas etiam ac notas eorum, quæ ipso iure vel per sententiam fiant, ex tempore verborum dispositionis perperam constituit. Nos, quia maximi momenti vsusque quotidiani per se est materia, & ad hypotheseos nostræ explicationem ante generis declarationem recte peruenire non possumus, primo generaliter vnde cognoscatur, quid *ipso iure*, vel *per sententiam* fieri, quæque sit inter ea differentia. Postea quomodo ea ad iurisdictionem accommodari debeant, videbimus. Et quæ sparsim & confuse ab aliis sunt tradita, in pauca contrahere, & quasi in vno aspectu proponere, sicque in quæstione difficili, & parum antea exposita, & prudentiæ & memoriæ studiosi lectoris consulere conabimur.

32 Præmittendum est autem ius quoddam † proprie, quoddam
improprie nostrum dici. Proprie nostrum Donellus eruditæ hu-
ius diuisionis primus inuentor definit, quod ita sit nostrum, vt
nulla ex parte sit alterius, & vt amplius nostrum fiat, alterius tra-
33 ditionem aut factum nullum desiderat. vt sunt ea, quæ † dominii
nostri sunt, item iura prædiorum ipsis prædiis iam imposita &
34 quæsita, improprie † nostrum ad quod præstandum nobis a-
35 lius obligatus est, *com. iur. ciuil. lib. 2. cap. 8.* De vtroque † (cum iura
& regulæ de iis constituantur, quæ ἐπὶ τὸ πλεῖστον accidunt *leg. 3. 4. 5.
& 6.* & ibi Baro *de legib.*) generaliter sic definiamus, iura illa ipso iu-
re cuiq; acquiri, nec constituendorum aut finiendorum eorum
modum esse sententiam. Is enim est finis iudiciorum, non vt in iis
ius alicui constituatur, sed antea constitutũ obtineatur. Wesenb.
*ad tit. de iud. nu. 15.*

Quibus autem rebus ac notis deprehendatur fieri ac perfici aliquid ipso iure, vel per sententiam, consentiens ferme inter-

pre-

pretum omnium est opinio: Si dispositio contineat verbum vel participium præsentis vel præteriti temporis, quod significet aliquid fieri ipso iure, id est, iudicis ministerium ad eius perfectionem non requiri, vel vt interpretes loquuntur, esse canonem latæ sententiæ, cuius opinionis origo refertur ad Gl. Accursii *in l. si quis maior. in verb. infamia. C. de transaction. & in leg. 1. §. afficerentur. C. ne liceat potent. in leg. sicut. in verb. minime. C. de testam. milit. & in l. si quis in tantam. in gloss. magna. vers. quarto quaro. C. vnde vi.* Quem sequuntur Bart. Bald. Salicet. Paulus de Castro, & alii infiniti adducti à Tiraq. *in dict. rep. leg. si vnquam. verb. reuertatur. num. 21. C. de reuocand. donat.* paucis dissentientibus, quos quo ad hoc recte cõfutat Tiraq. *dicto loco. num. 21.* Verbum autem & participium futuri temporis Canonem ferendæ sententiæ non latæ. Tiraq. *eod. verb. reuertatur. num. 30.* Etsi autem per se vera sunt, quæ de verbis legis & statuti præsentis & præteriti temporis ab interpretibus afferuntur, id tamen non est ex vi, & potestate temporis verborum ac participiorum; Sed quod ea sit natura iuris & legum propter legislatorum autoritatem, vt quod constitutum plenam vim & autoritatem habeat: Ea enim est legis virtus, id est, natura & proprietas, vt quæ recta & ad salutem publicam pertinentia statuit, rata sint *leg. 7. de legib.* vbi dicitur: *Legis virtus,* id est, *vis natura & effectus est imperare, vetare, permittere, punire.* Et Quintilianus *lib. 7. Lex omnis aut tribuit, aut adimit, aut punit, aut iubet, aut vetat, aut permittit.* Connan. *com. iur. ciuil. lib. 1. cap* 9. Proprie enim legislator dici non potest, nisi qui plenam & absolutam dicendi ac statuendi iuris potestatem habet. Nec plenum & proprium ius dicitur, quod alterius operam, ministerium, sententiam, iudiciũ desiderat, Angel. *cons. 125. incip. substitutiones dictorum. col. vlt. d. verb. conuertatur. nu. 38.*

Deinde, nec refert cuius temporis sint verba dispositionis. Verba enim legum ac dispositionũ cum effectu accipienda sunt. Alciat *in l. aliud est capere. de verb. signif.*

De verbis præsentis & præteriti tẽporis minus est dubii: Quod ea perfectam ac completam actionem ex communi vsu loquẽdi secundũ quem semper verba sunt exaudienda, denotent. *l. Labeo.*

7. & ibi

7. & ibi Bart. *de supellectil. legat.* quod interpretes iuris vtriusque à Tiraque *d. loco* adducti fere omnes, vt diximus, sequuntur, quod nimirum in dubio latam sententiã importent. Qui negant verba præsentis temporis esse latæ sententiæ satis confutantur à Tiraquel. *in dict. verb. reuertatur, num. 24.* Quod autem futuri temporis verba legis ac dispositionis effectum, vel iuris acquirendi, vel amittendi perfectionem suspendant, nullo iuris fundamento, vel à Gloss. vel aliis interpretibus à Tiraq. *dicto loco.* adductis probatur.

36 Definitio autem nostra † supra posita generalem hanc habet restrictionem, omnis ferme iuris interpretationi communem, vt locum non habeat, si per alia iura ad rei alicuius constitutionem vel amissionem sententiam diserte requiri constet Tiraquel. *in d. verb. reuertatur. nu 36.*

Quod fit primo in iure potestatis dominicæ acquirendæ in libertis ingratis aduersus patronos. Illi enim non ipso iure fiunt serui, sed proposita actione seu accusatione ingrati, causisque ingratitudinis probatis, sententia iudicis in seruitutem Patroni rediguntur. *l. 1. 2. & 3. & l. vlt. C. de libert. & liberis eorum.* Idem quoq; in liberis ingratorum libertorum constitutum est, *d. l vlt. C. eod.* Secundo in liberis ob ingratitudinem in patriam potestatem reuocandis. Non enim ipso iure, sed sententia magistratus in potestatem reuocantur. *l. vnic. C. de ingrat. lib.* Donell. *com. li. 2. c. 24.* Tertio fallit in iure irrogandæ pœnæ, quæ non ipso iure, sed lata sententia demum irrogatur. *l. quod ad statum. de pœnis.* Tiraq. *in rep. l. si vnquam. verb. reuertatur. nu. 20 C. de reuoc. donat.*

Etsi autem pœnæ nomen generale est, non tantum pecuniariam, verum etiam capitis & existimationis, continens *l. aliud est fraus. in pr. de verb. signif.* ad pœnam quoque conuentionalem, & illud etiam, quod interest extendatur. *l. qui vltimo. & l. seruorum. de pœnis.* Vbi illi, qui accusantur, vel in quos iubetur inquiri, statim serui pœnæ non fiunt, sed demum lata sententia, imo si à sententia prouocatum sit adhuc integro statu sunt, *leg. furti. de his qui notant. infam.* ita vt interim & donec de appellatione cognitum ac sententia ita confirmata sit, testamenti habeant factionem. *l. qui*

*à latro-*

*à latronib. §. fi. de testam.* Gillot. *in tr. de iurisd. & imperio lib. c. 8.* Tiraq. *in repet. l. si vnquam. verb. reuertatur. nu. 2. C. de renoc. don.* Bal. *in l. habemus. §. vlt. C. de Sacros. Eccl.* Paul. *in l. vlt. de eo, quod certo loco. l. 29. iudi. solui.* Vsuram quoque *l. 40. de reb. cred. l. 11. eod.* Item latissime accipitur pro quacunque actione & iudicio, quod in rebus priuatis & ciuilibus lege datur aduersus eos, qui quod debuerunt ex lege præstare, non præstant. Donell. *comm. iur. ciuil. lib. 1. cap. 5. in fi.* Sic pœna dicitur priuatiua, ab actione exclusiua, tacitæ confessionis iurisdictionis prohibitiua, & aliæ, quæ ex Baldo & aliis interpretibus refert Tiraq. *in d. repet. l. vnquam. verb. reuertatur. num. 20. C. de reuoc. don.* Limitatio tamen nostra solum ad coercitionem publicam vel criminalem restringitur, in qua alias propter eiusdem atrocitatem in partem benigniorem fit interpretatio *cap. In pœnis.* & ibi gl. *de reg. iuris. nu. 6.* Tiraq *in d. verb. reuertatur. nu. 240.*

Quod de pœna per sententiam saltem irroganda dictum est. Ita quoque restringitur, vt saltem in vera, non item in ficta sententia locũ habeat: Etsi enim in ciuilib. confessio habet vim sententiæ, & confessus pro iudicato habeatur. *l. 1. de confess. l. vnica. C. eod.* Id tamen locum non habet in pœnis criminalibus, ibi enim confessio non habet vim sententiæ latæ, sed tantum ferendæ *l. si confessus. de custod. & exhib. reor.* Nec his obstant, quæ ex Baldo referuntur à Tiraq *d. verb. reuertatur. nu. 20.* Quod ad exigendam quoque pœnam obligatoriam requiratur sententia *per l. si qua pœna. in verb. virtus. de verb. signific.* Ea enim *in l. nihil.* de pœna conuentionali, sed pœnæ solummodo, tanquam generis publicæ coercitionis & mulctæ, tanquã speciei discrimen exponitur. Eadem quoq; est ratio aliarum, quæ ἐν πλάτει quoq; pœnas appellat Bal. *in l. iubemus. §. vlt. de Sacros. Eccl.* Vt exclusio à iure agendi. *l. vlt. §. sed si actor. C. de iuram. calum. & Auth. qui semel. C. quomod. & quand. iudex.* item pœnæ tacitæ confessioni ex *d. leg. vlt. §. sin autem. C. de iuram. calum.* Tiraq *in d. rep. l. si vnquam. verb. reuertatur. nu. 20.*

Nam etsi *in d. leg. vlt. §. quod si actor.* dicatur, actorem calumniæ iuramentum subire nolentem actione cadere debere, tamen nõ additur ad istam exclusionem requiri sententiam dispositiuam, sed tantum declaratoriam, super facto contumaciæ iurare no-

lentis, vt clare satis probant verba, & si hoc iudici fuerit probatũ. Sic quoq; *in Auth. qui semel. C. quomodo & quando iudex.* non disponitur, vt quis non præstitis iis, quæ præstare iubetur, ab actione cadat sententia condemnatoria vel priuatiua sit necessaria. Multo minus ad inducendam tacitam cõfessionem sententia dispositiua opus esse, ex *§ sin autem. d. l. vlt. C. de Iuram. calumn.* probari potest. bi enim hoc tantum disponitur: vt si reus calumniæ iuramentũ præstare recusauerit, in iis capitulis, quę narratione comprehendãtur, pro confesso habeatur, & iudici sententiam prout qualitas rei suggesserit pronunciare liceat.

Quod autem dictum est de pœnis publicis, id quo ad ius ciuile quidem regulariter extra controuersiam est, excepto, quod noua Banni pœna ex constitutione de pace publica ipso facto violatæ pacis incurratur. De quo prolixe Geil. *de pace publica. lib. 2. cap. 3.* In pœnis autem & coercitionib. Ecclesiasticis secus est. Vbi licet excommunicatio plerunq; ipso iure, vel vt loquuntur Canone latæ sententiæ irrogetur, vt 33. casus refert Hostiens. *in summa. de senten. excommunicationis. §. quis possit excommunicare. nu. 3.* Sunt tamen casus aliqui, in quibus ministerium & sententia iudicis requiritur, de quibus idem Hostiens. *in summa §. quib. ex causis. de sententia excommunicationis.* de his & aliis pœnis ecclesiasticis prolixe tractat Iul. Clar. *in pract. crim. §. fin. q. 73. 74. 75. 76. 77.*

Alius casus, vbi nõ ipso iure ius quæsitum amittitur, est in feudo. Quod Vasallo ob culpam non ipso iure, sed causa cognita ac lata sententia aufertur *lib. 2. §. Vasallus. si de feudo defuncti contentio sit. § sancimus. de feudo sine culpa non amittendo.* vbi *sancimus, vt nemo miles sine cognita culpa beneficium amittat. & §. sancimus. Quo tempore miles inuestituram petere debeat.* Duaren. *in com. feuda c. 15.* Anton. Contius *competend. de feud. tit. quib. mod. feud. amittatur & finiatur.* Cuiac. *d. §. sancimus. de feud. sine culpa non amittendo.* vbi ait: *Vasalli ipso iure feudum non amittunt, sed causa cognita.* Schrad. *in tr. feud. par. 29 partis principalis. sect. 8.* vbi infinitis fere autoritatibus hanc sententiam confirmat, eamq; communem esse asserit Molin. *in consuet. Paris. tit. 1. & 30. nu. 23.* Iul. Clar. *§. feudum. q. 62.*

37 Quo ad effectum † ac discrimen eorũ, quæ ipso iure ab iis, quę per

per ſententiam diſpoſitiuam vel condemnatoriam perficiuntur,
infinita ferme congeſſit Tiraq. *ſæpe dicta rep. l. ſi vnquam à n. 268. vſque ad finem iſtius verbi.* Quia tamen nulla habita ratione ὁμωνυμίας
ac multiplicis verborum ipſo iure acceptus, tumultuaria quædã,
vt videtur, librariorum, opera ea potius coniecta & confarta, quã
certo ordine ac ſtudio (quod pace tanti viri dicere liceat) cõpoſita ac diſpoſita apparent. Nos omnia ea † quæ, vt diximus, prolixe 38
ibi per Tiraq. & alios interpretes paſſim tractantur, duab. Regulis vel definitionib. comprehendemus. Quarum prima erit:
Cum omne, quod ipſo iure vel per ſententiam fit, ſit vel amiſſio
iuris noſtri vel realis perſonalis vel pœnæ irrogatio: ipſo iure amiſſo † iure reali vel perſonali, omnes effectus eius iuris ipſo fa- 39
cto ſtatim amitti ita, vt etiamſi factum ipſum controuerſum ſententiam declaratoriam requirat, ea tamen ad tempus facti commiſſi retrotrahatur. Pœnæ quoq; ipſo iure † irrogatæ effectus ſta- 40
tim à facto punibili commiſſo incipiunt. Vbi vero requiritur cõdemnatio iudicis, ad tempus latæ ſententiæ differuntur.

Secunda, ſi per ſententiã † diſpoſitiuã quid amittitur, vel pœ 41
na irrogatur, vſq; ad momentũ latæ ſententiæ differtur effectus.

Prioris Regulæ hæc ſunt exempla: Si vtile dominium † Feudi 42
ipſo iure amittitur, fructus à tempore culpę admiſſæ percepti domino reſtituendi ſunt. Vt ſi ante Martium culpa cõmiſſa probetur, omnes fructus illius anni ad dominũ pertinebunt. Idem quoque erit, ſi poſt Auguſtũ culpa admittatur tit. *Hic finitur lex.* Si vero per ſententiam priuationis latã beneficio deſtituatur, fructus primum poſt latam ſententiam reſtituendi ſunt. Baro *de beneficiis lib. 3. c. 4. in fi.* Felin. *in c. Rudolphus. verſ. limita tertio reſpectu fructuum. de reſc.* Tiraq. *in rep. l. ſi vnquam. verb. reuertatur. nu. 268. C. de reuoc. do.* Idem de Emphyteuſi quoq; tradit Guido Papæ *deciſ. Delphin. nu. 477. incip. vtrum proprietarius.* Alberic. *in Rubric. C. de vſufruct.* Iaſ. *in l. vlt. C. de iure emphyt.* ſic etiam ipſo iure amiſſa, non poſſunt amplius alienari, vbi autem ſententia opus eſt, interim alienari non prohibentur. Cyn. & Bal *in auth. inceſtas nuptias. C. de inceſt nuptiis.* Bart. *in l. poſt contractum. col. 4. verſic. ſecundum tempus. de don.* Tiraq. *in d. verb. reuertatur. nu. 324.*

De iis quoque, quæ ipso iure perduntur, in vltima voluntate, disponi non potest, secus si per sententiam Bal. *in auth. incestas nuptias. C. de incest. nuptiis.* Tiraq. *ibid. nu. 33.* Ipso iure amissum beneficium statim admisso delicto conferri potest, non sic, vbi sententia priuatiua opus est, *c. cum in cunctis. in pr.* de illis verbis liberã disponendi habeat facultatem. *De Electione.* Ludouicus Rom. *consi. 212.* Ripa *cap. sæpe. de restit. spoliat.* Tiraq. *d. verb. reuertatur. nu. 335.* Et generaliter de iis, quæ ipso iure amittuntur, agere quis post factũ commissum & ius suum prosequi non potest, debitores etiam ei soluere non tenentur. Secus si per sententiam quis illis destituitur. Innoc. *in c. inter dilectos.* & ibi Abb. *de excess. prælator.* Tiraq. *in d. verb reuertatur. num. 365.* Vbi ipso iure quid perditur, de iure tertii opponi potest. Si vero sententia priuatiua desideratur, ea exceptio non admittitur. Bald. *in l. cum seruum. col. 2.* & ibi Cyn. Franc. Aretin. *C. de seruis fugitiu.* Plura exempla vide apud Tiraq. *in sæpe d. repet. l. si vnquam. verb. reuertatur. num. 356. 365. 366 370. 380. 384. 385. 412. & 463. C. de reuoc. don.*

43 Alterius exempla sunt hæc, quod pœna ipso iure † irrogata statim secum trahat executionem, secus si sententia opus est, Bart. *in l. cum stipulatus. de verb. oblig. l. quod ad statum. in verb. statum. de pœnis.* Tiraq. *in verb. reuertatur.* Pœna ipso iure constituta, non potest per iudicem mutari, nec potest etiam à reo culpa purgari. *l. palam. de ritu nuptiar.* Bald. *in cap. 1. colum. 2. de prohibit. feudi alien per Frideric.* secus si sententia opus est. Plura huius quoque regulæ exempla, vide apud Tiraq *in d. verb. reuertatur. nu. 433. 296. C. de reuoc. donation.*

44 Definitio autem, quod amissio iuris † vel irrogatio pœnæ absque iudicis pronunciatione statim à facto commisso effectum suum sortiatur, primo ita restringitur, vt locum habeat in sententia dispositiua vel condemnatoria, vt recte appellat Tiraq. *in verb. reuertatur. n. 21. & 272.* quæ scilicet ad ius cuilibet constituendum aut finiendum vel amittendum pertinet. Tiraq. *d. loco.* Non autem in declaratoria qua factum & crimen commissum esse, declaratur, & quæ non ad esse iuris vel pœnæ, sed tantum ad esse executionis requiritur, vt tradunt Andr. de Isernia. Bald. Aluarottus,

rottus, Præpositus & Matthæus de Afflict. *c.1. in pr. de feud. sine culpa non amittend.* Schrad. *in tract. feud. 2 par. 9. part. princip. sect. 8. q 26.* Etsi enim sunt, qui cum pœna irrogatur, ipso iure nullam sententiam requirant, quos refert Tiraq. *in d. repet. l. si vnquam. verb. reuertatur. num. 398* Præcipue vero gloss. *in l. amissione. §. qui deficiunt. de cap. diminution.* quæ dicit Canonem latæ sententiæ habere vim sententiæ hominis, quam tanquam singularem Bald. *ibidem.* notari iubet. Vicit tamen probabilior eorum sententia, qui licet non exigant sententiam dispositiuam vel condemnatoriam, tamen facti commissi declaratoriam necessariam esse affirmant, quos infinitos ferme enumerat Tiraquell. *in dict. verb. reuertatur. num 400.*

An autem quod dictum est in iis, quæ ipso † iure fiunt, sententiam tamen declaratoriam requiri, ita sit accipiendum, quasi pro 45
forma iuris, quod ipso iure acquiritur, vel perditur, constituendi vel amittendi, iudicis declaratio requiratur: vel saltem eo casu, quo factum ex quo ius oritur, in dubium vocatur, non vsque adeo expeditum est. Et sunt complures, qui in eam sententiam inclinare videntur, quod indistincte sententia declaratoria requiratur, in quibus est Aluarot. *in c. imperialem. §. callidus. num. 4. de prohib. feudi alienatione.* Thomas Grammat. *decis. 195. num. 25.* qui dicit omnia iura mundi, quæ pro crimine ipso iure pœnam imponunt, ita intelligenda esse, dummodo sententia declaratoria sequatur, quod seq. Geil. *lib. 2. de pace publica. c. 3. nu. 9.* Borchold. *de feud. c. 8. nu. 157.* Idem quoq; sentire videtur Baro *de beneficiis. lib. 3. c. 4.* Et magis aperte Tiraq *d. l. si vnquam. verb. reuertatur. nu. 372.* Vbi in pœna ipso iure imposita declaratoriam sententiam condemnatoriç æquipollere affirmat. Et *ibid. nu. 337.* vbi dicit optimam rationem esse, cur sententia declaratoria in iis, quæ ipso iure fiunt, ferenda sit. Quod licet ipso iure amittatur vel publicetur dominium, possessionem tamen non amitti aut publicari post Bal. Spec. & alios *ibid.* adductos, quod sequitur quoq; Geil. *lib. 2. de pace publica. cap. 3. nu. 7. & plurib. seqq.* vbi multis interpretum testimoniis hoc quoq; defendere conatur, quod nimirum ideo sententia declaratoria requiratur: Quod dominium quidem ipso iure amittatur. Pos-

ſeſſio autem auferenda non ſit ante latam ſententiam declaratoriam, imo ex multorum ſententia, ne ipſum quidem dominium ipſo iure amitti, ſed tantum adminiſtrationem affirmare audet idem *alleg. loco. nu. 13. & lib. 1. de pac. pub. c. 19.*

Verum nō tantum nullo iure hæc interpretum ſententia probatur, ſed legibus quoq; manifeſte contraria eſt. Sententia enim declaratoria nulla alia fingenda eſt, quam ea, quæ eſt pars notionis iudiciariç qua cognitum ab eo, qui iuriſdictionem habet, pronunciatur, pronunciatio enim ipſa ſententia eſt. *l. prolatis. de re iudicat.* Donell. *ad l. 1. eod. tit.* Vel quæ eſt decretum iudicis ad diſceptandam ac finiendam controuerſiam pertinens. *l. 1. de re iudic. d. l. cum prolatis. de re iudicat. l. 1. ad Turpil l. qualem. de recept. arbitr.* Non ideo igitur, quod ad ius vel acquirendum, vel amittendũ aliquid faciat ſententia, ſed ideo, quod factum ipſum, de quo lis eſt, in dubium & controuerſiam vocatur, iudicis pronunciatio neceſſaria eſt, vt recte docet Tiraq. *per l. eius, qui delatorem. de iure Fiſci. cap. humani. de homicid. lib. 6.* notata glo. *in Auth. de Tabellionib. §. pen. d. verb. reuertatur. num. 20.* Idque generale eſt in iuris omnis, quod cuiuſque eſt, obtinendi ratione. Vt quando id quod petimus ab aliis amica petitione, aut alia ratione ex conſenſu eius, à quo poſtulamus, bona cum gratia impetrare non poſſumus, ſed ab aduerſario in controuerſiam trahitur, quod non tantum priuati id ab eo vi auferre non poſſint, exceptis caſibus quibuſdam, de quibus Donell. *lib. 17. c. 2.* Et Coler. *de proceſſib. execut. in præfat. nu. 34.* Sed nec ipſe iudex ad executionē procedere poſſit, niſi ordine & via à legibus præſcripta, id eſt, iudicio iuſte ac recte ordinato ac reo conuicto ac condemnato *l. 2. §. poſt originem. de orig. iur. l. nullius. C. de iudæis & cælicol.*

Quibus autem caſib. ne ſententia quidem declaratoria opus ſit, vide Tiraq. *in ſæpe d. repet. l. ſi vnquam. verb. reuertatur. n. 401.* Geil. *de pace publica. lib. 2. cap. 5.* Omnia enim hic perſequi, noſtri non eſt inſtituti.

Secundo id quod generaliter definiuimus, quod ipſo iure fit, ſtatim & ante ſententiam effectum ſuum ſortiri, ita reſtringitur, vt locum habeat, ſi is cui ipſo iure quid acquiſitum eſt, hoc velit,

de quo

de quo ibidem videatur Tiraquell. *d. verb. reuertatur. num. 1. 12. & seq. C. de reuoc. donat.* Bald. *l. fin. C. eod.* Alex. *cons. 7. nu. 24. lib. 1.* Dec. *cons. 144. nu. 6.* Tap *in rub. & l. fin. de constit. principum. c. 7. 2. part. num. 16. & seq.*

Hisce ita de ὁμωνυμία verborum ac regulis generalibus, quando quid ipso iure vel per sententiã fieri dicatur, expositis, facilis definitio erit quæstionis propositæ, an nimirum cum iurisdictio finitur vel amittitur ipso iure, an vero interuentu sententiæ priuatiuæ vel dispositiuæ perdatur. Antea enim ostendimus, nusquã ad acquisitionem vel amissionem iuris cuiusque sententiam requiri nisi id diserte in iure exprimatur. Nullo autem iuris loco ad † amittendam vel finiendam iurisdictionẽ sententia opus esse probatur. Siue igitur modis aliis iuribus communibus, siue propriis vel finiatur vel impediatur iurisdictio, nusquam eam sententiam priuatiuam desiderare iudicandum est. Nisi in casibus, in quibus id vel de iuribus omnibus communiter vel de iurisdictionis amissione vel suspensione singulariter est constitutum. Ex casibus autem quibus sententiam in acquisitione, vel amissione iuris in genere requiri diximus, nullus ad iurisdictionem pertinet præter pœnarum irrogationem. Vt enim nullam aliam pœnam ipso iure, sed lata primum sententia condemnatoria infligi diximus. Sic quoq; pœna iurisdictionis vel priuatim vel suspensiua sententiã requirere extra omnem controuersiam est. 46

Quod ad modos proprios attinet, præter priuationem ac suspensionem propter delictum & culpam (de quib. idem, quod de pœnis communibus ius statuendum est) de nullo modo, quib. vel adimitur vel suspenditur iurisdictio, auocatione nimirum, inhibitione, denegatione & protractione iustitiæ, dilatione, relatione, appellatione, postulatione restitutionis in integrum sententiam dispositiuam requiri constitutum est.

De recusatione autẽ iudicis † an ipso iure, vel facto recusationis vel propositionis, causarum suspicionis, vel lata demum sententia dispositiua iudicis recusati iurisdictionem suspendat, cum iure ciuili expresse non sit definitum. Iure autẽ canonico diserte statim tẽpore allegatæ suspicionis & interim dum de ea cognoscitur 47

citur iudicis recusati iurisdictio suspendatur, *cap. secundo requiris. § tertio postulas.* vbi *Coram quibus si causa à suspicionis intra terminum competentem probata non fuerit, tum demum autoritate sua iudex vtitur.* Et *cap. cum speciali. eod. tit.* vbi *causa suspicionis legitime coram ipsis intra competentem terminum non probata sua iurisdictione iudex.* Et *cap. iudex. §. post recusationem. de offic. & potestate iud. delegat.* iuris canonici dispositionem hac in parte recte sequimur.

Licet enim extra argumentum doctrinæ ac disciplinæ ecclesiasticæ ius suum foro cuiq; constet. Bald. *in l. 6. C. de Sacros. Eccles.* Castr. *in auth. qui semel. C. de probat.* Tamen cum aliquid altero controuersum vel non expressum est, alterum autem determinatum
48 ius certum † etiam in altero foro valere debet *c. 1. in fin. de iureiur. nu. 6. cap. 1. & 2. de oper. noui nunciat. in auth. vt Clerici apud Prop. Episc. in fin.* Iason *in l. 2. num. 23. C. si contra ius vel vtilitatem publicam.* Blanc. *de compromiss. quæst. 2. nu. 47.*

*LIBRI PRIMI FINIS.*

DN. TO-



# DN. TOBIÆ PAVRMEISTERI A KOCHSTET JC. DE Iurisdictione Imperii Romani,

## *LIBRI II.*

### Caput Primum.

### *De Imperii uniuersi Iurisdictione & potestate.*

Observata.

1 *Verborum* Imperii Romani *Homonymia.*
2 *Imperii Romani definitio.*
3 Πολιτείας *siue Reipublicæ proprie acceptæ nulla genera.*
4 *Vnum genus esse Reipublicæ Socratica apud Platonem sententia.*
5 *Improprie pro modo rectæ reipublicæ administrandæ acceptæ* πολιτεία *in* μοναρχίαν, ἀριστοκρατίαν & δημοκρατίαν *diuiditur.*
6 *Quæ distinctio ad* διχοτομίαν μονοκρατίας & πολυκρατίας *recte reducitur.*
7 *Vel* δημοκρατίας & ὀλιγαρχίας.
8 Ὀλιγαρχία *Regnum & optimatum Imperium complectitur.*
9 *Ad quam Reipub. formam Imperium Romanum referendum.*
10 *Veteres eius gubernandi varii modi.*
11 *Hodie* βασιλείαν *esse* κατὰ νόμον.
12 βασιλείαν κατὰ νόμον *peculiarem Reipublicæ speciem non constituere, sed Aristocraticæ genere comprehendi.*
13 *Totum partibus explicatis rectius intelligitur.*

14 *Ciuis à communicatione imperii indefiniti in omni Republica recta generalis & vera Aristotelis definitio.*

15 *Mutato ciuitatis statu vel forma ciuem non mutari.*

16 *Ciuium in actu & potentia imperii participes, diuisio.*

17 *Principum & ordinum, ex quibus cum Imperatore corpus imperii constituitur, series.*

18 *Thuani honorificum de amplissimo collegio Principum & Ordinum Imperii iudicium.*

19 *Amphyctionum aut Achaorum concilium cum imperio collatum, quasi muscæ ad Elephantum.*

20 *Subiectum iurisdictionis Imperii.*

21 *Territorii imperii triplex descriptio.*

22 *Primo totus orbis.*

23 *Id non proprie, sed κατὰ συνεκδοχὴν totius ita accipiendum est.*

24 *Secundo; Imperij territorium non possessione, sed iure ipso definitur.*

25 *Tertio proprie territorium Imperii dicuntur Regna & prouinciæ, etiamnum actu potestati eiusdem subiectæ.*

26 *Ea sunt Germania, Italia & Galliæ certa pars.*

27 *Regni Arelatensis à primaria eius vrbe Arelato appellatio.*

28 *Eiusdem olim partes Delphinatus Sabaudiæ, olim Comitatus, nunc Ducatus, tractus Sequanorũ, siue Burgundiæ comitatus ac tractus Heluetiorum.*

29 *Quæ hodie ex illis ad ius ac ditionem Imperii sint reliqua.*

30 *Imperiorum absolutorum Europa impatiens.*

31 *Eius rationes Physicæ ex Aristotele.*

32 *Qui hoc tempore de territorio Imperii esse dicantur.*

33 *Iure gentium de iurisdictione Imperii tam quo ad νομοθεσίαν, quam δικαιοδοσίαν in toto eiusdem territorio personis & caussis omnibus præsumitur.*

34 *Quo in statu res à principio fuit, eodem seu per persistere censetur.*

35 *Iurisdictionem sibi à Republica vel principe tributam adserenti incumbit probatio.*

36 *Dicta de vniuersali imperii iurisdictione ad νομοθεσίαν, exclusa tamen iuris singularis constituendi potestate, soli Cæsari competente, restringuntur.*

37 *Iuris-*

37 *Iurisdictio proprie sic dicta, quo ad ἐξουσίαν quoque est imperii, actu vero Cæsaris & Cameræ.*

38 *Regulariter Imperium vniuersum ipsum iurisdictionem non exercet.*

39 *Exceptis casibus reseruatis.*

40 *Reseruatio duplex: tacita & expressa.*
*Tacita reseruatio quæ?*

41 *Quæ expressa?*

42 *Quæ vel sibi soli, vel cum aliis expresse reseruarit Imperium.*

VT Imperii simpliciter dicti plures significationes retulimus libri superioris *cap. 9.* Sic quoque complexum Romanum scilicet imperium † varie accipitur. Aliquando enim κατὰ μετωνυμίαν subiecti, pro territorio & locis, ad quæ Reipub. Roman. potestas porrecta est, ponitur; Sic eo vtitur Ouid. *Trist. lib. 2.* 2

*Hæc est Ausonii sub iure nouissima, vixque*
*Hæsit in Imperii margine terra tui.*

Eodem tropo interdum pro ἀρχομένοις siue hominibus Imperio subditis vsurpatur. § *imperialis. constitut. Fride. de pace Constantia.* vbi imperialis clementiæ immensa serenitas, cum semper in subditis suis dispensationem fauoris & gratiæ habere consueuit, quamuis districta seueritate excessuum delicta habeat & possit corrigere, magis tamen studeat propria tranquillitate pacis, & piis affectibus misericordiæ Romanum imperium regere. Eodem acceptu legitur apud Ouid. quoque dicto loco:

*Sospite sic te, sit natus quoque sospes, & olim*
*Imperium regat hoc, cum seniore senex.*

Interdum pro ipsa potestate, siue κράτει vel ἀρχῇ πολιτικῇ. Horatius:

*Per quas latinum nomen, & Italæ*
*Creuere vires, famaque & Imperii*
*Porrecta maiestas & ortum*
*Solis ab Hesperio cubili.*

Aliquando ponitur pro personis ac ciuibus omnibus imperii tam ἀρχόντων, quam ἀρχομένων *d. constit. Friderici de pace Constantia. § ea propter.* In verb. *Qui aliquando nos & imperium nostrum offenderint.*

Frequentius vero, vt & hoc loco pro ciuibus proprie acceptis, si-
2 ue personis ἀρχόντων, eo vtimur. Quod secundum temporis † præ-
sentis statum definio: COLLEGIVM CIVIVM POTESTA-
TIS REIPVBLICÆ ROMANÆ ACTV PARTICI-
PVM.

3 Πολιτείας † siue Reipublicæ proprie acceptæ nullæ sunt species,
4 sed vnum tantum genus, † vt vera est Socratis apud Platonem
sententia. Vbi ἓν εἶδος τῆς πολιτείας esse dicit, *de Repub. libr. 4. in fine.*
5 Improprie tamen † pro administrandi & exercendi πολιτεύματος
seu κυρίας siue ἀρχῆς πολιτικῆς, τῆς ὀρθῆς forma, acceptæ, vetus & Socra-
tica apud Platonem *in Politico* est diuisio in μοναρχίαν siue βασιλείαν,
quando vnus ἀριστοκρατίαν, quando plures non tamen omnes, δημο-
κρατίαν, quæ & generis nomen retinet, quando penes vniuersos
ciues est reipublicæ potestas. Aristotel. *Politic. lib. 3. cap. 7. & lib. 4.
cap. 2.*

6 Quæ distributio † eodem gubernatorum respectu ad διχοτομίαν
sic redigitur, vt forma omnis Reipub. administrandæ sit vel μονο-
κρατία vel πολυκρατία; μονοκρατία, quæ & μοναρχία, vel βασιλεία dicitur,
quando vnus solus: πολυκρατία quando plures vno obtinent impe-
rium, quæ in δημοκρατίαν quando vniuersi, vel ἀριστοκρατίαν, quando
non omnes, plures tamen vno Rempublicam administrant sub-
7 diuiditur, vel vt placet Aristoteli *Politic. lib. 4. cap. 3.* in † δημοκρατίαν
καὶ ὀλιγαρχίαν. Vbi ὀλιγαρχίαν non pro παρεκβάσει, sed rectæ Reipub. spe-
8 cie accipit, ita vt Regnum † & optimatum Imperium comple-
ctatur, licet à se antea *lib. 3. cap. 7. & lib. 4. cap. 2.* positam distribu-
tionem meliorem ac veriorem esse ibidem arbitretur. Ad quam
9 igitur † τρόπῳ τῆς πολιτείας speciem siue formam Respublica Ro-
mana præsens referri debeat, verba generis loco posita osten-
dunt. Licet enim in pluribus Monarchiæ speciem præ se ferat
status Imperii nostri, propter amplissimam in principem siue
Cæsarem iure electionis collatam potestatem; quia tamen ea nō
παμβασιλεία, vel κατὰ βούλησιν, id est, regnum plenum & numeris o-
mnibus absolutum, in quo Rex suo nutu & arbitatu omnia gere-
re potest (vt definit Aristot. *lib. 3. cap. 15. & 16.*) Sed βασιλεία tantum
κατὰ νόμον, id est, regia administratio legib. adstricta, quam ἐν πάσαις
εἶδος

εἶδος τῆς πολιτείας: non esse speciem veram Reipubl. dicit idem Aristoteles *lib polit. 3. cap. 16.* in principem transferatur, quod ea inter Cæsarem & alios imperii ordines certis modis communicata est, vt capite proxime sequenti dilucidius explicabitur: ad Monarchiæ genus referri nequit, multo minus ad δημοκρατίαν in qua non aliquot, siue pauci siue plures, sed ciues omnes non ἐξουσίᾳ siue potentia solum, sed & ἐνεργείᾳ vel actu οὐχ ὡς ἕκαστοι ἀλλ' ὡς πάντες, id est, non vt singuli, sed vt vniuersi, vt loquitur Philosophus, summam Reipub. potestatem obtinent. Licet enim postquam † Respubli- 10
ca vetus Romanorum à populari ratione ad Monarchiam deflexit, varias subierit vices, eique quidam cum regio, vt pleriq; quidam vero despotico etiam imperio præfuerunt. (Tiberii enim Neronis, Calig .læ, Commodi, Caracallæ, Heliogabali nõ principum legitimorum, sed Dominorum & Tyrannorum libertatem Reipub. inuadentium imperia fuerunt.) A Caroli vero magni tempore, etsi acclamatione populi Romani & Germanorũ spontanea subiectione Rex ea lege susceptus existimetur, vt ad proximum quenquam nepotem regnum ordine deferretur (quã βασιλείαν κατὰ γένος siue πατρικὴν appellat Aristot. *Politic. lib. 3. cap. 14.*) quia tamen belli νομίμῳ δικαίῳ, vt idem Aristot. vocat *Polit. lib. 1. c. 6.* id est, legitimo & ab omnibus gentibus recepto iure, & ex transactione cum Imperatorib. Orientalib. Salisburgi inita id possidere cœpit, magis suo quam populi nomine, ius quidem ipsum ad δεσποτείαν magis quam ad πολιτείαν spectauit (etsi virtute ac moderatione principum Carolinorum administratio magis regia fuerit.) Post Carolinam stirpem sublatam libera vtriusq; Regni administratio iure gentium ad populum vicissim rediit. Et cum is tantus commode conuenire, ac Reipublicæ negocia tractare nõ posset; statim ad optimates, salua tamen populi libertate, & ad imperii actum quoque certis modis ac legibus perueniendi ἐξουσίᾳ & facultate, vtriusque Regni ius deductum est. Cum vero & ipsi tantæ ciuitati, nisi per vnum autoritate & potentia præ cæteris armatum consuli non posse animaduerterent, principem siue Regem κατὰ † νόμον crearunt, cui certis limitib. circumscripta po- 11
testas, non perpetua & ad hæredes transitoria, sed vsufructuaria.

ad vitam, non suo, sed populi nomine ac iure administranda commissa est: quam gubernandi speciem βασιλείαν κατὰ νόμον philosophum appellare, & speciem τῶν τριῶν τῆς πολιτείας non consti-
12 tuere, sed sub † Aristocratiæ genere relinqui ex Aristotele ante diximus. Idque salutare ac prudentissim. institutum ad hæc vsque tempora summo Reipublicæ bono porrectum videmus. Quia autem imperium collegium ciuium esse diximus, & id quod ex pluribus compositum est, perfecte intelligi non possit,
13 nisi partes † ipsius explicentur Aristotel. *Politic. lib. 1. cap. 1.* Antequam ex quibus personis collegium hoc Aristocraticum imperii ordinum constituatur, explicemus, de ciuium imperii generibus pauca præmittenda sunt. Est enim omnis πολιτεία siue Resp. multitudo ciuium. Aristotel. *lib. 3. cap. 1.* πολιτεία πλῆθός τι τῶν πολιτῶν.

14 Ciuis autem † communicatione imperii indefiniti in omni Repub. recta describitur ab Aristotel. *Politic. lib. 3. cap. 1.* πολίτης δ' ἁπλῶς οὐδενὶ τῶν ἄλλων ὁρίζεται μᾶλλον, ἢ τῷ μετέχειν κρίσεως καὶ ἀρχῆς. id est, vt habet Petri Victorii versio: *Ciuis simpliciter nulla alia re definitur magis, quam quod sit iudicatus & magistratus particeps*: non quidē ἐνεργείᾳ siue actu, sed potestate. Etsi enim principio eo videtur inclinare Aristoteles, quod tantum ciuium appellatione & iure censeātur, qui actu τὰς ἀρχὰς siue magistratum habent, quia eum, qui in statu populari ciuis sit, in aliis Regno nimirum & Aristocratia vsu venire posse, vt non sit ciuis, dicit: tamen seipsum postea corrigit, & non actu ipso solum gerendi magistratus, sed potentia ciuem definiendum statuit, his verbis ᾧ γὰρ ἐξουσία κοινωνεῖν ἀρχῆς βουλευτικῆς ἢ κριτικῆς πολίτην ἤδη λέγομεν εἶναι ταύτης τῆς πόλεως: id est, vt habet eadem Victorii interpretatio, qui potest magistratus ad consultandum & deliberandū pertinentis particeps esse, eum iam huius ciuitatis dicimus esse ciuem, & vt planius idem in commentariis postea explicat non tantum ciuis est, qui actu deliberat & iudicat, sed qui potest legibus ad ea munera obeunda vocari. Ex quo
15 mutato ciuitatis † statu, eundem omnino ciuem manere erudite colligit Casus, *de sphæra ciuitatis lib. 3. c. 1.* Vt autem in omni ὀλιγαρχίᾳ (quo verbo ad διχοτομίαν troporum siue formarum guber-

nandæ

nandæ Reipubl. in genere, non pro παρεκβάσει, vt alibi vtitur Aristoteles *Politic. lib. 4. cap. 3.*) ciues in duo genera distribuuntur, actu nimirum † vel potentia τῆς ἀρχῆς, siue imperii participum. Sic 16
quoque vniuersi imperii nostri Aristocratici ciues in duas classes discedunt, vt quidam potestatis politicæ actu sint compotes, quidam vero expertes. Imperii actu compotes sunt Imperator & status Imperii. Qui vero statuum appellatione comprehendantur, supra *libro primo. capit. 6.* est expositum, quorum hæc est series.

Primo, Septem † Principes, Electores. Ex 17
Archiepiscopis III. Magvntinensis, Sacri Romani Imperii per Germaniam Archicancellarius. Treverensis, Sacri Romani Imperii per Galliam, & Regnũ Arelatense Archicancellarius, Galliæ Belgicæ primas. Coloniensis, Sacri Romani Imperii per Italiam Archicancellarius.

Ex Principibvs Politicis IV.

Comes Palatinvs Rheni Sacri Romani Imperii Archidapifer.

Dvx Saxoniæ Sacri Romani Imperii Archimarschallus.

Marchio Brandenbvrgensis, S. R. Imperii Archicamerarius.

Rex Bohemiæ, S. R. Imperii Archipincerna.

Secundo, Præter Electores IV. Archiepiscopi.

Magdebvrgensis ex antiquo Germaniæ instituto & prærogatiua per Germaniam primas.

Saltzbvrgensis, qui perpetua quadam Pontificis Maximi legatione fungitur, & legatus natus Sedis Apostolicæ appellatur.

Bre-

BREMENSIS.
VESONTINVS.

Tertio EPISCOPI, quorum hoc tempore viginti ſeptem in Comitiis locum habent.

1 Papæbergenſis.
2 Wirtzburgenſis.
3 Wormatienſis.
4 Spirenſis.
5 Strasburgenſis.
6 Eichſtadenſis.
7 Auguſtanus.
8 Conſtantienſis.
9 Hildeſienſis.
10 Padebornenſis.
11 Verdenſis.
12 Halberſtadenſis.
13 Monaſterienſis.
14 Oſnabrugenſis.
15 Paſſauienſis.
16 Freiſingenſis.
17 Baſilienſis.
18 Ratisbonenſis.
19 Mindenſis.
20 Lubecenſis.
21 Verdunenſis.
22 Cameracenſis.
23 Metenſis.
24 Tullienſis.
25 Leodicenſis.
26 Tridentinus.
27 Brixienſis.

1 Principibus hiſce Eccleſiaſticis ex veteri prælatorum ordine adſcripti ſunt Magiſter Ordinis Equitum Teutonicorum ſiue Marianorum.
2 Abbas Fuldenſis Auguſtæ Archicancellarius, & Germaniæ primas.
3 Abbas Hirsfeldenſis.
4 Abbas Murbacenſis.
5 Abbas Campidonenſis.
6 Magiſter ordinis Equitum Diuo Ioanni ſacrorum.
7 Præpoſitus Elbangenſis.
8 Præpoſitus & Archipresbyter Berchtelsgadenſis, Abbas olim vocatus Decreto Spirenſi, Anno 1529.
9 Abbas Corbeienſis.
10 Abbas Prumenſis.
11 Abbas Stabulenſis.

Quarto

Quarto, Principes Politici, Quorum 18. sunt Familiæ.

1 Archiducum Austriæ duæ sunt lineæ, prima Ferdinandi, quæ proprie Austriaca: Altera à Carolo V. Imperatore deducta Burgundica appellatur.
2 Ducum Bauariæ in duas itidem lineas distincta, quarum vna communi nomine Bauarica, altera Palatina nuncupatur.
3 Ducum Saxoniæ, Marchionum Misniæ, & Landgrauiorum Thuringiæ.
4 Marchionum Brandenburgensium.
5 Ducum Brunsuicensium & Luneburgensium.
6 Ducum Iuliacensium.
7 Ducum Pomeraniæ.
8 Ducum Megapolitanorum.
9 Ducum Wirtebergensium.
10 Landgrauiorum Hassiæ.
11 Marchionum Badensium.
12 Ducum Saxoniæ inferioris, siue Lauenburgensium.
13 Ducum Holsatiæ.
14 Landgrauiorum Leuchtenbergensium.
15 Ducum Sabaudiæ.
16 Principum Anhaltinorum.
17 Ducum Lotharingiæ.
18 Comitum Arnbergiorum à Diuo Maximiliano II. inter imperii principes susceptorum.

Quinto, Prælati, & Primo, Abbates, & Præpositi secundum matriculæ ordinem:

Reichenauiensis.
Weissenburgensis Præpositus.
Weingartensis.
Salmensweilensis.
Walckenriedensis.
Weissennauiensis.
Schussenritensis.
Roggenburgensis.
Ochsenhusanus.
Gengenbacensis.

Marthalensis.
Odenheimensis.
Elchingensis.
Irsinensis.
Wethusanus præpositus.
Petershusanus.
Keisersheimensis.
Heimerani Ratisbonensis.
Monasterii Vallis Gregorianæ.
Munchenrodensis.
Monasterii Corneliani.
Werdensis.
Vrspergensis.
S S. Vlrici & Arsæ.
Augustanus.

Quibus adiecti & alii, vt ex subscriptionibus Decretorum Comitialium apparet.

## ABBATISSÆ.

Quedtlinburgensis.
Etlensis.
Heiwerdensis.
Monasterii inferioris Ratisbonensis.
Monasterii superioris Ratisbonensis.
Lindauiensis.
Gerenrodensis.
Buchauiensis.
Rotmunsteriensis.
Hecbacensis.
Guttencellensis.
Beintensis.

Ex his etsi plæræque Principum honorem & titulum gerunt: tamen quo ad locum in Consessu, ac dictionem sententiæ, pari cum reliquis Iure censentur.

PRÆLATIS annumerantur Commendatarius Prouincialis Confluentinus: item Alsatiæ, & Burgundiæ, Austriæ enim & Etschlandiæ Bailliui, vt vocant, ab Archiducibus eximuntur.

## SEXTO COMITES ET BARONES hac serie:

Helffenstein.
Lupffen.
Mondtfordt.
Fürstenberg.
Ziembern.
Eberstein.

Hohen-

Hohengerolßeck/Barones.
Ottingen.
Reupolßkirch Barones.
Sültz.
Hohenzollern.
Erb Truckseſſen Barones in Waldburg.
Caſtell.
Hohenlohe.
Limpurg Semper Freyen.
Erbach.
Schwartzburg Hohenlandesberg.
Leiningen Dagſperg.
Hanaw.
Naſſaw.
Eiſenberg.
Solms.
Salm.
Winnenberg Barones.
Wild- vnd Reingrauen.
Manderſcheidt.
Falckenſtein.
Eberſtein.
Sain.
Tengen.
Tübingen.
Manßfeldt.
Stolberg.
Barbey.
Gleichen.
Schwartzburg / der vier Grauen deß Reichs.
Reuſſen Barones.
Wied.
Oſtfrießlandt.
Lippe.
Oldenburg.
Waldeck.
Bendtheimb.
Bruneckhorſt Battenburg.
Orttenburg.
Schaumburg.

## BARONES.

Schonburg Barones.
Kriechingen/ Königs Eck/ Aulendorff.
Pirmondt Wolffſtein.
Paumgarten.
Grauen Eck
Mechſelrein.
Fugger.
Fleckſtein.
Seinßheimb.
Herr Schencken von Tautenberg.
Herrn von Birnbaum.
Herrn von Degenberg/ ꝛc.

14 *Ciuis à communicatione imperii indefiniti in omni Republica recta generalis & vera Aristotelis definitio.*

15 *Mutato ciuitatis statu vel forma ciuem non mutari.*

16 *Ciuium in actu & potentia imperii participes, diuisio.*

17 *Principum & ordinum, ex quibus cum Imperatore corpus imperii constituitur, series.*

18 *Thuani honorificum de amplissimo collegio Principum & Ordinum Imperii iudicium.*

19 *Amphyctionum aut Achaorum concilium cum imperio collatum, quasi musca ad Elephantum.*

20 *Subiectum iurisdictionis Imperii.*

21 *Territorii imperii triplex descriptio.*

22 *Primo totus orbis.*

23 *Id non proprie, sed κατὰ συνεκδοχὴν totius ita accipiendum est.*

24 *Secundo; Imperij territorium non possessione, sed iure ipso definitur.*

25 *Tertio proprie territorium Imperii dicuntur Regna & prouincia, etiamnum actu potestati eiusdem subiecta.*

26 *Ea sunt Germania, Italia & Gallia certa pars.*

27 *Regni Arelatensis à primaria eius vrbe Arelato appellatio.*

28 *Eiusdem olim partes Delphinatus Sabaudia, olim Comitatus, nunc Ducatus, tractus Sequanorũ, siue Burgundia comitatus ac tractus Heluetiorum.*

29 *Quæ hodie ex illis ad ius ac ditionem Imperii sint reliqua.*

30 *Imperiorum absolutorum Europa impatiens.*

31 *Eius rationes Physica ex Aristotele.*

32 *Qui hoc tempore de territorio Imperii esse dicantur.*

33 *Iure gentium de iurisdictione Imperii tam quo ad νομοθεσίαν, quam δικαιοδοσίαν in toto eiusdem territorio personis & causis omnibus præsumitur.*

34 *Quo in statu res à principio fuit, eodem seu per persistere censetur.*

35 *Iurisdictionem sibi à Republica vel principe tributam adserenti incumbit probatio.*

36 *Dicta de vniuersali imperii iurisdictione ad νομοθεσίαν, exclusa tamen iuris singularis constituendi potestate, soli Cæsari competente, restringuntur.*

37 Iuris-

37 *Iurisdictio proprie sic dicta, quo ad ἐξουσίαν quoque est imperii, actu vero Cæsaris & Cameræ.*

38 *Regulariter Imperium vniuersum ipsum iurisdictionem non exercet.*

39 *Exceptis casibus reseruatis.*

40 *Reseruatio duplex: tacita & expressa.*

*Tacita reseruatio quæ?*

41 *Quæ expressa?*

42 *Quæ vel sibi soli, vel cum aliis expresse reseruarit Imperium.*

VT Imperii simpliciter dicti plures significationes retulimus libri superioris *cap. 9.* Sic quoque complexum Romanum scilicet imperium † varie accipitur. Aliquando enim κατὰ μετωνυμίαν subiecti, pro territorio & locis, ad quæ Reipub. Roman. pote- 2
stas porrecta est, ponitur; Sic eo vtitur Ouid. *Trist. lib. 2.*

*Hæc est Ausonii sub iure nouissima, vixque*
*Hæsit in Imperii margine terra tui.*

Eodem tropo interdum pro ἀρχομένοις siue hominibus Imperio subditis vsurpatur. § *imperialis. constitut. Fride. de pace Constantiæ.* vbi imperialis clementiæ immensa serenitas, cum semper in subditis suis dispensationem fauoris & gratiæ habere consueuit, quamuis districta seueritate excessuum delicta habeat & possit corrigere, magis tamen studeat propria tranquillitate pacis, & piis affectibus misericordiæ Romanum imperium regere. Eodem acceptu legitur apud Ouid. quoque dicto loco:

*Sospite sic te, sit natus quoque sospes, & olim*
*Imperium regat hoc, cum seniore senex.*

Interdum pro ipsa potestate, siue κυρία vel ἀρχῆ πολιτικῆ. Horatius:

*Per quas latinum nomen, & Italæ*
*Creuere vires, famaque & Imperii*
*Porrecta maiestas ad ortum*
*Solis ab Hesperio cubili.*

Aliquando ponitur pro personis ac ciuibus omnibus imperii tam ἀρχόντων, quam ἀρχομένων d. *constit. Friderici: de pace Constantia. §. eapropter.* In verb. *Qui aliquando nos & imperium nostrum offenderint.*

Frequentius vero, vt & hoc loco pro ciuibus proprie acceptis, si-
2 uc personis ἀρχόντων, eo vtimur. Quod secundum temporis † præ-
sentis statum definio: COLLEGIVM CIVIVM POTESTA-
TIS REIPVBLICÆ ROMANÆ ACTV PARTICI-
PVM.

3 Πολιτείας † siue Reipublicæ proprie acceptæ nullæ sunt species,
4 sed vnum tantum genus, † vt vera est Socratis apud Platonem
sententia. Vbi ἓν εἶδος τῆς πολιτείας esse dicit, *de Repub. libr. 4. in fine.*
5 Improprie tamen † pro administrandi & exercendi πολιτεύματος
seu κυρείας siue ἀρχῆς πολιτικῆς, τῆς ὀρθῆς forma, acceptæ, vetus & Socra-
tica apud Platonem *in Politico* est diuisio in μοναρχίαν siue βασιλείαν,
quando vnus ἀριστοκρατίαν, quando plures non tamen omnes, δημο-
κρατίαν, quæ & generis nomen retinet, quando penes vniuersos
ciues est reipublicæ potestas. Aristotel. *Politic. lib. 3. cap. 7. & lib. 4.
cap. 2.*

6 Quæ distributio † eodem gubernatorum respectu ad διχοτομίαν
sic redigitur, vt forma omnis Reipub. administrandæ sit vel μονο-
κρατία vel πολυκρατία; μονοκρατία, quæ & μοναρχία, vel βασιλεία dicitur,
quando vnus solus: πολυκρατία quando plures vno obtinent impe-
rium, quæ in δημοκρατίαν quando vniuersi, vel ἀριστοκρατίαν, quando
non omnes, plures tamen vno Rempublicam administrant sub-
7 diuiditur, vel vt placet Aristoteli *Politic. lib. 4. cap. 3.* in † δημοκρατίαν
καὶ ὀλιγαρχίαν. Vbi ὀλιγαρχίαν non pro παρεκβάσει, sed rectæ Reipub. spe-
8 cie accipit, ita vt Regnum † & optimatum Imperium comple-
ctatur, licet à se antea *lib. 3. cap. 7. & lib. 4. cap. 2.* positam distribu-
tionem meliorem ac veriorem esse ibidem arbitretur. Ad quam
9 igitur † τρόπον τῆς πολιτείας speciem siue formam Respublica Ro-
mana præsens referri debeat, verba generis loco posita osten-
dunt. Licet enim in pluribus Monarchiæ speciem præ se ferat
status Imperii nostri, propter amplissimam in principem siue
Cæsarem iure electionis collatam potestatem; quia tamen ea nõ
παμβασιλεία, vel κατὰ βούλησιν, id est, regnum plenum & numeris o-
mnibus absolutum, in quo Rex suo nutu & arbitratu omnia gere-
re potest (vt definit Aristot. *lib. 3. cap. 15. & 16.*) Sed βασιλεία tantum
κατὰ νόμον, id est, regia administratio legib. adstricta, quam ἓν εἶναι
εἶδος

εἶδος τῆς πολιτείας: non esse speciem veram Reipubl. dicit idem Aristoteles *lib. polit. 3. cap. 16.* in principem transferatur, quod ea inter Cæsarem & alios imperii ordines certis modis communicata est, vt capite proxime sequenti dilucidius explicabitur: ad Monarchiæ genus referri nequit, multo minus ad δημοκρατίαν in qua non aliquot, siue pauci siue plures, sed ciues omnes non ἐξουσίᾳ siue potentia solum, sed & ἐνεργείᾳ vel actu οὐχ ὡς ἕκαστοι ἀλλὰ πάντες, id est, non vt singuli, sed vt vniuersi, vt loquitur Philosophus, summam Reipub. potestatem obtinent. Licet enim postquam † Respublica vetus Romanorum à populari ratione ad Monarchiam deflexit, varias subierit vices, eique quidam cum regio, vt pleriq; quidam vero despotico etiam imperio præfuerunt. (Tiberii enim Neronis, Caligulæ, Commodi, Caracallæ, Heliogabali nō principum legitimorum, sed Dominorum & Tyrannorum libertatem Reipub. inuadentium imperia fuerunt.) A Caroli vero magni tempore, etsi acclamatione populi Romani & Germanorũ spontanea subiectione Rex ea lege susceptus existimetur, vt ad proximum quenquam nepotem regnum ordine deferretur (quã βασιλείαν κατὰ γένος siue πατρικὴν appellat Aristot. *Politic. lib. 3. cap. 14.*) quia tamen belli νομίμῳ δικαίῳ, vt idem Aristot. vocat *Polit. lib. 1. c. 6.* id est, legitimo & ab omnibus gentibus recepto iure, & ex transactione cum Imperatorib. Orientalib. Salisburgi inita id possidere cœpit, magis suo quam populi nomine, ius quidem ipsum ad δεσποτείαν magis quam ad πολιτείαν spectauit (etsi virtute ac moderatione principum Carolinorum administratio magis regia fuerit.) Post Carolinam stirpem sublatam libera vtriusq; Regni administratio iure gentium ad populum vicissim rediit. Et cum is tantus commode conuenire, ac Reipublicæ negocia tractare nõ posset; statim ad optimates, salua tamen populi libertate, & ad imperii actum quoque certis modis ac legibus perueniendi ἐξουσίᾳ & facultate, vtriusque Regni ius deductum est. Cum vero & ipsi tantæ ciuitati, nisi per vnum autoritate & potentia præ cæteris armatum consuli non posse animaduerterent, principem siue Regem κατὰ † νόμον crearunt, cui certis limitib. circumscripta potestas, non perpetua & ad hæredes transitoria. sed vsufructuaria

(margin: 10 beside "Respubli-"; 11 beside "κατὰ † νόμον")

ad vitam, non suo, sed populi nomine ac iure administranda commissa est: quam gubernandi speciem βασιλείαν κατὰ νόμον philosophum appellare, & speciem τῶν τριῶν τῆς πολιτείας non constituere, sed sub † Aristocratiæ genere relinqui ex Aristotele ante
12 diximus. Idque salutare ac prudentissim. institutum ad hæc vsque tempora summo Reipublicæ bono porrectum videmus. Quia autem imperium collegium ciuium esse diximus, & id quod ex pluribus compositum est, perfecte intelligi non possit,
13 nisi partes † ipsius explicentur Aristotel. *Politic. lib. 1. cap. 1.* Antequam ex quibus personis collegium hoc Aristocraticum imperii ordinum constituatur, explicemus, de ciuium imperii generibus pauca præmittenda sunt. Est enim omnis πολιτεία siue Res. pub. multitudo ciuium Aristotel. *lib. 3. cap. 1.* πολιτεία πλῆθός τῶν πολιτῶν.

14 Ciuis autem † communicatione imperii indefiniti in omni Repub. recta describitur ab Aristotel. *Politic. lib. 3. cap. 1.* πολίτης δ' ἁπλῶς οὐδενὶ τῶν ἄλλων ὁρίζεται μᾶλλον, ἢ τῷ μετέχειν κρίσεως καὶ ἀρχῆς. id est, vt habet Petri Victorii versio: *Ciuis simpliciter nulla alia re definitur magis, quam quod sit iudicatus & magistratus particeps*: non quidē ἐνεργείᾳ siue actu, sed potestate. Etsi enim principio eo videtur inclinare Aristoteles, quod tantum ciuium appellatione & iure censeātur, qui actu τὰς ἀρχὰς siue magistratum habent, quia eum, qui in statu populari ciuis sit, in aliis Regno nimirum & Aristocratia vsu venire posse, vt non sit ciuis, dicit: tamen seipsum postea corrigit, & non actu ipso solum gerendi magistratus, sed potentia ciuem definiendum statuit, his verbis ᾧ γὰρ ἐξουσία κοινωνεῖν ἀρχῆς βουλευτικῆς ἢ κριτικῆς πολίτην ἤδη λέγομεν εἶναι ταύτης τῆς πόλεως: id est, vt habet eadem Victorii interpretatio, qui potest magistratus ad consultandum & deliberandū pertinentis particeps esse, eum iam huius ciuitatis dicimus esse ciuem, & vt planius idem in commentariis postea explicat non tantum ciuis est, qui actu deliberat & iudicat, sed qui potest legibus ad ea munera obeunda vocari. Ex quo
15 mutato ciuitatis † statu, eundem omnino ciuem manere erudite colligit Casus, *de sphæra ciuitatis lib. 3. c. 1.* Vt autem in omni ὁλιγαρχίᾳ (quo verbo ad διχοτομίας troporum siue formarum gubernandæ

nandæ Reipubl. in genere, non pro παρεκβάσει, vt alibi vtitur Aristoteles *Politic. lib. 4. cap. 3.*) ciues in duo genera distribuuntur, actu nimirum † vel potentia τῆς ἀρχῆς, siue imperii participum. Sic 16
quoque vniuersi imperii nostri Aristocratici ciues in duas classes discedunt, vt quidam potestatis politicæ actu sint compotes, quidam vero expertes. Imperii actu compotes sunt Imperator & status Imperii. Qui vero statuum appellatione comprehendantur, supra *libro primo. capit. 6.* est expositum, quorum hæc est series.

Primo, Septem † Principes, Electores. Ex 17
Archiepiscopis III. Magvntinensis, Sacri Romani Imperii per Germaniam Archicancellarius. Trevirensis, Sacri Romani Imperii per Galliam, & Regnũ Arelatense Archicancellarius, Galliæ Belgicæ primas. Coloniensis, Sacri Romani Imperii per Italiam Archicancellarius.

Ex Principibvs Politicis IV.

Comes Palatinvs Rheni Sacri Romani Imperii Archidapifer.

Dvx Saxoniæ Sacri Romani Imperii Archimarschallus.

Marchio Brandenbvrgensis, S. R. Imperii Archicamerarius.

Rex Bohemiæ, S. R. Imperii Archipincerna.

Secundo, Præter Electores IV. Archiepiscopi.

Magdebvrgensis ex antiquo Germaniæ instituto & prærogatiua per Germaniam primas.

Saltzbvrgensis, qui perpetua quadam Pontificis Maximi legatione fungitur, & legatus natus Sedis Apostolicæ appellatur.

Bre-

BREMENSIS.
VESONTINVS.

Tertio EPISCOPI, quorum hoc tempore viginti ſeptem in Comitiis locum habent.

1 Papæbergenſis.
2 Wirtzburgenſis.
3 Wormatienſis.
4 Spirenſis.
5 Strasburgenſis.
6 Eichſtadenſis.
7 Auguſtanus.
8 Conſtantienſis.
9 Hildeſienſis.
10 Padebornenſis.
11 Verdenſis.
12 Halberſtadenſis.
13 Monaſterienſis.
14 Oſnabrugenſis.
15 Paſſauienſis.
16 Freiſingenſis.
17 Baſilienſis.
18 Ratisbonenſis.
19 Mindenſis.
20 Lubecenſis.
21 Verdunenſis.
22 Cameracenſis.
23 Metenſis.
24 Tullienſis.
25 Leodicenſis.
26 Tridentinus.
27 Brixienſis.

1 Principibus hiſce Eccleſiaſticis ex veteri prælatorum ordine adſcripti ſunt Magiſter Ordinis Equitum Teutonicorum ſiue Marianorum.
2 Abbas Fuldenſis Auguſtæ Archicancellarius, & Germaniæ primas.
3 Abbas Hirsfeldenſis.
4 Abbas Murbacenſis.
5 Abbas Campidonenſis.
6 Magiſter ordinis Equitum Diuo Ioanni ſacrorum.
7 Præpoſitus Elbangenſis.
8 Præpoſitus & Archipresbyter Berchtelsgadenſis, Abbas olim vocatus Decreto Spirenſi, Anno 1529.
9 Abbas Corbeienſis.
10 Abbas Prumenſis.
11 Abbas Stabulenſis.

Quarto

Quarto, Principes Politici, Quorum 18. sunt Familiæ.

1 Archiducum Austriæ duæ sunt lineæ, prima Ferdinandi, quæ proprie Austriaca: Altera à Carolo V. Imperatore deducta Burgundica appellatur.

2 Ducum Bauariæ in duas itidem lineas distincta, quarum vna communi nomine Bauarica, altera Palatina nuncupatur.

3 Ducum Saxoniæ, Marchionum Misniæ, & Landgrauiorum Thuringiæ.

4 Marchionum Brandenburgensium.

5 Ducum Brunsuicensium & Luneburgensium.

6 Ducum Iuliacensium.

7 Ducum Pomeraniæ.

8 Ducum Megapolitanorum.

9 Ducum Wittebergensium.

10 Landgrauiorum Hassiæ.

11 Marchionum Badensium.

12 Ducum Saxoniæ inferioris, siue Lauenburgensium.

13 Ducum Holsatiæ.

14 Landgrauiorum Leuchtenbergensium.

15 Ducum Sabaudiæ.

16 Principum Anhaltinorum.

17 Ducum Lotharingiæ.

18 Comitum Arnbergiorum à Diuo Maximiliano II. inter imperii principes susceptorum.

Quinto, Prælati, & Primo, Abbates, & Præpositi secundum matriculæ ordinem:

Reichenauiensis.
Weissenburgensis Præpositus.
Weingartensis.
Salmensweilensis.
Walckenriedensis.
Weissennauiensis.
Schussenritensis.
Roggenburgensis.
Ochsenhusanus.
Gengenbacensis.

Hohengerolßeck/Barones.
Ottingen.
Reupolßkirch Barones.
Sültz.
Hohenzollern.
Erb Truckseßen Barones in Waldburg.
Castell.
Hohenlohe.
Limpurg Semper Freyen.
Erbach.
Schwartzburg Hohenlandesberg.
Leiningen Dagsperg.
Hanaw.
Nassaw.
Eisenberg.
Solms.
Salm.
Winnenberg Barones.
Wild-vnd Reingrauen.
Manderscheidt.
Falckenstein.
Eberstein.
Sain.
Tengen.
Tübingen.
Manßfeldt.
Stolberg.
Barbey.
Gleichen.
Schwartzburg/ der vier Grauen deß Reichs.
Reussen Barones.
Wied.
Ostfrießlandt.
Lippe.
Oldenburg.
Waldeck.
Bendtheimb.
Bruneckhorst Battenburg.
Ortenburg.
Schaumburg.

## BARONES.

Schonburg Barones.
Kriechingen/ Königs Eck/ Aulendorff.
Pirmondt Wolffstein.
Paumgarten.
GrauenEck
Mechselrein.
Fugger.
Fleckstein.
Seinßheimb.
Herr Schencken von Tautenberg.
Herrn von Birnbaum.
Herrn von Degenberg/rc.

## SEPTIMO LIBERÆ IMPERII CIVITATES.

Regenſpurg.
Nürnberg.
Rotenburg an der Tauber.
Weiſſenburg am Nordtgaw.
Schwäbiſch oder Tonnawerth.
Winßheim.
Schweinfurt.
Wimpffen.
Heylbrunn.
Schwäbiſchen Hall.
Nörlingen.
Dünckelſpiel.
Vlm.
Augſpurg.
Giengen.
Bopffingen.
Aelen.
Schwäbiſchen Gemünd.
Eßlingen.
Reutlingen.
Weil.
Pfullendorff.
Kauffbäuren.
Vberlingen.
Wangen.
Yßny.
Leutkirch.
Memmingen.
Kempten.
Buchorn.
Rauenſpurg.
Bieberach.
Lindaw.
Coſtnitz.
Straßburg.
Keyſersberg.
Colmar.
Schledtſtatt.
Rotweil.
Hagenaw.
Weiſſenburg am Rhein.
Obernehenheim.
Roſtheimb.
Speyer.
Wormbs.
Franckfurt.
Friedberg.
Wetzlar.
Cölln.
Aach.
Offenburg.
Landaw.
Gengenbach.
Zell am Hamersbach.
Lübeck.
Hamburg.
Dordtmundt.
Mülhauſen in Thüringen.
Northauſen in Thüringen.

Goßlar.
Türckheimb.
Verden.
Münster in Sanct Gregorien Thal.
Herwerden.
Cammerich.

Hi igitur principes & Ordines corpus imperiale, cuius caput est Cæsar, constituunt, & dum simul conueniunt, in vno cōpendio repræsentatiuo, totum imperium collectum esse, censetur, vt loquitur Nicol. Cusan. *de concord. Catholica. lib. 3. cap. 25. argu. c. canonizata. 6. q. 1. & l. quisquis. C. ad leg. Iul. maiest.* Ex quibus autem partibus inter Cæsarem & Ordines diuisa sit reipublicæ potestas quoq; ordine & modo exerceatur, capite proxime sequenti declarabitur.

Amplissimo huic Principum † & Ordinū Imperii Germanici Collegio, quid in omni antiquitate conferri possit, nisi aut Amphictyonum consessum, aut Achæorum concilium, se non videre fatetur elegantissimus rerum scriptor Thuanus † *Historiarum lib. 2.* quam tamen quasi muscæ ad Elephantum comparationem esse dicit, quod facile fuerit populos inter se conterminos exterorum iniuriis expositos conuenire, & communis salutis tuendæ causa consentire, vt etiam facilima ratione conuentus eiusmodi sint dissoluti: Magis vero mirum esse tot potentes populos nullo vicinorum metu aut alia necessitate adductos, in eam Reipublicæ formam consensisse, & in ea semel constituta per tot secula constanter perseuerasse. Territorium Imperii † Romani triplex constituitur. Quod ad ἀντικείμενον iurisdictionis imperialis attinet, certum est, eam tam quoad νομοθεσίαν, quam δικαιοδοσίαν iure gentium, vt Regnorum ac Rerumpublicarum omnium totius imperii finibus, quoad personas & causas omnes circumscriptā esse. 18 19 20

Primo, totus † orbis ex *l. deprecatio. ad l. Rhod. de iactu. l. bene à Zenone.* & ibi Bulgarus, Martinus & Albericus *C. de quadr. præscript.* Angel. Aretinus *in l. 1. à quib. appellare non licet. & in §. in expeditione. in verb. Romanorum. Institut. de patr. potestat.* Bart. *in l. hostes. de captiu. & postlim. reuers.* Speculat. *tit. de feud. §. 2. vers. 24.* Bald. Cyn. Paul. 21

de Castro, Salicet. & Iason *in l. 1. num. 6. C. de summ. Trinitat. & pa- catholic.* Lancellottus *in templo iudic. lib. 1. c. 1. de Imperatore. §. Imperator est dominus mundi.* Belluga *in specul. princip. rubr. 6. num. 1.* Marta Neapolitanus *de iurisdict. part. 1. c. 20. in princ.* Quod perridiculum esse dicit Stephan. Forcatul *in cupidine Iurisperito. cap 9 numer. 5.* Quod constet, terram omnem nihil aliud esse, quam insulam vndique cinctam Oceano, teste Dionys. *in lib. de situ orbis.* & Strabone *lib. 1.* Quocunque enim ad vltima terræ eatur, obuius fiet Oceanus: Insulam autem maris occupanti concedi. *§. insula. de rer. diu.* Nec maximam iure aliquo à minima discrepare. *l. fin. de fundo instr.* Et ex occupatione eorum, qui in vacua venerunt, non vnicum regnum, sed plura condita. Idem, de vniuersali totius mundi territorio legitur *in l. 1. C. de sum. Trinit. & §. omnes vero proœm. Instit.* & apud Plin. *lib. 7 c. 26.* præterea in iure canonico *c. cuncta per mundum. 9. qu. 3. c 2. de re iudic. nu. 6.* Curt. Iun. *cons. 157 nu. 12.* Restau. Castald. *in tr. de imperatore. q. 52. nu. 19.* Menoch. *cons. 2 n. 2. & seq.* Et in vniuersam totius orbis ditionem latissime sese diffundere imperatoriam potestatem, quæ ascendentem & descendẽtem solem videat, & quæ ex vtroque latere, id est, Meridie & Septentrione, & in omnibus insulis vsq; ad Oceani recessus sese extendat, scribentem Bal. *in proœm. Digest. nu. 20. col. 2* refert Fuluius Pacian. *in cons. 149. nu. 2.* & late *in tr. de probat. c. 26. n. 24. lib. 2.* Vt ad eundem modum Hispani, imperii sui centrum vbique, circumferentiam nullibi esse, dicunt.

Sed hæc & similia ad euitandam inconuenientiam & absurditatem non proprie, † sed κατὰ συνεκδοχὴν totius accipienda sunt. *l. 1. §. domini. ad Syllan.* Stephan. Forcatul. *in com. de feud. cap. 12. nu. 14.* Vt totus & omnis mundus & similes dictiones pro maiore mundi parte non quidem per se, sed contemplatione Rerumpublicarũ & regnorum aliorum ditionis intelligantur. Vt in simili: maiore parte anni possedisse intelligitur, etiamsi duobus mensibus tantum possedit, non quod bimestre maius anni tempus sit, sed respectu aduersarii, qui paucioribus diebus possederit, *l. maiore.* & ibi Alc. *de verb. sign.* Etsi enim vix alia fuit ante respub. cuius imperium amplioríb. finib. circumscriptũ fuit, quã Romanorũ *l. vnic.*

C. de

*C. de Athletis. lib. 10 l. maiore. de verb. signif.* In Europa .n. tenuit Italiã, Dalmatiam, totamq; Græciã, qua inclusæ fuerunt Respublicæ Atheniensium Lacedæmoniorum, Corinthus Morea, Regnum Macedonicum, Albania Thracia, item Insulas, Siciliæ, Sardiniæ, Candiæ, Cypri, Rhodi, Nigropontis, & omnes Insulas maris mediterranei: Item, Hispaniam, Galliam, & Germaniam inferiorem infra Rhenum, Angliam & Scotiam: Aphricam totam præsertim habitabilem destructa Carthagine. In Asia, Soriam, Phæniciam, Palestinam, Iudæam, Erigiam, Cariam, Ciliciam, Bithyniam, Ægyptum, Cappadociam, Armeniam, Colchum. Constat tamen innumeras gentes potissimum vltra Euphratem Romano imperio nunquam subditas, sed multas fœderatas Romanis fuisse æquali iure, multas iisdem formidabiles, cum quibus pacem fecisse gauisi fuerint, vel inimicitias sine victoria aluerint, vt ex *l. non dubito. l. 5. §. in pace & l. hostes. de captiu. & postlim. reuers. l. mercatores. C. de commerc. l. 2. de off. præfect. prætor. Aphric.* refert Steph. Forcat. *in Cupidine Iurisperito. c. 9. & in com. de feud. c. 12. nu. 14.* Limites ac prætoria vtriusq; imperii Capitis Romæ & Constantinopolis exacte describit Laz. *com. reipub. Romana tot. lib. 1.* Guid. item Panci rol. *in com. doctiss. in notitiam vtriusque imperii.*

Secvndo, imperii † territorium non possessione, sed iure quoq; ipso definitur. Qua ratione non tantum populi, & prouinciæ, quæ actu imperio etiamnum parent, sed & illæ, quæ vel olim sub Valentiniano & Martiano a b exteris, vel postea ab ipsis imperii ciuibus, causam possessionis sibi mutantibus, sunt auulsæ, comprehenduntur, vt sunt regna Galliæ, Hispaniæ, Angliæ, & alia Bart. *in l. hostes. de capt. & postlimin. reuers.* Bald. *in c. solitæ. in fine. de maior. & obed.* Cyn. *in l. ea lege. col. fin. num. 4. vers. 2. ratione determinatum fuit. de cond. ob causam.* & alii allegati à Pet. Antonio de Petra *in tract. de iure quæsito non tollendo. cap. 3. q 4. num. 15.* Horum, etsi negari non possit, magnam esse potentiam, tamen sub imperio esse dicit, eorumque correctionem, quando tyranni fiunt, ad Romanum Principem pertinere, ac causas regum Cæsari remittendas, tenerique omnes pro salute communi Imperatori parere, venire ad bellum vocatos, conferre impensas, mittere auxilia,

auxilia, præbere transitum, elargiri commeatum, nihilque fugere, quod Cæsarea maiestas iniungat. Æneas Syluius *de ortu & autoritat. Imperii Roman. c. 13.* Quid veniat appellatione, sub imperio esse.

23 TERTIO, proprie Imperii † territorium appellantur prouinciæ istæ, quæ etiamnum actu imperii ditioni sunt subiectæ, vt sunt:

24 GERMANIA, non ita † angustis terminis, vt eam Berosus, Rheno, Oceano, Tanai, Ponto Euxino Danubioque, vel Tacitus cum coætaneis suis Plinio & Ptolomeo, temporum suorum rationem secutis, à Gallis, & Rhætis, Pannoniisque, Rheno ac Danubio fluminib. à Sarmatis Dacisque montibus & Oceano diuidit. Sed lingua sua id est Germanica, quo ad longitudinem Iccii portus ab occasu & Vistulæ fluuii versus orientem, quo ad latitudinem maris Germanici Venedicique & Alpibus limitibus circumscripta: vt non tantum Franciam orientalem regni Francorum olim potissimam partem, ab Aquitania ad Bauariam vsque porrectam. Ludoph de Babenberg. *de iure regni & imperii Rom. c. 5.* à qua se etiam Imperatores veteres Reges Francorum nominasse ac recte nominare posse, firmat idem Ludolph. à Babenberg. *d. tr. de iure regni & imperii Romani cap. 5. & 6. in fin.* Vbi adducit exemplum Henrici secundi Ecclesiæ Bambergensis fundatoris: Sed Galliam quoque Belgicam, quæ à coniuncto Burgundiæ Ducatu, vulgo Die Burgundische vnd Niderlande vocantur decreto Augustano *1548.* §. Nach dem auch/ sub quibus etiam Geldria Zutphania & Vltraiectum comprehenduntur ac peculiarem imperii regionem siue circulum constituunt, Vulgo, den Burgundischen Kreiß Decreto Colon. Maxim. I. *1512.* §. Darauff haben wir/ item dicto Decreto *1548* §. Nach dem auch. Petrus Denaisſ. *iur. Cam. tit. 90. verb. contributiones Turcicæ. num. 18.* Limitum Germaniæ tam antiquorum, quam recentiorum elegantem descriptionem vide apud Thuan. *histor. part. 1. lib. 1.*

Secundo ITALIA *cap. imperialem. § firmiter. de prohib. feudi alien. per Frideric.*

Tertio, GALLIÆ quoque Celticæ siue occidentalis ea pars, quæ

quæ regni Arelatensis, & Lotharingiæ finibus continetur, regnum † Arelatense à primario eius oppido Arelato sic appella- 25
tum, quod & Galliarum Prouinciam Romanam olim dixerunt. Michael Coccinius *in tractat. de imperii à Græcis ad Germanos translatione, &c.*

Olim hasce partes † complexum fuit, Delphinatum Sabau- 26
diæ, vel Allobrogum olim Comitatum, à Sigismundo ad Ducalem dignitatem euectum, tractum Sequanorum, siue Burgundiæ Comitatum, ac tractum Heluetiorum, quo ac Delphinatu exceptis, reliqua, Sabaudia † nimirum, Burgundia comitatus & 27
Lotharingia ad hæc vsque tempora ad ius ac ditionem Imperii pertinent Michael Coccinius *de Imperii à Græcis ad Germanos translatione.* Thuan. *historiæ sui temporis part. 1. lib. 2. fol. 91.* ibi, hac ergo se tenus. Germaniæ quasi naturale imperium in Gallias & Sarmatas effudit, quod iure gentium longe vlterius progressum est. Nam postquam imperium, quod in secunda Regum nostrorum familia, à Carolo Magno incepit, qui Galliam primum, dein Germaniam ac totam fere Italiam tenuit, ad Germanos translatum est, omnes illæ prouinciæ in Italia & extra Italiã in limite nostro, sub imperio occidentali & imperii Germanici legibus ordinatæ sunt. Itaque Sequani, Sclabi, Leuci, Mediomatrices, & in his Lotaringia, Lucembergensis & Namurcensis ditio, cis Rhenum, & Mosam, & inter Rhodanum & Alpes Segusiani Viberi & Veragri, qui hodie Valesiani Sabaudi, item & Allobroges, imperio & legibus imperii parent. Nec in his quoque imperii potestas παντοκρατία seu idea tali, qua homines omnes simpliciter & absolute tanquam in κοινωνία τῆς ἀρχῆς πολιτικῆς, à populo principio inita, definienda est, qualem ferme quo ad rectas Respublicas (de deprauatis enim hic non agimus) nullam in toto orbe terrarum inuenias, inprimis vero in nostra † Europa, quæ imperia eiusmodi 28
absoluta non patitur, teste † Aristotele *Polit. lib. 7. cap. 7.* (vbi Gen- 29
tes, quæ degunt in locis frigidis, & quæ Europam incolunt animosas ac libertatis tenaciores, Asiæ vero populos magis ingeniosos & artib. inueniẽdis solertiores, animi aũt nullius, & ad seruiliter parendum promptiores esse ait, Græcorum autem gen-

tem in medio sitam de vtroque participare addit, & ad imperium cunctarum gentium acquirendum aptam, si ab vna Repub. regeretur, quod in Alexandri Magni & postea Imperio Turcico e-
30 uentus comprobauit:) Sed illi prouinciarum homines † de territorio esse censentur, qui non penitus ab imperio sunt exempti, sed vel actu, vel potentia sub ditione Reipub. continentur, quales sunt, vt iam diximus Germaniæ, Italiæ & partis, quam diximus Galliæ incolæ. Iure autem gentium de imperii iurisdictione tam
31 quoad † νομοθεσίαν, quā δικαιοδοσίαν in toto eiusdem territorio Germania, Italia & Gallia imperiali in causas ac personas omnes præ-
32 sumitur, donec de exemptione probetur. Res enim omnis † in quo statu à principio fuit, semper persistere censetur, nisi contra probetur mutatio. *l. cum 22. de prob. l. in finalib. fin. reg. l. si priu.* & ibi
33 Dd. *de nou ope. nunc.* Alc. *præs. reg. 2.* Et in specie iurisdictionem † sibi à Republ. vel principe tributam adserens, id probare cogitur, *argu. l. in bello de captiu. & postlim. reuers.* Alc. *in tract. præs. loco iam alleg. nu. 6.* Quæ autem loca vel vi vel iure ab imperii potestate exempta ac libera adserantur infra *c. 4.* prolixe explicabitur. In non exceptis vero sua imperio cōstat iurisdictio. Quod tamē restrin-
34 gitur, vt locum saltē habeat, † quoad νομοθεσίαν (exclusa singularis iuris Cæsari soli competentis condendi facultate) non autem in δικαιοδοσίᾳ siue iuris postulantib. singulis reddendi potesta-
35 te † quæ quoad ἐξουσίαν quoque est imperii, quoad ἐνέργειαν vero siue actū politica iurisdictio principio Cæsari iure electionis, & postea concurrens Cameræ Iudicio Cæsaris & Ordinum consensu est concessa. Quæ autem & quanta sit vtraq; infra suis locis explanabitur. Ex iis igitur, quæ ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον accidunt, talis cōstituen-
36 da est regula: Actu imperio † non competere iurisdictionem, nisi
37 in casibus † reseruatis.

38 Est autem Reseruatio † duplex: tacita vel expressa. Tacita ex iure gentium & natura potestatis omnis à Repub. concessæ. In omni enim imperio magistratib. vel priuatis concesso personæ τὴν ἀρχὴν πολιτικὴν vel κυρείαν πάντων obtinentium semper exceptæ intelliguntur, vt quantumcunq; sit imperium vel iurisdictio alteri tributa, minus tamen est ea, quam summæ potestatis iure sibi Resp.

reser-

reſeruauit, nec vnquam priuata ſummo imperio cenſetur, quin earum rerum, quas magiſtratibus, vel Curatoribus attribuit, cognitionem ipſa ſuſcipere, ſiue anticipatione, ſiue concurſu, ſiue euocatione, omnemque magiſtratib. attributam iuriſdictionem ſuo iure eripere poſſit. Bodin. *de Repub. lib.1.cap.8.* Quod in ſpecie de iuriſdictionis conceſſæ vi & natura in imperio Romano tradunt Alex. de Imol. *in l. vlt. de iuriſd.* Panorm *in c. paſtoral. de off. ord.* Innoc. & Felin. *in c. cum Eccleſiarum. eod. tit.* Fel. *in c. cæterum. nu.4. de iud.* Expreſſa † reſeruatio, quam in conceſſione iuriſdictionis diſerte ſibi imperium integram futuram declarauit, idque vel ſibi 39
ſoli vel cum aliis. Sibi ſoli reſeruauit executionem contra violatores pacis publicæ, vi bellica expediendam *part. 2. Ord. Cameræ. tit.17* cum aliis reuiſionem actorum Cameræ, item Syndicatum, de quibus *Ord. part.3. tit.53. in princip. &* §. Darauff ſellen. *Gulielm. Roding. Pand. cam. lib.3. tit.60. & 61.* Petr. Denaiſ. *Iuris Cameralis. tit. 271. verb. reuiſio actorum. & tit. 297. verb. Syndicatus.*

## Capvt II.

## *De Comitiorum iure & ordine.*

### Observata.

1 *Verbi Comitiorum Etymologia.*
2 *Homonymia.*
3 *Comitiorum generalis deſcriptio.*
4 *Stante veteri populari republica triplicia fuerunt Comitia, centuriata, tributa, curiata.*
5 *Vſu noſtri temporis in duo ſumma genera diuiduntur: Generalia & particularia.*
6 *Generalia quæ?*
7 *Quæ particularia?*
8 *Particularium ſubdiuiſio.*
9 *Conuentus particulares, vel ordinarii, vel extraordinarii.*
10 *Ordinarii qui?*
11 *Qui extraordinarii?*

12 *Extraordinariorum subdiuisio.*

13 *Vtriusque exempla.*

14 *Tractatus de Comitiis singulis dispositio.*

15 *Comitia vniuersalia quarum personarum interuentu celebrentur.*

16 *Ordinum ac statuum Comitialium post Imperatorem in tres classes siue curias distributio, vulgo Senatus Imperii,* Reichs Räthe.

17 *Prima Electorum, altera principum, tertia liberarum imperii ciuitatum.*

18 *Ius Comitiorum quomodo inter Cæsarem & Ordines diuisum.*

19 *Cæsari ius habendorum ac edicendorum Comitiorum competit, præcedente tamen consilio & consensu Electorum.*

20 *Ius Comitiorum inter Imperatorem & Ordines æqualiter diuisum, sed partibus indiuisis.*

21 *Ordinum semissis in tres sextantes distribuitur, quorum vnum Electores, alterum principes, tertium ciuitates obtinent.*

22 *Principum ordine, qui status censeantur.*

23 *Error Peuceri liberas Imperii ciuitates non suffragandi, sed consulendi tantum ius habere existimantis.*

24 *In classibus singulis ferendorum suffragiorum modus.*

25 *Electores & ciuitates viritim suffragia ineunt, Prælati, Comites, Barones curiatim.*

26 *Iuris suffragiorum inter Cæsarem & Ordines vniuersos, ac singulas eorum classes, tum status singulos proportio.*

27 *Electorum ad singulos principes & status inferiores* ἀναλογία.

28 *Olim singulis Comitiorum generibus certorum negotiorum expeditio adsignata.*

29 *Hodie sunt omnia circa quæ versatur potestas politica.*

30 *Quædam tamen ferme ordinaria enumerantur.*

31 *Modus & forma Comitiorum describitur.*

32 *In liberis Imperii ciuitatibus non minimam partem roboris Germanici consistere.*

33 *Ciuitates Imperiales matriculæ optimatum & statuum Imperii insertæ.*

34 *Ex matricula qui sint status imperii indicatur.*

35 *Olim in Regimenti conuentu quoq; locum habuerunt.*

36 *Etiam-*

36 *Etiamnum in Deputatorem conciliis ordinariis & extraordinariis.*

37 *Et in Circulorum conuentibus.*

38 *Ius nominandorum ac præsentandorum Adsessorum Cameræ habent.*

39 *Reformationi & visitationi Cameræ intersunt.*

40 *Quoad constitutionem quoque Religionis inter status referuntur.*

41 *Ad Comitia etiam vniuersalia eadem edicti formula, qua Electores, Principes & reliqui Ordines suffragii ferendi causa vocantur.*

42 *Recitationi Propositionis intersunt.*

43 *Peculiare conclaue, vel Senatum, vt Electorum & Principum Ordo habent.*

44 *Decreta Comitiorum cum aliis signant.*

45 *Ad relationes quoq; cum aliis deputantur.*

46 *Quoad possessionem tamen ferendorum suffragiorum hoc tempore cum Electoribus & Principibus pari iure non vtuntur.*

47 *Decreta Comitialia quomodo hoc tempore fiant.*

48 *Caroli V. de controuersia inter Electores, Principes ac Ciuitates decretum.*

49 *Comitiorum nostri temporis cum veteribus Romanis comparatio.*

50 *Quod ardua & magni momenti inter Principes & ciuitates hæc sit controuersia.*

51 *Forma & solennitate præscripta obseruata, Comitiorum quoq; decreta, firma, eaque deficiente inutilia censentur.*

52 *Conscribendorum & signandorum placitorum comitialium ratio & modus.*

53 *Ex præmissis ordine sic explicatis tria confici.*

54 *Primo, quod hoc tempore semissis Ordinum τῆς ἀρχῆς πολιτικῆς non in tres sextantes, sed in duos trientes diuidatur.*

55 *Secundo, quoad ius ferendorum suffragiorum Cæsaris ad Classes non tripla, sed dupla sit proportio, inter Cæsarem autem Electores & Principes hemipla.*

56 *Tertio, vt inter Cæsarem & Ordines, sic quoq; inter ipsos res in sola conuentione consistat.*

57 *Quomodo accipiendum, quod dicitur Decreta Comitiorum vim contractus habere.*

58 *Errores tam exterorum, quam nostratium de Republica nostræ statu primus Bodini.*

59 *Thuani.*

60 *Eorum, qui Decreta Comitiorum constitutiones & pragmaticas sanctiones esse arbitrantur.*

61 *Pragmatica sanctio quid?*

62 *Principes & ordines Imperii non Senatorum, sed συναρχόντων locum obtinere in Comitiis.*

63 *Absurda Autoris Ingolstadensis,* der notwendigen Erinnerung / *de causa Decretorum Comitialium sententia.*

64 *Eius rationes & argumenta.*

65 *Eorundem confutatio.*

66 *Constitutio de Pace, Anno 1555 vt & præcedentes tam de pace prophana, quam religiosa editæ, vniuersaliter concepta Ordines omnes tam Pontificiæ, quam Augustanæ confessioni addictos comprehendens.*

67 *Constitutio de Pace Religionis, pars & auctarium generalis constitutionis, de pace publica.*

68 *Dispositio generalis, generaliter intelligenda.*

69 *Potissimum quando verba sunt vniuersalia, & prioribus legib. quid generaliter iam constitutum est.*

70 *Generaliter semel constitutum donec mutetur, firmum manet.*

71 *Nisi leges prorsus sint contrariæ à prioribus recessum non videtur.*

72 *Ea tantum mandari possunt, quæ sunt in mandantis potestate.*

73 *Nemo plus iuris in alium transferre potest, quam ipse habet.*

74 *Imperatorem non παμβασιλείαν, sed βασιλείαν κατὰ νόμον obtinere ex actis & decretis imperii manifestum.*

75 *Idem, quod pro forma decreti Comitialis requiratur, vt non à solo Cæsare, sed simul ab Ordinibus constituatur Pontificii & maximi propugnatores* deß Vorbehalts/ *fatentur.*

76 *Quod in specie Carolo V. non regnum absolutum, sed certis legibus restrictum delatum sit, pacta cum Electoribus inita ostendunt.*

77 *Quod Imperatoribus non regnum absolutum, sed legibus moderatum*

tum

tum hoc tempore deferatur grauissimum Cardinalis & Electoris Moguntini Alberti Brandeburgici testimonium.

78 Idem testatur Clariss. quondam Imperii Princeps Iulius Phlugius, Episcopus Naumburgensis, in Oratione de Republica Germania siue imperio constituendo.

79 Idem habet iuramentum à Regib. Romanorum in verba Electorum ex praescripto constitutionis Carolinae praestandum.

80 Relata argumenta, quib. d. articulum illum insititium, §. Vnd nach dem/ defendere conantur Pontificii.

81 Eorundem confutatio.

82 Ad actum nullum consensu confirmandum non sufficere tacitum, sed expressum consensum requiri.

83 Forma in actu aliquo praescripta non seruata actus est ipso iure nullus.

84 Consensus mutuus Caesaris & Ordinum forma substantialis Decretorum Comitialium.

85 Verba generalia officii & ciuilitatis causa prolata consensum vel obligationem non inducere.

86 Dispositio quantumuis generalis restringi ac limitari debet secundũ praecedentia.

87 Idq. potissimum, quando generalis dispositio sequens ad praecedentem expresse refertur.

88 Confirmatio & approbatio intelligitur secundum dispositionem relatam.

89 Forma est indiuidua, ita vt etiam vtile per inutile vitietur.

90 Eaque non seruata corruit actus, etiamsi quis dicat, quod velit actum valere prout melius valere potest, & si non valet, quod ago, vt ago, non valeat etiam vt valere potest.

91 Quando à lege vel homine actui certa est data forma paria sunt agere contra vel citra.

92 Iuri publico pactis conuentionib. confessionibus ac remissionibus partium nihil derogari potest.

93 Mentem Caesaris & Ordinum de pace Religionis generaliter seruanda fuisse obseruantia postea secuta ostendit.

94 Gebhardus Truccessius nulla legitima causae cognitione, sed vi & fraudi-

fraudibus Pontificis ab Archiepiscopatu & Septemuiratu deiectus cum æterno imperii dedecore & probro.

95 Eidem processus in Camera iniuste denegati.

96 Grauis ea de re apud Cæsarem ad ea conniuentem Serenissimorum Electorum Saxonis & Brandenburgi intercessio.

97 Acerbior Ludovici Electoris Palatini cum eodem Cæsare expostulatio.

98 Exempla & argumenta, quibus enorme hoc factum Pontificis Capitulum Coloniense defendere conatum fuit, refutantur.

99 Cæsaris in re tanta dissimulationem Thuanus notat.

100 Vt in Imperio Germanico, sic etiam in tota Europa reges omnes non παμβασιλείαν, sed κατὰ νόμον regna obtinere Exemplis Hispaniæ, Galliæ, Angliæ, Hungariæ, Poloniæ, Sueciæ, Daniæ & Bohemiæ regum ostenditur.

101 De autore instituti ordinus Electorum inter Germanicos & Italicos scriptores consentiens opinio.

102 Autoris ea de re sententia.

103 An ius creandi Regis Romanorum ad Electores pertineat tanquam singulos, vel vniuersos.

104 Comitia imperatoria aut omnino libera aut quasi coacta.

105 Libera quæ?

106 Eorum exempla.

107 Quasi coacta quæ?

108 Horum exempla.

109 Electori Moguntino quatenus edicendorum comitiorum imperatoriorum ius permissum.

110 De Electione Ferdinandi inter Ioannem Saxonem, & reliquos Electores grauis discordia transactione tandem sopita.

111 Modus & forma eligendorum Regum Romanorum.

112 Patrum memoria omnis ferme imperii administrandi vis & potestas penes comitia fuit.

113 Causa instituti REGIMENTI.

114 REGIMENTO quanta potestas ab imperio tributa fuerit.

115 REGIMENTI ordinatio, quomodo & quando in desuetudinem abierit.

116 DE-

C*Omitiorum* † Verbum à *coeundo*, vel vt veteribus placuit *Comeundo*, quod populus his coire, & in vnum locum conuenire 1
soleat dictum, apud latinos scriptores πολύωνμον est: (Aliquando

 enim

2 enim vel totius † populi aut partis adferenda de aliqua re suffragia: aliquando & proprie vniuersi tantum populi conuocationē significat, sicque à Concilii verbo, quo partis tantum populi coitio appellabatur distinguitur, autore Gellio *lib. 15. ca. 27.* ex Lælio Felice. Licet hoc discrimen Comitiorum & conciliorū non perpetuo obseruari, locis ex Cicerone & Liuio ostendat Gruch. *de Comitiis Romanorum in præfatione.*

Forma Reipublicæ nostræ ad principia sua relata in genere
2 sic recte describuntur Comitia: † PRINCIPVM ET OPTIMATVM IMPERII CONVENTVS REIPVBLICÆ CAVSA. Genus in hac descriptione extra controuersiam. Forma est in verbis Principum & Optimatū Imperii, & Reipublicæ causa. Principum Imperii vocibus non tantum reliqui Electores ac Principes politici & Ecclesiastici, sed ipse Imperator licet in hoc Optimatum Collegio potestate ac autoritate reliquis præstet, recte comprehenditur, iisque non solum ab aliorum regnorum ac Rerumpublicarum Principibus, sed & ab iis principibus, qui summo gradu isto nobilitatis, vel genere, vel honorariis Codicillis à Cæsare ornati ius sessuræ ac suffragii non habent. Optimatum verbo reliqui Proceres. Politici & Ecclesiastici τῆς ἀρχῆς μετέχοντες continentur. Reipublicæ verbum hic, non pro populo iure publico sociato, vt apud Cic. *libr. 1. officiorum.* Optandum, vt ii, qui præsunt Reipublicæ legum similes sint: & alibi apud eundem Ciceronem *Philip. 9. & lib. 4. ad Herennium.* Pro Republica qua & illud sanctissimum nomen patriæ continetur, nolle in discrimen venire. Et *in Oratione de Aruspicum Responsis.* Nulla potest cuiq; mali de Repub. merendi causa esse: Sed pro imperio ipso ac negotiis ad Rempublicam pertinentibus, quæ τὰ κοινὰ appellat Aristotel. *Politic. lib. 4. cap. 14.* τὸ βουλευόμενον περὶ τῶν κοινῶν. quo acceptu eo vtitur, Cic. *lib. 1. offic.* Vt enim Tutela sic procuratio Reipublicæ ad vtilitatem eorum, qui commissi sunt, non ad eorum, quibus commissa gerenda est. Idem, *in Oratione in Verrem. lib. 5.* Quocirca non sine causa maioris motus Rempublicam administrari non posse metu & seueritate Pomponius *l. 2. §. deinde. de orig. iur.* Necessitas reipublicæ curam ad Senatum deduxit.

Disces-

Diſcernuntur his verbis Comitia ab aliis congreſſibus Principum & Ordinum Ludorum (vt olim fuerunt certamina illa Equeſtria, quæ inſtar Olympiadum Græcorum ab Henrico Aucupe primum inſtituta, Anno 935 & vſque ad annum 1487. quo poſtremum Wormatiæ celebratum durarunt, vulgo Troiamina dicta Dn. Knich. *de veſtit. pactis. par. 2. cap. 4. nu. 99. & ſeq.*) nuptiarum conuentionum & aliorum negotiorum priuatorum cauſa inſtitutis. Ad quos referri poſſunt, conuentus Principum & Ordinum Confœderatorum Anno 1539. Arnſteti Brunſuici An. 1537. Schmalcaldicus Anno 1529. Principum Saxoniæ, Naumburgi 1555. fœderis inter Saxonicam Brandeburgicam & Haſſiacam Familiam hæreditarii cauſa Seidan. *libr. 26.* Cruchus *de Comitiis in præfatione.* duas Comitiorum deſcriptiones adfert, vnam generalem populi totius, aut partis ad ferendum de aliqua re ſuffragium: Alteram propriam: vniuerſi populi conuocatio ad aliquid ſciſcendum, vtraque deſcriptio in eo latior, quod non de quauis re ſuffragia ac ſcita ferantur in Comitiis, ſed de iis tantum, quæ ad ἀρχὴν ϗ τὰ κοινὰ pertinent, quemadmodum cauſæ Comitiorum Romanorum manifeſte oſtendunt. Nec paria quoque in poſteriori eo definiti ac definitionis ſint momento, quod plura quam ſciſcere tria iſta μόρια τῶν πολιτειῶν τὸ βουλευόμενον περὶ τῶν κοινῶν, τὸ δικάζον, ϗ περὶ τὰς ἀρχὰς, Ariſtot. *Polit. lib. 4. c. 14.* complectantur.

Alii pinguius ſic deſcribere malunt: quod ſint conuentus Ordinum Imperii à Cæſare cum adſenſu Electorum indictus in ciuitate aliqua imperiali, hoc fine primario, vt Cæſare vel eius cōmiſſario præſente deliberationes habeantur, & decreta fiant, de rebus ad Reipublicæ dignitatem ſalutem & tranquillitatem pertinentib. In quo, quod ad ἰδίαν definiti pertineat nihil video. Genus enim Ordinum imperii anguſtius eſt, quam quod Cæſarem complecti poſſit, & aliud eſt, conuentum ab Imperatore indici, eoque vel legato eius præſente deliberationes inſtitui, aliud Imperatorem cum Ordinibus imperii & Reipublicæ gerendæ cauſa conuenire.

Locus item Comitiorum tanquā adiunctum, & cauſa finalis, dignitas nimirum ſalus & tranquillitas Reipubl. cauſæ externæ

 cum

cum internis, quales genere & forma continentur, nihil commune habent.

4 Stante veteri † Romanorum populari Republica vsq; ad Cæsarum tempora, sub quibus non fuerunt Comitia, nisi sub Augusto & Iulio Cæsare, quandiu solus imperium obtinuit, quæ tamen non fuerunt libera, triplex Comitiorum ratio fuit: Quædam enim centuriata, à centuriis quibus diuisi ciues in singulis classibus coibant, censebantur, ac suffragia ferebant. Quædam tributa, quando ex locis & regionibus in tribus diuisi ciues sententias dicebant. Quædam curiata, in quibus nulla census, ætatis aut locorum distinctione curiatim, id est, per curias saltem diuisus populus suffragium dicebat. De quibus post Budæum, Alexandrũ Beroaldum, Blondum, Paulum Manutium, Wolffgangum Lazium, Turnebum, & alios, qui hunc locum *in suis Commentariis* attigerunt, ante omnia videnda sunt, quæ de nomine, definitione, personis, causis, loco ac tempore singularum eruditissime scripta reliquit Nicol. Cruchius, *trib. lib. de Comitiis Romanorum*, &
5 Antonius Augustin. *in li. de legib. c. 7. & 8.* Diuisio † Comitiorum non à modo & forma habendi, sed à numero personarum, quorũ interuentu celebrãtur, sumitur, vt sint vniuersalia vel particula-
6 ria vniuersalia, quib. † vniuersi Principes & Optimates imperii conueniunt, κατ' ἐξοχὴν Reichstag / Decreto Wormatiensi Anno 1495. *titul.* Daß ein Reichstag soll ein Monat wehren. Decreto Ratisbonensi Anno 1527. §. Nach dem auch auff gehaltenem Reichstag zu Speyer. Item Decreto Augustano Anno 1500. *in fine.* Diesen gegenwertigen Reichstag. Decreto Treuerensi Anno 1512. §. So haben auff einen gemeinen Reichstag: vel Reichs-Versamblung. Decreto Spirensi Anno 1570. §. haben wir eine gemeine Reichs-Versamblung. Decreto Ratisbonensi Anno 1576. Als haben wir eine gemeine Reichs-Versamblung. Decreto Rudolphi Ratisbonæ, Anno 1582. §. eine gemeine Reichs-Versamblung.

7 Particularia † quibus pars Principum & Optimatum conue-
8 nit. Particularia in duplici † sunt differentia: In quibusdam ex vniuerso ordinum collegio, quidam selecti: in aliis certa pars conue-

conuenit: Eaque vel certæ classis, vel certi loci ac regionis Imperii. Ex vniuerso imperii collegio selectorum fuit olim conuentus Regimenti, hodie Deputatorum & Visitatorum Cameræ. Certæ classis est Electorum conuentus, non tantum aliorum negotiorum publicorum & priuatorum, de quibus constitutione Carolina *tit. 12.* Sed præcipue Electionis Regis Romanorum causa, vulgo ein Wahltag. Quæ Onuphrius Panuinius, qui non in genere de Comitiis, nec de vniuersalibus, sed particularib. Electorum, quibus Imperator, vel Rex Romanorum creatur, quædam conscripsit Comitia Imperatoria appellat, exemplo veterum, qui ea, quibus consules creabantur, consularia, quib. prætores vel censores, prætoria vel censoria, item legum, quibus leges ferebantur, iudiciorum quibus iudicia exercebantur vocabant. *in tr. de comitiis. lib. 1. c. 3. lib. 2. ca. 4.* Græci in genere ἀρχαιρεσίας appellant Aristot. *Politic. libr. 3. cap. 13.* quam Magistratuum Comitia reddit Antonius Montecatinus. Aliter Comitia Ecclesiastica, quæ Cōcilia appellamus, distribuuntur in Generalia, Prouincialia & Synodalia. Generalia in quibus fit conuocatio omnium Episcoporum Ecclesiæ, de quo *cap. per totum. 17. distinct.* Ea olim per Imperatores conuocabantur Georg. de Heimburg. editus à Melchiore Goldasto *in Monarchia Romani Imperii fol. 6 . .* Nunc Papa vel eius legatus id sibi vendicat, *cap. dudum. 3. q. 6.* Prouinciale, quod ab Archiepiscopis siue Metropolitanis. Synodale quod ab Episcopo celebratur. Anton. de Rosellis editus à Goldasto *in Monarchia Romani Imperii. fol. 402. nu. 4.* Fit & Nationalis concilii mentio passim in Recessibus imperii.

Ex certis locis ac regionibus Imperii congregatorum Ordinum sunt conuentus Circulorum, vulgo, die Kreyßtage: Suntque hi omnes conuentus † particulares vel ordinarii, vel extraordinarii. 9
Ordinarii † qui lege publica iubente à selectis de negotiis 10
certis designatis, perpetuo peragūtur. Qualis olim fuit Regimēti conuentus Ordinario Regimenti, An. 1500. Augustæ. *tit.* Wie die Churfürsten auff jede Fronfasten persönlich zu Nürnberg zusammen kommen sollen. Et Visitatorum Cameræ ord. part. 1. tit. 5. in principio Decreto Augustano Anno 66. §. Erstlich dieweil in der

Ordnung/ Decreto Ratisbon. Anno 1576. §. Wie vnnd welcher
11 massen. Extraordinarii, † qui in præsentem necessitatem Decretis imperii mandantur, quorum exempla referuntur Ordinat. Regimenti Anno 1500. Tit. Das Regiment mag der Sechs Churfürsten/ꝛc. Decreto Augustano, Anno 1555. §. So sich dann abermals. Ord. part. 3. Tit. 49. §. Welcher kompt. Hinc recte à Thuano scriptum est, *lib. 2. Historiarum. fol.* nullam vere iurisdictionem habere Circulorum imperii consilia, quod tamen de integra iurisdictione, notionem & exequendi potestatem complectente accipiendum est, partem autem δικαιοδοσίας illam, quæ in eo, quod à Cæsare vel Camera iudicatum manu armata exequendo ad effectum perducendi consistit mandatam habere, non ambigitur.

12 Hi rursus duorum † sunt generum. Vel enim selectis Deputatorum nimirum Senatui vel Visitatoribus Cameræ, vel Circulorum capitaneis & consiliariis alia præter ordinaria negotia. Vel aliis de nouo exequenda iniunguntur.

13 Prioris † exempla sunt, Conuentus Deputatorum Spirensis, Anno 1557. Erfordensis, Anno 1567. Francofurtensis, Anno 71. Alterius in Decreto Augustano, Anno 1500. *folio 68.* Spirensi, Anno 1529 *folio 198.* Decreto Augustano 1530, *folio 220.* Ratisbonensi, Anno 1531. Anno 1548. §. Vnnd nach dem. Ratisbonensi, Anno 1557. §. Vnd haben. Augustano, Anno 1559. §. Vnnd seynd also.

14 De hisce omnibus † pro rei amplitudine quantum instituti nostri feret ratio, pauca agemus, ac in singulis tria considerabimus. Primo, quarum personarum interuentu queq; peragantur? Secundo, quæ causæ ac negotia cuiq; subiecta sint? Tertio de singulorum modo ac forma.

## DE COMITIIS VNIVERSALIBVS.

15 PERSONÆ, quarum † interuentu Conuentus Imperii generales celebrantur, sunt Imperator, & reliqui Status & Ordines, ex quibus Reipubl. corpus constitui diximus, cap. præce-
16 denti, quæ omnes † in tres classes, quas vulgo *Senatus Imperii,*
17 Reichs Räthe appellant distribuuntur: Quarum prima est † Electo-

lectorum, altera Principum, tertia est liberarum imperii ciuitatum.

Dixi comitiorum ius habere Principes, Status & Ordines capite præcedenti enumeratos. Comites enim & Barones, qui nuper in eum Ordinem sunt recepti, ac res tantum aliis Principib. subiectas possident, item nobiles immediate, vt loquuntur, imperio parentes, quarum præstantes aliquot familiæ sunt in Sueuia & Francia & Rheni tractu, de quibus in Decreto Augustano Anno 1500. *Titul.* Wie man mit der Ritterschafft zu Francken/ Schwaben vnnd Rheinlanden/ & Decreto Spirensi, Anno 1542. §. Demnach haben/ Decreto Ratisbon. Anno 1557. Wir wöllen/ꝛc. & ibi; Bey der Freyen Ritterschafft/ꝛc. so keinen Churfürsten/ oder andern Obrigkeiten ohne Mittel vnterworffen/ vnd in den Anschlägen nicht begriffen: Id est, agemus cum nobilitate libera Electoribus, & aliis magistratib. Matricula non comprehensis. Ciuitates item principib. vel simpliciter, vel solum certis priuilegiis subiectæ. Principes quoq; & ciuitates Italiæ, nec locum in consessu, nec dictionem sententiæ vllam habent.

Inter ipsos autem, quos diximus Principes & Status ius † Comitiorum ac suffragiorum ita est diuisum, vt Imperator † quidē habendorum Comitiorum, ac Principes & Ordines cōuocandi ius habeat, sed non nisi autoritate & consensu Electorum secundum leges Cæsari in electione dictas, Decreto Spirensi An. 1507. §. Haben wir eine gemeine Reichs Versamblung/ nach vorgehabten Rath/ vnnd Gutachten/ vnser vnd deß heyligen Reichs Churfürsten. Id est, de consilio & sententia nostrorum & sacri imperii Electorum, cōmunem Ordinum conuentum indiximus. Decreto Ratisbon. An. 1576. Als haben wir mit Rath vnd Beliebung obgemelter vnserer/ vnd deß heyligen Reichs Churfürsten nicht vmbgehen mögen/ eine gemeine Reichs Versamblung/ außzuschreiben. Id est, cū consilio & consensu nostrorum, & sacri imperii Electorum Comitia edicere necessarium esse diximus. Decreto Augustano, Anno 1582. Rudolphi, Haben auff Gutachten/ vnnd Rath vnser/ vnnd deß heyligen Reichs Churfürsten/ eine gemeine Reichs Versamblung/ außschreiben lassen, Id est, Consulentibus ac censentibus

ita

ita noſtris & Sacri Imperii Electoribus, vniuerſalem Ordinum conuentum indiximus. Idque epiſtolis Cæſareis, quibus ad Comitia vocantur ordines, vulgo dem Außſchreiben zum Reichs-Tage/ ita inſeri ſolet: Wann dann ſampt vns / deß heyligen Reichs Churfürſten / nach reiffer ſtatlicher Erwegung / vnvermeidlich vnnd vnvmbgånglich zu ſeyn befunden / einen allgemeinen Reichstag anzuſtellen/darzu vns wolermeldte Churfürſten einhellig jhren Conſens dem Herkommen gemeß / vnter jhr liebden Handtſchrifft vnnd Siegeln gegeben/ die Beſtimmung deß Tages heimbgeſetzt / vnd als viel die Mahlſtatt betrifft / jhnen vnſer / vnnd deß heyligen Reichs Statt Augſpurg/vmb erheblicher Vrſachen gefallen laſſen. Id eſt, cum igitur re mature deliberata nobiſcum noſtri & Sacri Imperii Electores publica Imperii Comitia edicere neceſſarium eſſe cenſuerint, dato nobis ad hoc literis manu ac ſigillo ſuo, confirmato conſenſu, more à maioribus accepto, tempore ac die conuentus, arbitrio noſtro relicta, noſtra & Sacri Imperii vrbs Auguſta certis de cauſis complacuit.

Ideoque antequam diem futurorum Comitiorum edicat, Electores ſingulos per literas conſulere ſolet. In reliquis ſumma
20 imperii † poteſtas, quam in genere definiuimus ac diuiſimus *ſupra lib. 1. cap. 8.* in duas ſemiſſes tribuitur, quarum vnum Cæſar, reliquum ordines vniuerſi habent, ſicut olim quoque inter Cæſarem & populum, Ius Comitiorum diuiſum Suetonius in Cæſare ſcribit, ſed pro partibus diuiſis: inter Imperatorem vero & ordines ius omne imperii, excepta iuris ſingularis vel priuilegiorum concedendorum facultate pro partibus indiuiſis diſtributum eſt.

21 Ordinum † ſemiſſis partem vnam Septemuiri obtinent alte-
22 ram † Principes (quorum nomine hic non primi gradus nobilitatis homines tantum Cæſare nimirum ſolo inferiores, Prælatis vero Comitibus & Baronibus eminentiores, ſed exceptis Electoribus Principes omnes, tam Politici, quam Eccleſiaſtici, Prælati Comites & Barones comprehenduntur. An autem ciuita-
23 tum † Imperialium legati pari iure cum Electoribus & Principibus hoc tempore vtantur. Capite ſequenti in modo & forma habendo-

bendorum Comitiorum accuratius exponemus. Ac licet partes æquales Electorum & Principũ Senatus in Comitiis, vt diximus obtineant: Iure † tamen suffragiorum ferendorum dispari vtuntur. 24
Electores enim viritim suffragia ineunt: In principum vero Senatu, alia principum proprie † sic dictorum, alia prælatorum, 25
Comitum & Baronum ferendi suffragii est ratio. Et quantum ad Principes Ecclesiasticos, Episcopi omnes singularum sententiarum dicendi ius habent. Quibus ex veteri prælatorum ordine hodie accedunt magistri Ordinum Equitum Teutonicorum, siue Marianorũ, ac diuo Ioanni sacrorum, Abbas Fuldensis, Hirsfeldensis, Campidonensis, Murbacensis, Corbeiensis, Prumensis, Stabulensis præpositi Elbangensis & Berchtelsgadensis. Principum politicorum familiæ quædam vnum, quædam respectu diuersarum linearũ duo, tria vel quatuor vota habent, vti ex Decretorum subscriptionibus intelligitur.

Quo ad prælatos vero Comites & Barones, quod Principes numero longe superant, ideoque sententiarum multitudine vniuersæ classis ius ad se tracturi sint visi, iam olim gradũs suffraganeorum ita sunt facti, vt Principes Ecclesiastici, & qui ex prælatis ipsis accensentur, omnes, vt diximus, viritim; prælati vero & Comites curiatim sententias dicant, hoc discrimine, vt prælatorum curia vnius, Comitum vero ac Baronum à locis in duas tribus, Sueuicam ac Wetterauicam dissecta, duorum suffragiorum ferendorum ius habeat distributum est: Sententiæ in Senatu Principum dicendæ potestatem faciendi habet Mareschallus hæreditarius Imperii Baro Pappenheimius Magister, non tantum aulæ Cæsareæ, sed & administer consilii publici, penes quem † est 26
iussu Cancellariæ Moguntinæ Senatum conuocandi, diuersoria distribuendi Ordines in possessione sessuræ & ferendi suffragii tuendi, & ne extranei sese in Senatum ingerant, videndi. Quantum ad Comites † ex veteribus Imperii Decretis de eorum in 27
certas classes distinctione, & an viritim vel curiatim suffragia in Comitiis tulerint, nihil certi constat. Licet enim in Carolina constitutione, quæ Aurea Bulla vocatur, Comitum quoque fiat mentio, Item Reformatione Friderici III. Anno 1442. Et Or-

dinat. Cameræ Anno 1495. in principio in subscriptione: tamen omittuntur in constit. von dem gemeinen Pfenning. Anno 1495. neq. in proœmio, neq; subscriptione eorum fit mentio, vt nec in constitutione von den Gotteslästerern. Wormatiæ, & de iudicio Westphalico Wormatiæ, eodē Anno. Item constit. de Vinis Friburgi Brisgoiæ Anno 1497. Anno autē 1500. in Ordinatione Regimenti Maximiliani I. non tantum in proœmio & fine Comites in genere quoq; interfuisse refertur, sed & quod vnus eorum nomine Regimento adsidere debeat §. Wie zwantzig Personen in das Regiment genommen werden sollen. In subscriptione autē Decreti Comitiorum Augustanorum, Anno 1500. Comitum aliquot fit mentio, qui partim suo, partim aliorum Comitum nomine Comitiis interfuerunt. Vt etiam in Ordinatione Cameræ Constantiensi An. 1507. Comitiis Coloniensib. An. 1512. Bernhardus Comes Solmensis suo & aliorum quorundam Comitum nomine interfuisse, & nomine Comitum omniū subscripsisse memoratur: Vt & Decreto Comitiorum Treuirensium & Coloniensium eodem Anno: Ordinationi Regimenti Caroli V. An. 1521. Reinhardus Leiningensis, & Georgius Wertheimensis nomine Comitū interfuerunt. Reinhardus vero Solmensis Comitum ac Baronū nomine subscripsit. Comitiis eodē anno Wormatiæ celebratis Reinhardus Leiningensis, & Georgius VVertheimius Comites nomine omnium interfuerunt ac subscripserunt Noribergensibus An. 1524. Bernhardus Comes Solmensis nomine Comitum VVeterauiensium, à quib. mandatum habuit. Georgius VVertheimius, & Baro à Geroltzeck nomine Comitum omnium Sueuicorū; & nomine Reinharti Comitis à Bitzsch, Simon Reibeisen, Doctor & Præpositus. Spirensib. An. 1526. nomine Comitum VVeterauiensium, Sueuicorum, Francicorum, Thuringicorum, Harcyniorū, Bernhardus Solmensis, Georgius VVertheimensis, Vlricus Helffensteinius, & Hoyerus Mansfeldius Comites.

Ratisbonæ An. 1527. nemo ex Comitib. An. 1529. Spiræ cōplures Comites & Barones partim ipsi, partim per Legatos interfuere, sed absq; Regionū discrimine. Sic ēt An. 1530. Augustæ, & An. 1535. Spiræ & Ratisbonæ, Ann. 1541. absq; locorum designatione.

In Decreto Ratisbonensi, An. 1542 primo ponuntur nomina eorũ, qui ipsi interfuerunt, postea Legati his verbis: Der Graffen Bottschafften/nemlich der Wetterawischen/ & subiiciuntur Nassouienses, Solmenses, Stolbergenses, Eisenburg. Hanouienses, Mansfeldii, Eberſteinii, Limpurgici, Barones, Comites, Reinsteinii, Falckensteinii, Bitzschii, Leiningenses, Seinenses, Ostfrisii, Neuenarii, Helffensteinii, Montefortenses, Sultzenses, Tengii, Zolleriani, Zimbrii, Barones, Truccesii in VValtpurg. Gundelfingii, Geroltzeccii, Allendorphii, Comites itẽ Furstenbergii Arnbergii, Barbiẽses & Mulingẽses, Lippii Barones, Limpurgici.

Eodem modo in Comitiis Ratisbonensib. eodem anno celebratis, Graffen vnd Herrn / Persöhnlich Marckquardt Freyherr zu KönigsEck / Georg Erb Truckseß/deß H. Römischen Reichs Freyherr zu Waldtburg. Postea Legati VVetterauiensium Comitum nomine ex variis locis. Comitiis Spirensib. An. 1544. post enumeratas personas Comitum præsentium, nomine quoq; Comitum VVetterauiensium Legati, ex omnib. fere Germaniæ Regionib. referuntur. Anno 1545. VVormatiæ post personas Comitũ præsentium Legati Comitum, Sueuicorum, Francicorum. An. 1548. Augustę post Comites præsentes Legati ex variis locis, postea circuli Sueuici, in quo tamen plures Rhenani recensentur. An. 1551. præsentes & Legati. Augustæ An. 1553. præsentes & absentium Legati, locis & regionib. non distincti. Ab anno vero 1566. Comites & Barones omnes in duas classes VVetterauiensium & Sueuicorum, vulgo die Wetterawische vnnd Schwäbische Graffen vnnd Banckverwanden/ diuisi, duorum suffragiorum iure hoc tempore fruuntur: ita vt Comitib. quidem ac Baronibus omnib. ad Comitia vocatis, Senatui Principum interesse liceat, ac in subselliis extraordinariis, vulgo der Adiuncten Banck / absque Ordinis discrimine, sicuti ẽt in subscriptione fieri videmus, salua Principũ & principi parium Legatorum prærogatiua, sed ita, vt duo tantũ nomine omniũ ius sessuræ ac suffragiorum obtineant, alternis vicibus, vt nimirum vna die VVetterauii: quorum nomine Nassouienses vel eorum Legati præsideant, altero vero Sueuicorum Deputatus prior sententiam dicat.

28 Quod ad RES AC NEGOTIA, quorum causa † Comitia haberi solent, attinet, olim certa negotia in singulis Comitiorum generibus peragebantur, vt in centuriatis, Creatio maiorũ magistratuum, legum latio, item iudiciorum exercitio: In tributis minorum magistratuum creatio, sacerdotum collegiorum adoptio, legum quoque latio & iudicia. Alia in curiatis, & quidem diuersa pro diuersis Reipub. temporibus: de quibus Nicol. Gruch. *de Comitiis Roma. lib. 1. cap. 2. lib. 2. cap. & lib. 3. eo. c.* Hodie sunt
29 omnia, circa † quæ politicam potestatem omnem versari diximus, legum nimirum ferendarum belli gerendi, fœderum percutiendorum, ac soluendorum tributorum iniungendorum iudiciorum exercendorum, rerum quoque Imperii alienationum
30 causæ: Ordinaria † tamen ferme sunt consultationis Comitialis capita: De firmanda & constituenda pace & tranquillitate publica, tam in ciuilibus, quam Ecclesiasticis ac religionis negotiis; De legibus & ordinatione iudicii Cameralis; De impositione collectarum; De moderatione indictarum pensitationum; De Monetis; De Matriculæ imperialis redintegratione ac auulsis ab Imperio prouinciis & ordinibus recuperandis, iudicia vero in Comitiis perraro, & non seruato solenni ordine, vt postea dicetur, exercentur.

Quod ad MODVM ET FORMAM Comitiorum pertinet,
31 primum † Imperator habito Electorum consilio & adsensu literis ad singulos ordines missis, edicit, quis dies & locus Comitiis futurus sit. Etsi enim locus ac tempus conuentus generalis Ordinum imperii olim erat certum ac ordinarium singulis nimirum annis, Festum purificationis Mariæ Francofurti ad Mœnum ac melioribus ac simplicioribus illis seculis mensis vnius spacium deliberationi constitutum, Constit. Maximiliani Wormatiæ 1495. *in princip. ac tit. 1.* Daß ein Reichstag soll einen Monat währen/ id est, *tempus Comitiorum menstruum esse debere.* Eadem tamen iam omnia pro rebus ac negotiis incidentibus in Cæsaris ac Ordinum sunt arbitrio, quo tempus ac locus quilibet est Comitialis. Literis hisce Cæsareis redditis, Principes ac Ordines vel ipsi sese sistunt, vel legatos seu nuncios suos mittunt, quibus

bus vel peculiaria dant mandata, vel vniuerse potestatem faciũt curandi ea, quæcunque in communi è Repub. fore videbuntur.

Accedentes ad locum Comitiorum legati nomina sua apud Electorem Moguntinum Imperii Archicancellarium profitentur, editis mandatis ac literis fidei, quas vulgo credentiales vocant.

Postquam conuentum est de consilio Electorum, Curiam, in qua plerunque habentur Comitia solenni pompa ascendit Cæsar, præcedentibus longo agmine principibus politicis eorumve legatis, ex quibus Elector Saxoniæ Imperii Archimarschallus strictum gladium proxime ei præfert Electorib. ac reliquis principibus Ecclesiasticis sequentibus, ibi constructum ex tempore tabulatum conscendit, & in solio editiore tapetis & aliis rebus more regio magnificentissime exornato collocatur Sedentem Senatus Electorum paulo inferiore hoc ordine loco circumsidet. Ad dextram Archiepiscopus & Elector Moguntinus, quem sequitur Coloniensis, Treuirensis è regione Cæsari opponitur. Ad sinistram Rex Bohemiæ primum, secundum Comes Palatinus Rheni, tertium Dux Saxoniæ, quartum Marchio Brandeburgicus Electores politici capiunt.

Pro Principibus reliquis duo adhuc subsellia vno gradu Electorum, duobus vero Cæsaris sede inferiora in eodem tabulato stragula quoque veste pretiosissima decorata conspiciuntur; in quorum dextro reliqui Archiepiscopi, item domus Austriæ & Burgundiæ legati; In sinistro reliqui principes politici eorundemve legati consident. Principibus iunioribus consiliariis & officialibus Cæsareis ex aduerso Cæsaris adstantibus. Facto consessu ac turba sedata, ex Principibus quidem, cui hoc demandatum est, è sede sua adsurgens, Cæsaris nomine, breuibus gratias agit, quod edicto audientes, Electores Principes & Ordines tanto numero comparuerint, quod in Comitiis Ratisbonensibus Anno 1594. vidi eleganti & luculenta oratione facere Illustrissimum ac laudatissimum Principem Ludovicum Palatinum: Et Maximilianũ II, Carolo V. Imperatori Augustæ Comitia celebranti

ad eundem modum præfatum esse narrat Thuan. *Histor. lib.3. fol.* 313. Ac Ducis Bauariæ Alberti opera Carolum, Ferdinandum & Maximilianum II. plerunq; ea in re vsum esse refert Autor der Beschreibung deß Reichstages. *Tit.* von der Proposition auff einem Reichstage/ quem ipse Imperator subsequi solet, graui & succincta oratione, qua repetita gratiarum actione, vt causas edicti conuentus grauissimas ex promulganda propositione cognoscere, ac quæ ad reipub. salutem sint necessaria, in medium consulere, velint, eosdem hortatur. Quo facto per Secretarium Cæsareum propositio de scripto publice legitur. Ea finita, Electores, Principes, Ordines & legati consurgunt, & paululum collocuti per Electorem Moguntinum in hanc sententiam respondent: cognouisse, ex recitata propositione, ob quas grauissimas causas Imperatori conuentum edicere visum fuerit. Quod igitur à toto tempore suscepti magistratus tanta fide ac diligentia publici imperii negotia sibi commendata habeat, agere se ipsi gratias, quas possint animo concipere maximas, ac in omnib quæ ad salutem ac dignitatem imperii pertinere videbuntur studia sua & officia vti debita, ita promptissima deferunt. Ac vt de rebus propositis rectius deliberare & sententias suas in medium afferre possint, exempla recitatæ propositionis sibi edi, ea, qua decet, reuerentia submisse petunt, seque ac sua omnia Cæsari officiosissime commendant. Ad quæ pro delata opera ac studiis suis iterum gratias agit ipse Cæsar, ac vt de singulis propositionis capitibus primo quoque die sententias suas proferant, denuo monet, ac principibus, ac ordinibus vniuersis ac singulis gratiam ac beneuolentiam suam clementissime pollicetur.

His itaque peractis à solio suo surgens Imperator eadem, qua ingressus est pompa, ad Palatium suum reducitur, & Principes, Ordines ac legati quisque in sua diuersoria discedunt. Postero vel aliis sequentibus diebus Electores in curia solita congressi secum, quo ordine in deliberatione de capitibus propositis eorumque in certos articulos diuisione sit procedendum consultant, quidque ea de re constituerint Principum Ordini significant, quib. si idem placet de priori capite collatis sententiis Prin-

cipibus

cipib. expeditos ſeſe denunciant, qui ſi & ipſi caput ſuſceptũ abſoluerunt in Senatũ Electorũ ad referendũ vocantur, vbi primo Electores per Cancellariũ Moguntinum, deinde Principes per Saltzburgenſem vel Auſtriacum, eorũve legatos ſententias ſuas exponant, quæ ſi conueniant ciuitatũ Legatis quoq; referuntur.

CIVITATES hæ imperiales (iã olim in duas claſſes diuiſæ Rhenanam & Sueuicam, vulgo die Rheinische vnnd Schwäbische Banck / quod in conuentu generali Ordinum duo ſubſellia longiora, quibus ſeſſum caperent ciuitatum Legati, poni ſolerent, & quidem temporibus ſimplicioribus ſub dio cœlo ſereno, Autor deß Berichts vnd Beschreibung / wie es heutiges Tages auff Reichstägen gehalten wirdt. Tit. Von der Frey- vnd Reichsstätte Rath. *in principio.*) in quibus vt & aliis non plane à Principum & Ordinum Imperii iure exemptis non minima pars † roboris Germanici 32 conſiſtit, vt recte iudicat Thuanus *Hiſtor. lib. 4. & lib. 1.* Etſi Albo matriculæ Statuum † vel Optimatũ Imperii diſerte inſerti, ma- 33 triculæ autem inſertos pro Statib. & Optimatib. Imperii, eamq; in ſuffragiis ferendis † ſequendam eſſe diſerte conſtitutum eſt, 34 Decreto Ratisbonenſi An. 1576. §. Wann auch zu Franckfurt. In Decretis ẽt & conſtitutionib. imperii ẽt ipſa Cæſaris & Ordinum confeſſione inter Status & Optimates imperii, diſerte referantur. Olim quoq; in conuentu † Regimenti, in quo non tantũ iu- 35 riſdictio, ſed alia ad publicam poteſtatem pertinentia ſumma cũ autoritate peragi ſolita fuerunt, ſuum extra controuerſiam locũ & ius dicendæ ſententiæ habuerunt, & etiamnũ habent † in Se- 36 lectorum ſiue Deputatorum conciliis ordinariis & extraordinariis, vt & in † circulorũ imperii conuentib. Ius etiam nominan- 37 dorum † ſiue præſentandorũ Aſſeſſorum iudicii imperialis Ca- 38 meræ, reformationẽ † quoq; & Viſitationi Cameræ cum reliquo- 39 rum Ordinum Legatis interſunt. Quoad † conſtitutionẽ quoq; 40 pacis religionis extra cõtrouerſiã inter Status imperii referãtur. Et quantũ ad Comitia † vniuerſalia attinet eadẽ Edicti formula, 41 qua Electores, & reliqui Principes & Ordines ſuffragii ferendi cauſa vocentur, Decreto Wormat. An. 1545. Dem allẽ nach. Recitationi ꝓpoſitionis † quoq; interſint, iiſq; nõ minus, vt reliquis 42

Ordini-

43 Ordinibus exempla eiusdem communicentur. Peculiare † item conclaue siue Senatum, vt Electores & Principes, in quo de Ca-
44 pitibus propositis deliberent habeant. Decreta † Comitialia cũ
45 aliis selectis signent. Ad relationes † quoque Imperatori de singulis Capitibus propositis faciendas ex ciuitatibus cum Electoribus, Principibus, Prælatis & Comitibus pari numero deputentur, Autor deß Berichts von Relationibus in Reichs Räthen/ §. Wo aber Churfürsten. Et in Decreto Comitiorum Ratisbonens. Anno 1541. expresse de iure suffragiorum ferendorum, de negotiis Imperii publicis cum aliis Ordinibus communi diserte relatum est, §. Und nach dem/ versic. vnnd dann auch/ ibi, Unser vnnd deß H. Reichs Frey- vnd Reichsstätte/ jre vollmächtige Bottschafften/ vnd Gewalthabere/ mit vollkommenem Gewalt ohn hindersich bringen/ gewißlich schicken/ vnnd daselbst die gemeinen deß heyligen Reichs Sachen/ sonderlich aber die Punct/ vnnd Articul/ so auff diesem Reichstage erlediget/ vnnd verrichtet werden sollen/ stattlich berathschlagen/ schliessen/ vnd zu würcklicher Execution/ Vollziehung vnd Handthabung bringen helffen sollen: Id est nostræ & sacri Imperii liberæ ciuitates, legatos suos cum mandatis plenis mittant. De publicis Imperii negociis cum aliis deliberaturos, eaque, vt executioni mandentur curaturos & perfecturos. Autor quoque der Beschreibung/ wie es heutiges Tages auff Reichstägen gehalten werde/ par ius suffragii cum Cæsare & Principum Ordine ciuitatum Senatui tribuat, *Tit.* Von Relationibus in Reichs Räthen/ §. Darauff erklären: Bestehet ein jeder Rath auff seiner Meynung/ vnnd können in einem/ oder mehr Puncten nicht einig werden: So müssen den Stätten solche gespalte Meynungen/ quo ad illum punctum, referiret werden/ im Ubrigen aber die Einhelligkeit beyder Räth.

Darauff werden alsdann der Frey- vnd Reichsstätte Gesandten/ zu den beyden Räthen/ so in jhren Sessionibus, bey einander bleiben/ erfordert/ vnnd denselben in Gegenwart beyder Chur vnnd Fürsten Räthen/ was also bey denselben bedacht/ verglichen/ oder nicht verglichen/ durch den Maintzischen Cantzler verzehlet/ auch in denselben proponirten Puncten jhre Meynung begehret.

Hierüber

Hierüber der Stätte Gesandten ebenmässig / wie oben gemeldt vom Fürsten-Rath / in continenti, durch deß Directorii im Stätt-Rath Syndicum, öffentlich jhr Bedencken vermeldten / wann aber in der Chur- vnd Fürsten Relation etwas vermercket / daß sie nicht ohne Bedencken einwilligen können / wirdt jhnen hierzu Bedacht zugelassen. Wann dann hierunter in einem / vnd andern Puncten Vngleichheit fürgefallen / wirdt hierin fürs mehrer gehalten / worin zwey Räthe zusammen stimmen: Id est, Si singulæ classes singulas tueantur sententias ciuitatũ, Legatis discrepantia ista suffragia referenda sunt, quo ad illum punctum, in reliquis in quo Electorum & Principum Senatus conueniant. Ideoque ciuitatum legatis ad duas istas classes in Sessionibus suis permanentibus introuocatis, quid in Electorum & Principum Senatibus sit conuentum, per Cancellarium Moguntinum exponitur, eorumque sententia exquiritur.

Ad quæ Legati ciuitatum eo modo, qui de Principum Senatu dictus est, per Syndicum ciuitatis pro tempore dirigentis, in continenti sententiam suam proferunt. Et si quid sit in relatione Electorum ac Principum deliberatione dignum, dilatio ad id petita conceditur. Si itaq; sint dissidentia Senatuum imperii suffragia: duo inter se consentientes, pro parte maiori habentur. Cum eo etiam consentit autor Autonomiæ *part. 3. cap. 14.* §. Nun ist gleichwol. *Versic.* Dann also ist es im Reich herkommen / vnnd gebräuchlich / daß die proponirten / oder fürfallenden Sachen / in Drey Räthen / das ist im Churfürsten Rath / darin allein die Churfürsten: Im Fürsten Rath / darinn neben geistlichen vnnd weltlichen Fürsten / auch die Prælaten / Graffen / vnd Herrn / vnd im Statt Rath / darin der Frey- vnd Reichsstätte Gesandte sitzen / absonderlich fürgenommen / erwogen / vnnd berathschlaget / vnnd eines jeden Meynung von einem jeden Rath in den andern referiret / vnd verglichen / vnd als dann erst das jenige / was also in allen Dreyen Räthen verglichen / vnnd beschlossen / der Keyserlichen Majestät / für ein gemein Bedencken referirt wirdt: Id est, ita in imperio receptum & vsitatum est, vt de capitibus propositis, (scil. in Comitiis) in tribus Senatibus, id est, Electorum, in quo soli Electores, in Principum, quo cum

Principibus Eccleſiaſticis, & Politicis, etiam Prælati, Comites, & Barones comprehenduntur, ac Ciuitatum Senatu, in quo liberarum imperii ciuitatum Legati ſedent, ſeorſim deliberetur, & ſingularum claſſium ſententiæ referantur, ac de certa ſententia conueniatur, Cæſari poſtea referenda.

Exteri quoque de partibus collegii imperialis ita iudicent, Thuan. *Hiſtoriar. lib. 2.* Vbi ex tribus membris, Cæſare nimirum, tanquam capite, Principibus Eccleſiaſticis & Politicis, ac liberis ciuitatibus imperium conſtare dicit. Et ante eum Bodinus *de republ. libro 2. cap. 6.* de Comitiis Imperialibus ſic loquitur, Comitiorum rationem tripartito inire ſolent, vt partem quidem ferant Septemuiri, partem cæteri Principes, partem Legati, qui à liberis ciuitatibus, quæ Imperiales dicuntur, mitti conſueuerunt. Ab his imperii leges ac Decreta omnia, quæ Receſſus appellantur, ſanciri, confirmari & infirmari ſolent.

Ab Imperatoribus quoque ipſis in diplomatibus nobilia imperii membra appellantur, teſtante Sixtino *de regalibus. libro 1. cap. 4. num.* 79. vbi priuilegia eiuſmodi ſe vidiſſe affirmat. Et quod maius eſt, ſuper ciuitatibus imperii etiam ſactum imperium fundatum ſit, deſcriptione membrorum imperii Onuphrii Panuini *in tract. de Comitiis Imperat. tit. de imperii cæteris Principibus.* Petri de Andlo *libro primo de Imperio Romano ad Frideric. cap. 16. de Principibus & proceribus, ſuper quibus Romani Imperii fundatus eſt potentatus.* & Munſtero *in Coſmographia libro tertio. cap.* 24. de qua tamen ſententiam noſtram expoſuimus infra *cap. 11. num. 26.* (Cætera enim, quæ ex iure priuato & Obrechto *in tract. de iuriſdictione & Imperio. cap. 6. numer. 78. & ſequent.* de commodorum & incommodorum naturali communicatione, ex *conſilio Grempii* repetuntur, & quod imperii receſſus habeant vim contractus, quod quæ vel in Democratica totius populi, vel maioris partis, vel in Ariſtocratica ab Optimatibus Reipublicæ de rebus ad Rempublicam pertinentibus, ſuffragiorum fit conſenſio, à Synallactica priuatorum conuentione, quoad formam & effectum toto

46 to cœlo differat, ad propoſitum nihil faciunt.) Ac quas † tamen cum Electorum ac Principum Ordine ius dicendæ ſententiæ in

Sena-

Senatu Imperii partes hoc tempore non possident, vti Aduocati ciuitatum, Ludouicus Grempius, & Hieronymus zum Lamb / *in consilio publice edito* Francofurti in facti narratione ipsi queruntur, his verbis: Daß zu etlichen nechst gehaltenen Reichs-Tägen / durch Chur- vnnd Fürsten / diese beschwerliche Newerunge eingeführet / vnnd bißhero beharrlichen geübet worden / nemblich daß jhre Chur- vnd F. G. sich in allen Berathschlägen jhres Bedenckens zuvor verglichen / entschlossen / vnnd folgendts allererst dasselbige der Stätte Bottschafften / als für jhren Beschluß / dem sie zu gehorsamen schüldig / fürzuhalten / sich angemasset haben: Id est, quod aliquot Comitiis præcedentibus per Electores ac Principes, grauissima hæc nouatio sit introducta, & in hoc tempus continuata, nempe quod Electores & Principes in capitibus omnibus ad deliberandum publice propositis, de certa sententia inter se conueniant, eamque tanquam conclusum, quod amplecti necessarium sit, ciuitatum Legatis referre soleant. Etsi enim postquam capite † aliquo proposito consentientia sunt Electorum 47
ac Principum suffragia, harum Legati ad Electores ac Principes quoque vocentur, id tamen non sit ferendi ab ipsis suffragii, sed Decreti saltem duarum superiorum classium promulgandi causa. Illis enim adstantibus, quid ab Electoribus & Principibus sit conclusum, per Moguntinum exponitur. Quo facto, etsi & ipsis quid de negotio proposito videatur, dicendi locus conceditur: Id tamen non suffragii, sed consilii saltem vim habet, quo audito, Electoribus ac Principibus liberum est sententiam suam mutare, aut corrigere, vel id, quod semel statutum est, tueri, idque postea tanquam commune Ordinum Decretum ad Cæsarem refertur, cui si idem placet, suffragiorum ferendorum finis est: Sin minus, tam diu replicando, duplicando, triplicando, quadruplicando, adductis hinc inde pro opinione sua argumentis idoneis, disceptatur, donec vel Ordines in Cæsaris, vel hic in illorum sententiam sponte concedat, ac quod ita in commune placuit, Decreti Comitialis ac legis vigorem habet, quo non tantum Ordines Superiores, sed & ciuitates, & subditi imperii omnes obligantur. Quæ

omnia cum Decreto Caroli V. Anno 1548. in Comitiis Augustanis, de illustri hac inter Ordines ac Ciuitates controuersia interposito, conuenire patet ex eiusdem exemplo Die Röm. Keys. Majest. vnser Allergnädigster Herr / hat der Chur-Fürsten vnnd Ständte / auch der Abwesenden Bottschafften Gegenantwort auff jhrer May. vnd deß heyligen Reichs Frey- vnnd Reichsstätte jüngst fürbrachte Beschwer Schrifft / gnädigst angenommen / vnnd verhöret.

Vnnd hetten sich jhre May. gleichwol versehen / nach dem solche Jrrungen allerley Widerwillen gebähren / vnnd deß heyligen Reichs obligenden Geschäfften vnd Handlungen / nicht wenig verhinderlich seyn möchte. Es solten sich obgemeldte Ständte vnd Stätte hier über geflissen haben / dieselbigen so viel möglichen / selbst gegen einander güt- vnnd freundlichen abzustellen / vnnd fallen zu lassen / darmit gute Einigkeit / vnnd gleichmässiger Verstandt zwischen jhnen zu allen Theilen desto stattlicher erhalten / vnd also dadurch die gemeine Sachen desto baß hetten gefördert werden mögen: Dieweil aber solches biß anhero verblieben / vnnd jhrer May. weiters noch täglich Klagen fürkommen / so seyndt jhre May. bewegt worden / dieser Sachen mit gnädigstem Fleiß nachzudencken.

Vnd befinden Anfänglichen / so viel die Außschliessung auß den Reichs Sachen belanget / deren sich die Stätte gegen jhrer May. vielfältig beklagen / daß solche Jrrungen nicht Newe / noch jetzo allererst angefangen / sondern hiebevor / auff vielen Reichstägen / bey jhrer May. Regierung / zum offtermal erreget / vnnd fürnemblichen auff dem nechstgehaltenen Reichstag Anno 44. jhrer Majest. eine lange Schrifft derohalben von jhnen den Stätten fürgetragen / vnnd vberantwortet worden.

Nun hat es jhre May. auch damals darfür gehalten / die Sache auff solchen Weg gerichtet solte worden seyn / wie sich Chur-Fürsten vnnd Ständte selbsten erbotten / als nemblichen / daß die Stätte auff den Reichstag beschrieben / vnnd erfordert werden / neben gemeinen Ständen die Proposition anhören / dieselbe abschreiben / vnnd in einer besonderen Stuben darvon handelen / vnd nach dem sie der andern Stände Beschluß angehöret hetten / jr Bedencken eröffnen möchten /

vnd

vnd so sichs befindet / daß es der Sachen Notturfft erfordert / daß jhnen alsdann ein ziemblicher Bedacht / doch daß derselbe andern gemeinen Geschäfften nicht verhinderlichen sey / zugelassen / darauff jhr Bedencken / auch jhre Beschwerden / ob sie einige zuhaben vermeynen / vorzubringen: Vnd ob sie die Stände auff solch der Stätte Bedencken / für notwendig ansehen würden / sich weiters zu vnterreden / jhren vorigen Schluß zu ändern / vnd sich eines andern zuvergleichen / oder dem ersten Schluß anzuhangen / daß alsdann die Stätte jhnen der andern Ständte ersten Beschluß / oder Enderung (welches doch jhre Keys. May. versehen / auff jhrer May. darauff erfolgte Resolution) nachfolgen / geleben / vnnd dieselbige solten helffen vollziehen / wie dann solches mit mehrerm Anhang / in einer deßhalben insonderheit vbergebenen Schrifft / nach länge begriffen / vnd Chur-Fürsten vnd Ständte ohne zweiffel noch eingedenck ist / es solte zu Hinlegung solches vorgefallenen Streits nicht vndienstlich gewesen / auch die Sache auff selbigem also geblieben / vnd beruhet seyn.

Es kompt aber Keys. May. die Handelung dermassen für / als solten angeregte Frey- vnd Reichsstätte etwas mehr / dann hiebevor / vnd oberzehlten Erbieten zuwider / beschweret werden.

Dieweil sich dann jhre May. gewiß versehen / was sich Chur-Fürsten vnnd Ständte / einsmals in solchen Sachen / ohne zweiffel nach stattlicher Berathschlagung vnd Bewegung allerhand Gelegenheit / bewilliget / vnd erbotten / daß sie es bey demselben also / nach dem sie deß erinnert / gutwillig sollen vnd werden bleiben lassen.

So ist jhrer May. Meynung / daß es vnd zu weiter Außführung dermassen gehalten / daß niemandts billige Vrsache zu klagen dieses Orts gegeben werde.

Vnnd da einer oder ander Theil darüber vermeynet etwas weiters zu suchen / dem wöllen jhre Keys. May. die Erkandtnuß deß ordentlichen Rechtens / an jrer Keys. May. Cammergericht / hiermit vorgesetzt haben.

Decretum in Consilio Imperiali
Augustæ 1548.

Cæſaris ad adſcripta aduerſaria Ordinum ac ciuitatum, de iure Status, Seſſionis, ac ſuffragii Imperii ciuitatum, Reſponſum.

Sacra Cæſarea Maieſtas, Dominus noſter clementiſſimus, reſponſum Electorum Principum & Ordinum ad grauamina ciuitatum ſcripta comprehenſa, vidit & cognouit. Et ſibi omnino perſuaſerat, cum eiuſmodi controuerſiis non exigua impedimenta negotiis publicis creentur, vt ipſi inter ſe rem ita transigerent, quo pax & concordia inter eos ſeruari, & negotia publica, abſque minori difficultate expediri poſſint. Eo autem prætermiſſo, cum indies ea de re ciuitatum querelæ ad ſe deferantur, diligentius de iis diſpiciendum eſſe duxiſſe.

Rem autem ita ſe habere deprehendit, quod nimirum quærela ciuitatum, de excluſione à Comitiis Imperii non ſit noua, ſed multis conuentibus præteritis agitata, & in ſpecie Comitiis proximis, Anno 1544. ſcripto prolixo ſibi oblato repetita. Viſum autem tum fuiſſe Maieſtati ſuæ, rem ita componi poſſe, quemadmodum etiam Electores ſibi placere oſtendiſſent, vt ciuitates forma veteris Edicti ad Comitia vocarentur, cum aliis Ordinibus recitationi Propoſitionis intereſſent, peculiare quoque conclaue & conſilium haberent, & audito cæterorum Ordinum concluſo, ſuam quoque ſententiam aperire poſſint, & ſi neceſſitas id exigat, ſpacium quoque deliberandi, quod tamen alia negotia publica non remoretur, ad ſententiam ſuam & grauamina, ſi quæ incidunt, proponenda concederetur, qua intellecta, pro arbitrio ſit Ordinum, priorem ſententiam corrigere, vel mutare, vel id, quod ſemel concluſum eſt, tueri: Vtut erit ciuitates Ordinum priorem, vel admonitu ſuo mutatam ſententiam, à Maieſtate tamen ſua approbatam, ſequi, & ad effectum perducere cogentur: Quam ſuam voluntatem ſcripto prolixiore antea pluribus declararit, & Ordines in memoria adhuc habere arbitretur.

Videtur autem Cæſareæ ipſius Maieſtati Ordines ciuitates magis quam antea, contra ac ipſi promiſerint, grauare velle.

Cum autem omnino persuasum habeat Cæsar, quod ea, quæ matura deliberatione & consilio semel consenserint, admonitos seruaturos, velle itaq; id ita seruari, donec de causa plenius cognoscatur, ne quis denuo conquerendi causam habeat.

Si quid alterutra pars vlterius quoque postulare velit, id via iuris ordinaria in Camera prosequi liberum esto. Decretum in cõsilio Imperiali Augustæ anno 1548.

Videtur hæc † ciuitatum à iure suffragiorum excludendarum ratio, quodammodo à pristino Comitiorum Romanorum more petita. In curiatis enim Comitiis classium omnium Centuriæ raro in suffragium mittebantur, sed quam primum maior Centuriarum numerus esset expletus, reliquæ vel eiusdem in qua confectus est numerus, vel posteriorum classium Centuriæ non vocabantur, ita vt quia rarissime ad 6. classem peruenire-tur, ea plane nullo loco haberetur, vnde plerumque apud autores vbi fit mentio classium, quinque tantum classes appellantur, sexta plane relicta, vt Liuius *libro tertio. dec. 1.* scripsit. Tricesimo sexto anno à primis tribunis decem creati sunt, bini à singulis classibus Asconius Pædianus *in Oratione pro P. Cornelio.* Cæterum quidam non duos tribunos plebis, vt Cicero dicit, sed quinque tradunt creatos esse ex singulis classibus. In tributis Comitiis, vbi octodecim tribus ex 25. legitimum numerum confecissent, reliquæ tribus quoq; non vocabantur. In curiatis vero, statim vbi ex 30. sedecim, eo ordine quo sorte exissent, suffragia dixissent, finis fiebat Comitiis, reliquis exclusis. In eo tamen differunt, quod in veteribus tam Centuriatis tributis, & curiatis Comitiis posteriorum Centuriarum, siue classium, tribuum & Curiarum nulla haberetur ratio, si primo vocati numerum legitimum conficientes, consentirent, si vero inter eas esset dissensio, eo vsq; sequentium Centuriarum tribuum vel Curiarum fiebat vocatio, dum appareret tot iam cõsensisse, vt reliquas omnes numero vincerent. 49

In Senatu vero Ordinum Imperii, etsi alia sit Electorum, alia Principum sententia, non vocantur ciuitatum Legati, vt se cum hac vel illa parte coniungant, & ita maiorem partem consti-

consiliorum, siue Senatuum constituant, sed si est inter ipsos in votis discrepantia, vel ad concordiam redigenda, vel si id fieri non possit, res inter eos indecisa manet, vt inde sæpe dictarum ciuitatum, quo ad possessorium, reipsa non sit melior conditio in Comitiis vniuersalibus, quam Pedariorum in Senatu Romano. Hi enim in Senatu dicendæ sententiæ ius non habebant, sed ab aliis dicta comprobabant, mouentes se loco in eam partem, cuius sententiam approbabant, propter quod ire in sententiã pedibus dicebantur.

50 EST VERO non parui † momenti inter Electores, Principes & ciuitates imperiales controuersia: Si enim quod petunt obtinerent, vel in locum, vnde se eiectas esse queruntur, restituerentur, Electoribus & Principibus in ferendis suffragiis, de iure imperii non tantum pares (vt enim illi, sic quoque hæ singulæ in sua classe viritim sententiæ ius haberent) Prælatis vero, Comitibus & Baronibus longo interuallo essent superiores.

De CIVITATIBVS eo, quo diximus modo, expeditæ Electorum & Principum classes, si, vt diximus, de capite aliquo proposito consentiant, ex parte Ordinum confecta res est, si vero singulæ, singulas tueantur sententias vlterius progredi non possunt, ac classium dissentientium suffragiorum ad Cæsarem nullius momenti est relatio, nisi, (quod tentari solet) ab Imperatore ad concordiam reducantur. Consentientium vero Electorum & Principum placitum, tanquam Ordinum commune consultum, ad Cæsarem per selectos quosdam refertur. Cui si idem quoque placet confecta res est. Sin minus tam diu replicando, duplicando, quadruplicando, &c. inter se adductis, hinc inde pro opinione sua argumentis idoneis à Cæsare & ordinibus disceptatur, donec vel hi in illius, vel ille in horum sententiam sponte concedant, ac quod ita in commune placuerit decreti Comitialis ac legis habet vigorem.

Si autem inter Cæsarem & Ordines vel maiorem eorum partem res coire non potest, nihil actum iudicatur: Sed res in libera ac spontanea cõuentione posita est, ita vt nec Imperator ex plenitudine, vt loquuntur, potestatis, nec Ordines inuito illo quicquam

quam ſtatuere poſſint. Etſi mox in procemio, ac principio Aureæ Bullæ Carolus vtitur clauſula de imperialis poteſtatis plenitudine *titul. 2. §. & quia de imperiali decernimus plenitudine poteſtatis.* Item *tit. 3. de ſeſſione Moguntinenſis, Colonienſis & Treuirenſis Archiepiſcoporū, de imperatoriæ poteſtatis plenitudine hac edictali lege: perpetuo valitura ſancimus.* Item Reformatione Friderici Tertii, Francofurti Anno 1442. *in princip.* Setzen vnd gepieten wir von Röm. Königlicher Macht/ Krafft vnd Gewalt. Id eſt, conſtituimus & mandamus autoritate & poteſtate Regia. Item Decreto Maximiliani Anno 1495. VVormatiæ, *tit.* Auffhebung aller Fehde. Von Röm. Königlicher Macht. *Conſtitu. de pace publ. eod anno tit.* Von Sachen/ ſo ſich vor dieſem Landtfrieden begeben haben: Setzen vnnd ordnen auch von Röm. Königlicher Macht vnd Vollkommenheit. Id eſt, de negotiis, quæ ante hanc editam conſtitutionem, de pace publica acciderunt, conſtituimus & ordinamus pro plenitudine poteſtatis Regiæ Romanæ. Item in Cæſarum eorum conſtitutionibus non conſenſus, ſed præſentiæ tantum & conſilii fiat mentio, vt Aureæ Bullæ procemio in fine aſſidentibus nobis omnibus principibus Electoribus Eccleſiaſticis & ſecularibus ac aliorum Principum, Comitum, Baronum, Procerum, Nobilium & ciuitatum multitudine numeroſa *tit. 3.* Habita deliberatione cum omnibus principibus Electoribus, tam Eccleſiaſticis, quam ſecularibus, ac de ipſorum conſilio decernimus. Et reformat. Friderici Tertii, Francofurtenſi Anno 1442. Durch anbringen / auch mit beyweſen vnd Rath vnſers vnd deß H. Reichs Churfürſten/vnd Fürſten/Geiſtlicher vnd Weltlicher/ die wir dann durch ſie ſelbſt/ oder jhre mächtige Sendbotten/darumb inſonderheit her zu vns zu kom̄en/ gebotten vnd geheiſſen haben. Et Ordin. Cam. Maxim. I. VVormatiæ An. 1495. Mit zeitigem Rath ewer der Churfürſtē/Fürſten/vnd gemeiner Verſamblung. Et conſtitutione eiuſdem, *de pace publ. eod. anno & loco in princ.* Mit zeitigem einmühtigen Rath/ der Ehrwürdigen/ Hochgebornen vnſern lieben Neuen / Ohemen / Churfürſten / Fürſten / ꝛc. perpetuo tamen & concinno longiſſimi temporis vſu, niſi accedente diſerto vel vniuerſorum, vel maioris eorundem partis non ex perſonarum & ſtatuum ſingulorum, ſed claſſium, vt diximus,

numero censitæ sola autoritate Cæsarea exceptis, quæ ad iura regalia pertinere diximus supra *lib. 1. cap. 4.* Imperator statuere nihil potest.

Vnde solenne est: Decretis omnibus Comitiorum & singulis ferme capitibus, quæ in deliberationem proposita fuerunt, adiici hanc clausulam: Quod inter Cæsarem & Ordines vltro citroque ita sit conuentum, vt ex infinitis Comitiorum Decretis fit manifestum. Ac primo decreto Maximiliani I. Friburgi Brisgoiæ Anno *1497*. Wir als Römischer König mit sampt vnserer vnnd deß Reichs Churfürsten / Fürsten / Ständen / vnnd gemeiner Versamblung auff dem Reichstag allhier zu Freyburg gesetzt vnnd geordnet. Nos tanquam Rex Romanorum vna cum nostris & Imperii Electoribus Principibus, Statibus, & toto conuentu Friburgi constituimus & ordinauimus. Idem ordinatione Regimenti an. 1500. Augustæ mit einmütigem zeitigem Rath / vnd Willen / auch zugeben vnd annemmen der Ehrwürdigen / Hochgebornen / Ehrsamen / Edlen vnsern lieben Ohmen / Andächtigen / vnd deß Reichs getrewen Churfürsten / Fürsten / Geistlichen vnnd Weltlichen Prælaten / Graffen / Freyen / Herrn / vnd anderer Stände deß H. Römischen Reichs / etc. beschlossen. Id est, vnanimi maturo consilio, voluntate, consensu & permissu Reuerendorum, Generosorum, honorabilium, nobilium, dilectissimorum nostrorum cognatorum, deuotorũ & imperii fidelium Electorum, Principum, Ecclesiasticorum, & Politicorum, Prælatorum, Comitum, Baronum & aliorum Ordinũ sacri Romani Imperii statuimus.

Ac tit. 1. haben mit zeitigem Rath vnd Willen / den auch zugeben vnd annemmen. Maturo consilio consensu ac permissu. Decreto Maximiliani Coloniensi, an. *1512*, in princip.

Wir Keyser Maximilian / haben vns mit deß heyligen Reichs Ständen / vnd sie mit vns / nachfolgender Artickel vnd Meynung / als ein Christlich Corpus vnd Versamblung / gegen vnnd mit einander vereiniget / verpflichtet vnd vertragen. Inter nos Maximilianum Cæsarem & sacri Imperii Ordines, vtpote corpore & Collegio Christiano, de sequentibus capitibus & articulis ita conuentum & transactum est. Decreto Maximil. Colon. An. 1512, Ordinatio Regi-

Regimenti VVormatiæ An. 1521. haben vns mit einmühtigem zeitigem Rath vnd Willen nachzugeben vnnd anzunemmen / den Hoch vnnd Ehrwürdigen / Hochgebornen / Ehrsamen / Edlen / vnsern lieben Neuen / Churfürsten / Fürsten / Geistlichen vnnd Weltlichen Prælaten / Graffen vnd Herrn / vnd andern Ständen deß H. Röm. Reichs / hier auff gegenwertigem deß H. Reichstage versamblet / beschlossen / vnnd ein Regiment angestellet. Vnanimi consilio consensu ac permissu Reuerendissimorũ ac Reuerendorum, Generosorum, Venerabilium, nobilium, nepotum nostrorum dilectorum, Electorum, Principum, Ecclesiasticorum, & laicorum, Prælatorum, Comitum, Baronum, & aliorum Ordinum, hoc præsenti sacri Imperii cõuentu decreuimus, gubernandi imperii modum constituimus. Et in Decreto generali eiusdẽ Anni: Wir Keyser Carl der V. haben mit der Stände zeitigen Rath / vnd hoher Vorbetrachtung verwilligen zugeben vnnd annemmen / ein Regiment geordnet. Item / haben vns mit Churfürsten / vnd gemeiner Versamblung vereiniget vnd vertragen. Item / haben vns mit jhn / vnnd sie widerumb mit vns vereiniget. Nos Imperator Carolus V. cum Ordinum maturo consilio, habita deliberatione, consensu, permissu & approbatione Regimen siue gubernandi formam instituimus. Item, inter nos, Electores, & totum Collegium, Ordinum, conuentum, & transactum est. Decreto Spirensi Anno 1526. Wir König Ferdinandus tanquam Legatus Cæsaris, &c. vnd die Stände haben vns sämptlich eines Abschiedts aller vnser gehabten Rathschläge vnd Handlung vereiniget vnnd verglichen. Nos Rex Ferdinandus tanquam Legatus Cæsaris, &c. in summam ac Decretum, nostrarum deliberationum consensimus. Idem iisdem verbis Anno 1529. Decreto Augustano, Anno 1548. Wir haben vns mit Churfürsten / Fürsten vnd gemeinen Ständen vereiniget / verpflichtet vnnd verbunden. Decreto Augustano Carol. Anno 1551. Wir haben vns mit Churfürsten / Fürsten / vnd Ständen / vereiniget vnnd verglichen. Nos cum Electoribus contraximus, & nos mutuo obligauimus, cum Electorum Consiliariis, ac reliquis Principibus & Ordinibus, & illi vicissim nobiscum conuenerunt.

Decreto Augustano anno 1555. haben wir vns mit der Chur. Fürsten / Räthen / vnd geordneten erscheinender Fürsten vnnd Ständen/ vnd sie hinwider sich mit vns vereiniget vnd verglichen. Cum Electoribus, Principibus, Ordinibus, & absentium consiliariis & Legatis, & hi vicissim nobiscum consenserunt. Decreto Augustano, Anno 1559. haben vns mit Churfürsten / Fürsten / Ständen / vnnd der abwesenden Räthen/Gesandten vnd Bottschafften / vnnd sie sich hinwider mit vns verglichen. Edicto Ferdinandi *de Re monetaria* eodem Anno, haben vns mit jnen den Ständten einer gemeinen durchgehenden Müntzordnung vereiniget / endtlich verglichen vnnd entschlossen. Id est, cum Ordinibus de generali constitutione, de Monetis conuenimus, statuimus. Decreto Augustano An. 1566. So haben wir vns mit jhnen/den gemeinen Ständen/vnd sie sich hinwider mit vns verglichen. Id est, nos cum Ordinibus communibus & hi vicissim nobiscum consenserunt. Decreto Spirensi An. 1570. So haben wir vns mit den anwesenden Ständen / vnd der Abwesenden Bottschafften entschlossen. Item / haben vns mit jhnen/ vnnd sie sich hinwiderumb mit vns / verglichen vnd entschlossen. Nos cum illis, & illi vicissim nobiscum conuenerunt. Decreto Ratisbonensi Anno 1576. Als haben wir vns mit gemeinen anwesenden Ständen/ auch Räthen vnd Bottschafften verglichẽ. Nos cum Ordinib. præsentib. & cõsiliariis ac Legatis consensimus. Decreto Rudolphi Augustano An. 1582. Als haben wir vns mit den anwesenden Churfürsten/Fürsten vnd Ständẽ/auch der abwesenden abgesandten Räthen vnd Bottschafften/dahin verglichen. Id est, inter nos, cum Electoribus Principibus & Statibus præsentibus & absentium Legatis ac consiliariis ita conuentum est. Idem quoque veteribus quibusdam Principum constitutionibus continetur, vt in fine constitut. Friderici de Incendiariis & Pacis violatoribus Actum Nurenbergæ in præsentia Principum voluntate & consensu eorum Anno Incarnationis 1187. 3. Calend. Ianuarii. Idem constit. Lotharii de Feudis non alienandis: Hortatu itaque & consilio Archiepiscoporum, Episcoporũ, Ducum, Comitum, Marchionum, Palatinorum, cæterorumque nobilium, anno 1137. indictione 15, Et constitutio Friderici de feudis non alienandis. Ha-

bito ergo consilio Episcoporum, Ducum, Marchionum, Comitum. Idem Decreto Ratisbon. anno 1594. Vnnd zu noch mehrer. Anno 1598. Darauff haben wir vns Anno 1603. §. Vnnd darmit sich.

Ex quib. nihil aliud apparet, quam quod causa omnium, quæ in decretis istis constituuntur & sanciuntur, sola sit libera vltro citroq; consensio: Aliud est autem conuentio, aliud imperium: Hæc enim consentientes solummodo deuincit, illud inuitis necessitatem parendi imponit. *argum. l. munus. de muneribus & honoribus*. Manifestum itaque redditur, nec Cæsarem Ordinib. nec hos illum decretis suis absque libero vtriusque consensu obstringere posse: Idq; maxime exprimit Decretorum Imperii sanctio & conclusio.

Ac primo in ordinatio. de Regimenti tempore Maximiliani, anno 1500. §. Verbindung der Königlichen Majestät / vnnd deß Reichs-Stände. Obligatio mutua Regiæ Maiestatis & Ordinum Imperii. Item Decreto Augustano generali eodem Anno 1500.

Hierauff gereden vnnd versprechen wir König Maximilian/ bey vnsern Königlichen Ehren vnd Würden / für vns vnd vnsere Nachkommen / Römische Keyser vnd Könige / vnd auch vnsere Erben vnd Nachkommen/Ertzhertzoge zu Oesterreich/diese obgeschriebene Ordnung / Satzung vnnd Artickel/ getrewlich vnnd vestiglich/ so viel vns als Römischen König/ vnd Ertzhertzog zu Oesterreich berühret / vnd berühren mag/ zu halten/zu vollnziehen vnnd zuhandhaben/darwider auch nicht zu seyn / zu thun / noch schaffen / gethan werden / in keine Weiß / sonder Gefährde. Deß zu Vrkundt haben wir vnser Königlich Insigel an diesen Abschiedt thun hangen. Nos Rex Maximilianus promittimus per dignitatem nostram Regiam, nostro ac successorum nostrorum Imperatorum ac Regum Romanorum, item hæredum Archiducum Austriæ, nomine, præmissam ordinationem & constitutionem, quantum ea nos & Regem Romanorum & Archiducem Austriæ concernit fideliter ac firmiter obseruaturos, nec aliquid contra ea commissuros nec fieri permissuros, nulla omnino via ac ratione, absque omni fraude ac

dolo, in cuius rei testimoniũ Sigillum nostrum Regium appendi iussimus.

Vnd wir Churfürsten / Fürsten / Prælaten / Herrn / vnd deß heyligen Reichs Frey- vnd Reichsstätte / Bottschafften / vnnd Gewalthaber / hernach mit Namen eigentlich bestimpt / bekennen vnd thun kundt allermänniglich / daß obgenandter vnser Allergnädigster Herr / der Röm. König / die obgeschriebene Ordnung / Satzung vnd Articul / mit vnserm Rath / Willen zugeben vnd annemmen / fürgenommen / geordnet / gesetzt vnd gemacht / vnd sich auch dero mit vns / vnnd wir mit seinen Kön. Gn. in Contractsweise verpflichtet vnd verschrieben haben: Vnd thun dz alles hiermit in Krafft dieses Brieffs / bey vnsern Fürstl. Ehren / Würden / guten / wahren Trewen vnnd Glauben / an Eydsstatt vestiglich / gereden / geloben / vnd versprechen / alle vnd jede obgeschriebene Ordnung / Satzung vnd Artickel / so viel einen jeden / seine Herrschafft oder Freundt / von denen er geschickt / oder Gewalthabend ist / betrifft / oder betreffen mag / für sich vnnd die seinen / deren er vngefährlich mächtig ist / getrewlich vnd auffrichtiglich zu halten / zu vollziehen / zu handhaben / vnnd bey den seinen zu thun / getrewlich zu verschaffen / darwider nicht zu seyn / zu thun noch zu verfügen gethan werden / weder durch vns noch jemandts anders in keine Weise / sonder alle Gefährde / ꝛc. Et nos Electores, Principes, Prælati, Barones, & sacri imperii liberarum ciuitatum Legati, infra nominati fatemur, ac notum facimus vniuersis, quod supra dictus clementiss. D. noster Rex Romanorum præmissam cõstitutionem consilio consensu & permissu nostro sanciuerit, & quod ille se nobis, & nos ei vicissim per viam contractus obligauit, vigore harum literarum per fidem ac dignitatem principalem bona fide loco iuramenti firmiter promittimus, supra dictas constitutiones, quantum ad quemq; nostrum vel Dominos & amicos, à quibus mandata habemus, & à quibus ablegati sumus, spectat, pro nobis ac iis, quos in potestate nostra habemus fideliter ac firmiter nos seruaturos, idque apud nostros acturos, ne quid contra eas committatur per nos vel alios vllo modo, absque dolo & calumnia.

Ordinatio Cameræ Constantiæ, Anno 1507. tit. Wann das

Cam-

Cammergericht angehen soll. Solches alles vnd jedes / so obgeschrieben stehet / vnd vns König Maximilian / anrühret / gereden vnnd versprechen wir bey vnsern Königlichen Würden vnd Worten / stät / vest / vnverbrüchlich / vnnd auffrichtig zu halten / vnnd zu vollziehen / dem stracks vnd vngeweigert nachzukommen vnd zugeleben / vnd darwider nichts zu thun / fürzunemmen / noch zu handeln / oder außgehen lassen / noch jemands anders / von vnsert wegen zu thun gestatten / sonder alles Gefährde. Dessen zu Vrkundt haben wir vnser Königlich Insigel an diesen Brieff thun hangen. Geben zu Costentz / am Montag nach S. Jacobs Tag / nach Christi Geburt / Fünffzehenhundert / vnd im Siebenden Jahr.

Vnnd wir Churfürsten / Fürsten / Prælaten / Graffen / Herrn / auch der Churfürsten / Fürsten / Prælaten / Graffen / Herrn / vnnd deß heyligen Reichs Frey vnnd Reichsstätte / Gesandte / Bottschafften vnnd Gewalthabere hernach benennet / bekennen öffentlich / mit diesem Abschiedt / daß alle vnd jede obgeschriebene Puncten vnnd Artickel / mit vnserm guten Wissen / Willen vnnd Rath fürgenommen / geschehen / auffgericht vnnd geordnet sind. Bewilligen die auch in Krafft dieses Brieffs / gereden vnnd versprechen / in rechten guten wahren Trewen / die so viel einen jeden / sein Herrschafft oder Freund / von denen er geschickt / oder Gewalthabendt ist / betrifft oder betreffen mag / wahr / stät / vest / auffrichtiglich / vnnd vnverbrechlich / zu halten / vnnd zu vollziehen / vnnd dem / nach allem vnserm Vermögen / nachzukommen vnd zu geleben / ohne alle Gefährde / ꝛc. Quando iudicii Cameræ initium sit faciendum. Hæc suprascripta vniuersa & singula, quæ nos Cæsar. Maximilianum concernunt per dignitatem ac fidem nostram regiam firmiter seruaturos promittimus, nec cuiquam, vt contra ea aliquid committatur permissuros, absque dolo, in cuius rei fidem sigillum nostrum Regium literis hisce appendimus, Datis Constantiæ die Lunæ post festum Iacobi, Anno à nato Christo, Millesimo quingentesimo septimo. Et nos Electores, Principes, Prælati, Comites, Barones, & Sacri Imperii ciuitatum Legati, fatemur, quod suprascripta, nostra scientia consensu & consilio constituta, consentimus in ea vigore harum literarum & promittimus bona

conſiliorum, ſiue Senatuum conſtituant, ſed ſi eſt inter ipſos in votis diſcrepantia, vel ad concordiam redigenda, vel ſi id fieri non poſſit, res inter eos indeciſa manet, vt inde ſæpe dictarum ciuitatum, quo ad poſſeſſorium, reipſa non ſit melior conditio in Comitiis vniuerſalibus, quam Pedariorum in Senatu Romano. Hi enim in Senatu dicendæ ſententiæ ius non habebant, ſed ab aliis dicta comprobabant, mouentes ſe loco in eam partem, cuius ſententiam approbabant, propter quod ire in ſententiā pedibus dicebantur.

50 Est vero non parui † momenti inter Electores, Principes & ciuitates imperiales controuerſia: Si enim quod petunt obtinerent, vel in locum, vnde ſe eiectas eſſe queruntur, reſtituerentur, Electoribus & Principibus in ferendis ſuffragiis, de iure imperii non tantum pares (vt enim illi, ſic quoque hæ ſingulæ in ſua claſſe viritim ſententiæ ius haberent) Prælatis vero, Comitibus & Baronibus longo interuallo eſſent ſuperiores.

De Civitatibus eo, quo diximus modo, expeditæ Electorum & Principum claſſes, ſi, vt diximus, de capite aliquo propoſito conſentiant, ex parte Ordinum confecta res eſt, ſi vero ſingulæ, ſingulas tueantur ſententias vlterius progredi non poſſunt, ac claſſium diſſentientium ſuffragiorum ad Cæſarem nullius momenti eſt relatio, niſi, (quod tentari ſolet) ab Imperatore ad concordiam reducantur. Conſentientium vero Electorum & Principum placitum, tanquam Ordinum commune conſultum, ad Cæſarem per ſelectos quoſdam refertur. Cui ſi idem quoque placet confecta res eſt. Sin minus tam diu replicando, duplicando, quadruplicando, &c. inter ſe adductis, hinc inde pro opinione ſua argumentis idoneis à Cæſare & ordinibus diſceptatur, donec vel hi in illius, vel ille in horum ſententiam ſponte concedant, ac quod ita in commune placuerit decreti Comitialis ac legis habet vigorem.

Si autem inter Cæſarem & Ordines vel maiorem eorum partem res coire non poteſt, nihil actum iudicatur: Sed res in libera ac ſpontanea cōuentione poſita eſt, ita vt nec Imperator ex plenitudine, vt loquuntur, poteſtatis, nec Ordines inuito illo quicquam

quam ſtatuere poſſint. Etſi mox in procemio, ac principio Aureæ Bullæ Carolus vtitur clauſula de imperialis poteſtatis plenitudine *titul. 2. §. & quia de imperiali decernimus plenitudine poteſtatis.* Item *tit. 3. de ſeſſione Moguntinenſis, Colonienſis & Treuirenſis Archiepiſcoporũ, de imperatoriæ poteſtatis plenitudine hac edictali lege: perpetua valitura ſancimus.* Item Reformatione Friderici Tertii, Francofurti Anno *1442. in princip.* Setzen vnd gepieten wir von Röm. Königlicher Macht/ Krafft vnd Gewalt. Id eſt, conſtituimus & mandamus autoritate & poteſtate Regia. Item Decreto Maximiliani Anno *1495.* VVormatiæ, *tit.* Auffhebung aller Fehde. Von Röm. Königlicher Macht. *Conſtitu. de pace publ. eod anno tit.* Von Sachen/ ſo ſich vor dieſem Landtfrieden begeben haben: Setzen vnnd ordnen auch von Röm. Königlicher Macht vnd Vollkommenheit. Id eſt, de negotiis, quæ ante hanc editam conſtitutionem, de pace publica acciderunt, conſtituimus & ordinamus pro plenitudine poteſtatis Regiæ Romanæ. Item in Cæſarum eorum conſtitutionibus non conſenſus, ſed præſentiæ tantum & conſilii fiat mentio, vt Aureæ Bullæ procemio in fine aſſidentibus nobis omnibus principibus Electoribus Eccleſiaſticis & ſecularibus ac aliorum Principum, Comitum, Baronum, Procerum, Nobilium & ciuitatum multitudine numeroſa *tit. 3.* Habita deliberatione cum omnibus principibus Electoribus, tam Eccleſiaſticis, quam ſecularibus, ac de ipſorum conſilio decernimus. Et reformat. Friderici Tertii, Francofurtenſi Anno *1442.* Durch anbringen/ auch mit beyweſen vnd Rath vnſers vnd deß H. Reichs Churfürſten/ vnd Fürſten/ Geiſtlicher vnd Weltlicher/ die wir dann durch ſie ſelbſt/ oder jhre mächtige Sendbotten/ darumb inſonderheit her zu vns zu kom̃en/ gebotten vnd geheiſſen haben. Et Ordin. Cam. Maxim. I. VVormatiæ An. *1495.* Mit zeitigem Rath ewer der Churfürſtẽ/ Fürſten/ vnd gemeiner Verſamblung. Et conſtitutione eiuſdem, *de pace publ. eod. anno & loco in princ.* Mit zeitigem einmühtigen Rath/ der Ehrwürdigen/ Hochgebornen vnſern lieben Neuen/ Ohemen/ Churfürſten/ Fürſten/ ꝛc. perpetuo tamen & concinno longiſſimi temporis vſu, niſi accedente diſerto vel vniuerſorum, vel maioris eorundem partis non ex perſonarum & ſtatuum ſingulorum, ſed claſſium, vt diximus,

Mmm nume-

numero censitæ sola autoritate Cæsarea exceptis, quæ ad iura regalia pertinere diximus supra *lib. 1. cap. 4.* Imperator statuere nihil potest.

Vnde solenne est: Decretis omnibus Comitiorum & singulis ferme capitibus, quæ in deliberationem proposita fuerunt, adiici hanc clausulam: Quod inter Cæsarem & Ordines vltro citroque ita sit conuentum, vt ex infinitis Comitiorum Decretis fit manifestum. Ac primo decreto Maximiliani I. Friburgi Brisgoiæ Anno *1497.* Wir als Römischer König mit sampt vnserer vnnd deß Reichs Churfürsten / Fürsten / Ständen / vnnd gemeiner Versamblung auff dem Reichstag allhier zu Freyburg gesetzt vnnd geordnet. Nos tanquam Rex Romanorum vna cum nostris & Imperii Electoribus Principibus, Statibus, & toto conuentu Friburgi constituimus & ordinauimus. Idem ordinatione Regimenti an. 1500. Augustæ mit einmütigem zeitigem Rath / vnd Willen / auch zugeben vnd annemmen der Ehrwürdigen / Hochgebornen / Ehrsamen / Edlen vnsern lieben Ohmen / Anddechtigen / vnd deß Reichs getrewen Churfürsten / Fürsten / Geistlichen vnnd Weltlichen Prælaten / Graffen / Freyen / Herrn / vnd anderer Stände deß H. Römischen Reichs / etc. beschlossen. Id est, vnanimi maturo consilio, voluntate, consensu & permissu Reuerendorum, Generosorum, honorabilium, nobilium, dilectissimorum nostrorum cognatorum, deuotorũ & imperii fidelium Electorum, Principum, Ecclesiasticorum, & Politicorum, Prælatorum, Comitum, Baronum & aliorum Ordinũ, sacri Romani Imperii statuimus.

Ac tit. 1. haben mit zeitigem Rath vnd Willen / den auch zugeben vnd annemmen. Maturo consilio consensu ac permissu. Decreto Maximiliani Coloniensi, an. *1512.* in princip.

Wir Keyser Maximilian / haben vns mit deß heyligen Reichs Ständen / vnd sie mit vns / nach folgender Artickel vnd Meynung / als ein Christlich Corpus vnd Versamblung / gegen vnnd mit einander vereiniget / verpflichtet vnd vertragen. Inter nos Maximilianum Cæsarem & sacri Imperii Ordines, vtpote corpore & Collegio Christiano, de sequentibus capitibus & articulis ita conuentum & transactum est. Decreto Maximil. Colon. An. 1512. Ordinatio.

Regi-

Regimenti VVormatiæ An. 1521. haben vns mit einmühtigem zeitigem Rath vnd Willen nachzugeben vnnd anzunemmen / den Hoch vnnd Ehrwürdigen / Hochgebornen / Ehrsamen / Edlen / vnsern lieben Neuen / Churfürsten / Fürsten / Geistlichen vnnd Weltlichen Prælaten / Graffen vnd Herrn / vnd andern Ständen deß H. Röm. Reichs / hier auff gegenwertigem deß H. Reichstage versamblet / beschlossen / vnnd ein Regiment angestellet. Vnanimi consilio consensu ac permissu Reuerendissimorũ ac Reuerendorum, Generosorum, Venerabilium, nobilium, nepotum nostrorum dilectorum, Electorum, Principum, Ecclesiasticorum, & laicorum, Prælatorum, Comitum, Baronum, & aliorum Ordinum, hoc præsenti sacri Imperii cõuentu decreuimus, gubernandi imperii modum constituimus. Et in Decreto generali eiusdẽ Anni: Wir Keyser Carl der V. haben mit der Stände zeitigen Rath / vnd hoher Vorbetrachtung verwilligen zugeben vnnd annemmen / ein Regiment geordnet. Item / haben vns mit Churfürsten / vnd gemeiner Versamblung vereiniget vnd vertragen. Item / haben vns mit jhn / vnnd sie widerumb mit vns vereiniget. Nos Imperator Carolus V. cum Ordinum maturo consilio, habita deliberatione, consensu, permissu & approbatione Regimen siue gubernandi formam instituimus. Item, inter nos, Electores, & totum Collegium, Ordinum, conuentum, & transactum est. Decreto Spirensi Anno 1526. Wir König Ferdinandus tanquam Legatus Cæsaris, &c. vnd die Stände haben vns sämptlich eines Abschiedts aller vnser gehabten Rathschläge vnd Handlung vereiniget vnnd verglichen. Nos Rex Ferdinandus tanquam Legatus Cæsaris, &c. in summam ac Decretum, nostrarum deliberationum consensimus. Idem iisdem verbis Anno 1529. Decreto Augustano, Anno 1548. Wir haben vns mit Churfürsten / Fürsten vnd gemeinen Ständen vereiniget / verpflichtet vnnd verbunden. Decreto Augustano Carol. Anno 1551. Wir haben vns mit Churfürsten / Fürsten / vnd Ständen / vereiniget vnnd verglichen. Nos cum Electoribus contraximus, & nos mutuo obligauimus, cum Electorum Consiliariis, ac reliquis Principibus & Ordinibus, & illi vicissim nobiscum conuenerunt.

Decreto Augustano anno 1555. haben wir vns mit der Churfürsten / Räthen / vnd geordneten erscheinender Fürsten vnnd Ständen / vnd sie hinwider sich mit vns vereiniget vnd verglichen. Cum Electoribus, Principibus, Ordinibus, & absentium consiliariis & Legatis, & hi vicissim nobiscum consenserunt. Decreto Augustano, Anno 1559. haben vns mit Churfürsten / Fürsten / Ständen / vnnd der abwesenden Räthen / Gesandten vnd Bottschafften / vnnd sie sich hinwider mit vns verglichen. Edicto Ferdinandi *de Re monetaria* eodem Anno, haben vns mit jnen den Ständten einer gemeinen durchgehenden Müntzordnung vereiniget / endtlich verglichen vnnd entschlossen. Id est, cum Ordinibus de generali constitutione, de Monetis conuenimus, statuimus. Decreto Augustano An. 1566. So haben wir vns mit jhnen / den gemeinen Ständen / vnd sie sich hinwider mit vns verglichen. Id est, nos cum Ordinibus communibus & hi vicissim nobiscum consenserunt. Decreto Spirensi An. 1570. So haben wir vns mit den anwesenden Ständen / vnd der Abwesenden Bottschafften entschlossen. Item / haben vns mit jhnen / vnnd sie sich hinwiderumb mit vns / verglichen vnd entschlossen. Nos cum illis, & illi vicissim nobiscum conuenerunt. Decreto Ratisbonensi Anno 1576. Als haben wir vns mit gemeinen anwesenden Ständen / auch Räthen vnd Bottschafften verglichē. Nos cum Ordinib. præsentib. & cōsiliariis ac Legatis consensimus. Decreto Rudolphi Augustano An. 1582. Als haben wir vns mit den anwesenden Churfürsten / Fürsten vnd Ständē / auch der abwesenden abgesandten Räthen vnd Bottschafften / dahin verglichen. Id est, inter nos, cum Electoribus Principibus & Statibus præsentibus & absentium Legatis ac consiliariis ita conuentum est. Idem quoque veteribus quibusdam Principum constitutionibus continetur, vt in fine constitut. Friderici de Incendiariis & Pacis violatoribus Actum Nurenbergæ in præsentia Principum voluntate & consensu eorum Anno Incarnationis 1187. 3. Calend. Ianuarii. Idem constit. Lotharii de Feudis non alienandis: Hortatu itaque & consilio Archiepiscoporum, Episcoporū, Ducum, Comitum, Marchionum, Palatinorum, cæterorumque nobilium, anno 1137. indictione 15. Et constitutio Friderici de feudis non alienandis. Habito.

bito ergo consilio Episcoporum, Ducum, Marchionum, Comitum. Idem Decreto Ratisbon. anno 1594. Vnnd zu noch mehrer. Anno 1598. Darauff haben wir vns Anno 1603. §. Vnnd darmit sich.

Ex quib. nihil aliud apparet, quam quod causa omnium, quæ in decretis istis constituuntur & sanciuntur, sola sit libera vltro citroq; consensio: Aliud est autem conuentio, aliud imperium: Hæc enim consentientes solummodo deuincit, illud inuitis necessitatem parendi imponit. *argum. l. munus. de muneribus & honoribus*. Manifestum itaque redditur, nec Cæsarem Ordinib. nec hos illum decretis suis absque libero vtriusque consensu obstringere posse; Idq; maxime exprimit Decretorum Imperii sanctio & conclusio.

Ac primo in ordinatio. de Regimenti tempore Maximiliani, anno 1500. §. Verbindung der Königlichen Majestät / vnnd deß Reichs-Stände. Obligatio mutua Regiæ Maiestatis & Ordinum Imperii. Item Decreto Augustano generali eodem Anno 1500.

Hierauff gereden vnnd versprechen wir König Maximilian / bey vnsern Königlichen Ehren vnd Würden / für vns vnd vnsere Nachkommen / Römische Keyser vnd Könige / vnd auch vnsere Erben vnd Nachkommen / Ertzhertzoge zu Oesterreich / diese obgeschriebene Ordnung / Satzung vnnd Artickel / getrewlich vnnd vestiglich / so viel vns als Römischen König / vnd Ertzhertzog zu Oesterreich berühret / vnd berühren mag / zu halten / zu vollnziehen vnnd zuhandhaben / darwider auch nicht zu seyn / zu thun / noch schaffen / gethan werden / in keine Weiß / sonder Gefährde. Deß zu Vrkundt haben wir vnser Königlich Insigel an diesen Abschiedt thun hangen. Nos Rex Maximilianus promittimus per dignitatem nostram Regiam, nostro ac successorum nostrorum Imperatorum ac Regum Romanorum, item hæredum Archiducum Austriæ, nomine, præmissam ordinationem & constitutionem, quantum ea nos & Regem Romanorum & Archiducem Austriæ concernit fideliter ac firmiter obseruaturos, nec aliquid contra ea commissuros nec fieri permissuros, nulla omnino via ac ratione, absque omni fraude ac

Cammergericht angehen soll. Solches alles vnd jedes / so obgeschrieben stehet / vnd vns König Maximilian / anrühret / gereden vnnd versprechen wir bey vnsern Königlichen Würden vnd Worten / stät / vest / vnverbrüchlich / vnnd auffrichtig zu halten / vnnd zu vollziehen / dem stracks vnd vngeweigert nachzukommen vnd zugeleben / vnd darwider nichts zu thun / fürzunemmen / noch zu handeln / oder außgehen lassen / noch jemands anders / von vnsert wegen zu thun gestatten / sonder alles Gefährde. Dessen zu Vrkundt haben wir vnser Königlich Insigel an diesen Brieff thun hangen. Geben zu Costentz / am Montag nach S. Jacobs Tag / nach Christi Geburt / Fünffzehenhundert / vnd im Siebenden Jahr.

Vnnd wir Churfürsten / Fürsten / Prælaten / Graffen / Herrn / auch der Churfürsten / Fürsten / Prælaten / Graffen / Herrn / vnnd deß heyligen Reichs Frey- vnnd Reichsstätte / Gesandte / Bottschafften vnnd Gewalthabere hernach benennet / bekennen öffentlich / mit diesem Abschiedt / daß alle vnd jede obgeschriebene Puncten vnnd Artickel / mit vnserm guten Wissen / Willen vnnd Rath fürgenommen / geschehen / auffgericht vnnd geordnet sind. Bewilligen die auch in Krafft dieses Brieffs / gereden vnnd versprechen / in rechten guten wahren Trewen / die so viel einen jeden / sein Herrschafft oder Freund / von denen er geschickt / oder Gewalthabendt ist / betrifft oder betreffen mag / wahr / stät / vest / auffrichtiglich / vnnd vnverbrechlich / zu halten / vnnd zu vollziehen / vnnd dem / nach allem vnserm Vermögen / nachzukommen vnd zu geleben / ohne alle Gefährde / rc. Quando iudicii Cameræ initium sit faciendum. Hæc suprascripta vniuersa & singula, quæ nos Cæsar. Maximilianum concernunt per dignitatem ac fidem nostram regiam firmiter seruaturos promittimus, nec cuiquam, vt contra ea aliquid committatur permissuros, absque dolo, in cuius rei fidem sigillum nostrum Regium literis hisce appendimus, Datis Constantiæ die Lunæ post festum Iacobi, Anno à nato CHRISTO, Millesimo quingentesimo septimo. Et nos Electores, Principes, Prælati, Comites, Barones, & Sacri Imperii ciuitatum Legati, fatemur, quod suprascripta, nostra scientia consensu & consilio constituta, consentimus in ea vigore harum literarum & promittimus bona

bona fide ea quantum quenque nostrum vel Dominos & amicos à quibus mandata habemus concernit, firmiter seruaturos absq; calumnia.

Decreto Coloniensi Maximiliani I. anno 1512. *fol. 53. fac. 2.* §. Alle vnd jede obgeschriebene Puncten vnd Artickel / vnser vnd deß H. Reichs Ordnung / Hülffe vnnd anders betreffend / gereden vnnd versprechen wir Keyser Maximilian / bey vnsern Königlichen Würden / vnd Worten / für vns / vnsere Nachkommen am Reich / Röm. Keys. vnd Königen / auch vnser Erben vnd Erblandt obgemeldt / in vnd mit Krafft dieses Brieffs / stät / vest / vnnd auffrichtiglich / so viel vns als Röm. Keys. vnnd Ertzhertzogen zu Oesterreich betreffen / zu halten / zu vollnziehen / vnd zu handhaben / dahin nicht zu trägen / zu thun / oder darwider jechts fürzunemmen noch zu thun / jemandt zu gestatten in keinem Wege / sonder alle Gefährde: doch vns sonst in alle andere Wege / an vnser vnd deß Reichs Oberkeit vnnd Rechten vnabbrüchlich vnd vnschädlich / deß zu Vrkundt so habē wir als ern ehlter Röm. Keys. vnd auch als Ertzhertzog zu Oesterreich / vnser Insigel an diesen Brieff thun hangen.

Vnd wir Churfürsten / Fürsten / Prælaten / Graffen / Herrn / vnd deß H. Reichs Frey- vnd Reichsstätte / auch der Churfürsten / Fürsten vnd andern Stände Gesandte / Bottschafften / Gewalthaber / hernach Benandte: Bekennen vnd thun kundt allermänniglich / in vnd mit Krafft dieses Brieffs / daß die obgeschriebene Puncten vnnd Artickel deß H. Reichs Ordnung / Hülffe vnnd anders betreffendt / mit Rath / guten Wissen vnnd Willen / durch Röm. Keys. May. vnsern Allergnädigsten Herrn geordnet / gesetzt / vnnd auffgericht sind / vnnd daß wir vns der aller vnnd jeder mit seiner Keys. May. vnnd seine Key. May. widerumb mit vns vereiniget vnd verpflichtet haben / vnd thun das in Krafft dieses Brieffs / in rechten guten wahren Trewen / gereden vnnd versprechen / solches alles so viel vnser jeder seine Herrschafft / oder Freundt / von denen er geschickt / oder die seinen / deren er Gewalt hat / betrifft oder betreffen mag / stät / vest / vnd vnverbrüchlich zu halten / auch allem / nach vnserm Vermögen nachzukommen vnnd zugeleben / alles getrewlich vnd vngefährlich. Vniuersa & singula supra scripta capita & articulos nostram, & Sacri Romani Imperii

consti-

constitutionem & contributionem spectantia promittimus nos Maximilianus Cæsar per dignitatem ac fidem nostram regiam, nostro ac successorum in imperio, item hæredum ac prouinciarum propriarum nostrarum nomine vigore harum literarum, quantum ea ad nos Cæsarem & Archiducem pertinent, firmiter seruaturos, nec quicquam contra ea commissuros vel per alios fieri concessuros: Absque dolo, salua tamen in aliis suprema potestate nostra & iure Cæsario in fidem tanquam Imperator Romanorum & Archidux Austriæ sigilla nostra appendimus.

Et nos Electores, Principes, Prælati, Comites, Barones, & sacri imperii liberarum ciuitatum, item Electorum Principum ac Statuum Legati infra nominati fatemur ac notum facimus vniuersis, vi harum literarum, quod suprascripta capita Ordinationis imperii Collectas, & alia concernentia, consilio voluntate & consensu nostro per Imperatorem Romanorum Dominum nostrum Clementiss. decreta & constituta, & quod de iis omnibus inter Cæsarem & nos conuentum & pactum fuerit. Idque facimus vigore harum literarum bona fide promittentes, quantum quemque nostrum ac Dominos & amicos suos, à quibus ablegati sumus, vel eos, qui in potestate nostra sunt attinet, constanter obseruaturos omnia sine dolo, calumnia.

Eodem tenore in Treuerensi & Coloniensi eiusdem anni Augustano anno 1518. item ordinatione Regimenti Wormatiensi anno 1521. Solches Regiment / wie das von Artickeln zu Artickeln obgeschrieben stehet / haben wir vns mit genandtem vnserm lieben Neuen / Oheimen / Churfürsten / Fürsten / vnd andern deß Reichs Ständen hie versamblet / verbunden / verpflichtet / vnnd gegen einander verstricket / verbinden / versprechen auch daß für vns vnser Erblich Land / so wir vnter / vnnd vom Reich haben / bey vnsern Keyserlichen Würden / vnnd Worten / in vnnd mit Krafft dieses Brieffs / solche Ordnung vnnd Regiment / mit gemeldtem Befelch / vnnd Macht / stät vnnd vest zu halten vnnd zu vollziehen / darinn nicht zu tragen / zu irren / noch jechts darwider fürzunemmen in keinem Wege / sondern dieselbigen / vnnd alles das in vnserm Abwesen / durch vnsern Statthalter vnnd Regiment gehandelt vnnd beschlossen wirdt / zu Hand-

habung bleiben/vnnd vollziehen lassen/alles sonder Argelist vnnd Gefährde.

Vnd wir die hernach geschriebene/ Churfürsten / Fürsten / Prälaten / Graffen / Herrn / vnnd deß heyligen Reichs Frey- vnnd Reichs-Stätte / Bottschafft vnd Gewalthabere/ hernach benennet/ bekennen vnd thun kundt allermänniglich/hiermit in Krafft dieses Brieffs/ für vns/ vnsere Nachkommen/ Erben/ vnnd von dero wegen wir Gewalt haben / daß vmb oberzehlten Vrsachen / auch darmit wir vnnd vnser jeder bey seinen Ehren/ Würden/ Freyheiten/ so nicht wider diese Ordnung weren/ Fürstenthumb/ Herrschafften/ Landten / Leuten/ vnd Regierungen/ bey dem heyligen Reich bleiben mögen / darbey wir auch einander handthaben sollen / solche Ordnung vnnd Regiment/ mit vnserm Willen / Rath zusagen vnnd annemmen / durch die Römische Keyserliche Majest. vnsern Allergnädigsten Herrn geordnet / fürgenommen/ gemacht/ vnd in diesen gegenwertigen Vertrag/ Contract vnd Verpflichtung verfasset ist / vnd daß wir vns derhalben mit jhrer Keyserlichen Majestät verbunden / verpflichtet haben: verbinden / verpflichten vnd verstricken vns also hiermit vnnd in Krafft dieses Brieffs / Gereden vnd versprechen auch wir Churfürsten vnd Fürsten/ bey vnsern Fürstlichen Ehren vnd Würden/ vnd wir andere obgemeldte Ständte/ in guten wahren Trewen vnnd Glauben an Eydtsstatt dieser Ordnung / vnd dem Keyserlichen Regiment Folge zu thun/ vnd dem Statthalter/ vnd Regiment in Gebotten vnd Verbotten / so in Krafft dieses Befelchs außgehen werden / gehorsamb zu seyn/ vnd die vollziehen/alles getrewlich vnd ohn gefährde/ꝛc. In hanc gubernandi formam vti per singula capita supra descripta est, cum prædictis nostris nepotibus dilectis cognatis Electoribus, Principibus & aliis imperii Ordinibus præsentes consensimus, & nos vltro citroque obligauimus, promittimus quoque idem ratione prouinciarum hæreditariarũ, quas & sub, & ab imperio feudi titulo possidemus, per dignitatem ac fidem nostram Cæsaream, vigore harum literarum eiusmodi regimenti constitutionem cum potestate & imperio concesso firmiter seruaturos & contra eam nihil commissuros, sed omnia, quæ nobis absentibus per Vicarium nostrum, & Regimentum, acta ac decreta

fuerint

fuerint, exequenda curaturos, absq; omni dolo & calumnia. Et nos infrascripti Electores, Principes, Prælati, Comites, Barones & sacri imperii liberarum Ciuitatum Legati, his literis fatemur, pro nobis, hæredibus, & successoribus nostris, & iis à quibus mandata accepimus, quod ex causis præmissis, vt quilibet nostrum dignitatem ac libertatem suam ordinationi huic non contrariam, Principatus, Baronatus Dominia prouincias, & iurisdictiones suas sub sacro imperio tueri possit, (ad quod mutua auxilia præstabimus) sæpedicta ordinatio Regimenti nobis volentibus, consulentibus, & approbantibus per Imperatorem Romanum Dominum nostrum clementissimum, cõstituta, in hanc contractus formam redacta sit, & quod nos mutuo obligauimus, obligamus & obstringimus, nos hisce literis ac promittimus nos Electores ac Principes per dignitatem ac honorem nostrum principalem, & nos alii Ordines bona fide & iuramenti loco nos ordinationem hanc Regimenti, & mandatis & inhibitionibus, quæ vi mandatæ potestatis huius à Regimenti Collegio emittentur, parituros absque calumnia.

Et postea ab Anno Millesimo quingentesimo vigesimo primo, in fine Decretorum omnium perpetuo hæc clausula adiecta fuit: Solches alles vnnd jedes / so obgeschrieben stehet / vnnd vns Keys. N. berühren thut / gereden vnd versprechen wir bey vnsern Keyserlichen Würden vnnd Worten / stät / vest / vnnd auffrichtiglich / so viel vns belangen thut / zu halten / zu vollnziehen / vnnd dem stracks zugeleben. Vnnd wir Churfürsten / Fürsten / Prælaten / Graffen / Herren / vnd deß heyligen Reichs Frey- vnd Reichsstätte / abgesandte Bottschafften / vnnd Gewalthabere / hernacher benandt / bekennen auch öffentlich mit diesem Abschiedte / daß alle vnnd jede obgeschriebene Puncten vnnd Artickel / in vnserm guten Wissen / Willen vnnd Rath / fürgenommen / tractiret vnnd beschlossen / bewilligen auch dieselbige allesampt vnnd sonder / in vnnd mit Krafft dieses Brieffes / Gereden vnnd versprechen in rechten guten wahren Trewen / dieselbigen so wol einen jeden selbst / seine Herrschafft oder Freunde / von den er abgesandt oder Gewalt habendt ist / betrifft / oder betreffen mag / wahr / stät / vest / auffrichtig / vnnd vnverbrochen zu hal-

ten / zu vollnziehen / vnnd demnach allem vnsern Vermögen nach zukommen / vnd zugeleben / sonder Gefährde. Hæc vniuersa & singula suprascripta, & q̃ nos Cæsaré attinet promittimus per dignitaté nostrã Cæsareã bona fide firmiter & cõstanter seruaturos & exequuturos. Et nos Electores, Principes, Prælati, Comites, Barones, & sacri Imperii liberatũ ciuitatũ legati infra expressi publice fatemur, vi huius decreti, quod omnia & singula capita nostra scientia voluntate, & consilio tractata ac definita sint. Approbamus ea quoque per omnia testimonio harum literarum, pollicemurque bona fide, quantum quemque nostrum Dominos, vel amicos, à quibus mandata habet constanter, & inuiolate obseruaturos, & pro viribus executuros esse, absque dolo.

51 His itaque quo ad personas † & modum tractandorum Comitiorum seruatis Conuentus quoq; & decreta legitima ac firma esse censentur. Quod si in iis quid erit vitii, in decreta quoque & statuta eorundem id redundet, necesse est.

52 Postquam autem de Capitibus omnibus propositis † deliberatum & inter Cæsarem & Ordines, eo, quo diximus, modo conuentum est, consulta in formam Decreti rediguntur, & in senatu relecta & ab Imperatore & quibusdam ex ordinibus obsignantur.

Signandi ratio non eadem semper obseruata cernitur. Olim enim soli Reges vel Imperatores decreta Imperii signarunt, vt patet ex constitutione Carolina, quam Auream Bullam vocant, Reformatione Friderici Tertii Francofurti ad Mœnum, Anno 1442. Et eiusdem Cameræ Ordinatione Wormatiæ Anno 1495. *Constitutione pacis publicæ eiusdem loci & anni*, Constitutione Maximiliani I. Von Handthabung / Friedens / Rechtens / vnnd der Ordnung: Wormatiæ decretum Anno 1495. Solus Archiepiscopus Moguntinus Archicancellarius per Germaniam signauit Consultum capitationis omnium imperii ciuium, vulgo den gemeinen Pfenning. Item constitutio in blasphemos Wormatiæ ac Reformatio Iudicii occulti Westphalici Wormatiæ; Ordinatio de vinis Fridburgi An. 1497. à solo Cæsare Maximiliano signata fuerunt. Decreto Augustano anno 1500. quo Regimenti Ordinatio

insti-

instituta fuit, cum Cæsare, Ordines omnes ac singuli sigilla sua appenderunt.

Decreta reliqua eiusdem conuentus cum Cæsare Archiepiscopus Moguntinus, Electorum: Archiepiscopus Magdeburg. Ecclesiasticorum: Palatinus Rheni Politicorum Principum: Abbas Schussenritensis Prælatorum, Adolphus Nassouius Comitum & Baronum: Augusta ciuitatum imperialium, nomine: Ordinat. Cameræ Constant. An. 1507. Post Cæsarem Moguntinus & Saxo Electorum: Wirtzburg. Episcopus & Dux VVertenbergicus Princip. Abbas Salmans VVeilensis Prælatorum: Montefortius Comitum loco & nemo ex ciuitatibus: Decretum Coloniense anno 1512. Moguntinensis & Treuerensis, Palatinus & Brandenb. Electorũ: Bambergensis, & Monasteriensis, Episcoporum: Palatinus Politicorum Principum: Abbas VVeisenburg. Prælatorum: Solmensis Comitum & Baronum nomine, Colonia & Augusta Ciuitatum nomine.

Ordinationem Regimenti Caroli V. VVormatiæ, anno 1521. Ex Electoribus Moguntinus & Palatinus, Episc. Bamberg. & Palatinus Principum, & Abbas VVeisenburg. Reinhardus Solmensis Comitum & Baronum, VVormatia ciuitatum nomine obsignarunt. Ordinatio Cameræ VVormatiæ anno 1521. Caroli Constitutio *de pace publica* eiusdem anni VVormatiæ, à solo Cæsare signata. Decretum autem tertium eiusdem anni à duobus Electorib. Ecclesiastico vno; altero politico; à duobus principib. Abbate & Comite vno item à ciuitate VVormatiensi: Decretum Nurnbergense, anno 1522. à solo Carolo: Decretum Noribergense anno 1524. à duobus Electoribus, duobus Principibus, altero Ecclesiastico, altero Politico, à nemine autem Prælatorum Comitum & ciuitatum nomine, Augustanum, Anno 1525. Duorum Electorum Moguntini & Palatini: Principum Ecclesiasticorum & Politicorum nomine, à Friderico Palatino, & ciuitate Augusta: à nullo Prælatorum vel Comitum nomine signatum est.

Ab eo tempore cum Cæsare semper duo ex Electoribus, duo ex principibus vtriusque Ordinis, vnus ex Abbatibus & Comiti-

bus, & ciuitas loci, in quo habita sunt Comitia signarunt: solis Decretis Coloniensi Anno 1530. vbi Donawerda: & Noribergensi, Anno 1542. vbi Ciuitatum nomine nemo signauit, exceptis: confecto itaque & signato Decretorum diplomate, eadem pompa, qua auspicium Comitiorum fieri diximus, conuentu & consessu facto per Cancellarium Moguntinum decretum publice legitur, & actis iterum à Cæsare vel Cancellario gratiis, cum adhortatione ad conuentorum constantiam, soluitur conuentus. Ac vt breui Epilogo ea, quæ de nobili hoc argumento, hactenus tractauimus repetam: Certum est causam efficientem Decretorum Comitialium, non vnicam & absolutam esse Cæsaris voluntatem, sed eiusdem & Ordinum in idem Placitum consensus, in eoq; Ordines, tam Ecclesiastici, quam Politici omnes consentiunt autor Autonomiæ Franciscus Burchardus Cancellarius quondã Archiepiscopi & Electoris Coloniensis, qui multum ac diuturnum earum rerum vsum habuit, tam causam efficientẽ, quam formã & Ordinem in ferendis decretis imperii his verbis exacte describit: Daß der Punct davon deliberirt werden sol/ proponiret/berathschlaget/referiret/ correferiret/vnd durch die jenigen denen es gebühret/Reichssatzungen zu machen/das ist durch die Keys. vnd Königl. May. auch Churf. Fürsten vnd Stände deß Reichs beschlossen vnd verabschiedet werde / id est, vt punctus de quo deliberãdũ est, proponatur, de eo cõsultetur, referatur, correferatur, & per eos penes quos est decreta & placita comitialia faciendi potestas, id est Cæsarẽ Principes & Ordines statuatur & cõcludentur. Ad totum autem ordinẽ & seriem consultationũ comitialiũ absoluendum, pro forma ac solennitate nouem requisita recenset idem Burchardus *d. c. 27.* Von den Formalibus Decretorum imperii: Item, gebühret sich weiter/vnd ist also im Reich herkommen/dz solche Berathschlagung nicht zu Hoff / sondern in gemeinen Reichs-Räthen/beschehe/vnd das jenige was gehandelt/in derselben Acta vnd Prothocolla referiret werde. Item/so ist gebräuchlich/ dz solche conclusiones vnd gemeine Reichs-Beschlüsse/Neben-Abschied/ Declarationes, oder Derogationes, nit in der Keyserlichen oder Königlichẽ/ sondern in der Maintzischen Cantzley / als deß Reichs in Teutschen

Landen

Landen Ertz Cancellariat/concipirt werden. Item/ist deß Reichs Stylus, daß solche Abschiedt / declarationes vnd derogationes, auff der Keys. May. vnd der Stände vorgehende Vergleichung/auch gemeine Subscription vnd Siglung / vnd nit allein auff jhre May. gestellet werden.

Item / ist gebräuchlich vnd herkommen / wann ein solcher wichtiger Reichs-Beschluß / bey der Maintzischen Cantzley concipiret vnd verfasset/ daß das Concept ehe vnnd zuvor es publiciret/den Ständen fürgelesen/vnd von jhnen approbiret werde.

Item / vnnd wann solches geschehen / so werden die Concepta vnd verfaste Beschlüß/ allen Ständen communiciret / vnd öffentlich abgeschrieben.

Item/vnd als dann erst bey der Maintzischen Cantzley ingrossiret/ vnd durch die anwesende Stände / Räthe vnd Bottschafften subscribiret.

Item / förders durch die Keyserliche Majestät / vnnd neben derselbigen / durch Maintz vnnd Pfaltz / an statt aller Churfürsten: Item /einen Geistlichen vnd einen Weltlichen Fürsten/wegen aller Fürsten: Itē/durch einen Prælaten/vnd einen Graffen/auch eine Reichsstatt/von wegē aller Prælaten/Graffen/Herrn/vnd Stätte/gesigelt.

Itē/zwey derselbigen Originalia, eines bey der Keyserlichen/dz ander bey der Maintzischē/als deß Reichs Cantzley/verwahrlich behaltē.

Item/als dann durch die Keys. May. so wol auch deß Reichs Ertz-Cantzler/dem Keyserlichen Cammergericht / ein Abschrifft davon zugeschicket/ vnd jhnen darauff Proceß zu erkennen / vnd im Gericht zu procediren befohlen.

Inmassen dann solches alles vnd jedes / auch mit dem Religionsfrieden(als oben im ersten Theil) also gehalten worden ist.

Ohne das/ vnd wo solche Ordnung in proponendo, referendo, concludendo, prælegendo, subscribendo, sigillando, vnd andern mehr erzehlte requisitis, nit gehaltē würde / so werden andere Schrifften/decreta, declarationes, Abschiedt vnnd derogationes, für keine Reichs Beschlüß/sonder für schlechte vnbündige Privat Handlungē geachtet vnd gehalten. Id est, itē sic decet ac morib. receptū est, vt eiusmodi deliberatio nō in aula Principis, sed in cōsil. imperii instituatur-

stituatur, & quæ aguntur ad acta & protocolla imperii referantur.

Item; vt conclusiones eiusmodi, declarationes vel derogationes non in Cæsarea vel Regia, sed Moguntinensi, tanquam sacri imperii Romani Archicancellaria concipiantur.

Item, Stylus imperii habet, vt eiusmodi Decreta declarationes & derogationes præcedente conuentione Cæsaris & Ordinum facta, & non à solo Cæsare, communiter à Cæsare & Ordinibus subscribantur & signentur.

Vsu quoque receptum est, vt super arduo eiusmodi puncto conclusum, & in Cancellaria Moguntinensi conceptum ante publicationem Ordinibus prælegatur, & ab iisdem approbetur. Item, Ordinibus omnibus describendum communicatur.

Tandem à Cancellaria Moguntina in mundum rediguntur, & à Statibus præsentibus & absentium Legatis subscribuntur.

Porro, per Cæsarem & nomine omnium Electorum per Moguntinum & Palatinum, & duos Ecclesiasticos, & vnum politicum Principem nomine omnium Principum, item per vnum ex Prælatis & vnum ex Comitibus, item vnum ex liberarum imperii ciuitatum; nomine Prælatorum & Comitum ac ciuitatum signantur.

Item, duo Originalia, vnum apud Cæsaream, alterum apud Moguntinensem, tanquam imperii Cancellariam deponuntur & adseruantur.

Item, per Cæsarem & imperii Archicancellarium iudicio Cameræ exemplum mittitur, vt secundum ea processus decernant & iudicent.

Hac forma in proponendo, referendo, concludendo, prælegendo, subscribendo, & aliis requisitis non obseruata, alia scripta Decreta declarationes, non pro sconsultis & Decretis imperii, sed scriptorum & actorum priuatorum numero habentur.

53 Ex quibus † ordine sic explicatis tria conficiuntur. Primum

Ordi-

Ordinum † ſemiſſem τῆς ἀρχῆς ſiue poteſtatis politicæ reuera non 54
in tres ſextantes, ſed duos trientes tribui, quorũ vnum obtineant
Electores, alterum reliqui Principes. Et quod ad ius † ferendo- 55
rum ſuffragiorum Cæſaris ad claſſes ſingulas non tripla, ſed du-
pla ſit proportio. Harum autem ſingularum ad Cæſarem hemi-
pla: Tertium quoque hoc axioma † elicitur, vt inter Cæſarem 56
& vniuerſos Ordines, vt antea diximus, ſic quoque inter Electo-
rum & Principum claſſem rem in ſola conuentione conſiſtere.
Etſi enim iure & moribus gentium ea ſit natura Rerumpublicarum, vt quod vel à ciuitate ipſa, vel quibus ea Imperium conceſſit Regibus vel Optimatibus, ac ſi eſt πολυαρχία per omnes, vel maiorem partem de rebus ad ciuitatem pertinentibus ſtatuatur, id ratum firmumque ac ab omnibus æque ſit obſeruandum Ariſtot. *polit. lib. 4. cap. 4:* κύριον δὲ τὸ δόξαν τοῖς πλείοσιν: Ratum quod viſum eſt pluribus. Et *eodem lib. cap. 8.* τὸ δὲ ὅτι ἂν δόξῃ τοῖς πλείοσιν ἐν πάσαις ὑπάρχει καὶ γὰρ ἐν ὀλιγαρχίᾳ καὶ ἀριστοκρατίᾳ καὶ ἐν δήμοις, ὅτι ἂν δόξῃ τῷ πλείονι μέρει τῶν μετεχόντων τῆς πολιτείας τοῦτο ἐστὶ κύριον. Id eſt, quodcunque viſum eſt pluribus, id ratum eſt. Idque omnibus Reipublicæ formis ineſt; Etenim in Oligarchia & in Ariſtocratica, & in ciuitatibus popularibus, quod viſum fuerit maiori parti eorum, qui participes ſunt Reipublicæ id ratum eſt. Idem, *lib. 6. Polit. cap. 2.* κύριον δὲ τὸ τοῖς πλείοσι δόξαν. Ratum eſt, quod viſum eſt pluribus. Maior autem pars regulariter & iuſtius ex numero æſtimatur Ariſtot. *Politic. lib 6. c. 2.* δίκαιον τὸ δημοτικὸν τὸ ἴσον ἔχειν ἐστὶ κατὰ ἀριθμὸν, μὴ κατ᾽ ἀξίαν. Iuſtum populare eſt, æquale habere ſecundum numerum non ſecundum dignitatem: Niſi tamen aliter ſit conſtitutum. (Fiunt enim interdum gradus ſuffragiorũ & prærogatiuæ tam in Democratia, quam Ariſtocratia, de quo eleganter Nicolaus Cruch. *in libr. de Comitiis Romanorum.*) Quia tamen Electorum Principum & Ordinum licet maior longe ſit horum, quam illorum numerus, claſſes tantum conſiderantur, & vna alterã vincere, & ad ſententiam ſuam amplectendam cogere non poteſt, res merito in terminis meræ conuentionis relinqui cenſetur.

Qvod autem ſic † dicitur Decreta, vel Receſſus Imperii ha- 57
bere vim couentionum & contractuum, non ita ſimpliciter ex-

 audiri

audiri oportet, vt accipitur ab Obrechto *in tract. de iurisdict. cap. 6.* quasi Recessus imperii tantum Cæsarem & Ordines ita conuenientes, non vero reliquos quoque imperii ciues ac subditos obligarent. quod à Reipublicæ instituto prorsus alienum est. Aliud est enim actio & conuentio priuata, quæ aliis quam qui egerunt & consenserunt non præiudicat, cum gesta tantum ad Actores suos restringi ad alios vero porrigi non debeant, *leg. Modestinus. de exceptionibus. leg. 2. Cod. de fide instrumentorum. Cod. res inter alios acta.* & ibi Iason *in leg. 2. numero 23.* Decius *numero 44.* Ripa *numero 36. Cod. de edendo.* Botta *consi. 100. numer. 26. leg. sancimus. Cod. de pœnis.* Tiraquellus *in tit. res inter alios acta in principio.* Aliud conuenta ac Decreta publica, quæ non tantum constituentes, sed totam Ciuitatem ex potestate antea in eos collata obligant. Nihil enim interest per se aliquid decernat populus, an vero ii, quibus decernendi negotium dedit, *l. item. §. 1. quod cuiusque vniuersit. nom.* Vnde apud Romanos constitutio partis populi, vt plebis vel paucorum, vt Senatus, vel etiam vnius, vt Prætoris vel Principis tantum valuit, quantum lex Centuriatis in Comitiis à populo lata, vti eleganter hæc explicat Donel. *com. iur. ciuil. libr. 1. cap. 6. in fine.*

58 PATET quoque ex his † quam varie ac grauiter de Statu imperii nostri, ac in specie in distributione τῆς ἀρχῆς inter Cæsarem & Ordines, tam ab exteris, quam nostris quoq; hominib. hactenus sit erratum.

Ex quibus primus est Bodinus, qui *libr. 2. de Repub. cap. 6.* scribit, iura maiestatis imperii, esse penes Principes & Ciuitatum Legatos, qui non tantum singulis Principibus ac Ciuitatibus, sed ipsi quoq; Imperatori leges ferendi, tum de pace ac bello decernendi, vectigalia ac tributa imperandi, denique iudices imperialis curiæ, qui de capite, fama ac fortunis omnibus Imperatoris, Principum ac Ciuitatum iudicare possint, dandi ius habeant.

Deinde parum sibi constans vni Ordinum imperii classi, imperatorem adsociat, eique si in stirpes, vt ita loquar, istius classis ius diuidi debeat, bessem, si vero in capita, pro semisse semiun-

ciam concedit, ac Venetorum Duci vix parem, imo inferiorem constituit. *de republ. libr. 4. cap. 1. fol. 391.* Denique plane subditum facit, dum sic argumentatur: Cæteri qui summam potestatem habent, Principes, Duces, Marchiones creare. At Imperator à Ducibus ac Principibus creari solet. Quomodo igitur Rex idem & subditus, cliens & patronus, vasallus imperii idemque Monarcha? Et cui prouincias obeunti Principes occurrant quidem, sed veluti peregrino principi, *de repub. lib. 2. c. 6. fol. 22.* Idem *Meth. Historicæ, cap. 6. de statu rerumpublicar.* Quod Rudolphus primus, quod reliquum fuerit regiæ potestatis penitus amiserit, & imperii summa Principibus & Optimatibus omnino cesserit, falso ad hoc allegata Aurea Bulla Caroli IV. Imperatorē reuera esse ducem belli, vt olim apud Hebræos, item habere quidem imperii dignitatem, aliquid etiam ex vectigalibus & portoriis, præterea nihil.

Imo, qui optimatibus ac populo imperare debeat, eorum imperiis ac iussis acquiescere, Iulium Phlugium queri falso affirmat, Item Principes omne imperium habere, Cæsarem penitus nihil. Ac licet Carolus IV. Principes & Electores in Aurea Bulla suos pincernas, dapiferos, coquos, armigeros, stabularios, (quod vanissimum esse tenor ipse Carolinæ constitutionis euincit) appellet, eos tamen omne imperium, Cæsarem nihil penitus, nec vllam quoque pecuniæ publicæ potestatem habere, sed ærarium triplex esse, vnum Argentinæ, alterum Lubecæ, tertium Augustæ, vbi tributa imperii seruentur: In quibus omnibus tot put...issima esse commenta, quot pene sunt verba, ex iis, quæ de distributione Politicæ potestatis inter Imperatorē & reliquos Ordines, satis luculenter demonstrauimus, tum vero ex illis, quæ de iure Regio, vel Cæsareo diximus *supra libro primo. cap. 4.* & quæ de Imperatoris & Cameræ iurisdictione paulo post explicabimus. Ex quibus etiam æstimandum est, quæ Imperatoris tanta potestate præditi, cum Venetorum Duce sit comparatio, quem *libro secundo. cap. 1. folio 181.* solum esse dicit, ex omnibus magistratibus Venetis, qui imperio vacet, qui nec vocare quemquam ad se, nec prehendere, nec iure rogare, nec

plus in vno quoq; collegio, ſeu maximo, ſeu minimo, quam collegarum vnus, præterquam, quod poſtremus ſuffragium ferre conſueuerit, ac ne principis quidem vllius, aut populi literas reſerare, aut legatos admittere, aut dimittere, niſi pro collegio Septemuirorum, aut Decemuirorum, ac ne vrbe quidem, ipſo Bodino teſte, iniuſſus exire poſſit.

59 THVANVS quoque, non † quicquam imperii dignitati detrahendi cauſa, (id enim à ſummi viri candore in toto opere præclare enitente, alienum eſt.) ſed Reipublicæ noſtræ ignoratione, imperium in tria membra æqualia diuidit, Imperatorem, Principes ac Ciuitates. Et præterquam, quod Ordinem Epiſcoporum ab eo deſcriptum matricula non agnoſcit, in eo quoque fallitur, quod prærogatiuam Ordinis ex quaternario illo vulgato numero, vbi 4. Duces, 4. Marchiones, 4. Landgrauii, Comites, Barones, vſque ad 4. Ruſticos recenſentur, ſumi putet, id enim ſecus eſſe matricula & ſubſcriptiones Decretorum teſtantur. Deinde, quod numerum Principum non certum ac definitum, ſed pro arbitrio Cæſaris, qui eum pro temporum ratione augere, & minuere poſſit, mutabilem arbitratur. Series enim Ordinum ſuperiorum, mediorum & infimorum in matricula certa ac fixa eſt, nec vllum eorum Imperatori præterire licet, ſed omnes ad comitia vocari, & ad ſeſſionem & ſuffragia, pro gradus prærogatiua, admitti neceſſe eſt.

60 Alii Imperatorem † tanquam παμβασιλείαν & κυρίαν πάντων ſolus obtineat, omnia pro plenitudine, vt vocant, poteſtatis, agere, & reliquorum Principum & Ordinum in Decretis ac legibus ſanciendis, non conſenſu, ſed conſilio ſaltem vti exiſtimant: Ideoq; Decreta & conſulta comitiorum, non leges, vel Senatuſconſulta, ſed conſtitutiones & pragmaticas ſanctiones appellant.

61 Pragmaticæ † autem ſanctiones & iuſſiones principatus tempore fuerunt reſcripta, quibus tractatu, & conſilio procerum adhibito, Cæſares diligentius diffuſiuſque reſponderunt, ad preces, relationem, vel ſuggeſtionem iudicum vel aliorum, plerumque non in cauſis priuatis, ſed publicis, ad deſideria ciuitatum, vel prouinciarum, vel ſcriniorum & officiorum, vel cuiuſcunque

corpo-

corporis aut vniuersitatis *l. vltim. §. vltim. C. de diuersis rescript. & pragmatic. sanctionib.* Et Cuiacius erudite *ad eundem tit.* Quod autem non Principum & Ordinum † tanquam senatorum consilio, quod sequi, vel negligere, in principis est arbitrio, sed ἀρχόντων sint loco, ita vt ille sine horum, vel hi sine illius consensu quicquam de republica statuere non possint, perspicue antea ostensum est. 62

His autem sic † ex principiis ac fundamentis Reipublicæ nostræ deductis, aperte repugnant, quæ nuper scribere non dubitauit autor der notwendigen Erinnerung/ fol. 61. Daß ein Römischer Keyser mit Verwilligung der Churfürsten / einen Reichstag außschreibet / darauff den Reichs-Ständen solche fürfallende nohtwendige Puncten darvon zu deliberiren/ vnd consultiren/ fürhelt / vnd GEMEINIGLICH mit einhelligem Beschluß sich eines Abschiedts vergleichet. Im Fall aber die Stände auff Reichstägen sich hierin nicht vergleichen können / bleiben darumb die Sachen nicht ligen/ sondern es gibt der Römische Keyser den Außschlag. Quod Imperator Romanorum cum adsentientibus Electoribus, diem comitiis dicat, in qua Ordinibus imperii, quæ ad Reipublicæ necessitatem & salutem pertinere videantur, proponat, & de PLERISQVE cum consensu eorum statuat: Si autem inter Ordines conuenire non potest, res non indefinita relinquitur, sed ex Cæsaris arbitrio determinatur. 63

Argumenta autem † quibus hanc sententiam probare conatur, hæc affert: Primo ex §. Als wir aber. Decreti Spirensis, Anno 1544. *versic.* So haben wir solcher / vnd anderer mehr redlichen Vrsachen halben / vnser Keyserliches Gemüht darzu billich bewegende / auff die Puncten vnd Artickel / Friedt vnnd Recht belangendt / wie es hierzwischen vnd vollkommener Vergleichung / darmit gehalten werden soll / von Oberkeit wegen / vnnd auß vnser Keyserlichen Macht Vollkommenheit / vns nachfolgender Meynung / gesetzet / vnd geordnet: Endtschliessen / meynen / setzen vnd ordnen auch darauff / als Römischer Keyser / von obberürter vnser Keyserlichen Macht Vollkommenheit / hiermit / Ernstlich gebietendt / vnnd wöllen / daß vnser hievor auffgericht / vnd verkündet Landtfrieden / Friedstandt / vnd Abschiedt / 64

mit dermassen Bescheidenheit / wie dieselbigen hievor den Ständen allenthalben gegeben / vnd von jhnen angenommen worden seyndt / in allen jhren Puncten vnd Artickeln / von allen Theilen vestiglich / vnnd vnverbrüchlich gehalten / vnd vollnzogen werden sollen / bey Vermeidung der Poen vnd Straff darinnen begriffen. Id est: Hisce & aliis causis grauissimis permoti, de Capitibus ad ius & pacem publicam spectantibus, quid interea, donec ea res plene componatur, iure imperii, & ex plenitudine potestatis Cæsareæ, ita vt sequitur, constituimus, sancimus, & constituimus, tanquã Imperator Romanorum, & ex plenitudine potestatis Cæsareæ, mandamus, vt constitutio nostra, *de pace publica* ante publico Decreto promulgata, ea conditione ac modo, quo ab Ordinibus per omnia approbata fuit, in punctis & articulis omnibus, ab vniuersis & singulis inuiolate obseruetur, sub pœna eidem adiecta. Et addit autor der nohtwendigen Erinnerung / *part. 1. folio 239.* Daß die Löbliche Stände in besagtem Reichs-Abschiede / §. Vnd wir Churfürsten / die Distinction gemacht / daß etliche Artickel / mit jhrem guten Wissen / Willen vnnd Rath beschlossen / etliche aber / als vom Religionsfrieden vnnd Rechten / nicht mit der Stände Wissen / Willen vnd Rath / sondern auß Keyserlicher Macht vnnd Vollkommenheit gesetzet / darauff gleichwol gemeldte Churfürsten / Fürsten / vnnd Stände / so wol die Ersten / als die andere Artickel / so Keyser Carl / auß Keyserlicher Macht vnd Vollkommenheit gesetzet / noch hierüber in rechten guten wahren Worten / wahr / vest / auffrichtig / vnd vnverbrüchlich zu halten versprochen. Id est: Quod Ordines laudatissimi d. Decreti §. *fin.* distinguant inter capita & articulos, cum consensu & consilio Ordinum sancitos, & ea quæ à Cæsare ex potestate absoluta sint constituta: Vtraque tamen tam quæ cum consensu eorum, quam quæ à Cæsare ex plenitudine potestatis sint statuta, sancta fide se obseruaturos promisisse.

Secundo, idem probari ex actis Comitiorum, Anno 1546. & 1547.

Tertio, id nec Transactione Passauiensi esse abrogatum, Relat. Donawerdensi *fol. 305.* Autor nohtwendiger Erinnerung / *par. 1. fol. 240.*

Quarto,

Quarto, idem post Transactionem Passauiensem liquidissime probari, Decreto Augustano, Anno Millesimo quingentesimo quinquagesimo quinto; celeberrimo isto §. Vnd nach deme bey Vergleichung dieses Friedens / Streit fürgefallen / wo der Geistlichen einer / oder mehr / von der alten Religion abtretten würden / wie es der von jhnen / biß daselbst hin besessenen vnnd eingehabten Ertzbisthumb / Bisthumb / Prælaturen / vnd Beneficien halben / gehalten werden solle / welcher sich aber beyder Religions-Stände nicht haben vergleichen können / Demnach haben wir / in Krafft Hochgedachter Römischer Keyserlicher Majestät / vns gegebenen Vollmacht / vnnd Heimstellung / erkläret / vnnd gesetzet / Thun auch solches hiermit wissentlich / Also / wo ein Ertzbischoff / Bischoff / Prælat / oder ein ander Geistliches Standes / von vnser alten Religion abtretten würde / daß derselbige sein Ertzbisthumb / Bisthumb / Prælatur / vnnd andere Beneficia, auch darmit alle Frucht vnnd Einkommen / so er darvon gehabt / alsbaldt ohne einige Widerung vnnd Verzug / Jedoch seinen Ehren ohn nachtheilig / verlassen / auch den Capiteln / vnnd denen es von gemeinen Rechten / oder Kirchen / vnnd Stiffts Gewonheiten zugehört / ein Persohn der alten Religion verwand / zu wehlen vnd zu ordnen / zugelassen seyn / welche auch sambt der Geistlichen Capiteln / vnd andern Kirchen / bey der Kirchen vnd Stifft Fundationen / Electionen / Præsentationen / Confirmationen / altem Herkommen / Gerechtigkeiten / vnd Gütern / ligend vnd fahrend / vnverhindert vnd friedlich gelassen werdē sollen / jedoch künfftiger Christlicher freundlicher vnd endtlicher Vergleichung der Religion vnvergreifflich. Id est: Postquam de pace Religionis in dubiū esset vocatum, si ex Ecclesiasticis vnus, vel plures à Religione veteri recederent, quid de Archiepiscopatibus, Episcopatib. Prælaturis ac beneficiis ab iis possessis, fieri deberet, cū inter vtriusq; Religionis Proceres nō conueniret, Nos vi cōmissionis Cæsareæ, declarauimus, & ex certa scientia cōstituimus: Si quis Archiepiscopus Episcop. Prælatus, vel alius Ecclesiastici ordinis à prisca Religione desistat, ab Archiepiscopatu quoq; Episcop. Prælatura & aliis beneficiis, eorūq; fructib. simul, absq; vlla cōtradictione, honore tamē & existimatione illæsa, abscedere, & Capitulis, aliisq; quibus de iure,

de iure, vel consuetudine Ecclesiæ id iuris competit, alium veteri Religioni addictum, in locum eorum sufficiendi, permissum esse debet. Quam exceptionem Ecclesiasticorum, ex generali dispositione dictæ constitutionis §. Vnd darmit: Vulgo den geistlichen Vorbehalt / ab Imperatore Ferdinando ex officio introductam ac sancitã esse, affirmat Autor deß gründlichen Vnderrichts/ *part.* 1. *fol.* 161. & 240.

65 Sed falsa ac nugatoria † hæc, vt scenæ inseruiant, ad euertendam ex fundamentis Reipublicæ formam, conficta esse, ex his, quæ subiiciemus, manifeste deprehenditur. Quantum enim primo ad locum Decreti Spirensis Anno 1544. in eo manifeste contrarium eius, quod autor affirmat, disponitur. Etsi enim ibi Imperator §. Als wir aber. *versic.* So haben wir / tantum edicit, constitutiones de pace publica, & alia Decreta consensu, & approbatione Ordinũ antea sancitas, wie dieselbe hiebevor den Ständen gegeben/vnd angenommen seyn/ seruari debere, quia tamen insolenti clausula plenitudinis potestatis vtitur: aperte protestãtur Ordines, se ea, quæ per se constituit Imperator, partẽ Decreti, vel recessus nõ agnoscere: §. Vnd wir Churf. vbi, daß alle vnd jede obbeschriebene Punctẽ vnd Artickel/ ausserhalb obgemeldter Artickel vom Religionsfrieden/ vnd Recht / so die Röm. Keys. May. vnser Allergnädigster Herr / auß Keys. Macht Vollkommenheit / gesetzt / mit guten Wissen / Willen / vnnd Rath fürgenommen/ vnnd beschlossen seyn / willigen auch dieselbe also mit vnserm Wissen / Willen / vnnd Rath beschlossen Artickel/ sampt vnd sonderlich / in Krafft dieses Abschiedts. id est, quod capita & articuli singuli, excepto eo, qui est de Religione, ac iure, quem Imperator, Dominus noster clemẽtissimus, ex plenitudine potestatis Cæsareæ, constituit, cum consensu nostro sint ordinata, quæ & vi huius Decreti solenniter approbamus. Protestationis autẽ natura est iuris sui conseruatiua Tib. Dec. *consil.* 37. *n.* 52. *vol.* 3. Modestin. Pistor. *consi.* 32. *n.* 55. *vol.* 2. Bursat. *consi.* 234. *num.* 26. Fab. Turret. *consil.* 1. *nu.* 7. *vol.* 1. Honded. *consi.* 24. *num.* 1. *vol.* 2. Quod autem articulos illos, quos Cæsar per se, solus constituit, seruare quoque promittunt, id non imperio Cæsaris, sed ex voluntate & consensu Ordinum factum esse, inde primo

primo dilucide probatur, quod Imperator, cum per se illa statuere non posset, vt id voluntate eorum fieret, more solito, magno studio egerit, §. Vnd darmit. *versic. fin.* So haben wir auch der beyden Artickel Friedens vnd Rechtens halben / mit gemeinen Ständen Handlung fürgenommen / deß Vätterlichen gnädigen Willens / vnd Gemüths / sie derselben Artickel allenthalben mit jhrem guten Wissen vnd Willen / zu vereinigen / vnd zu vergleichen. Id est: Vt de duobus illis articulis inter Status conueniret, operam dedimus, ea paterna affectione, & consilio, vt bona eorũ voluntate eos ad concordiam redigeremus.

Secundo, quod cum ea de re consensio Ordinũ obtineri non posset, primo Ordines Augustanæ Cõfessionis, arbitrio Principis permiserint. & licet Pontificiæ Religionis Ordines, idẽ principio ex variis causis recusarunt, tandem tamen, pacis & tranquillitatis publicæ causa, cum Ordinibus Augustanæ confessionis idem probasse, diserte liquet ex §. Als wir aber. Ac tametsi Imperator referat Ordines Catholicis permisisse, vt de articulis propositis ex plenitudine potestatis decerneret, eam tamen vna pars Ordinum nec dare, nec Cæsar per leges imperii publicas, & pacta cum Septemuiris iureiurando firmata, accipere potuit, cum ad omnem actum perficiendum duo requirantur, potestas & voluntas, *cap. cum super. de offic. deleg. leg. cum te. C. de don. ante nupt.* & ibi Bald. Idem *in l. nolle. de acquir. hær.* Tib. Decian. *consi. 60. num. 21.* Aliud est autem consentire, tanquam in legem, & Decretum imperii, aliud simpliciter, & ex mera facultate se id seruaturos pro tempore promittere. Cum igitur actus agentium vltra eorum intentionem non operentur, *l. non omnis. si cert. petat l. obligationum substantia. §. fin. de act. & obligat.* Bertrandus *consi. 119. nu. 1. vol. 6.* Socin. Iun. *consi. 94. num. 21. vol. 3.* Ioan. Maria. & Iacob. à Riminaldis *282. num. 19. fol. 103. consi. 289. num. 22. fol. 110. consi. 290. num. 3.* Bertrand. *consi. 119. numer. 1. vol. 6. l. verum est. l. qui iniuria. in pr. de furtis.* Cæpolla *caut. 203.* Tiraquell. *de retractu conuent. §. 30. glo. 1. numer. 4.* Martinus Benckendorph. *in repetit. l. 2. de reg. iur. fol. 4. fol. 672.* Tiber. Decian. *consi. 3. num. 117. vol. 1.* Purpuratus *consi. 402. num. 111. & consi. 202. num. 22.* Cacheran. *consi. 2. num. 33.* Et quæ ex mera facul-

tate fiunt, nec præscriptionis, nec consuetudinis effectum inducere possunt, *l. vim publicam. de vi publica.* Bald. *cap. 1. nu. 21. qui feud. dare poss.* Socin. Iunior *consi. 101. num. 14. vol. 2.* Alexand. *consi. 6. lib. 5.* Menoch. *consi. 163. num. 13.* Raud. *consi. 22. numer. 504. lib. 1. & cons. 38. num. 11. lib. 2.* Hieronym. de Ros. *decis. 225.* Ac licet probari posset, Cæsarem non permittentibus, sed inuitis Ordinibus, contra morem maiorum de articulis sæpe dictis ita pro imperio statuisse, inde tamen ad formæ antiquæ in sanciendis Decretis imperialibus abrogationem, imo totius Reipublicæ mutationem, & conuersionem, nihil inferri posset. Vt enim ver non vna hirundo inducit, vel vnica nundinatio mercatorem facit Bal. *in Rub. de constit. pecunia. num. 11.* Ioan. Philipp. Monspel. *consi. 31. nu. 32.* Sic solitum vel consuetudinem contrariam vnicus actus non inducit, Bal. *l. item lapilli. 3. nu. 11. de rer. diuis.* Alex. Raudensis *cons. 32. num. 30. lib. 2.* And. Knich. *de iure super. c. 3. fol. 32. n. 159.* sed actuum frequentia & vniformitas requiritur, Decius *in l. liberis. num. 16. C. de collat.* Menoch. *cons. 37. nu. 39.* Crauetta *consi. 96. nu. 5.* Natta *cons. 106. n. 10.* Rol. à Valle *cons. 13. nu. 18. vol. 4.* Menoch. *cons. 8. num. 17.* Ioan. Petr. Surdus *cons. 449. nu. 7.*

Quod ad secundum, in Decreto quoque Comitiorum Ratisbonensium, An. 1546. hac de re nihil relatum reperitur. De Anno 1547. Decretum publicum inter alia non extat. Ac licet inter Pontificios, vel alios simile quiddam tractatum probari posset, quia tamen multa tractantur, quæ non perficiuntur, *l. si ex causa. §. nunc videndum. de minorib. l. si voluntate. C. de rescind. venditione.* Dec. *l. si ego. nu. 3. si cert. petat.* ac tractatus de rebus tam magni momenti non sufficiant, sed solenni conclusione & consummatione opus est, Bald. *in l. multum interest. colum. 2. si quis alteri vel sibi.* Bald. *in l. cum allegas.* & ibidem Salicetus *c. de vsuris.* Alexand. *consi. 13. num. 17.* Iason *in l. Titia. de verb. obligat.* Decius *l. non omnis. si cert. petatur.* Alexand. *consi. 17. num. 5. lib. 4.* Iason *in l. sciendum. num. 13. de verbor. oblig.* Ruin. *cons. 111. num. 10. lib. 4.* Rolan. à Valle *cons. 15. num. 2. libr. 1.* Menoch. *cons. 114. nu. 33.* Schrad. *cons. 48. nu. 80.* nihil inde quoq; inferri posset.

Quantum ad tertium, vt in transactione Passauiensi assertum

tum hoc, de Cæsaris ex plenitudine potestatis caput tolleretur, vel mutaretur opus non fuit, cum vt antea demonstratum, ipso iure sit nullum. in iis autem quæ ipso iure nulla sunt, exceptione, vel protestatione opus non est. Felin. *in cap. cum dilecta. de rescriptis.* Imo plus quam contrarium in ea aperte statuitur, quod de componendo dissidio Religionis, non nisi per Ordines imperii vniuersos, in Comitiis, vna cum Cæsare agi debeat, his verbis: **Innerhalb eines halben Jahrs einen gemeinen Reichstag halten / darauff nochmals / auff was Wege / als nemblich eines General** Concilii, oder Colloquii / **oder gemeiner Reichs-Versamblung / dem Zweyspalt der Religion abzuhelffen / vnnd dieselbige zur Christlichen Vergleichung zu bringen / gehandelt / vnnd also solche Einigkeit der Religion / durch alle Stände deß heyligen Reichs / sampt jhrer May. ordentlichem Zuthun / soll befördert werden.** Id est: Vt intra semestre Comitia celebrentur, in quibus denuo, qua via generalis nimirum Concilii, vel Colloquii, vel vniuersalis Ordinum imperii conuentus, Religionis dissidium componatur, tractetur, & sic controuersia de Religione per Ordines vniuersos, ordinaria ope Cæsarea, dirimatur.

Qvod Qvarto ex Decreto Comitiorum Augustanorum, Anno *1555.* **§. Vnnd nach dem /** probare conatur Autor **deß gründlichen Vnterrichts /** *fol. 161. & 240.* Cæsarem dissentientibus Ordinibus, περὶ τῶν κοινῶν, id est, de negotiis ad publicam imperii salutem pertinentibus, discrepantibus Ordinum suffragiis, ex officio statuere posse: Manifestum est τὸ ἀμφισβητούμενον ἀντ' ὁμολογουμένου θεῖναι, id est Geometrarũ more sibi principiũ cõcedi postulare, quod est incertissimum, vel pro argumẽto sumere, q; in disquisitione positũ est. Certũ est d. † Decreto generaliter per Cæsarẽ & 66
Senatũ imperii cõstitutũ esse, ne Cæsar, & imperii Ordines, statũ quẽ confessionis Augustanæ, ob eam professionẽ, vi, vel armis inuadãt, detrimentoq; afficiãt, vel à Religione, fide, Ceremoniis, ritibusq; in Ecclesiã introductis, porroue introducẽdis in ꝓpriis ditionib. deiiciant, neue mandatis, aliisue modis graues, molestiq; sint, neue despicatui habeãt. Sed & religionẽ prædictã, eiusq; liberũ exercitiũ, & res, ac iura omnia intacta relinquant. Ac licet

dum de hoc Pacis capite in Comitiis deliberaretur, Ordines Pontificiæ Religionis vehementer laborarint, vt hæc verba generalia, keinen Standt deß Reichs / per additum verbum, Weltlich / ad Politicos tantum restringerentur: tamen contradicentibus Augustanæ confessionis Ordinibus, & ostendentibus priores, Anno 1541. & 1544. in Comitiis Ratisbon. & Spirensi factas pacificationes, communi Cæsaris & Ordinum consensu, absque discrimine Ordines omnes comprehendere, ab iniquo hoc postulato desistere coacti sunt. Serenissimus Elector Palatinus Ludouicus, in Scripto ad Capitulum Coloniense, Anno 1558. 10. die Aprilis, cuius hæc sunt verba: Vnd daß dieses der rechte Verstandt sey deß angeregten Religions- vnd Landtfriedens / geben die jetzt angeregte Generalitet / auch die bey Auffrichtung deß Religionsfriedens / Anno 1555. vorgangene Acta, vnnd Handlungen / klärlich zu erkennen / dann in denselben zu befinden / daß die Päpstischen Stände diesen Paß allein auff die Weltlichen Stände haben dirigiren vnd richten wöllen / daß nemblich / denselben allein frey vnnd bevor stehen solte / zu der Augspurgischen Confession sich zu begeben / vnd in jhren Fürstenthümmen vnd Landen anzurichten / vnd daß die weltlichen Stände / solcher Religion halben nicht solten beschweret werden / derwegen begehret / daß bey dem Paß der gesetzet / daß kein Standt von wegen der Augspurgischen Confession soll beschweret werden / das Wörtlein Weltlich / hinzu gesetzet würde / welches aber die Stände der Augspurgischen Confession / auß erheblichen gegründeten Vrsachen / bestritten vnnd angezeiget haben / daß die vorige der Religion halben zu Regenspurg / Anno 1541. vnnd zu Speyer / Anno 1544. gemachte Friedestände / in gemein auff alle Stände / ohne Vnterscheidt / gestanden / vnnd daß man es billich auch in diesem Religionsfrieden darbey solle bleiben lassen / auch so viel erhalten / daß die Päpstischen Stände von jhrer Meynung abgewichen / vnd das Wörtlein / Weltlich / fallen lassen / deßwegen auff die Acta gezogen. Id est: Et quod hic sit verus ac rectus intellectus constitutionis de Pace Religionis, ipsa generalitas verborum, & de hac ipsa Augustæ, Anno 1555. acta & actitata ostendunt, ex quibus apparet euidentissime, Pontificios hoc egisse, vt constitutionem ad Politicos tantum Ordines restringe-

stringerent, vt hisce nimirum solis permitteretur Augustanæ cõfessionis exercitium in regionibus ac prouinciis suis instituendi, & abrogandi, & quod nihil ea de causa ipsis periculi & incommodi inferri deberet, ideoque verbis illis: Ordini vel Statui nulli Augustanæ confessionis causa præiudicium generari debere, vocem Weltlich/ addi postularunt, quod vero Ordines Augustanæ confessioni addicti, ex iustis & grauibus causis, recusarunt, præcipue vero, quod priores de Pace Religionis sancitæ constitutiones, Anno 1541. & Anno 1544. generaliter in Ordines omnes, absque discrimine, essent conceptæ, quo tandem obtinuerunt, vt Pontificii ab hac sententia decesserint, & generaliter ita constitui non inuiti permiserint. Hæc & alia multa scenæ non inseruientia, eleganter tacuit Autonomiæ autor, vel Compilator. Verba autem cõstitutionis pacis publicæ ad Religionis quoque pacem extensa, An. 1541. §. Vnd damit im heyligen Reich Teutscher Nation/ mittlerweile/ Ruhe/ Friede vnd Einigkeit gepflantzet/ vnd erhalten werden möge/ So meynen vnnd wöllen wir/ hiermit Ernstlich befehlend/ daß der Nürnbergische Friedenstandt/ welcher hievor/ auß hochwichtigen nohtwendigen Vrsachen/ die dazumal für Augen gewesen/ vnnd deren jetzo viel mehr vorhanden sindt/ dem heyligen Reich Teutscher Nation zur Wolfahrt auffgerichtet ist/ biß zu Endt eines General Concilii, oder einer National Versamblung/ oder so der keines seinen Fortgang erreicht/ auff nechstkünfftigen Reichstag/ wie obgemeldet/ in allen seinen Puncten vnd Artickeln/ von allen Theilen vestiglich vnd vnverbrüchlich gehalten/ vnnd vollnzogen werden soll/ vnd nun hinfurt an der Religion/ vnd Glaubens Sachen/ auch sonst keiner den andern/ biß zu Endung obgemeldes gemeinen/ oder National Concilii, oder künfftigen Reichstages/ befehden/ bekriegen/ berauben/ fahen/ vberziehen/ belägern. Id est: Vt interea pax in sacro Imperio Nationis Germanicæ, conseruetur, ac propagetur, volumus, ac mandamus seuere, vt pax Norібergæ, ex causis grauissimis tunc temporis occurrentibus, & necdum cessantibus, pro salute, & tranquillitate imperii constituta, vsq; ad finem concilii generalis, vel Nationalis colloquii, vel quoad Comitia proxima sint celebrata, in punctis & articulis omnibus sancte seruetur, ita

vt in posterum in causis Religionem & fidem concernentibus, nemo cuiuscunque Ordinis, aut Status, alteri ex quacunq; causa vsque ad finem concilii generalis vel Nationalis, vel quoad Comitia proxima sint celebrata, bellum non inferat, prædamve agat, aut captiuum abducat, obsideatq; constitutio Pacificationis Noribergensis anno 1532. §. *præmisso.* relata à Melchiore Goldasto inter constitutiones imperiales publicata *fol. 173.* §. *& quoniam.* Vt communis & publica pax inter ipsius Maiestatem, & OMNES STATVS Imperii Germanicæ Nationis, TAM ECCLESIASTICOS, quam SECVLARES constituatur, & firmetur, vsque ad generale, liberum, Christianum Concilium, quemadmodum de hoc Noribergæ decretum est. Vel si id non procedat, ad hoc vsque tempus, donec COMMVNES STATVS imperii ad locum commodum iterum conuocentur, & conscribantur, vt infra peculiari articulo, ea de re cautum est, ita videlicet, vt interea temporis, vsque ad prædictum concilium, vel QVO STATVS IMPERII iterum conueniant, & ALITER DELIBERENT, NEMO propter Religionis, vel vllam aliam causam, ALTERI bellum indicet, inferat, ipsumve spoliet. Et paulo post: Si vero fieri non posset, (vt nimirum concilium indicetur,) vt hoc casu COMMVNES STATVS imperii, iterum ad locum commodum conuocentur, & conscribantur, ad deliberandum, quid in posterum, tum de concilio, tum de aliis rebus necessariis agendum, & statuendum sit. Idem repetitur Decreto Spirensi, anno 1544. §. Als wir aber. Idque generale est in omnibus de pace publica editis constitutionibus,
67 (cuius pars & auctarium † est constitutio de pace Religionis, vt patet ex Decreto Augustano anno 1555. §. In solcher fürgezogenen Handtlung.) Anno 1405. Im Königlichen Landtfrieden. Tit. Friedebott Wormatiæ Decreto Augustano an. 1500. Tit. Vom Landfrieden/ constit. Maximil. I. §. Weiter. & seq. Decreto Wormatiensi, anno 1521. Tit. Wie der Landtfriede zu halten/ gebotten ist. Decreto Noribergensi anno 1522. *tit.* 6. Certum est autem di-
68 spositionem † omnem generaliter loquentem, generaliter esse intelligendam, *leg. Iulianus.* & ibi Bartol. & alii *de legat.* 3. Fuluius

Pacian.

Pacian. *cons. 30. 254.* Cephalus *cons. 734. num. 20. & cons. 768. nu. 31. lib. 5.* Riminal. Iun. *cons. 450. n. 38. lib. 4.* Fab. Turret. *cons. 44. nu. 23.* Et per verba generalia censentur disponentes de omnibus cogitasse. Bal. *in l. tres fratres. de pactis.* Bar. *in l. sub prætextu. C. de transactionib. leg. qui iure. de testament. milita.* Paul. de Castro *cons. 38. in fine. 1. vol.* & Socinus *consil. 103. colum. 4. versic. sed tamen his non obstantibus. vol. 3.*

Idq; potissimum locũ habet, quando † verba sunt vniuersalia, 69 quorum ea natura est, vt significatum dispositionis amplient, Alexand. *in l. si Patroni. numer. 15. ad Trebellian.* Bald. *in cap. imperialem. numero 19. de prohibita feudi alienat. per Frideric.* Et tantæ sunt virtutis & efficaciæ, vt extendantur ad omnes casus excogitabiles, vt loquitur Fuluius Pacian. *cons. 47. nu. 23. & 28.* Item quando prioribus legib. quid iam generaliter constitutum esse apparet. Certum est enim posteriores leges ad priores trahi & pertinere, *l. non est nouum. l. ideo l. sed posteriores. de legib.* Cum itaq; leges & constitutiones priores de pace Religionis, ex Decretis Comitiorum Ratisbonensium, anno 1541. §. Vnd damit/ & Spirensium, §. Als wir aber/ sint generalissimæ, non tantum Status omnes Ecclesiasticos & Politicos, sed omnes cuiuscunque Ordinis homines comprehendentes, vt sunt formalia dicti §. Vnnd darmit. *Versic.* Vnnd nun hinführo in der Religion vnd Glaubens Sachen/ auch sonst keiner den andern/ Vrsachen halber/ wie die Namen haben möchten/ Niemands Hoch oder Niedern Standtes/ den andern/ biß zu Endung obgemeldtes Gemeinen/ oder National Concilii, oder künfftigen Reichstages/ befehden/ befriegen/ berauben/fahen/vberziehen/ belägern. Id est: Imposterum nemo alterum summi, vel infimi Ordinis, Religionis & fidei, nec alterius cuiuscunque rei causa, vsque ad concilii generalis, vel nationalis, vel Decreti Comitialis definitionem, bellum inferat, prædamve agat, aut captiuum abducat, obsideatque. Ac sequentib. Comitiorum Decretis vsque ad hunc diem, de ista generalitate nihil sit immutatum, cur firma † & inuiolata manere non debeant, ratio nulla permittit. 70 *leg. præcipimus. in fine. Cod. de appellationibus.* Donellus *comm. iuris ciuilis. libr. 1. capit. 13.* Ea enim legum

legum conditarum omnium est voluntas, & sententia, vt nisi aperte constet, leges prorsus esse contrarias, à prioribus legibus non recedatur, *l. si quando. in pr. C. de inofficioso testamento d. leg. sed & posteriores, de legibus.* Donell. *dict. libro 1. comm. iur. ciuilis, cap. 13. in fine.*

Ac licet Ferdinando Regi Romanorum, Cæsaris ad Comitia Legato, in fauorem Pontificiorum hanc generalitatem vi adsertæ Commissionis Cæsareæ ita restringere visum sit, quod Ecclesiastici à prisca Religione recedentes, à beneficiis quoque & dignitatibus, fructibusque eorum decedere, atque aliis ex vetere forma sufficiendis locum dare debeant, *d. §.* Vnd nach dem: iuris
71 tamen explorati est, ea mandari saltem posse † quæ sunt in man-
72 dantis potestate. Nemo enim plus iuris † in alium transferre potest, quã ipse habet, *l. nemo potest. de reg. iur.* Et ex actu nullo nullũ ius resultat, Fabius Turret. *consi. 92. n. 38. l. traditio. de acquir. rer. dom.*
73 *c. nemo plus. & l. nemo plus. de reg. iuris.* Et in specie † quod Princeps priuilegio, vel mandato plus in aliũ transferre nõ possit, quã ipse habet, Surdus *dict. consi. 193. numer. 17.* Fuluius Pacian. *consi. 82. numero 93.*

74 Quod autem Imperator † Romanorum præsente Reipublicæ Statu, non habeat παμβασιλείαν, sed βασιλείαν κατὰ νόμον, quæ non est εἶδος τῆς πολιτείας, sed Aristocratiæ genere continetur, Aristot. *Politic. lib. 3. cap. 16.* ita vt de rebus ad ἀρχὴν πολιτικὴν pertinentibus, solus nihil, sed cum consensu saltem Ordinum statuere possit, Acta publica imperii & Comitiorum omnium Decreta manifeste ostendunt. A totis enim centum annis nulla imperii lex, nulla constitutio, de Pace, de bello, de federib. de contributione, & aliis ad summam potestatem pertinentibus, à solo Imperatore, sed coniunctim à Cæsare cum consensu Ordinum sancita fuit, idque perpetua Decretorum Comitialium formula supra relata ostendit.

75 Idem, quod pro forma † constitutionis imperii, vel Decreti Comitialis, requiratur, vt non à solo Imperatore, sed coniunctim Cæsaris & Ordinum consensu sanciatur, ipsi Pontificii, & maxime sæpedictæ reseruationis, vel Vorbehalts acerrimi propugnatores,

tores, nolentes volentes fateri coguntur Autor Autonomiæ *par. 3. c. 37.* Von Mängeln deß angezogenen Decrets/ in formalib. vbi inter alia ad formã Decreti Comitialis requiri dicit, §. Dz der Punct vnnd Artickel/ so declariret vnnd cassiret werden soll/ von newem proponiret/ berathschlaget/ referiret/ correferirt/ vnd durch die jenigen/ denen es gebühret/ Reichssatzung vnnd Abschiede zu machen/ Das ist durch die Keys. oder Königliche Majestät/ auch Churfürsten/ Fürsten vnnd Stände deß Reichs/ beschlossen/ vnnd verabschiedet werde. Id est: Caput & articulum declarandum, vel tollendum, necesse esse, vt de nouo proponatur, de eo deliberetur, referatur & correferatur, ac per eos, penes quos est Decreta imperii ferendi potestas, id est, per Cæsarẽ, vel Regem Romanorum, & Electores, Principes, & Ordines imperii concludatur, & in formam recessus redigatur. Item *eod. c.* §. Item ist deß Reichs Stylus, daß solche Abschiede/ Declarationes, vnd Derogationes, auff der Keys. May. vnd der Stände Vergleichung/ &c. gestellet werden. Id est: Habet id Stylus imperii, vt eiusmodi Decreta, Declarationes, ac Derogationes, ex Cæsaris & Ordinum conuentione dependeant. Et tandem concludit, § Ohne das vnd wo solche Ordnung in proponendo, referendo, correferendo, concipiendo, prælegendo, subscribendo, sigillando, vnd andern mehr erzehlten Requisiten/ nicht gehalten würde/ so werden andere Schrifften/ Decreta, Declarationes, Abschiede/ vnd Derogationes, für keine Reichs-Beschlüß/ sondern für schlechte vnbündige Priuat-Handelung gehalten. Id est: Ordine, vel forma illa in proponendo, referendo, correferendo, concludendo, concipiendo, prælegendo, subscribendo, sigillando, & aliis non obseruata, Decreta, Declarationes, & Derogationes, non pro Decretis, sed scripturis & actibus priuatis habentur. Idem quoque Catholici Adsessores Cameræ, de hac Ferdinandi Declaratione affirmant, vt refert Gylmannus in Symphoremate Supplicationum *fol. 166.* vbi eam ideo nullam & irritam esse ait, referens, quod non appareat de consensu Ordinum vtriusque Religionis. Dicta autem Ferdinandi declaratio, sæpe memorato §. Vnd nach dem/ quoad

 consti-

constituendi autoritatem, adeo est similis, vt lac lacti magis non esse possit, quippe iisdem plane verbis concepta, vt ex collatione vtriusque manifestum est.

Declaratio enim Ferdinandi, an. 1555. 24. Septembris data relata ab Autore Autonomiæ, *part. 1.* Von der vierdten Art der Freystellung / *fol. 88.* sic habet: Daß sich beyder Religions-Stände derhalben mit einander nicht vergleichen können / daß demnach wir in Krafft der Röm. Keys. May. vnsers lieben Bruders vnd Herrn / vns gegebener Vollmacht / vnd Heimstellung / erkläret / gesetzet vnnd entscheiden haben. §. autem, Vnnd demnach / Decreto Augustano vi mandati Cæsarei prætensi inserti, hæc sunt formalia: Vnd nachdem die Stände beyder Religion / sich nicht vergleichen können / demnach haben wir / in Krafft Hochgedachter Röm. Keys. May. vns gegebenen Vollmacht / vnd Heimstellung / erkläret / vnd gesetzet / cur ergo in pari causa paria quoque iura esse non debeant, causa nulla apparet.

76 Quodque in specie † Carolo Quinto Imperatori non παμβασιλεία, vel κυρία πάντων, aut βασιλεία κατὰ βούλησιν, vel Regnum absolutum, ac legibus nullis adstrictum (quod ἄνομον, καὶ χαλεπὸν, durum ac onerosum appellat Plato in Politico) sed certis limitibus circumscriptum tributum sit, leges ei in creatione ab Electoribus datæ, quas vulgo Capitulationem vocant, à Sleidano *com. libr. 1.* relatæ, ostendunt, quibus nec νομοθεσία, nec vllum aliud ad comitialem deliberationem pertinentium caput, soli Cæsari relinquitur, sed omnia cum consensu Ordinum peragenda permittuntur.

77 Et quod in genere imperium † Regibus Romanorum Electione delatum, non παμβασιλεία, sed legibus moderata sit potestas, grauissimum extat testimonium Alberti Cardinalis Moguntini in solenni isto suffragio, in comitiis Imperatoriis, post excessum Maximiliani Primi, Francofurdiæ celebratis, anno 1519. pro Carolo Austriaco, ac prius cum sapientissimo Principe Friderico Electore Saxoniæ, deliberata, relato à Sleidano *com. lib. 1.* his verbis: Multi fuerunt olim in Gallia viri Principes, nunc autem in angustum redactus est eorum numerus. Nam prope Rex solus

lus omnia tenet. Animi fortitudinem ei tribuunt, sed illa ad Monarchiam spectat, NOBIS AVTEM INPRIMIS ARISTOCRATIA TENENDA EST.

Idem, de potestate Imperatorum † Germanicorum, non 78
κατὰ βούλησιν, sed κατὰ νόμον collata, affirmat Clarissimus quondam Imperii Princeps Iulius Phlugius, Episcopus Naumburgensis, in Oratione grauissima *de Republica Germania, seu imperio constituendo*, vbi de imperio Principis ita loquitur: Ad hoc institutum accessit alterum non minus bonum, ac salubre, vt qui in illo excelso honoris gradu collocarentur, ne durius, quam oporteret, regnarent, antequam aliis imperare inciperent, eas leges quodammodo imponerent sibi, nihil vt contra Ecclesiam Christianam, atq; REMPVBLICAM NOSTRAM, EIVSQVE LIBERTATEM FACERENT. Nec ante ratum esset, quod in deligendo Imperatore egissent Septemuiri, quam Imperator cũ iisdem certo pactorum genere cõuenisset, vt homines nostri intelligere possent, se non in Domini cuiusdam acerbioris, sed in Patris, eiusq; perbenigni potestatem venire.

Idque ipsum est, quod ante initum † Magistratum, ex institu- 79
to Constitutionis Carolinæ, quæ Aurea Bulla vsurpatur, in verba Electorũ solenniter iurare coguntur, de Electione Regis Romanorum *tit. 2. §. & quia. de antiqua*. Quo iuramento, vt diserte omnia alia iura, libertates, & cõsuetudines Germanicæ Nationis, tum maxime hæc, quod non ex solius Principis arbitrio, sed Ordinum cum eo libero consensu, summa Reipublicæ, in qua præcipuum est legum condendarum potestas, dependeat contineri à nemine, nisi qui fundamenta ipsa labefactare ac conuellere velit, negari potest.

Quibus nihil derogant ea, quæ in specie pro defensione d. articuli, vulgo deß Geistlichen Vorbehalts/ à Pontificiis afferuntur.

Primo, quod Transactio † Passauiensis, quæ præcipuum sit 80
fundamentum Pacis de Religione, vi & metu extorta sit, Autor Autonomiæ *part. 1. cap. 3. folio 3*. So ist letztlich erfolget / daß im Jahr Christi / Anno 1552. den 2. Augusti, die jenigen / welche fürnemblich solchen Newrungen zugethan / vnnd damals mit aller Macht

culum, loco ac mandato, ac plenitudine potestatis Cæsareæ Maiestatis, & sic ex officio, ita constituere velint, vltra ea, quæ antea petierunt, & monuerunt, ea in re modum præscribere non possint.

Quarto, quod expresse in hunc quoque articulum Ordines Augustanæ Religionis consenserint, probari ex generali Ordinum omnium vtriusque Religionis, sæpe dicti Decreti Augustani approbatione, assecuratione, subscriptione, & eiusdem Cameræ imperiali solenniter facta insinuatione, Autor Autonomiæ *dict. part. 3. capit. 18.* & nohtwendige Erinnerung / *part. 1. folio* 240.

Quinto, quod ea cõtrouersia, an nimirum der Geistliche Vorbehalt / sit pars Decreti Comitialis, Decreto Anno *1559.* perspicue sit definita, Autor *lib.* von der Freystellung / *3. part. cap. 19.* his verbis: Als sich die Confessionisten vnterstanden / demselben protestando zu widersprechen / Anno 1559. zu Augspurg endtlich definiret.

Quantum itaq; ad friuolam † & absurdam illam, de vi & metu extorta Passauensi transactione obiectionem, præterquam, quod metus in tanta contrahentium, quoad potentiam & autoritatem imparitate, & præsertim cum metum allegans alteri potest imperare non præsumatur, Bald. *consil. 458.* incip. *quod Dominus. lib. 2.* Angel. *consil. 219.* incip. *arbitror.* Beneuenutus Stracha *in tract. de Mercatore. tit. de nauigatione. nu.* 23. Maxima quoque hac allegatione iniuria fit Ferdinando, prudentissimo Principi, quod non ex proæresi, sed vi & metu adductus, in ista conuentione præclara ista fundamenta legis illius, in Comitiis postea Anno 1555. Augustæ latæ, iecerit, quæ sola hactenus totius Germaniæ tranquillitatem atque incolumitatem conseruauit. Ideo enim aurea & saluberrima illa constitutio de pace Religionis, inter Ordines vtriusque Religionis, tam Ecclesiasticos, quam Politicos, generaliter sancita est, vt vis & arma cessarent, ne si in sese mutuo sæuirent, communi patriæ vastitatem atq; interitum machinarentur, sine qua si fuisset, internis bellorum incendiis eadẽ conflagrasset. 81

Quantum ad adsertionem omissæ protestationis, licet hoc in

dubium vocare conetur Autor Autonomiæ, id tamen falsissimum esse apparet, ex supplicatione Ordinum Augustanæ confessionis, contra dictum articulum, Cæsari 20. die Septemb. anno 1555. Augustæ oblata, adducta ab ipso autore dictæ Autonomiæ *part. 1. folio 15.* vbi hæc sunt eorum verba: Aber darnieben wöllen jhre Churfürstl. Gn. sich jhres Gewissens halben diß erkläret haben/ daß sie für sich/ in solchen Artickel nicht willigen können. Id est: Electores & Principes Augustanæ confessionis profitentur, se salua conscientia in dictũ articulum consentire non posse. Item in Supplicatione 22. Decemb. an. 1556. Ratisbonæ iterum, quod articulum illum, pro parte & Capite Decreti Comitialis non agnoscant, relata Ordinum Supplicatione ipse autor fatetur, *part. 1. folio 19.* his verbis: Haben sie jhrer Majestät den 22. Decembris eine außführliche Schrifft/ in gestalt einer Protestation/ vbergeben/ qua fronte igitur dicta *part. 3. capit. 18. fol. 343.* negare audeat, quod de nulla protestatione, vel contradictione ante annũ 57. ex actis appareat, mirari liceat. Ac licet protestatione plane omissa, tacite in articulum illum consensisse videri possint Ordines Augustanæ confessionis, (de quo tamen disceptatio omnis ociosa ac superuacanea est, cũ de dissensu ex ipsa conceptione dicti articuli, & confessione Ferdinandi, Daß sich beyder Religions-Stände deßwegen nicht vergleichen können/) liqui-
82 dissime constet: certum est, ad actum nullum † confirmandum confessione, vel consensu alicuius, requiri consensum expressum, nec sufficere tacitum, Calderan. *consi. 8. in titu. de re iudicata.* Socin. *cons. 104. col. 2. versic. nec huic conclusioni lib. 4.* Crauet. *cons. 29. nu. 6.*

83 Quando enim forma † in aliquo actu est data, ea non seruata, actus, vel dispositio est ipso iure nulla. *leg. cum hi. §. si Prætor. de transact.* Brunus *in tract. de forma & solenni.* Cephalus *consil. 582. numer. 31. libr. 4. & consil. 419. num. 61.* Riminald. Iun. *consi. 276. numer. 11. & numer. 155. libro 3.* Ioannes Botta *consil. 58. nume. 6.* Bursatus *consil. 324. numer. 6 libro 3.* Sebastianus Med. *in tract. de reg. 7. numero 3.* Roman. *consil. 236. numer. 8.* Tiraquellus *in tract. de retractu folio 233. numer. 8.* Bertrand, *consil. 147. num. 2.* Becc. *consil. 12. num. 18.*

*numero 18. & 19.* Fab. Turret. *consilio quadragesimo septimo, numero primo.*

Quod autem mutuus † consensus tam Cæsaris, quam Ordi- 84
num imperii sit forma substantialis Decretorum Comitialium, satis superque antea demonstratum est, nec Pontificii ipsi dicti §. propugnatores acerrimi, negare possunt, vt patet ex iis, quæ tradit autor Autonomiæ *part. 3. capit.* 37. vbi ait: Daß zu einem Reichs-Abschiedt pro forma gehöre / daß der Punct so geschlossen werden solle / proponiret / berathschlaget / referiret / correferiret / vnnd durch die jenigen / denen es gebühret / Reichs-Satzungen vnd Abschiede zu machen / das ist / durch die Keys. oder Königliche May. auch Churfürsten / Fürsten vnd Stände deß Reichs / beschlossen vnd verabschiedet werde.

Quantū ad prætensum consensum expressum, primo ex verbis illis, da jhre May. solches je also / vermöge habender Commission / ex plenitudine potestatis, also constituiren wöllen / jhre Chur. vnnd Fürst. Gn. solches geschehen lassen müssen / vnd derselbigen hierin kein Ziel / oder Maß geben köndten. Certum est verba eiusmodi curialia, & animi affectum demonstrantia, consensum, vel obligationem non inducere, *cap. literæ. de iure codicillorum. & cap. cum venissent. de instit.* Fuluius Pacian. *consi. 153. numer. 23.* Tiber. Decian. *consi. 103. num. 23. lib. 2.* Quod autem verbis istis non consensum, sed summum, ex insolenti isto Legati Cæsarei facto conceptum dolorem significent, ex communi vsu loquendi notius est, quam vt vlla demonstratione indigeat. Idq; extra omnem dubii aleam ponitur, dissensu Ordinum ipsa Ferdinandi confessione diserte expresso sæpe *d. §.* Demnach: Welcher sich beyder Religions Stände nit vergleichen können. Quando autē dispositio est certa, & clara quæstionem omnē voluntatis cessare, tralatitium est *l. continuus. de verb. obligat. l. ille aut ille. l. non aliter. de legat. 3.* Pacian. *cons. 9. num. 8.* Quod vero ad adsecurationē, subscriptionem, sigillationem, insinuationem Decreti, ex quibus itidem consensum expressum, *in d. §.* Vnd nach dem / elicere conantur, iuris est minime † contro- 85
uersi quod dispositio, quantumuis generalis, restringi, ac limitari debeat, secundū præcedentia, Gl. *in auth. offeratur. de litis contest.*

*l. si cen-*

*l. sciendum. qui satisd. cog. l. non est nouum. & l. posteriores. de legib.* Dec. *consi. 179. colum. fin.* Crauetta *consi. 86. num. 5.* Purpuratus *consi. 401. num. 15.* nec referatur ad insolita, *cap. generali de reg. iur. in 6.* Fuluius Pacian. *consi. 7. num. 15.* Idque potissimum locum habet, quando generalis dispositio sequens, ad præcedentia expresse refertur. Certi enim iuris est, nihil censeri esse in referente, quod non sit in relato, *l. asse toto. de hæred. instit.* Sebast. Med. *in reg. iur. 10. num. 1.* Riminald. Iun. *in pr. Instit. de donat.* Paril. *consi. 21. num. 37.* Hieron. à Laurent. *decis. 124. num. 7.* Purpuratus *consi. 1. num. 15. consi. 12. nu. 13. consi. 128. num. 6.* Surd. *consi. 554. numer. 19.* Cacheran. *consi. 7. numer. 43.*

88 Et in specie, quod confirmatio † & approbatio intelligi debeat, secundum dispositionẽ relatam Beccius *consi. 55. n. 9.* Knich. *com. de Saxon. non prouoc. iure. verb. lit. prouoc. nescium. n. 92.* Felin. *c. cum dilecta. de rescript.*

Cum itaque sæpe *d. §.* Unnd nach. diserte expressum sit, de dicta reseruatione Ecclesiasticorum non consensisse Principes & Ordines, ac *§. fin.* Und wir die verordneten Churfürsten/ se expresse referat ad Decretum ac decisionem Comitialem præcedentem. Daß alle vnd jede Puncten/ also wie obstehet/ mit vnserm guten Wissen/ Willen/ vnd Rath fürgenommen/ dicta approbatio, assecuratio, signatio, subscriptio, & insinuatio, (quæ tamen non sunt de forma substantiali Decreti Comitialis, sed solẽnitas effectualis, quæ tribuit robur actui iam formato; sicut insinuatio donationi & cautio testamento, in casu *c. quanquam. de vsuris.* post Angel. *consi. 36.* vbi eleganter, quæ sint formæ substantiales declarat Felin. *in d. c. cum dilecta. de rescriptis. num. 6.*) ad ea, quæ contra formam Decretorum Comitialium perpetuam, & in specie disertam conuentionem Passauiensem, cuius hæc sunt verba: Daß auff diesem Reichstage / durch alle Ständte deß Reichs / mit jhrer May. ordentlichem Zuthun / *§.* Was dann folgendts / & *§.* Was dann: Was auff solchem Reichstage / durch gemeldte Ständte/ mit jhrer May. ordentlichen Zuthun/ geschlossen/ vnd verabschiedet/ absque consensu Ordinum, ex plenitudine potestatis adserta, Decreta sunt inserta, extendi non potest. Ac licet Ordines omnes

Au-

Auguſtanæ confeſſionis, præſentes & abſentium Legati, in extraordinariam inſertionē dicti articuli deſʒ Vorbehalts/ diſerte in adſecuratione, ac ſubſcriptione expreſſe conſenſiſſent, ſeque in ſpecie iſtam reſeruationem Eccleſiaſticorum approbaſſe, & pro expreſſa habere, confeſſi eſſent, cum iuris ſit explorati, quod celebrantes actum, † in quo certa forma (quæ per ſe eſt indiuidua, 89
Cephalus *conſ. 480. num. 33.* Decian. *conſ. 72. nu. 31. lib. 2.* ita vt etiam vtile per inutile vitietur, Rol. à Val. *conſ. 72. n. 66. li. 3.* Fab. Turret. *conſi. 47. nu. 15. & 16.* requiritur, ea vel in minimis Dec. Portius, Imola, Ruin. & alii relati à Rol à Valle *conſi. 60. n. 82. li. 4.* Riminal. Iun. *conſ. 467. n. 13. li. 4.* Fab. Turret *con. ſ 47. n. 34.*) non ſeruata corruat † actus, etiamſi dicat, q; velit actū valere, pro vt melius valere 90
poteſt, & ſi nō vallet q; ago, vt ago, nō valeat ét. vt valere poteſt, quia vitiū eſt in forma, text. inſignis *in c. vnico.* & ibi Dominicus & Philippus Francus *de poſtulat. Prælat. in 6.* Bart. Io. de Imola *in l. 1. §. ſi quis ita. de verbor. obligat.* Bald. *in leg non codicillum. Cod. de teſtamentis.* Quando enim à lege, † vel homine actui certa eſt data 91
forma, paria ſunt agere contra, vel citra, text. notabilis *in cap prudentiam.* & ibi notat Panormit. *in 4. notabili. de officio delegati.* Albericus de Roſate *ad municipalem.* Euerh. *in loco à defectu formæ. nu. 2.* Tiberius Decian. *conſ. 46. nu. 2. vol. 2.* Vt enim omnis forma & ſolennitas, ſic præſertim hæc, de ſanciendis legib. ac Decretis imperialibus, extra † omnem controuerſiam eſt iuris publici, *l. 2. de* 92
*teſtamentis. l. nemo poteſt. de leg. 1.* cui pactis, conuentionibus, confeſſionibus, ac remiſſionibus partium nihil derogari poteſt, *l. ius publicum. de pactis.* Anton. de Butr. *in c. prudentiam. in princ.* ibi *partium conſenſus. de officio delegati. & in c. ſi diligenti. de foro competenti.* Bart. *in l. de his. de tranſ.* Ioan. de Imola *in l. quicquid aſtringendæ. de verb. oblig.* vbi dicit, quod ſi millies partes ſint in concordia, vt forma non ſeruata habeatur, nihil operabitur talis conuentio, vel voluntas eorum. Idem Angelus *in clem. appellanti. de appellat.* exacte Felin. *in c. cum dilecta. de reſcriptis.* Allegatum denique Decretum Auguſtanum, anno 1559. nullam controuerſi iſtius articuli deciſionem, ſed vt anni quoque 1566. nudam tantum Decreti Auguſtani, anno 1555. cuius *d. §.* Vnd nach dem/ non tantum à forma De-

cretorum Comitialium communi, sed à transactione Passauiensi exorbitantem, partem non esse ostendimus, repetitionē. Declaratio autem & confessio Imperatoris Ferdinandi, de qua Autor Autonomiæ, *d. par. 3. cap. 19. fol. 251. & fol. 353.* in causa propria, absque Ordinum consensu, iuri imperii publico nihil derogare potest.

93 Veram quoq; mentem † constituentium fuisse, de pace generali, obseruantia postea secuta, dispositionū omnium interpres, ostendit.

De tot enim in Germania, post editam istam de pace Religionis constitutionē Religionis mutationib. nulli Archiepiscopo, vel Episcopo, Augustanam confessionem amplexo, litem, vel in aula, vel in Camera Cæsarea motam, multo minus, secundū nullum & inualidum illum articulum iudicatum esse, notissimū est. Quemadmodū ea de re grauissime scripsit ad Capitulum Coloniense, an. 1583, Serenissimus Elector Palatinus, Ludouicus, in actis ab Archiepiscopo Coloniensi Gebhardo, an. 1583. publice editis, cuius hæc sunt verba: So ist auch am Tage / daß solcher Artickel / nie in seine Würcklichkeit kommen / oder jemaln wider die Geistlichē / die sich zu der Augspurgischē Confession bekant haben / exercirt / sondern seyn deren viel / vngeacht in religione fürgenommener Enderung / bey ihren Ertzbisthumen / vnd Prælaturen gelassen / vnd für gehorsame Stände / vnd angehörige deß Reichs / nit weniger / dann andere Geistliche / erkant worden / auch aller Beneficien / Würden / Digniteten / die solchen Ertzbisthumen / Bisthummen / vnd Prælaturen vor Alters anhängig / deßgleichen auch aller Reichs Constitutionen / Satzungen / vnd Ordnungen / auff Reichs / Deputation / vnd andern Tagen / am Keyserl. Cammergericht / vnnd sonst aller thalben / gleich andern Geistlichen / fähig gewesen / vnd noch / also dz die Stände Augspurgischer Confession / in wolherbrachter rühiger cōtrarii iuris possessione, vel quasi seyn / daß nemlich / kein Geistlicher Standt / der geänderten Religion halben / sein Ertz / oder andern Stifft / zu verlassen / vnd davon abzutretten schultig.

94 Etsi enim Gebhardus † Truccesius, Archiepiscopus & Elector Coloniensis, an. 1582. ducta vxore Agneta Mansfeldica, publica

decla-

declaratione volũtatis suæ, de doctrina Euangelii, & administratione Sacramentorũ, cum verbo Dei & confessione Principũ & Statuũ Augustæ Carolo V. Imperatori oblata, cõgruente, subditis suis permittens, iuxta pacẽ de libero Religionis tam Põtificię, q̃ Augustanæ cõfessionis, exercitio datã, dignitate omni sit exutus: Id tamen nõ præcedente legitima aliqua Cæsaris, vel imperii totius, tanquã iudicum competentiũ, cognitione, sed à Io. Francisco, Episcopo Vercellensi, solo mandatu Pontificis, ausu temerario attentatũ est. Cæsar enim tantum abest, vt aperte de amissa propter mutationem religionis, secundum nullam & inualidam istam exceptionem, deß Geistlichen Vorbehalts / dignitate pronunciarit, vt etiam per tres Electores vicinos, Moguntinũ, Treuirensem, & Palatinum, qui ea de causa Biengæ conuenere, rem inter Gebhardum & Capitulum amice componere tentarit.

In Camera, etsi Gebhardvs de vi sibi armata manu illata, externo quoq; milite in Germaniã introducto quereretur, & secundum constitutionem imperii mandata auocatoria petebat: odio tamen mutatæ religionis, maiore pontificiorum adsessorum parte superante, frustra reclamantibus Augustanæ confessioni addictis Senatoribus, & non de ipsa controuersia principali; an nimirum §. ille Vnd nach dem / sit pars constitutionis, nec ne, (de quo tamen si ambigatur, rem ad vniuersum imperium, cuius vt ferre, sic etiam interpretari sit leges imperii publicas) sed de pace saltẽ ac tranquillitate publica in imperio tuenda, agi monentibus, denegati sunt, vt patet ex Symphoremate Supplicationum Adriani Gylmanni *par. 1. tit. 3. de Religione*. Sic igitur Principem & Electorẽ imperii, à Legato Pontificis, non tantũ Ecclesiastica sed summa quoq; dignitate politica in imperio exutum vidimus, cũ summo, & æterno totius imperii, inprimis vero sublimis Electorum Collegii dedecore & probo. Qua de re grauissime † ad Cæsarẽ Rudolphum II. scriptum fuisse ab Electoribus Saxone & Brandeburgico: Maximam nimirum iniuriam imperio fieri, & cum Cæsareæ Maiestatis contemptu coniunctam, si tantum Pontifici Romano tribuatur, vt indicta causa pro arbitrio, Septemuiros creet, aut destituat, contra pacem Religionis Augustæ Vin- 96

 deli-

delicorum sancitam, refert Thuanus *Historiar. lib. 78.* Idem Ludouicum Palatinum Septemuirum, pro suo, ac maiorum perpetuo libertatis ac dignitatis imperii, à seruitute Pontificia vindicandæ studio, cognito post Pontificis interdictum, in Præsulem Ernestum Bauarum electum, literas acerbitatis plenas ad Cæsarem dedisse, quibus testatus, occasionem Pontificiæ censuræ colloquii istius mandato Cæsaris, de motu Coloniẽsi instituti, spem præcisam, Cæsaremque excommunicationem Romanam tam indignam, ratam habere, & in imperio ad propriæ, aliorumque Principum & Ordinum dignitatis imminutionem, & contemptum, ei locum dare: Pontificem falcẽ in alienam messem immittere, & in dicta causa membrum clarissimi Septemuirorum Collegii, sua dignitate spoliare, idque paucorum conspiratione factum, quod nunc, proh dolor, Cæsaris autoritate, perniciosissimo imposterum exemplo cõfirmetur. Etsi autem † Collegium
98 Coloniense hoc παρεκβατικὸν, & Tyrannicum Pontificis factum, exemplis quibusdam Præsulum eiusdem, & aliarum Ecclesiarum, vi censuræ Ecclesiasticæ ab Archiepiscopatu deiectorum, ac pulsorum, relatorum à Thuano *dicto libro* Guntario nimirum Coloniensis, & Tergandi Treuerensis, à Nicolao V. Adolphi ab Altena, item Theodorici Montensis, Hermanni denique Weidensis, ob eandem causam, mutatæ nimirum Religionis, dignitate sua Archiepiscopali ab eadẽ Ecclesia Coloniensi moti: Tamen præterquam, quod non tam quid Romæ factum, sed quod fieri debuit, spectandum sit: Id eo tempore factum est, quo densa caligine Germanorum mentes ita obductæ fuerunt, vt penes Pontificem tam sacra, quam prophana omnia moderandi arbitriũ esse credebant. Quod vero dicti modo Hermanni Weidensis quoque adducitur exemplum, id prioribus per omnia simile non est: Is enim propter mutatam Religionem, non à solo Pontifice, sed primum à Cæsare in ius vocatus, ac licet deinde quoque à Paulo Tertio, cum Henrico Stolbergio, primariæ Ecclesiæ Coloniensis Decano, & aliquot eiusdem Collegis, illustri genere natis, Romam sit citatus, tamen non vi sententiæ latæ à Pontifice, nec ẽt, mandato Philippi Lalengi, & Viglii Zuichemi, ex Co-

ex Comitiis Augustanis armatis, à Cæsare prope tunc victore, legatorum, sed Guilielmi Ducis Cliuensis, & aliorum amicorum persuasione, vltro remisso subditis iureiurando, Archiepiscopatu cessit, vt vere narrant Sleidanus *com. libr. 18.* Chytræus *in Chronico fol. 470.* Thuan. *Historiar. libr. 11.* Eaque omnia ante latam de Pace Religionis legem. Cum vero opinione ea, qua sola Pontificis autoritatem consistere, in media Italia Iouius *libr.* 2. scribere non dubitauit, feliciori hoc seculo, non tantum maxima Germaniæ, superioris & inferioris, ac potissima Europæ parte, Anglia nimirum, Scotia, Dania, Suetia, magna quoque Galliæ & Heluetiæ sublata Pontifex, ab iis etiam Ecclesiis & Nationibus, quæ in Aphrica, Ægypto, Syria, Oriente, Asia, & Græcia, nomen suum inter Christianas Ecclesias, pro incongruo & incompetente iudice reiectus: Decretoque imperii anno 1555. Religionis tam Catholicæ, quam Augustanæ confessionis, liberum exercitium Ordinibus omnib. imperii, tam Ecclesiasticis, quã Politicis, verbis vniuersalibus sit permissum: sæpedicto §. Vnd damit: in verbis So sollen die Keys. May. wie auch Churfürsten / Fürsten / vnnd Stände deß heyligen Reichs / keinen Standt deß Reichs / von wegen der Augspurgischen Confession / vnd derselben Lehr / Religion / vnd Glauben / Kirchen-Gebräuchen / Ordnungen vnd Ceremonien / so sie auffgerichtet / oder nochmals auffrichten möchten / in jren Fürstenthumben / Landen vnd Herrschafften tringen / oder durch Mandat oder in einiger anderer gestalt beschweren. Id est: Nec Cæsar, nec Electores, Principes & Ordines imperii, vllũ Statũ imperii, ꝓpter Augustanæ cõfessionis Religionem, ritus, ac ceremonias institutas, vel instituendas, vi opprimant, iisq; mandatis, vel aliis modis graues molestiq; sint. Publica deniq; imperii lege, tam Põtificis, quam Episcoporum aliorum iurisdictio Ecclesiastica, cõtra Augustanæ confessioni addictos Ordines, quatenus per eam liberũ iurisdictionis exercitium impediri possit, vsque ad plenam controuersiæ Religionis compositionem, ac definitionem, expresse in imperio suspensa sit, §. Darmit / dicto Decreto Augustano, idque tot annorum obseruantia, qua mens & intentio constituentium maxime declaratur, *l. minime. & l. si de interpretatione. de legib.*

*c. cum dilectus. de consuetud.* Fuluius Pacian. *consi. 161. numer. 11.* Tib. Decian. *consi. 24. num. 31.* Menoch *consi. 191. num. 19. lib. 2.* Becc. *consi. 101. nu. 49. lib. 1.* Bertazol. *consi. 166. nu. 20.* Fab. Turret. *consi. 99. nu. 2. 3. & 4.* sit confirmatum, vi ac tyrannide, in Principem, ac Electorem imperii hac potestate vsum esse Pontificem, manifestum est.

99 Hanc quoque Cæsaris † in re tam ardua, ac fundamenta ipsa Reipublicæ attingente, dissimulationem, & quod Septemuiris restitutionem Gebhardi Archiepiscopi, & Septemuiri, à Pontifice nouo, & nusquam in imperio audito exemplo, ignaro Cæsare, pro sua libidine, ex capite illo des Geistlichen Vorbehalts/ ab Ordinibus minime probato, sed mutis ac contradicentibus illis, Decreto Augustano inserto, loco ac dignitate sua remoto, vrgentibus, quodque temerario hoc ausu saluberrima simul lex illa, qua Germaniæ totius tranquillitas hactenus conseruata sit, tolleretur, grauissime ferentibus, nihil respondere potuerit, inter exteros quoque notat vir summi ingenii & candoris Thuanus *Historiar. libro septuagesimo octauo*, his verbis: Nihil ad hoc caput Cæsar, quod tanquam scopulum prateruectus, respondit.

100 PORRO, QVÆ hactenus † de Cæsarum Germanicorum, non Pambasilica, sed Aristocratica, ac certis metis ac limitibus circumscripta, ac definita potestate, firmauimus, nemini vel leuiter tantum in rebus ciuilibus versato, mira videri debent.

Si enim maria, & terras Europæ omnes circumspiciamus, nullum in ea Regnum, (Despotica enim Russorum, Turcarum, Tartarorum, & alia Asiæ & Affricæ Imperia, τῶν πολιτικῶν ὀρθῶν genere non continentur) reperiemus, in quo Regibus cuncta ex arbitrio, absq; Optimatum consensu, statuere liceat. De quo etiam Hottomannus *in Franco Gallia cap. 1.*

Etsi enim de regno HISPANIÆ Ioannes Genuesius Sepulueda, in Enarratione Politic. Aristot. *libro tertio. cap. 11.* in os Philippi Hispaniarum Regis, Regnum plenum, quale eo capite describit Aristoteles, in Castella, tum Gothorum tempore, tum

tum post Arabum & Maurorum inuasionem, cum sublato ab hostibus Rege Roderico, & rebus in extremum discrimen adductis, populares viro optimo & fortissimo detulisse dicat, cuius posteri iure hæreditario, annos plus octingentos, continenti successione regnent in Castella: Non omnia tamen inconsultis Regni Ordinibus, pro arbitrio, in iis præsertim, quæ ad summam Reipublicæ pertinent, agere Regem testatur Mariana *Historiæ Hispanicæ libro vigesimo primo, cap.* 1. vbi Fœdus inter Reges Castellæ & Arragoniæ, in conuentu Ordinum, iisque flagitantibus, instauratum esse narrat. Idem Philippum Regem conuentum Vallisoletum, quod de Reginæ captiuitate cogitarat, Ordinum consensu confirmari cupiens, instituisse ait, quæ & alia in rerum Hispanicarum Scriptorum, tam nouis, quam veteribus, passim occurrentia, dominatum omnino absolutum ac liberum minime euincunt.

Galliæ Regibus etsi Budæus quoque in Annotationibus prioribus ad Pandectas *in leg. Princeps. de constitutionibus.* Principum non tantum παμβασιλείαν, quæ imperium plenum ac liberum, πρὸς τὸ συμφέρον κοινὸν, sed δεσποτείαν, id est, imperium numeris omnibus dominationis consummatum, tribuat, ita vt omnia pro arbitrio statuant, omnia in potestate habeant, quique vt Iupiter ille Homericus, quoque se verterint, omnia circumagant, sola mortalitate à Ioue differentes: quorum tamen animi affectibus ac perturbationibus non sunt corrupti, resque Gallicas penitius cognitas ac perspectas habent, Regem in leges ac statuta iurare cogi, affirmat Claudius Seisellius, celebris Galliæ Iureconsultus, & Episcopus Massiliensis in libris *de Republica Galliæ*, & *Regum officiis* à Sleidano latine redditis. Et Chassanæus *in Catalogo Gloriæ mundi, consider. nona. part.* 7. vbi tantam Parlamenti Gallici authoritatem esse ait, vt si Rex solus de Republica, deque iure & prouentibus regni statuerit, ea sine huius Senatus Decreto non procedant. Idem affirmat Hottomannus *de iure Antiquæ Galliæ. cap.* 23. Et *in Franco-Gallia, capite vigesimo primo.* de conuentibus Iuridicialibus, vbi ait: etsi summam illam concilii autoritatem

Cape-

Capeuingii imminuere sint moliti, certorum Senatorum numerum in eius consilii locum substituentes, & augustum illud Parlamenti nomen, in illum Pragmaticorum & Iudicum consessum transferentes: inter alia tamen hanc ei autoritatem reliquisse: vt nulla regia lex, nulla constitutio rata esset, nisi cuius illi consiliarii autores comprobatoresque essent. Tempore item consecrationis in leges iurare affirmat Bodin. *de Republ. libro 6. cap 15.*

ANGLIÆ quoque Reges, etsi hoc tempore in asserenda libertate Regni à seruitute pontificia palmam vna cum Daniæ Regibus Principibus omnibus Europæis præripiunt, non παμβασιλείαν, sed κατὰ νόμον, ac certis limitibus circumscriptam potestatē obtinere, & in specie ex antiquis institutis aliquid tollere, vel nouas leges, nisi de concilii sententia, non posse cōdere testatur Polydorus Virgilius *Angliæ Historiæ, lib. 11. in Henrico Primo. fol.* 118.

Reliquorum autem Europæorum Regum, Hungariæ, Poloniæ, Daniæ, Sueciæ potestas exiguis sane finibus circumscripta est.

POLONIÆ enim Rex Senatu inconsulto, neque bellum indicere, neque fœdera inire, tributa, vectigalia, ac telonia noua instituere, neque alienare quicquam de bonis Regni, neque rem vllam maiorem ad Rempublicam pertinentem, statuere, aut facere: Leges vero nouas condere, pecuniam extra ordinem publice imperare, monetam signare, ne cum Senatu quidem posse, absq; consensu cæteræ nobilitatis, siue equestris & militaris Ordinis, penes quos nunc fere summam Reipublicæ esse, affirmat Cromerus *Poloniæ lib. 2.*

Rex HVNGARIÆ ante inaugurationem, iustitiam ac leges Regni se seruaturum iurat, de quo prolixe Bonfinius *Rerum Hungaricarum Decad. 3. lib.* 10. in descriptione ceremoniarum coronandi Regis. Et nuper Ioan. Iessenius à Iessen in descriptione coronationis Serenifs. Regis Matthiæ II. *fol. 17. & 25.* Vbi inter alia Regem libertatem, leges, sanctiones, & cæteras immunitates, ab antecessoribus regibus impetratas nunquam violaturum iurare narrat.

SVE-

Sveciæ quoque Regum potestas iuramento, quod singuli Principibus, Episcopis, Comitibus, tempore initi magistratus præstare coguntur in plurimis restringitur. In specie vero, quod nullum ius peregrinum in regnum inducere, nec Ordinibus nouam legem obtrudere velint, nisi eam sponte acceptarint, vt habet formula iuramenti Sigismundi Regis relata *in Exegesi Historiæ Sueciæ fol.* 119.

Idem, de Daniæ & Bohemiæ Regibus notius est, quam vt demonstratione aliqua indigeat.

## DE ELECTORVM CONVENTV, siue Comitiis Imperatoriis.

Particulares Conuentus quod attinet, inter eos dignitate primus est Electorum Caroli IV. Constitutione, quā Auream Bullam nominant, confirmatus. Causa autem huius conuentus, dicta constitutione Carolina præcipua & ordinaria est Imperatoris siue Regis Romanorum creatio: nam & extra ordinem ipsis quoque conuenire licet, dicta Aurea Bulla, §. & habetur in pactis inter Cæsarem & eosdem conuentis. De autore † instituti ordinis Septemuiralis, etsi ingens est conflictus scriptorum, quorum diuersa iudicia magna diligentia congessit Pet. Heig. *quæst. 3 par. poster.* Magno tamen consensu tam Germanici, quam Italici scriptores eum Otthoni Tertio nuncupant, quod & doctissimi nostræ ætatis viri sequuntur Simon Schar. *peculiari de hoc argum. conscripto libello.* And. Knich. *de priuil. Ducum Saxoniæ. verb. electorum.* 101
Mihi omnis de sanctione Ottoniana commentatio † opinabilis semper visa est. Solis enim coniecturis nititur, vltra quas nō progreditur, ac probabilior eorum sententia videtur, qui non certo aliquo vel Imperatorum, vel imperii vniuersi Constitutione, vel Decreto, sed tacito consensu Principum ac Ordinum imperii irrepsisse paulatim interueniente prolixitate temporis memoriā hominum superantis (quo titulo nullus melior ac firmior inuenitur *leg. si quis. si seruit. vindicet. l. fin. de aqua pluuiæ arc.* Mores enim omnem potestatem dant & auferunt *leg. cum prator. de iud.* Steph. Forcat. *in cupidine Iurisper. cap. 17. num.* 1.) Electorum hoc priuile- 102

gium introductum existiment. Cui constitutio quoque Carolina suffragatur, quæ nullam sanctionis antecessorum, (quod procul dubio, si extitisset, non prætermisisset) sed consuetudinis saltem, vel vsus longæui, quo ius Electionis introductum sit, facit mentionem: Aurea Bulla *tit. 1. in pr. in verb. iuxta antiquam & laudabilem consuetudinem.* Et sic *tit. 2. de electione regis Romanorum, postquam autem. vers. ac tit. de principib. Electorib. in communi. §. caterum. in verb.* Sicut potestatem habuisse dignoscitur ab antiquo. *§. 1. in verb sicut inuenimus hactenus competiisse.* Siue autem expresse, siue tacite facta sit prærogatiuæ Septemuiralis concessio; certum est ipsos Electores nemini præter vniuersum Principum ac Optimatum imperii Collegium eam acceptam ferre, vt testatur Albertus Archiepiscopus Moguntinus Elector, oratione grauissima habita in renunciatione Caroli V. Imperatoris recitata à Philippo Melanchto. *in Histor. electionis eiusdem Carol. V.* Sic enim ad collegas loquitur; Conciliabit & beneuolentiam principum, qui vobis tantæ rei arbitrium solis commiserunt, vt dominum ipsis, vt custodem publicæ salutis, vt Ecclesiæ orbis terrarum propugnatorem eligeretis. Idem affirmat Nicol. Cusan. *de concordantia catholica. lib. 3. c. 4.* Mich. Coccinius *de imperii à Gracis ad Germanos translatione.*

103 An ius eligendi pertineat † ad Electores tanquam singulos, an vero tanquã collegium? Et ad eos tanquam singulares personas pertinere male arbitratur Hostiens. *in c. venerabilem. de elect.* quem neruose confutat Lipoldus Babenberg. *de iure regni & imperii Romani c. 6.* vbi ad eos tanquam collegium & vniuersitatẽ pertinere ostendit, ac proinde habendam eorum electionem, ac si à tota vniuersitate principum & populi, à quib. in ipsos ea potestas translata est, facta esset, *argu. l. item eorum. §. si decuriones. Quod cuiusq. vniuersit. nomin. & c. vlt. de preb. in 6.* id quod diserte probatur sæpe dicta Constitutione Carolina *tit. de electione Romanorum Regis. §. præstito. in verb. nisi prius maior pars ipsorum temporale caput mundo elegerit.* & *§. posteaquam,* ibi *posteaquam in eodem loco ipsi vel pars eorum maior numero elegit, talis electio perinde haberi ac reputari debet, ac si foret ab ipsis omnibus nemine discrepante concorditer celebrata.*

Comitia

Comitia porro † imperatoria dicuntur, aut libera omnino, 104
aut quasi coacta. Libera † quæ Imperatore, qui nullum successo 105
rem ante obitum designauit, mortuo sunt habita, qualia † fue- 106
runt Henrici primi Saxonis, Conradi primi Franci, Lotharii 2. Saxonis, Conradi 2. Sueui, Friderici Barbarossæ, Philippi, Ottonis 4. Henrici Landgrauii Thuringiæ, Guilielmi Comitis Hollandiæ, Rudolphi primi, Adolphi, Albertorum 1. & 2. Henrici 6. & 7. Ludouici Bauari, Caroli 4. Ruperti Sigismundi, Friderici 3. & Caroli 5. Imperatorum. Non adeo libera & quasi † coacta ap- 107
pellat Onuphrius Panuinus *de comit. imperator. titul. Qua ratione Imperatores Franci creari mos fuerit*. Cum Imperator scilicet viuus more veterum Principum Romanorum imperii successorē designari curat. Qua ratione 3 † Otthones, 4. Henrici 2. 3. 4. & 6. 108
Fridericus, Wenceslaus, Maximilianus primus, Ferdinandus, Maximilianus 2. & præsens Imperator gloriosissimus Rudolphus 2. viuentibus antecessoribus Reges Romanorum creati fuerunt. Onuphrius *d. loco.*

Habendi autem Comitia imperatoria casu per mortem Cæsaris defuncti vacantis imperii, eaq; Electori † Moguntino tan- 109
quam Decano Septemuiralis Collegii edicendi constitutione Carolina permissum esse minime ambigitur. An vero idē quoq; liceat Imperatore superstite per Carolinæ constitutionis leges infra *c. 5.* exponemus.

MODVS vero ac forma † eligendorum Regum Romano- 110
rum copiose describitur *d. constit. Caroli 4. tit. 1. § praeterea statuimus. & seq.* item *tit. 2. de electione Regis Roman.* ac *tit. 4. de principibus Electoribus in commu.* repetita ab Onuphrio Panu. *de comit. imperator. varii ritus post imperii Electorum institutionem in imperio exorti* enumerantur. Plura de his ex descriptione Electionis Caroli V. à Philip. Melanch. edita. Item apud Sleidanum eandē historiam copiose enarrantem cognoscere licebit. Et ex Petro de Andl. *in tract. de iurib. Romani imperii.*

## DE REGIMENTI CONVENTV.

Quantum ad Regimenti † conuentum attinet, obseruandum 111

est, patrum memoria omnem ferme imperii administrandi vim ac potestatem penes Comitia fuisse, ideoque tempore Maximiliani I. in Comitiis Wormatiens. anno 1495. decretum fuit, vt Electores, Principes ac Ordines omnes quotannis statis temporibus ac locis conuenirent, ac quæ ad pacem ac salutem publicam pertinerent, consulerent ac statuerent. Cum vero vniuersi
112 Ordines † absque ingenti sumptu ac molestia commode toties conuenire non possent, ac eiusmodi sæpe negotia inciderent, quæ absque insigni periculo ac detrimento reipubl. ad conuentum eiusmodi differri non possent, placuit in Comitiis Augustanis anno 1500. Maximiliano & Ordinibus præter Imperatorem, vel eius Legatum 20. personas ex Ordinib. eligi, qui essent loco Senatus imperialis, *titul. 1.* dicti Decreti Augustani, Von den Zwantzigen / so zu der Königlichen May. vnnd deß heyligen Reichs
113 Regiment geordnet / *& aliquot seqq.* His ab Imperatore & † imperii Ordinibus coniunctim plena potestas data fuit, ius & iustitiam administrandi, ac de quibuscunque subditorum querelis cognoscendi ac statuendi, pacem ac tranquillitatem publicam tuendi, Bella contra Turcas, ac alios imperii hostes suscipiendi, Ordin. Regimenti Augustanæ anno 1500. *tit. 1. 2. ac* 10. ac declaratione pacis publicæ eiusdem anni *tit. 6. & 7.* ac postea generaliter vniuersa potestas, quæ toti imperio in Comitiis competit d. Decreto Augustano *tit.* Von deß Reichs Regiment / Macht vnnd Gewalt.

114 Hæc Regimenti † constitutio, etsi Caroli V. quoq; tempore repetita, ac personis aliquot aucta fuit, tamen postea in multis modificata; & tandem crescente Caroli autoritate ac potentia plane in desuetudinem abiit.

## DE DEPVTATORVM CONVENTV.

115 Deputatorum † conuentus Decreto Augustano, anno 1555. primo institutus, eam ob causam, vt mole negotiorum ingruente, quæ in publicis imperii Comitiis explicari non possent. à Cæsare & Ordinib. delectis, quos vulgo Deputatos vocant, tractentur

tur, eius cõuentus personæ ab imperio hæ † sunt nominatæ. Legatvs siue Commissarius Cæsareus, Sex Electores, tres Ecclesiastici, Moguntinus, Treuirensis, Coloniensis, ex politicis Palatinus, Saxonicus, & Brandeburgicus, ex Principibus quatuor, Ferdinandus Archidux Austriæ, Melchior Wirtzburgensis, & Wilhelmus Monasteriensis Episcopi, Albertus Dux Bauariæ: ex Prælatis Gerwigius, Abbas Weingartensis & Ochsenhusanus: ex Comitum & Baronum ordine Fridericus Comes Furstenbergensis, ex liberis imperii ciuitatibus Colonia & Noriberga dicto Decreto Augustano. §. So sich dann abermals. Et cum personalis † antea esset de officio horum dispositio, Decreto Augustano anno 1559. vt ad hæredes eorum transiret, constitutum ac priorib. † in principum Ordine Dux Iuliacensis & Landgrauius Hassiæ adiuncti sunt §. Auff daß dann dißfals. Quibus postea Episcopus Constantiensis, Dux Burgundiæ, Iulius Brunsuicensis, & Ioannes Fridericus Pomeraniæ Duces, accessere, d. Decreto Spirensi anno 1570. §. Vnnd darmit. Causa huius conuentus ordinaria † est, si graues adeo motus oriantur in imperio, quibus compescendis vires vnius, trium vel quinque circulorum non sufficiant, & Capitanei eorum vniuersorum circulorum auxilio ac subsidio opus esse censeant, hi cum Legatis & adiunctis † suis rem totam Electori Moguntino scriptis ad eum literis exponunt, cui tanquam Archicancellario ac nomine & loco Imperatoris Principes & Ordines Deputatos Francofurtum conuocandi est potestas, d. Decreto Spir. §. Im Fall. §. Wo nun. §. Vnd sollen. & §. So sich dann. Loco autem & tempore indicti conuentus, siue ob causam, quam diximus ordinariam, siue, vt sæpe fit, extra ordinem imperii Decretis negotia quædam eo remittantur, eadem pene forma ac modus, qui in Comitiis vniuersalibus obseruatur. Legati enim, quam primum aduenêre, nomen ac mandata sua edunt apud Moguntinos. Commissarius autem Cæsareus re cum electoribus communicata capita deliberationis scripto comprehensa Ordinibus omnibus ad curiam plerumque ciuitatis conuocatis proponit, ac singulis dat describenda, postea licet initio inter selectos, vt à Principibus Comitibus ac ciuitatibus adseri-

tur, paria ferendorum suffragiorum iura, ita vt omnes ac singuli viritim sententias eo quē in imperii consessu ordinem obtinent, dicerent, ac quod maiori parti placuerit, spectatum fuerit: hoc tamen tempore ita obseruatur, vt descriptis capitibus propositis vniuersi in duas classes discedant, Electorum ac Principum, ac in singulis quidem classibus singuli viritim sententiam dicant: ius tamen omne suffragiorum inter Ordines in duas partes diuidatur, quarum vnam ac prærogatiuam Electores, alterā, sub qua Principes tam Ecclesiastici, quam profani Ordinis, Prælati, Comites ac Ciuitates, deterioris hic, quam in generali conuentu conditionis continentur obtineant. Vt vero in vniuersum quid statui possit, necesse est, vt duæ hæ curiæ Ordinum consentiant inter se & cum ipsis Legatus Cæsareus, ad eum omnino modum, quo senatus imperialis vniuersi consultum fieri, diximus: Nec Cæsareani ordinibus, nec hi illis præiudicant, nec si Cæsareanis vna ordinum curia vel contra, hi sese alteri earum addant: sed inter sese omnes conuenire, vel rem indefinitam manere necesse est, idque expresse statuitur allegato Decreto Augustan. anno 1555. §. Vnd im Fall. *vers.* Alsdann sollen die Churfürsten Deputirte Fürsten vnd Stände jhre Räthliches Bedencken / jederzeit an dieselbige jhre Liebden / vnd Keyserliche May. oder vnsere Commissarien gelangen lassen / vnd darüber sich jhre Liebde / vnd sie mit jhnen an statt der Keyserl. May. oder vnser als der Häupter / wie bräuchlich / vnd herkommen / vergleichen vnd vereinigen. Id est: Tunc Electores & delecti vel Deputati Principes & Ordines, sententiam suam ad Cæsarem, vel delegatos nostros referāt, ac de negotio proposito, vti moris est, inter se conueniant.

121 Circulorum † vel regionum prima fit mentio in ordinatione Regimenti Augustana Maximiliani I. An. 1550. *tit.* Wie zwantzig Persohnen in das Regiment genommen seyn. §. *final.* Vbi supplendo senatui reipubl. administrandæ legendisque præter cæteros im-
122 perii senatoribus † 6. circuli constituti sunt Francicus, Bauaricus, Sueuicus, Rhenanus, Westphalicus, Saxonicus. Idque repetitur ord. Regimenti Carolina Wormat. anno 1521. §. die andern Sechs Persohnen / iidem circuli binorum Adsessorum Cameræ

nomi-

nominationem habent. Ordinat. Cameræ Maximiliani I. const. Constant. Anno 1507. §. 1. & Ordin. *part. 1. tit. 1.* §. Deßgleichen sollen. Petr. Denaill. *iuris Cameral. tit. 72. verb. circulis seu regiones. nu. 2. & tit. 12. verb. Adsessorum nominatio. num. 1. 2. & 3.* Postea iustitiæ in imperio † pacique publicæ sanctionibus tuendis, atque sententiis, mandatis, aliisque rebus exequendis diuiso Saxonico Westphalico & Rhenano sex illis circulis quatuor additi; Austriacus, Burgundicus, Electorius Rhenanus, & superior Saxonicus, atq; ita decem constituti sunt Decrete Coloniæ, an. 1512. ac declaratione Cõstitutionis *de pace publ.* Caroli V. Norinbergæ, anno 1522. Quantum † ad conuentus circulorum sunt ii, vel generales, vel particulares. Generales † sunt ordinum vniuersorum circuli. 113 114 115

Quorum autem Principum & Ordinum interuentu circulorum conuentus celebrentur, etsi ex singulorum descriptione relata in constit. de pace publica, Norinberg. Anno 1522. *Tit.* Hernach folgen die Zehen Kreyß / wie / vnd in welche Ort die in das Reich außgetheilet: aliquo modo intelligi potest, quia tamen magis ad loca ipsa ac territoria, quam ad personas ea refertur, pleniorem eorum delineationem, non tantum prouincias, sed & personas & status, ex prima institutione continentem, subiiciendam putauimus. In qua tamen obseruandum, Ordinum in singulis circulis relatorum quosdam progressu temporis à potentioribus exemtos, quosdam plane ab imperio auulsos, & extinctos esse. 116

Primus Circulus Austriacus, qui Austriam, Carinthiam, Carniolam, & Comitatum Tyrolensem complectitur, in quo:

Archiduces Austriæ,

Episcopi:
- Tridentinus,
- Brixiensis,
- Gurcensis,
- Steckauiensis,
- Lauantinus.

Baiuliuus Austriacus.

Här-

COMITES { Hardeccii, Wolkensteinii, Losensteinii, Rogendorphii.

## II. CIRCVLVS BVRGVNDICVS,

Rex Hispaniæ, ratione Burgundiæ, Geldriæ & aliarum prouinciarum Belgicarum.

COMITES { Nassouiensis, Egmondani, Bergenses, Bredamenses, Motenses, & Waltzenses.

## III. ELECTORIVS RHENANVS,

in quo comprehenduntur

ELECTORES { Moguntinus, Coloniensis, Treuirensis, } Ecclesiastici. Palatinus Rheni.

COMITES { Nassouienses in Beilstein, Neuenarii, Reifferscheitenses, Salmenses, & Barones in Reifferscheidt. Leineccenses, Dn. in Nidereisenberg.

Baiuliuus Confluentinus,
Abbas S. Maximini,
Præpositus Sulzensis,
Ciuitas Gelhausen.

REGES BOHEMIÆ ad conuentus quidem circulorum nõ vocantur, quando tamen milites, vel pecunia aliis Ordinibus imperantur, tanquam Imperii Status, & membrum, 400. Equites, & 600. Pedites ad singulos menses mittere tenentur, etsi huc

hoc tempore propter belli Hungarici molem, se à præstatione eorum immunes arbitrentur.

## IV. CIRCVLVS SAXONIÆ SVPERIORIS.

Elector & Duces Saxoniæ,
Elector & Marchiones Brandenburgenses.

Episcopi { Meisnensis, Merseburgensis, Naumburgensis, Brandeburgensis, Hauelbergensis, Libusiensis, Caminensis.

Duces Pomeraniæ.

Abbatissæ principali dignitate eminentes { Quedlinburgensis. Gerenrodensis.

Principes Anhaltini,
Burggrauii Misnenses.

Abbates { VValkenridensis, Salfeldensis.

Comites { Schwartzburgenses, Mansfeldenses, Stolbergenses, Rappinenses, Honsteinii in Lora & Klettenberg, Barbienses.

Barones { Russi in Gera & Cranichfeld. Schönburgii in Glaucha & VValdenburg.

Item, Schenkii à Tautenberg,
Reinenses,
VVillenfelsii.

CIVITATES { Gedanum,
Elbinga.

V. CIRCVLVS FRANCONICVS.

EPISCOPI { Bambergensis,
Wirtzburgensis,
Aichstatensis.

Magister Ordinis Teutonici,
Marchiones Brandenburgici, tanquam Burggrauii Nuribergenses,
Principes & Comites Hennebergici.

ABBATES { S. Ægidii Noribergæ,
Heilbrunnensis.

Præpositus Cambergensis,

COMITES { Castellani,
Rineccii,
Hohenloii.

BARONES { Schwartzenbergii,
Schenkii Lympurgici.

CIVITATES { Noriberga,
Rottenburg,
Winsheimium,
Schweinfurtum,
Weissenburg ad Neccarum.

VI. BAVARICVS NORICVM ET
Bauariam continens, in quibus

Archiepiscopus Saltzburgensis,

EPISCOPI { Passauiensis,
Ratisbonensis,
Frisingensis.

Duces.

Duces Bauariæ,
Landgrauii Leuchtenbergenses,

Abbates: Kembsensis, Rodanus, S. Hamerani Ratisbonensis, Kaisersheimensis, VValdsaxensis.

Abbatissa Monasterii superioris Ratisbonensis,
Abbatissa Monasterii inferioris ibidem.
Præpositus Berchtelsgadensis.

Comites: Ortenbergenses, Hartzenses.

Barones: Staustenses in Ehrenfels, Tegenburgici, In Obersultzber, Maxelreinu.

Ciuitas Ratisbona.

VII. SVEVICVS,
in quo

Episcopi: Augustanus, Constantiensis. Curiensis.

Dux VVirtenbergensis,
Marchiones Badenses.

Abbates: Reichenauiensis, S. Galli, Salmansweilensis, VVeingartensis, VVeissenauiensis, S. Blasii, S. Petri, in sylua Hercynia. Maulbrunnensis, Schaffhusanus,

ABBATES
- Steinensis ad Rhenum,
- Petershusanus Constantiæ,
- Creutzlingensis,
- In Pfeffers,
- S. Ioannis in Dürthal/
- Schustenrietensis,
- Rockenburgensis,
- Ochsenhusanus,
- Lauingsbrunnensis,
- Marthalensis,
- Elchingensis,
- Isnensis,
- Muncherodanus,
- Auerbergensis,
- Vrsinensis,
- Gengenbacensis,
- Brackenritensis.

ABBATISSÆ
- Lindauiensis,
- In Rothmunster,
- Bathoniensis,
- Heppacensis,
- Gusencellensis,
- Barnthanus,
- Baiuliuus Alsatiæ & Burgundiæ.

Præpositus Werthusanus,

COMITES
- Helffensteinii,
- Otingenses,
- Lupfenses,
- Werdenbergenses,
- Zolleriani,
- Furstenbergii,
- Montisferrati,
- Ebersteini,

Sultzen-

Comites:
- Sultzenses,
- In Liechteneck,
- Zimmeriani,
- Teugii.

Barones:
- Truccesii Waltburgenses, S. Romani Imperii Dapiferi Hereditarii,
- Fronsbergii,
- Stauffenses,
- Falckensteinii,
- Romusfeldenses,
- Graueneccii,
- Arbogasti,
- Baumgartneri,
- Fuggeri,
- Freibergii,
- In Konigseckersberg.
- Societas nobilium Clypei S. Georgii,
- Nobilitas Hegouiæ.

Civitates:
- Augusta,
- Kauffbeuren,
- Vlma,
- Memminga.
- Campodanum,
- Biberacum,
- Isna,
- Leikirch,
- Wangia,
- Lindaw,
- Rauenspurg,
- Buchorn,
- Vberlingia,
- Constantia,
- Phullendorph,
- S. Galli,

CIVITATES
- Schaffusium,
- Reutlinga,
- Eslinga,
- Weil/
- Heylbrunn/
- Wimpffen/
- Hall/
- Dünckelspül/
- Popffingen/
- Gengen/
- Aelen/
- Nordlingia,
- Werdt/
- Buchaw am Federsee/
- Offenburg/
- Zoll am Hamersbach/
- Rottweil.

## VIII. CIRCVLVS RHENI SVPERIOR.

EPISCOPI
- Wormaciensis,
- Spirensis,
- Argentinensis,
- Basiliensis,
- Vesontinus,
- Wallensis vel Sittensis,
- Losanensis,
- Metensis,
- Tullanus,
- Virdunensis.

Magister Ordinis Equitum Hierosolymitanorum Diui Ioannis.

Comites Palatini Rheni, ratione Comitatus Spanheimii.

Landgrauii Hassiæ,

Duces

Duces Lotharingiæ,
Duces Sabaudiæ,
Princeps Schlaunensis.

Abbates { Fuldensis, Hirsfeldensis, Murbacensis, Monasterii in Valle Grogoriana. Phriemensis.

Abbatissa Kauffingensis.

Præpositi { VVeissenburgensis, & Oddenheimius.

Comites { Nassouienses, & Sarbruccenses. Comites Rheni, Falkensteinii, Bitschii, Hanouienses, Salmii, VViltgrauii, Leiningii, Stolbergii respectu Comitatus & Baronatus Königstein & Epstein/ VVesterburgii, VVitgensteinii, VValdecii.

Barones { Kriechingii, Morsburgii, & Befortenses, Rappolsteinii, Sickingii, Plessii, Falckensteinii.

Collegia

Collegia Nobilium in arcibus Geilhausen & Fridberg.

CIVITATES:
- Basilea,
- Keysersberg/
- Türckheimb/
- Monasterium in Valle Gregoriana,
- Oberneheinheimb/
- Colmaria,
- Argentina,
- Rosheimium,
- Sletstadium,
- Haganouia,
- Cronweissenburg/
- Landaw/
- Mulhusium Alsatiæ,
- Spira,
- Wormatia,
- Francofurtum ad Mœnum,
- Fridberg,
- VVetzlaria,
- Metis,
- Tullum,
- Virdunum,
- Kauffmans-Sarbrück/
- Vesontio.

## IX. CIRCVLVS VVESTPHALICVS.

EPISCOPI:
- Paderbornensis,
- Leodiensis,
- Vltraiectinus,
- Monasteriensis,
- Osnabruggensis,
- Cameracensis,
- Mindensis,
- Verdensis.

Duces

Duces Iuliacenses, Cleuenses & Bergenses,
Duces Geldriæ,

Abbates: Stabulensis, Werdensis, Monasterii S. Cornelii, Heruordensis.

Abbatissa Essensis prope Dusseldorpium,

Comites: Frisiæ Orientalis, Nassouii in Dillenberg/ Oldenburgii, Schaumburgii, Lippii, Tirnbergii, Manderschidtii, Wiedenses, Neuenarii, Isenbergii, Benthemii, Hoienses, Spigelbergii.

Barones: Winnenbergii, Bronchorstii, Hornii.

Ciuitates: Colonia, Aquisgranum olim etiam Vesalia, Dortmunda, Susatum, Cameracum, Heruorda, Brakel, VVartenberg, Lemgouia.

## X. CIRCVLVS SAXONIÆ INFERIORIS.

ARCHIEPISCOPI { Magdeburgensis, Bremensis.

EPISCOPI { Halberstadensis, Hildesiensis, Lubeccensis, Schwerinensis, Ratzeburgensis, Schlesuicensis.

DVCES { Brunsuicenses, & Lunæburgenses.

Rex Daniæ & alii Duces Holsatiæ,
Duces Megapolitani,
Duces Saxoniæ, Angariæ, & Westphaliæ,
Comites Reinsteinii.

CIVITATES { Lubeca, Mulhusium, Goslaria, Northusia.

327 Negotia & causæ † habendorum Comitiorum circuli sunt
328 ordinariæ & extraordinariæ. Ordinariæ † sunt eæ; quarum causa, decem illi circuli instituti, ac quæ ipsis perpetuo expedienda ab imperio iniuncta sunt. Ac primo omnia quæ ad pacis publicæ conseruationem sententiarum ac reliquarum constitutionum ac mandatorum imperialium executionem pertinent, d. declaratione Noribergensi in principio, quæ in specie huc referuntur eleganter ex diuersis imperii Constitutionibus, expressit Petr. Denais. *iuris Cameralis. tit. 212. verb. pacis publicæ conseruatio. & 3. seqq. & in verb. commercia. §. 7. & fin. in verb. moderationum*
329 *causæ. §. 1. verb. monetarum edictum. §. 13. 31. & 33.* † Extraordinaria negotia, quæ propter præsentem necessitatem circulis ab imperio iniunguntur.

Quod

Quod ad modum & † formam cõuentuum generalium atti- 130
net, principes singulorum circulorum, qui edicendi conuentus
potestatem habent Ordines ad certum tempus per literas vulgo
**Kreißtages Außschreiben** / in quandam circuli Vrbem conuocant,
quo vbi conuentum est, Legati Ordinum apud eundem nomi-
na ac mandata sua edunt. Et die conuentui indicta, Legatis in cu-
ria considentibus, quibus de rebus in commune consuli operæ
precium sit, eius, qui penes quem vt diximus indicendi conuen-
tus est arbitrium Legatus proponit, ac primus sententiam dicit,
licet alicubi aliter obseruatum vidi, vt is non statim, sed postre-
mus omnium, quid sibi videatur aperiat, postea eo ordine, quo
consident singulorum sententias rogat, & quod maiori † parti 131
non ex partibus collegii, sed Ordinum numero æstimatæ pla-
cuerit Decreti circularis habet vigorem Decreto Augustano
55. §. **Vnd damit dic.** Ita tamen si de rebus † de quib. indiuiduam 132
& collegialem vt vocant circulus dispositionem habet, (quo-
rum † cynosuram præbent quas diximus imperii ordinationes) 133
instituatur consultatio. Si enim aliena † ac priuata eo trahan- 134
tur, vt in omni priuata conuentione, ita hic quoque vel consen-
tiendi, vel dissentiendi non ὡς συμπᾶσι ἀλλ᾽ ὡς ἑκάστοις, vt ait Aristot. *po-
litic. libro tertio. cap. 11.* liberum est arbitrium. Nulla enim † vel cir- 135
culis in singulos Ordines, vel Ducibus & adiunctis in circulos
præter eum quæ Constitutionibus defertur, permissa est autori-
ritas, Decreto Augustano, Anno 1555. §. **Vnnd ob wol.** Vt regu-
lariter † commissæ potestatis ea est natura, vt limites mandati 136
non excedat. *l. diligenter mandati.* Particularis † conuentus, quan- 137
do certi tantum Ordines circuli conueniunt, vt est Ducum &
adiunctorum, item aliorum ordinum quorundam ad certa ne-
gotia Deputatorum. Ducem † & consiliarios sibi circulus quis- 138
que arbitratu suo, quod videbitur præficere potest. Decreto
Augustano, Anno 1555. §. **Vnnd damit.** Ex adiunctis autem v-
ni † in singulis circulis Legati munus casu, quo Dux officium 139
suum vel facere negligat, vel alias impediatur, defertur, qui
vulgo, **Ein nachgeordneter** / Reliqui **zugeordente** appellantur.
Est horum conuentus vel vnius circuli, vel plurium. De vnius

circuli Ducis & adiunctorum conuentu & negotiis, de quibus statuendi potestatem habet, disponit §. Vnnd soll der gesetzte Oberster. De trium. §. im Fall aber. De quinque. §. Wo nun die=
140 ser. De modo † autem & forma consultandi ac statuendi, si vel trium, vel quinque circulorum Duces & adiunctos, conuenire necesse sit, diserte §. Als dann ferner die Notturfft. dicto Decreto Augustano, anno 1555.

## CAPVT III.

## *De prophana, vel temporali Pontificis Romani iurisdictione & potestate.*

### OBSERVATA.

1 *Pontificem Romanum non tantum in vrbe & prouinciis patrimonialibus, sed & in imperio, regnis ac rebuspublicis omnibus Christianis non solum in spiritualibus, sed temporalibus quoque summam obtinere potestatem.*

2 *De Pontifice recte dici, quod omnia possit, vt Deus excepto peccato.*

3 *Petri esse successorem & vicarium Christi.*

4 *Non puri hominis, sed veri Dei vicem gerere in terris.*

5 *Omnia disponere pro arbitrio.*

6 *Non habere superiorem, sed omnes sibi subiectos, habere cæleste arbitrium ac potestatem infinitam.*

7 *Esse supra omnia & contra omnia.*

8 *Nec esse qui dicat ei, cur ita facis?*

9 *Potestatis Pontificiæ labefactandæ conatu, ex omnibus quibus fides catholica oppugnetur, hæresin nullam grauiorem & infectiorem esse Bellarmini sententia.*

10 *De causa vel titulo tantæ potestatis.*

11 *An sit amor, qui diuinitatem habere, nec cæli modo fores aperire, sed si collibeat effringere, Deosq; ludos facere, ac reges regno exuere posse creditur.*

12 *Vel opinio hominum qua potissimum autoritatem pontificiam constare scripsit Iouius.*

13 Sine

13 *Siue hæreditas qua Petro in Vicaria à Christo per claues data potestate & cura ouium demandata succedere dicitur.*

14 *Verborum Christi Matthæi 18,* Pasce oues meas, *catholica interpretatio.*

15 *Siue gladii materialis exercitatio, vel dispositio saltē autoritatiua competat Pontifici.*

16 *Verborum Christi* Io 18. & Matth. 16 *subtilis ac diuina interpretatio ex Bernhardo, Alphonsi, Alpharez, & Bellarmini.*

17 *An eandem absolute habeat & directe, siue indirecte.*

18 *Verborum directe vel indirecte competere, Bellarmini explicatio.*

19 *De quæstione: an directe vel indirecte Pontifici potestas in temporalibus competat, grauis inter Bellarminum & Celsum Mancinum controuersia.*

20 *Ius Pontificium non minorem autoritatem non tantum in terris imperii, sed & regnis ac rebuspublicis fere omnibus Europæis quam Cæsareum obtinet.*

21 *Ius Canonicum in argumento doctrinæ ac disciplinæ ecclesiasticæ, item peccati & conscientiæ, iuri ciuili etiam in foro politico derogat.*

22 *In aliis vtriq; iurisdictioni ius suum constat.*

23 *Nisi quid altero certum in altero controuersum sit.*

24 *Non tantum Vniuersalis: Sed etiam singularis iuris condendi Pontifex vtitur potestate.*

25 *Exempla priuilegiorum à Pontifice indultorum.*

26 *Constituit Cancellarios Academiarum.*

27 *Creat Comites Palatinos.*

28 *An legitimatio autoritate Pontificia facta habeat locum in terris imperii.*

29 *Reges quoque ac principes constituit Pontifex.*

30 *Politica Pontificis iurisdictio.*

31 *Reges & Imperatores Regnis aliquoties priuarunt Pontifices.*

32 *Regum ac Principum omnium superiorem non agnoscentiū Iudices sese profitentur.*

33 *Illustre exemplum rei à Pontifice inter Reges iudicatæ.*

34 *In bellis gerendis, fœderibus iungendis, ac dissoluendis, quæ Pontificis sit potestas, & autoritas.*

35 *Tributorum quoque imperandorum potestatem sibi sumpserunt Pontifices.*
36 *Decimæ decimarum.*
37 *Reseruationes in beneficiis.*
38 *Annatæ siue annuæ pensiones.*
39 *Annatarum subtilis defensio Campegii.*
40 *Quo fine Annatarum exactio primo instituta.*
41 *Pro indulgentiis exactionis grauissimæ infelix euextus.*
42 *Ingens pecuniæ summa prouisionum ac aliorum variorum diplomatum nomine, quotannis Curiæ Romanæ numeratur.*
43 *Portas inferorum, id est, Reges & Principes politicos Baronii interpretatio.*
44 *Magnifica & aurea plane verborum Christi:* Pasce oues meas, & tibi dabo claues Regni cœlorum. *Bellarmini & Baronii explicatio.*
45 *Augustissimus ac potentissimus Regum omnium Pontifex.*
46 *Nihil interesse directe vel indirecte pontifici ea potestas competat.*
47 *Conditio in arbitrium eius, cui quid ea tribuitur, collata, connexam dispositionem non facit.*
48 *Metaphysicum & ab omni recta Reipublicæ ratione alienum imperium Pontificium.*
49 *Politica omnis potestas secundum naturam ex spontanea imperandi & parendi conuentione.*
50 Βασιλείας *vel Regni finis vtilitas publica.*
51 *Dominationis Pontificiæ causa & finis.*
52 *Solos Anglos, Scotos, Danos, ac Heluetiorum quosdam pagos ex gentibus Europeis liberas ac perfectas habere Respublicas.*
53 *Venetorum liberandæ à seruitute Pontificia Reipublicæ infelix conatus.*

1 SED illis quæ hactenus de collegio † Principum & Ordinum imperii, in quibus sit κύρια πάντων vel ἀρχὴ πᾶσι πολιτική, diximus, valde obstare videtur, quod à plerisque Iuris Canonici interpretibus per manus traditur: Pontificem Romanum, cui more vulgo recepto soli Papæ appellatio, olim Episcopis omnibus, qui sancti-

sanctitate vitæ & doctrina commendarentur communis, attribuitur, non tantum in vrbe & prouinciis ad patrimonium diui Petri pertinentibus, sed in toto imperio ac Regnis ac Rebuspublicis omnibus Christianis, non solum in spiritualibus, sed etiam in temporalibus summam obtinere potestatem. gloss. *in Clemen. ad nostram. de haret. in verb. Eccl. sia.* gloss. *in cap. licet ex suscepto de foro compet.* Hostiens. *in cap. per venerabilem, qui filii sunt legitimi.* Idem *in summa. §. qualiter & quomodo. eod. tit.* Alphonsus Aluarez *de iure ac potestate Roman. Pontificum, cap. 15. numer.* 1. Et de Pontifice † bene 2
dici posse, quod omnia possit, vt Deus excepto peccato, *cap. charitas. distinct. 2.* Petri enim † esse successorem & Vicarium Iesv 3
Christi, non puri † hominis vicem, sed veri Dei in terris 4
gerere, omnia † disponere pro vt sibi placet, *capit. cuncta per mundum 9. gloss. titul.* 3. Nec habere † superiorem, sed omnes sibi sub- 5 6
iectos, Imperatorem quoque subditum & vasallum Ioan. Hugo *in libro Quadrinii Ecclesia in Principem* Restaur. Castald. & alii ab eo adducti *in tr. de Imperatore. quast. 5. num. 9. & seq.* Eique fidelitatem & obsequium debere *cap. tibi Domino 63. distinct. & clem. 1. de iureiur.* habere cœleste arbitrium ac potestatem infinitam, & esse supra † omnia, & contra omnia, Socinus *consil. 164. numer. 4. in fine.* 7
*& seq. num. 2.* Nec esse qui † dicat ei, cur ita facis? Petrus Anton. Petra, *in tractat. de iure quæsit. per principem non tollend. cap. 3 quæst. 4. num.* 8.

Cuius labefactandæ † conatu, nullam inter tam multas, qui- 9
bus hoc seculo fides catholica oppugnetur hæresin grauiorem & infestiorem esse ait Bellarminus *in Epistol. dedicatoria operis disputation. de controuers. Christian. fidei.* Et de necessitate salutis esse omnem creaturam subesse Romano Pontifici in Spiritualibus & temporalibus Canonistæ *in extrauagante vnam sanctam, de maioritate & obedientia.* D. Marta Neapolitanus *de iurisd secul. & Eccles. cap 8. in relectione dicta extrauagantis.* Quod tamen non ita generaliter, vt Symbolum Athanasii, sed curialium saltem Romanorũ salute accipiunt hæretici.

Enormis huius potestatis † quæcunque sit causa vel titulus, 10
Sive Imperatorum & Regum † amor, quem diuinitatem habere 11

nec

nec cœli modo fores aperire, ſed & ſi collibeat effringere, Deoſque ludos facere, ac delitias, Regeſque regno exuere & priuare poſſe ait Stephan. Forcatul. *in cup dine Iuriſperit, cap. 9.* SIVE opinio
12 † hominum, qua potiſſimum conſtare autoritatem Pontificiam
13 ſcripſit Iouius *Hiſtoriar. libro ſecundo.* SIVE hæreditas † qua Petro
in Vicaria à Chriſto per claues data poteſtate, & cura ouium demandata, ſuccedere dicitur, vt probat Bellarminus *diſputat. de controuerſ. fidei Chriſtian. aduerſus huius temporis hæreticos, libro primo.*
14 *cap 10. 11. 12. 13 14.* dicto Chriſti Matthæi 16. Vbi per verba † *Paſce oues meas*, non tantum ex communi vſu loquendi omnes officii paſtoralis partes, ſed regendi quoque munus Petro delatum eſſe aſſerit, adducta συνωνυμία Verborum regere & paſcere ex *Pſalmo 2.* vbi legitur: *Reges eos in virga ferrea*: quod ſit Ebræis: *Paſce eos in virga ferrea*, vt ſane qui paſcantur in virga ferrea, veriſſimam poteſtatem in paſtore ſuo eſſe negare non poſſint. Et *libro ſecundo, Iliad. Homericæ*, vbi frequenter Rex Agamemnon ποιμὴν λαῶν, id eſt, paſtor populorum appellatur: quod planius eloqui videtur Cæſar Baronius Cardinalis *in voto ad Paulum V. Pontificem aduerſus sereniſſimam Rempublicam Venetam*, quo duplex eſſe miniſterium, dicit, paſcere & occidere, ex verbis *Actor. 10.* vbi DEVS per Angelum Petro diſcum refertum animalibus Ebræorum ſacrificiis partim permiſſis, partim vetitis oſtendens dixit: *Macta.* quæ interpretatio odioſe à quodam cauſæ Venetæ patrono exagitata eſt. Et quod deducitur ex *cap. vltim. Ioan.* vbi Petrus traxit rete plenum magnis piſcibus, quo pleniſſimam iuriſdictionem ei in ſpiritualibus ac temporalibus datam eſſe ſignificatur.

Item, quod ſignũ παμβασιλείας vel ſummę poteſtatis ſit ſententia atrox illa Maledictionis in Simonẽ magũ lata: PECVNIA TVA TECVM SIT IN PERDITIONEM. Et ſimilia quæ magno ſtudio congeſſit Marta Neapolitanus *de iuriſdictione part. 1 c. 13.* vbi plura eiuſmodi ſimilia elici affirmat ex Summa Richardi Rudolphi *de quæſtionibus Armeniorum.* Item ex Apoſtilla Angelica cum octo millibus dubitationibus ſuper Euangelio *Luc. 5.* vbi ad quæſtionem cur Chriſtus Petrum nauẽ in altum deducere, reliquos vero diſci-

communicationem confirmauit. Quæ tamen à Friderico 3. Imperatore non tantum corroborari, sed & de nouo sibi concedi curauerunt dicti comites Hennenbergenses, vt habet diploma Cæsareum datum Neustadii, Anno 1467.

De Iurisdictione † autem siue iuris reddendi potestate politica in subditos imperii nulla extra limites patrimonii Petrini, & aliorum locorum ad ius Ecclesiæ redactorum, extant actus possessorii, nisi quæ in principes & ipsos imperatores priuandos ac solio regali deturbãdos sibi sumpserunt Pontifices, quorum exem- 30
pla † refert Bellarminus *de Pontifice Rom. libr. 5. c. 8.* Boter. Cosmo- 31
graph. *lib. 4. part. 2. de Pontifice Roman.* Prolixe D. Marta Neapolitanus in tract. *de iurisdict. part. 1. c. 22. num.* 10. 11. *&* 12. *& c.* 23 *num. 6. &* 15. Et quædam huc pertinentia annotauit Duaren. *de sacris Ecclesiæ ministeriis ac benefic. lib. 1. cap. 2.* Item Onuphrius Panuin. *de comitiis Imperatoriis cap. Quibus Imperatoribus imperium abrogatum fuerit.* Vbi 2 Imperatores Fridericum secundum & Ludouicum Bauarum à solo Pontifice: Duos Henricum quartum, & Othonem quartum à Papa & Electoribus coniunctim: Duos vero & Adolphum Nassouiensem & VVenceslaum ignauum, Caroli 4. filium à solis Electoribus Imperio priuatos memorat. Subiecta solenni forma abrogationis magistratus VVenceslai ab Electoribus publicatæ. Carolus quoque 5. licet à Pontifice consecratus, ius tamen Imperii ad manus Electorum, à quibus acceperat, resignauit. Et casus priuationum Imperatorum, Regum & Principum ex causa temporali longa serie refert Marta *de iurisdict. part. 1. c. 23.* Quod au- 32
tem Regum † ac Principum omnium superiorem non agnoscentium iudicem ordinarium Pontifex sese profiteatur, patet ex Epistolis Leonis 10. nomine ad Sigismũdum Poloniæ Regem editis à Bembo *libr. 1. epist. 5.* Vbi Sigismundum Poloniæ Regem hortatur, vt controuersiam inter se & Albertum Brãdenburgicum Concilio Lateranensi, à quo maxime conueniat Regum, Ducum & magnorum Principum causas terminari permittat, Et *epist. 22. eiusdem libri, & epist. 19. lib. 2.* Ad eundem Regem Sigismundũ *epist. 20.* ad Albertum Marianorũ Teuthonicorum magistrum, & 21. *eiusdem libri.* ad conuentum & societatem Marianorum Theutonicorum.

Collegia Nobilium in arcibus Geühausen & Fridberg.

Civitates:
- Basilea,
- Keysersberg/
- Türckheimb/
- Monasterium in Valle Gregoriana,
- Oberneheenheimb/
- Colmaria,
- Argentina,
- Rosheimium,
- Sletstadium,
- Haganouia,
- Cronweissenburg/
- Landaw/
- Mulhusium Alsatiæ,
- Spira,
- Wormatia,
- Francofurtum ad Mœnum,
- Fridberg,
- VVetzlaria,
- Metis,
- Tullum,
- Virdunum,
- Kauffmans-Sarbrück/
- Vesontio.

## IX. CIRCVLVS VVESTPHALICVS.

Episcopi:
- Paderbornensis,
- Leodiensis,
- Vltraiectinus,
- Monasteriensis,
- Osnabruggensis,
- Cameracensis,
- Mindensis,
- Verdensis.

Duces

Duces Iuliacenses, Cleuenses & Bergenses,
Duces Geldriæ,

Abbates
- Stabulensis,
- Werdensis,
- Monasterii S. Cornelii,
- Heruordensis.

Abbatissa Essensis prope Dusseldorpium,

Comites
- Frisiæ Orientalis,
- Nassouii in Dillenberg/
- Oldenburgii,
- Schaumburgii,
- Lippii,
- Tirnbergii,
- Manderschidtii,
- Wiedenses,
- Neuenarii,
- Isenbergii,
- Benthemii,
- Hoienses,
- Spigelbergii.

Barones
- Winnenbergii,
- Bronchorstii,
- Hornii.

Ciuitates
- Colonia,
- Aquisgranum olim etiam Vesalia,
- Dortmunda,
- Susatum,
- Cameracum,
- Heruorda,
- Brakel,
- VVartenberg,
- Lemgouia.

## X. CIRCVLVS SAXONIÆ INFERIORIS.

ARCHIEPISCOPI { Magdeburgensis, Bremensis.

EPISCOPI { Halberstadensis, Hildesiensis, Lubeccensis, Schwerinensis, Ratzeburgensis, Schlesuicensis.

DVCES { Brunsuicenses, & Lunæburgenses.

Rex Daniæ & alii Duces Holsatiæ,
Duces Megapolitani,
Duces Saxoniæ, Angariæ, & Westphaliæ,
Comites Reinsteinii.

CIVITATES { Lubeca, Mulhusium, Goslaria, Northusia.

327 Negotia & causæ † habendorum Comitiorum circuli sunt
328 ordinariæ & extraordinariæ. Ordinariæ † sunt eæ; quarum causa, decem illi circuli instituti, ac quæ ipsis perpetuo expedienda ab imperio iniuncta sunt. Ac primo omnia quæ ad pacis publicæ conseruationem sententiarum ac reliquarum constitutionum ac mandatorum imperialium executionem pertinent, d. declaratione Noribergensi in principio, quæ in specie huc referuntur eleganter ex diuersis imperii Constitutionibus, expressit Petr. Denais. *iuris Cameralis. tit. 212. verb. pacis publicæ conseruatio. & 3. seqq. & in verb. commercia. §. 7. & fin. in verb. moderationum*
329 *causa. §. 1. verb. monetarum edictum. §. 13. 31. & 33.* † Extraordinaria negotia, quæ propter præsentem necessitatem circulis ab imperio iniunguntur.

Quod ad modum & † formam cõuentuum generalium atti- 130
net, principes singulorum circulorum, qui edicendi conuentus potestatem habent Ordines ad certum tempus per literas vulgo Kreißtages Außschreiben/ in quandam circuli Vrbem conuocant, quo vbi conuentum est, Legati Ordinum apud eundem nomina ac mandata sua edunt. Et die conuentui indicta, Legatis in curia considentibus, quibus de rebus in commune consuli operæ precium sit, eius, qui penes quem vt diximus indicendi conuentus est arbitrium Legatus proponit, ac primus sententiam dicit, licet alicubi aliter obseruatum vidi, vt is non statim, sed postremus omnium, quid sibi videatur aperiat, postea eo ordine, quo
consident singulorum sententias rogat, & quod maiori † parti 131
non ex partibus collegii, sed Ordinum numero æstimatæ placuerit Decreti circularis habet vigorem Decreto Augustano
55. §. Vnd damit dic. Ita tamen si de rebus † de quib. indiuiduam 132
& collegialem vt vocant circulus dispositionem habet, (quo-
rum † cynosuram præbent quas diximus imperii ordinationes) 133
instituatur consultatio. Si enim aliena † ac priuata eo trahan- 134
tur, vt in omni priuata conuentione, ita hic quoque vel consentiendi, vel dissentiendi non ὡς συμπᾶσι ἀλλ᾽ ὡς ἑκάστοις, vt ait Aristot. *politic. libro tertio. cap. 11.* liberum est arbitrium. Nulla enim † vel cir- 135
culis in singulos Ordines, vel Ducibus & adiunctis in circulos præter eum quæ Constitutionibus defertur, permissa est autoritas, Decreto Augustano, Anno 1555. §. Vnnd ob wol. Vt regu-
lariter † commissæ potestatis ea est natura, vt limites mandati 136
non excedat. *l. diligenter mandati.* Particularis † conuentus, quan- 137
do certi tantum Ordines circuli conueniunt, vt est Ducum & adiunctorum, item aliorum ordinum quorundam ad certa ne-
gotia Deputatorum. Ducem † & consiliarios sibi circulus quis- 138
que arbitratu suo, quod videbitur præficere potest. Decreto Augustano, Anno 1555. §. Vnnd damit. Ex adiunctis autem v-
ni † in singulis circulis Legati munus casu, quo Dux officium 139
suum vel facere negligat, vel alias impediatur, defertur, qui vulgo, Ein nachgeordneter/ Reliqui zugeordente appellantur. Est horum conuentus vel vnius circuli, vel plurium. De vnius

circuli Ducis & adiunctorum conuentu & negotiis, de quibus statuendi potestatem habet, disponit §. Unnd soll der gesetzte Oberster. De trium. §. im Fall aber. De quinque. §. Wo nun die-
140 ser. De modo † autem & forma consultandi ac statuendi, si vel trium, vel quinque circulorum Duces & adiunctos, conuenire necesse sit, diserte §. Als dann ferner die Notturfft. dicto Decreto Augustano, anno 1555.

## CAPVT III.

## *De prophana, vel temporali Pontificis Romani iurisdictione & potestate.*

### OBSERVATA.

1 *Pontificem Romanum non tantum in vrbe & prouinciis patrimonialibus, sed & in imperio, regnis ac rebuspublicis omnibus Christianis non solum in spiritualibus, sed temporalibus quoque summam obtinere potestatem.*

2 *De Pontifice recte dici, quod omnia possit, vt Deus excepto peccato.*

3 *Petri esse successorem & vicarium Christi.*

4 *Non puri hominis, sed veri Dei vicem gerere in terris.*

5 *Omnia disponere pro arbitrio.*

6 *Non habere superiorem, sed omnes sibi subiectos, habere cœleste arbitrium ac potestatem infinitam.*

7 *Esse supra omnia & contra omnia.*

8 *Nec esse qui dicat ei, cur ita facis?*

9 *Potestatis Pontificiæ labefactandæ conatu, ex omnibus quibus fides catholica oppugnetur, hæresin nullam grauiorem & infectiorem esse Bellarmini sententia.*

10 *De causa vel titulo tantæ potestatis.*

11 *An sit amor, qui diuinitatem habere, nec cœli modo fores aperire, sed si collibeat effringere, Deosque ludos facere, ac reges regno exuere posse creditur.*

12 *Vel opinio hominum qua potissimum autoritatem pontificiam constare scripsit Iouius.*

13 Sine

13 *Siue hæreditas quæ Petro in Vicaria à Christo per claues data potestate & cura ouium demandata succedere dicitur.*

14 *Verborum Christi Matthæi 18.* Pasce oues meas, *catholica interpretatio.*

15 *Siue gladii materialis exercitatio, vel dispositio saltē autoritatiua competat Pontifici.*

16 *Verborum Christi* Io 18. & Matth. 16 *subtilis ac diuina interpretatio ex Bernhardo, Alphonsi, Alpharez, & Bellarmini.*

17 *An eandem absolute habeat & directe, siue indirecte.*

18 *Verborum directe vel indirecte competere, Bellarmini explicatio.*

19 *De quæstione: an directe vel indirecte Pontifici potestas in temporalibus competat, grauis inter Bellarminum & Celsum Mancinum controuersia.*

20 *Ius Pontificium non minorem autoritatem non tantum in terris imperii, sed & regnis ac rebuspublicis fere omnibus Europæis quam Cæsareum obtinet.*

21 *Ius Canonicum in argumento doctrinæ ac disciplinæ ecclesiasticæ, item peccati & conscientiæ, iuri ciuili etiam in foro politico derogat.*

22 *In aliis vtriq; iurisdictioni ius suum constat.*

23 *Nisi quid altero certum in altero controuersum sit.*

24 *Non tantum Vniuersalis: Sed etiam singularis iuris condendi Pontifex vtitur potestate.*

25 *Exempla priuilegiorum à Pontifice indultorum.*

26 *Constituit Cancellarios Academiarum.*

27 *Creat Comites Palatinos.*

28 *An legitimatio autoritate Pontificia facta habeat locum in terris imperii.*

29 *Reges quoque ac principes constituit Pontifex.*

30 *Politica Pontificis iurisdictio.*

31 *Reges & Imperatores Regnis aliquoties priuarunt Pontifices.*

32 *Regum ac Principum omnium superiorem non agnoscentiū Iudices sese profitentur.*

33 *Illustre exemplum rei à Pontifice inter Reges iudicatæ.*

34 *In bellis gerendis, fœderibus iungendis, ac dissoluendis, quæ Pontificis sit potestas, & autoritas.*

35 *Tributorum quoque imperandorum potestatem sibi sumpserunt Pontifices.*

36 *Decimæ decimarum.*

37 *Reseruationes in beneficiis.*

38 *Annatæ siue annuæ pensiones.*

39 *Annatarum subtilis defensio Campegii.*

40 *Quo fine Annatarum exactio primo instituta.*

41 *Pro indulgentiis exactionis grauissimæ infelix euentus.*

42 *Ingens pecuniæ summa prouisionum ac aliorum variorum diplomatum nomine, quotannis Curiæ Romanæ numeratur.*

43 *Portas inferorum, id est, Reges & Principes politicos Baronii interpretatio.*

44 *Magnifica & aurea plane verborum Christi:* Pasce oues meas, & tibi dabo claues Regni cœlorum. *Bellarmini & Baronii explicatio.*

45 *Augustissimus ac potentissimus Regum omnium Pontifex.*

46 *Nihil interesse directe vel indirecte pontifici ea potestas competat.*

47 *Conditio in arbitrium eius, cui quid ea tribuitur, collata, connexam dispositionem non facit.*

48 *Metaphysicum & ab omni recta Reipublicæ ratione alienum imperium Pontificium.*

49 *Politica omnis potestas secundum naturam ex spontanea imperandi & parendi conuentione.*

50 *Βασιλείας vel Regni finis vtilitas publica.*

51 *Dominationis Pontificiæ causa & finis.*

52 *Solos Anglos, Scotos, Danos, ac Heluetiorum quosdam pagos ex gentibus Europeis liberas ac perfectas habere Respublicas.*

53 *Venetorum liberandæ à seruitute Pontificia Reipublicæ infelix conatus.*

1 SED illis quæ hactenus de collegio † Principum & Ordinum imperii, in quibus sit κύρια πάντων vel ἀρχὴ πᾶσα πολιτική, diximus, valde obstare videtur, quod à plerisque Iuris Canonici interpretibus per manus traditur: Pontificem Romanum, cui more vulgo recepto soli Papæ appellatio, olim Episcopis omnibus, qui sancti-

sanctitate vitæ & doctrina commendarentur communis, attribuitur, non tantum in vrbe & prouinciis ad patrimonium diui Petri pertinentibus, sed in toto imperio ac Regnis ac Rebuspublicis omnibus Christianis, non solum in spiritualibus, sed etiam in temporalibus summam obtinere potestatem. gloss. *in Clemen. ad nostram. de haret. in verb. Eccl sia.* gloss. *in cap. licet ex suscepto de foro compet.* Hostiens. *in cap. per venerabilem, qui filii sunt legitimi.* Idem *in summa. §. qualiter & quomodo. eod. tit.* Alphonsus Aluarez *de iure ac potestate Roman. Pontificum, cap. 15. numer. 1.* Et de Pontifice † bene 2
dici posse, quod omnia possit, vt Deus excepto peccato, *cap. charitas. distinct. 2.* Petri enim † esse successorem & Vicarium Iesv 3
Christi, non puri † hominis vicem, sed veri Dei in terris 4
gerere, omnia † disponere pro vt sibi placet, *capit. cuncta per mundum 9. gloss. titul. 3.* Nec habere † superiorem, sed omnes sibi sub 5 6
iectos, Imperatorem quoque subditum & vasallum Ioan. Hugo *in libro Quadrinii Ecclesia in Principem* Restaur. Castald. & alii ab eo adducti *in tr. de Imperatore. quast. 5. num. 9. & seq.* Eique fidelitatem & obsequium debere *cap. tibi Domino 63. distinct. & clem. 1. de iureiur.* habere cœleste arbitrium ac potestatem infinitam, & esse supra † omnia, & contra omnia, Socinus *consil. 164. numer. 4. in fine.* 7
*& seq. num. 2.* Nec esse qui † dicat ei, cur ita facis? Petrus Anton. Petra, *in tractat. de iure quasit. per principem non tollend. cap. 3 quast. 4. num 8.*

Cuius labefactandæ † conatu, nullam inter tam multas, qui- 9
bus hoc seculo fides catholica oppugnetur hæresin grauiorem & infestiorem esse ait Bellarminus *in Epistol. dedicatoria operis disputation. de controuers. Christian. fidei.* Et de necessitate salutis esse omnem creaturam subesse Romano Pontifici in Spiritualibus & temporalibus Canonistæ *in extrauagante vnam sanctam, de maioritate & obedientia.* D. Matta Neapolitanus *de iurisd secul. & Eccles. cap 8. in relectione dicta extrauagantis.* Quod tamen non ita generaliter, vt Symbolum Athanasii, sed curialium saltem Romanorũ salute accipiunt hæretici.

Enormis huius potestatis † quæcunque sit causa vel titulus, 10
Sive Imperatorum & Regum † amor, quem diuinitatem habere 11
nec

communicationem confirmauit. Quæ tamen à Friderico 3. Imperatore non tantum corroborari, ſed & de nouo ſibi concedi curauerunt dicti comites Hennenbergenſes, vt habet diploma Cæſareum datum Neuſtadii, Anno 1467.

De Iuriſdictione † autem ſiue iuris reddendi poteſtate politica in ſubditos imperii nulla extra limites patrimonii Petrini, & 30
aliorum locorum ad ius Eccleſiæ redactorum, extant actus poſſeſſorii, niſi quæ in principes & ipſos imperatores priuandos ac ſolio regali deturbādos ſibi ſumpſerunt Pontifices, quorum exempla † refert Bellarminus *de Pontifice Rom. libr. 5. c. 8.* Boter. Coſmo- 31
graph. *lib. 4. part. 2. de Pontifice Roman.* Prolixe D. Marta Neapolitanus in tract. *de iuriſdict. part. 1. c. 22. num.* 10. 11. *&* 12. *& c.* 23 *num.* 6. *&* 15. Et quædam huc pertinentia annotauit Duaren. *de ſacris Eccleſiæ miniſteriis ac beneſic. lib. 1. cap. 2.* Item Onuphrius Panuin. *de comitiis Imperatoriis cap. Quibus Imperatoribus imperium abrogatum fuerit.* Vbi 2 Imperatores Fridericum ſecundum & Ludouicum Bauarum à ſolo Pontifice: Duos Henricum quartum, & Othonem quartum à Papa & Electoribus coniunctim: Duos vero & Adolphum Naſſouienſem & VVenceslaum ignauum, Caroli 4. filium à ſolis Electoribus Imperio priuatos memorat. Subiecta ſolenni forma abrogationis magiſtratus VVenceslai ab Electoribus publicatæ. Carolus quoque 5. licet à Pontifice conſecratus, ius tamen Imperii ad manus Electorum, à quibus acceperat, reſignauit. Et caſus priuationum Imperatorum, Regum & Principum ex cauſa temporali longa ſerie refert Marta *de iuriſdict. part. 1. c. 23.* Quod au- 32
tem Regum † ac Principum omnium ſuperiorem non agnoſcentium iudicem ordinarium Pontifex ſeſe profiteatur, patet ex Epiſtolis Leonis 10. nomine ad Sigiſmūdum Poloniæ Regem editis à Bembo *libr. 1. epiſt. 5.* Vbi Sigiſmundum Poloniæ Regem hortatur, vt controuerſiam inter ſe & Albertum Brādenburgicum Concilio Lateranenſi, à quo maxime conueniat Regum, Ducum & magnorum Principum cauſas terminari permittat, Et *epiſt. 22. eiuſdem libri, & epiſt. 19. lib. 2.* Ad eundem Regem Sigiſmundū *epiſt. 20.* ad Albertum Marianorū Teuthonicorum magiſtrum, & 21. *eiuſdem libri.* ad conuentum & ſocietatem Marianorum Theutonicorum.

33 Rei autem per † pontificem inter Reges nostro tempore iudicatæ, illustre exemplum est Alex. Sexti, ad quem cum controuersia inter Iohannem Lusitaniæ, & Ferdinandum Castiliæ Regem de possessione Oceani cognoscenda deferretur, causa cognita ac discussa vltra Hesperidum insulas ad tricesimum ferme leucam & quadragesimam, ducto à Septentrionibus ad Australem polum circulo, totum orbem terrarum ex æquo bifariam diuisit, ita vt quæ pars ad orientem vergeret Lusitaniæ occidua Castiliæ Regi cederet. Ioannes Matthæus *in addit. ad tit. 9.7. lib. decretalium.* Boter. Cosmograph. *part. 2. lib. 4. de Pontifice Rom.* Qua sententia directum dominium sibi mundi istius noui reseruasse refert Marta Neapolitanus *in tract. de iurisdictione ecclesiastica & Seculari part. 1. cap. 26. num. 55.* simili prorsus Quinti Labeonis, arbitri Nolanis ac Neapolitanis de finibus ambigentibus à Senatu dati, qui finibus eorum in agri extremis terminatis quod in medio relictũ erat populo Romano adiudicauit. Id quod non iudicare, sed decipere esse ait Cicero *Offic. lib. 1.* Eadem quoque conditione vt nimirum fiduciario nomine à se possideret, Regna Granatæ & Nauarræ Ferdinando Hispaniarum Regi adiudicauit Bodin. *de Repub. libr. 1. cap. 9.* Marta *de Iurisdict. part. & cap. eodem.*

34 In bellis vero gerendis † ac fœderib. iungendis ac dissoluendis quanta pontificis sit potestas, & autoritas, historia omnium temporum locupletissima est testis, & extant de ea Canonum decreta *c. igitur. 23. q. 7.* vbi loc. 4. Cõtra Sarracenos iubet populũ Leo Quartus congregari, & iis ad fines maris occurrere. *item in c. hortatu.* eadem causa & quęst. vbi precibus Adriani pontificis admonitus Carolus Rex contra Longobardos bellum suscepit, & alia huc pertinentia congessit, Alphons. Aluarez. *in tract. de iur. & potestat. Rom. Pont. c. 16. num. 7.*

Non tantum νομοθεσίας ac δικαιοδοσίας bellorum item gerendorum,
35 vti diximus, sed & munerũ † ac tributorum quorũdam imperandorum potestatem sibi sumpserunt pontifices. Quorum exempla
36 sunt † Decimæ decimarum Thom. Campeg. *de annot. q. 3. n. 15.* Item
37 aliæ reseruationes † in beneficiis ecclesiasticis. De quibus idem Campeg. *in tr. de reseruat. benefic. à Rom. Pontifice.* Inter quæ memorabile

rabile est illud pensitationis genus, quod à primi anni solutione †annatas appellant. Rectius annuam pensionem exemplo legato- 38
rum annuorum. Duaren. *de sacr. eccl. minist. ac benefic. eccl. lib. 6. cap.* 4.
Quod inter alia † hac ratione eleganter defendit Campeg. *in tract.* 39
*annatar. institut. ac defensione. nu.* 7. Quod cum patri carnali filios sibi alimenta negantes corripere, eosq; vendendo seruituti mancipare sit permissum, per *l.* 2. *C. de patrib. qui filios distrax.* Multo magis Pontifici tanquam patri spirituali, cui non minus obsequii debeamus, quam carnali, certam partem fructuum ecclesiasticorum ad vsus suos necessarios reseruare licere. Sed sanguinolentos patres eiusmodi carnales vocat Imperator Constantinus allegata à Campeg. *leg.* 2. nec venditionem præiudicare libertati venditorũ ita filiorum, cum vnicuiq; quasi in libertatis publica causa liceat, sic venditum puerum, vel adultum iam factum, in libertatẽ adserere *l.* 1 *C. de lib. causa.* Cuiac. *ad tit. C. de patrib qui filios suos distraxerunt.*

Annatas autem † à Germanis primo non ad fouendum luxum 40
ac prodigalitatem pontificum ac familiarium eorum (vt de Cæsare Bergia narratur. Quem cum aliquando centum millia auaureorum alea perdidisset, peccata Germanorum esse dixisse ferunt) sed vt Thesauri loco conseruarentur contra Turcas & alios Christianæ reipublic. hostes. *Vnde Comitiis Augustanis Maximil. I. tempore, Anno* 1500. decreta fuit legatio ad Pontificem, qui ab eo tanquam S Romano Imperio deuincto & obnoxio postularetur, vt annatas Germanicę nationis initio ad eum finem exigi permissas ad subsidium belli id tẽporis contra Turcas suscipiendi erogaret. Propter † indulgentias quoque, quas absolutas concedendi 41
pontifici ex plenitudine potestatis, vt loquuntur, vendicatur, *c. cum ex eo. §. fin. de pænit. & remiss. c. quodcunq;* 24. *q.* 1. Bodin. *de repub. lib.* 1. *c.* 8. *fol.* 68. Exactio quoque grauissima Leonis 10. pontificatu instituta fuit ad absoluendum magnificum ac sumptuosissimum ædificium Basilicæ D. Petri. Quæ, quod Constitutio *in c. cum ex eo. de pæn & remiss. & c. fi. in communibus.* eo tempore male obseruaretur, quam feliciter sedi Apostolicæ cesserit ex Sleidano, & aliis eius temporis historiis cognoscere licet.

Postremo quantæ sumæ † exactio est quę quotannis variarum 42
proui-

prouisionum & aliorum diplomatum nomine à Pontifice obtentorum curiæ Romanæ soluitur, quam in sola Gallia septingenta sexaginta & amplius aureorum millia adscendere ex peritissimis, ac diu in republic. versatis viris se accepisse dicit, Duaren. *de sac. eccles. minist. & beneficiis lib. 1. cap. 6.* Vbi hanc plumbi cum auro permutationem eandem esse dicit, quæ Diomedis cum Glauco apud Homerum, qui Iouem mentem huic ita permutanti ademisse dicit: Ἔνθ' αὖτε Γλαύκῳ Κρονίδης φρένας ἐξέλετο Ζεύς, ὃς πρὸς Τυδεΐδην Διομήδεα τεύχε' ἄμειβε. Versus citati à Paulo *in leg. 1. de contrah. emtion.*

In his igitur, si constet Pontifici Romano iure diuino autoritas ac dicta Christi: Petre; *pasce oues meas*; & *tibi trado claues regni cælorum*
43 *& portæ* † *inferorum*, id est, vt ex patrum quorundam sententia explicat, Baronius Reges & Principes politici, *non præualebunt contra eum*, ac similia non de cõmendatione ministerii verbi vt ieiune ac seruiliter vulgus hæreticorum intelligit: sed vt Heroica & Achillea plane fortitudine duo illa ecclesiæ Romanæ lumina, Bellarminus *de pontifice Romano lib. c. 14. 15. & 16.* & Baronius *in Parenesi ad serenissimam Rempub. Venetam.* adserunt, ita sint intelligenda, vt
44 Christus merum † aurum & regna locutus videatur ac Petro ac successoribus eius tam in spiritualibus, quam temporalibus potestas plena absoluta, infinita & illimitata, vt loquitur Bellarminus: & quæ vt ait Boterus *Cosmographiæ part. 2. lib. 4. de pontifice Roma-*
45 *no* sit extra anni solisq; vias concessa: solem augustiorem † ac potentiorem Monarcham non vidisse fatendum est, vtpote cui territorium sit vniuersis orbis Christianus ac Regna & Respublicæ omnes in eo comprehensæ. In quibus non tantum de religione ac disciplina ecclesiastica leges ferre, ac ius dicere in ciuilibus & criminalib. causis, sed etiam de rebus politicis ius vniuersale ac singulare constituere ac postulantibus singulis in quacunque causa reddere, bella indicere, finire, munera realia & personalia, ordinaria & extraordinaria iniungere, magistratus omnes maiores vel minores, Reges, Principes, Rectores, ac Præsides, Præfectos, curatores tanquam ministros precarios pro arbitrio constituere, remouere, Respublicas ordinare, destruere, & omnia sine cuiusque impedimento omnino agere possit, quæ ad κύριαι πάντων, ἀρχὴν [illegible]

discipulos retia laxare iusserit quod Princeps Apostolorum esset futurus respondetur. Item Nauem repletam piscibus plenitudinem potestatis in Petro & Successoribus Pontificibus denotare. Etsi ambigitur si repleta fuerit piscibus nauis, quomodo Petrus
in ea stare potuerit. Prætereа ad gladii † materialis libera exerci- 15
tatio vel dispositio saltem autoritatiua Pontifici competat, id est, Vt habet elegans comparatio τῶν ἀρχομένων καὶ ἀρχόντων *Aristotel. polit. libro tertio. cap. 4. in fine*, videlicet reges & principes politici, vtpote ἀρχόμενοι, in quibus non requiratur prudentia, sed sufficiat opinio, sint quasi αὐλοποιοί: id est, fabri tibiarum, Pontifex vero veluti ἄρχων & Rex αὐλητὴς, qui tibiis vtitur, de quo festiue *Alphons. Aluarez. in libro de iure ac potestat. summor. Pontificum. cap. 10. numero septimo*, vbi reperta subtili ac plane diuina interpretatione verborum † Christi 16
*Iohan. 18. & Matth. 16. libro octauo; de consideratione ad Eugenium*, Converte gladium tuum, Diui Bernhardi, Tuum, id est, tuum forsan nutu, etsi non manu tua, sed imperatoris iussu euaginandum adeo digna, quæ authenticetur, Papæ Bonifacio visa, *Extrauagante de maioritate & obed.* ac nutu non tantum adhortationem, sed dispositionem Aluarez *dicto iam loco* dici ait, idem tradit Bellarminus *in responsione ad librum Theologi cuiusdam Veneti de breui & censuris apostolicis contra Venetos propos. 1. ad versicul. fin.* Vlterius præcipit, vbi dicit, Ecclesiam non ideo gladio materiali non vti, quod nequeat, sed quia id mansuetudini ecclesiasticæ consentaneum non videatur, id est, etsi potestas politica ἐνεργείᾳ & actu non semper exerceatur à Pontifice, eam tamen ita in ipso veluti in principiis ac causis suis esse, vt semper & quandocunque lubet ex iis effluere &
existere possit. Tandem an eandem absolute † & directe: vt 17
contendit Celsus, Mancinvs *in tractat. de Iuribus principatuum, libro 3 cap. 1. ac toto eodem, & sequ. libr.* Et nuper Marta *de iurisdict. part. 1. c. 18. 19. 20. 21. 22. 23. & seq.* siue indirecte vt ciuilior videtur Bellarmini *libro quinto, de Pontifice Romano capit. 6.* Hugonem, Sanderum, Sotum, & Catherinum in hoc secuti, effectu tamen eadem sententia, vt eam explicat idem Bellarminus *responsione ad librum Theologi cuiusdam Veneti de breui ac censuris Pauli V. Papæ aduersus Rempubl. Venetam ad III propositionem*, vbi tradit differentiam inter eos,

si illustratæ referri possunt) non minorem, quam Cæsareum, non tantum in imperio, sed & aliis ferme omnibus Europæ Regnis ac Rebuspublicis obtinere autoritatē, ac publicè in Academiis pro iure proponi ac doceri mandatum esse, ita vt in argumento † do- 21
ctrinæ ac disciplinæ ecclesiasticæ, item peccati & conscientiæ iuri ciuili etiam in foro politico deroget *in cap.1.verb. ecclesiast. de constit.cap 1.2.3.4. & 5. distinct. 12.cap. quæ contra.cap. frustra. dist. 8. cap. quis nesciat dist.9. cap.certam dist. 10.cap cum venerabilis. cap. ad audientiam. cap fin. de censi c.1.eod.in 6.L* 6. Vbi Bald.& Dd. *C de sacros. Eccles.capit. si per venerabilem.* & ibi Panormit. & reliqui interpretes. *Qui filii sint legitimi.* Bald. *l* 4. *C de nupt.* In aliis vero † vtrique iurisdictioni ius 22
confert *cap.vlt.de arbitr.in 6.cap* 1. *& 2 de oper. nou nunc.* Bald. *l.* 3. *C. de sacros.eccles.* Blanc. *de cōpromiss.q.2.n.*47. Nisi cum quid in iure † ciuili 23
controuersum, in canonico vero certum ac definitum est, vt tum quoq; in foro ciuili, & contra si quid iure Canonico non satis expressum obseruetur. Ac Constitutionum nō tantum generalium condendarum, † sed & iuris singularis, siue priuilegiorum tribu- 24
endorum potestate vtitur, vt constat ex *tit. de priuileg. & dispensationibus.* Et quamuis casualiter, siue indirecte saltem hanc ei potestatem in temporalibus competere censeat Hostiens. *in summ de priuileg. & excessib. prælator. num.* 5. *vers. Quis possit priuilegium concedere.* Ea tamen in multis † directe, vti exempla sunt, in dignitate ac po- 25
testate, quæ cancellariis † Academiarum tribui consueuit, de qui- 26
bus in glo. *c. execrabilis. de præbend. in extrauagante communi in verb. personatus.* Innoc. & Hostiens. *in c. multa de præbend.* Petr. Gregor. Tholos. *syntag. iuris vniuersi libr.* 15. *cap.*19 de cancellario & magistro scholarum. Comitibus item Palatinis † cōstituendis, quibus 27
ex plebeiorum numero eximendi siue nobilitandi, legitimandi, insignia conferendi, tutores dandi, arrogandi, emancipandi & similia faciendi, potestas committi solet, vt notatur à Bartol. Bald. & aliis *in l.1 de tut & cur. dat ab his.* Socin. *cons.* 67 *n.*2 *vol.*2. Ias. *consil.* 127 *num* 2. *vol* 4. Beccius *consil* 36. *num.*1. *& seq.* Lancellot. Conrad. *in templo Iud. libr.* 1. *cap.*1. *de imperatore.* De cuius tamen Constitutionis effectu, & præcipue an legitimatio † autoritate pontificia fa- 28
cta locum habeat in terris imperii, & contra non consentiunt in-

*Scio à nonnullis admirabilem hanc, quam Veneti consecuti sunt gloriam, paruula illa, vt ipsi existimant, nota perstringi, quod duo Clerici, Abbas scilicet Brandolinus, & Canonicus Vicentinus, qui in custodiis Venetis astricti tenebantur, vt tandem suppliciis afficerentur, Pontificis ministris vltro sint traditi quo mendacio, haud vllum vnquam fuit fictum importunius: siquidem hi non Pontifici aut eius ministris, vllo modo concessi, sed Galliæ Regi dono à Repub. Veneta, pro ea qua in illos vtebatur autoritate, efflagitanti permissi.*

*Quam rem, publico Tabellionis Instrumento, ne ætate vertente Baronius aliquis factum pro Ecclesiastica libertate temere interpretari audeat, testatum voluit. Hem quantula in re Aduersarii nostri triumphant!*

*Verum tu vir egregie cordate, repete quæ à me supra commemorata sunt, ex quibus manifeste intelliges, Venetæ Reipub. libertatem haud vnquam vegetiorem fuisse: quin lege his literis inclusum exemplum sententiæ typis impressæ, atque à supremo Veneto magistratu in caput Michaëlis Viti sacerdotis, latæ proximo mense Octobri, proinde exilium Iesuitarum: quære his similia, non haud pauca inuenies, atq; hinc disces, vtrum Veneti sint sui iuris, an vt falso accepisti, despotico Pontificis imperio plane ac simpliciter subditi. Age igitur, optime atq; præstantissime Comes, age, inquam, redde tuis literis splendorem veritate, dissolue illis officientem nubeculam, dele à clarissimo speculo insignem sine dubio maculam, vt quod vehementissime te illo ipso capite optauisse de Venetis non obscure significas, nimirum vt nihil de suo iure Pontifici concessissent, te impetrasse, & tibi & nobis immortaliter gratuleris. Vale. Venetiis Kal. August.*

*Anno* 1608.

## Reuerendo, eruditiſſimo & clariſſimo viro, Dn. IOANNI MARSILIO, SERENiſs. Reipubl. VENETÆ Theologo.

*TOBIAS PAVRMEISTERVS A KOCHSTET, I.C. Aulæ Cæſ. Comes, Sereniß. HENRICI IVLII, Ducis Brunſuic. & Lunæburg. Conſiliarius intimus, &c.*



ETſi multorum antea ſermone ac literis ad me delatum erat, non vnam in partem ab hominibus præſertim Italis accipi, quæ cap. 3. lib. 2. De Iuriſdictione imperii Romani, de ſummi Pontificis poteſtate à me relata ſunt: quia tamen id præter expectationem mihi, quæ pro diuerſis perturbationum cauſis, cuiuſque de his futura eſſet opinio, facile proſpicienti, haud euenit, non potui nec debui illis magnopere commoueri. Cum vero nuper ſingulari quodam meo fato incidiſſem in Nobiliſs. ac ſplendidiſs. Equitem Miſnicum CHRISTOPHORVM PELVGIVM, virum perelegantis ingenii, acerrimi iudicii, ac politioris omnis literaturæ, eiuſq; cum primis ſcientiæ, quam Κυριωτάτην πασῶν τῶν ἐπιστημῶν appellat Philoſophus, ſine exemplo peritiſſimum, Illuſtrem ac generoſum Baronem Erenfridum Minquitium, ſacratiſs. Imperatoris conſil. & ad comitia prouincialia Saxon. legatum, cui & ego tunc præſto eram, in tranſitu Halberſtadii proximo menſe Iunio conuenientem, iſque pro ea, qua eſt incredibili humanitate, de iſto meo ſcripto multa amanter magis, quam vere locutus eſſet, inter alia diuerſas quoque cenſuras in Repub. Veneta id ſubiiſſe addebat. Quæ cuiuſmodi eſſent, cum diligentius percontari, nec loci, nec temporis illius ratio permitteret, in vias ac rationes certius ac planius quiddam de eo cognoſcendi curas & cogitationes omnes defixi. Dumque rem in varias voluto partes, ecce præter omnem

omnem expectationem paucis abhinc diebus ex aula Pomerana literæ ad me perferuntur, quibus adiunctum erat exemplum, vir Reuerende, clariſs. atq; eruditiſſime, præmiſſæ tuæ ad me Epiſtolæ, ante biennium Illuſtriſſimo ac literatiſſimo principi PHILIPPO POMERANIÆ Duci, inter alia noua ex Italia allatum, ideo, vti cauſabantur, hactenus detentum, quod literas ipſas iamdudum mihi redditas eſſe, minime fuiſſet dubitatum. Eo quidem auidiſſime perlecto, etſi initio, tanto id temporis interuallo ſuppreſſum, mihiq; dum res in ore ac memoria eſſet omnium, reſcribendi facultatẽ ereptam eſſe dolui: tamen vt me collegi, magna & incredibili voluptate ſum perfuſus, quod de vero tandem exitu grauiſſimæ iſtius controuerſiæ me redderet certiorem. Ac licet vulnera illa, iam obducta refricare, aut aliquid alieniore tempore nouæ diſceptationis commouere, (quod, teſte Iſocrate, ἀκαιρος, πανταχοῦ λυπηρός) minime conuenire intelligebam, ideoque quicquid eram reſcripturus, in locum commodiorem, iterandæ nimirum dicti operis mei, vel librorum de Republica editionis, reiicere poteram: quia tamen ad principum & plurium aliorum notitiam ſcriptum tuum perueniſſe conſtaret, vt qui tua legerunt qui meus in ſereniſſimã Rempublicam animus eſſet, liquido cognoſcere poſſent, reſponſum minime differendum ratus, ac vt & certius ad te tranſiret, nec manu ſcripto idem quod tuo eueniret, typis imprimendum curaui.

Quantum itaque ad primum Epiſtolæ tuæ caput, quo animi à nobiliſs. Republica alienioris me arguis, candorem quoq; in re, vt erat geſta, narranda requiris: Equidem quod meum in inclytam ciuitatem ſit ſtudium & propenſio, nemini obſcurum eſſe poſſe arbitror, qui quantum ex ſiniſtro illo rumore erecti & ſublimis Venetorum animi artibus & conſiliis, vti metuebam, Romanis ſic, vt ferebatur, inflexi conceperim dolorem, animaduertet. De pactis autem & conditionibus ad quæ mea, quæ vrges, omnia, non ſimpliciter prolata referuntur, quibus tum res tranſacta dicebatur, non ex illo cuius meminiſti Ieſuitarum ſcripto, Germanice in vulgus ſparſo, ſed alia quadam relatione latina, neſcio tamen an iiſdem autoribus, ſum edoctus.

Pote-

ἄπειρον vel abſolutam politiarum poteſtatem pertinent, quemadmodum hæc in ſpecie omnia deducuntur tam ab aliis rei Romanæ ſtudioſis, tum vero ab eiuſdem maximo propugnatore Bellarmino *de pontifice Romano libr.* 1. *cap.* 9. 10. 11. 12. 13. 14. *& aliquot ſeqq. & lib.* 4. *c.* 1. *lib.* 5. *c.* 6. 7. 8. 9. 10. Nec quicquã, πρὸς τὸν λόγον, catholico † huic 46
& abſoluto imperio detrahit, quod politica ſiue temporalis poteſtas pontifici non ſimpliciter ac directe, ſed indirecte, id eſt, adiecta conditione, ſi neceſſarium ſit ad animarum ſalutem, conceſſa tradatur à Bellarmino *de pontifice Romano lib.* 5. *cap.* 6. *&* 7. Si enim dubium ſit, an talis ſit caſus vel factum quo interueniente periculo animarum ea poteſtate opus ſit, eius rei iudicium ἀνυπεύθυνον ad ſolum pontificem pertinet, vt habet reſponſum Nicolai pontificis ad Michaelem imperatorem relatum à Baronio in paræneſi ad rempub. Venetam: Satis eſt abſq; aliquo ſeruato iuris ordine ſummo pontifici, ſi quomodocunque rem compertam habuerit & quomodolibet delinquentes principes commonuerit, eſi non pareant abſque alio ordine iudiciario, in contemtores vel contumaces excommunicationis ſententiam ferre. Imo vt ſubiicit idem Baronius eadem paræneſi de eius ſententiæ iniquitate vel nullitate non tantum à laicis, ſed etiam ab ipſis epiſcopis pronunciari abſurdum & monſtroſum, ac Luciferi portentum à Catholicis hactenus inauditum, ſed ab hæreticis & ſchiſmaticis ſolummodo vſurpatum. Imo pontificem tanquam iudicem vniuerſorum, nullum hactenus concilium legitime congregatum, auſum eſſe iudicare, cum ab eo omnia concilia accipiant autoritatem, vt abſque eius ſententia ipſa nec œcumenica dici aut indici potuerint, in quibus & frequenter ſit conclamatum: prima ſedes à nemine iudicatur, & Pontifici dictum: Tua te ſententia purga vel damna. Baronius *in dicta paræneſi* ad Rempub. Venetam.

Cum igitur conditio † in arbitrium eius cui quid ea adiecta 47
tribuitur, collata, connexam diſpoſitionem non efficiat. *argum. leg. centeſimis. in fine de verb. oblig. leg. ſub hac. de obligat. & act. leg. ſtipulatio non valet. de verb. obligat.* directe vel indirecte ea poteſtas pontifici competat, nihil intereſſe manifeſtum eſt.

Si de causis & principiis tantæ potentiæ extra Theologorum
48 concertationes ἡ ζήτησις politica instituatur † metaphysicam pla-
ne ac ab omni rectæ Reipub. ratione alienam esse deprehende-
49 mus. Est enim politicum † omne imperium ex libera & sponta-
nea imperandi & parendi conuentione. Aristot. *politicor. lib. 1. cap. 1.*
Et τῶν ἴσων ἐλευθέρων καὶ ἑκόντων, id est, æqualium liberorum & sponte
consentientium Aristot. *politic. lib. 3. cap. 14. & lib. 1. c. 7.* Ac naturæ
per omnia consentaneum, idem *Ethicor. lib. 5. cap. 11. Et politicor. lib.*
*1. cap. 12.* vbi inter ἄρχοντα καὶ ἀρχόμενον natura æqualitatem esse debere
50 dicit. Et in specie βασιλεία † μοναρχία ἀποβλέπουσα τὸ κοινὸν συμφέρον Regnum
est Monarchia, cui vtilitas publica proposita est, Aristot. *polit. lib.*
51 *3. capit. 7.* Potestas autem pontificia † non ex spontanea ac libera
Christianorum subiectione, sed contra naturam ex callida ac do-
losa persuasione de commenticio mandato & ordinatione diui-
na ad solius pontificis commodum & libidinem comparata, He-
rilis & Tyrannica est dominatio, quæ cum in omnes Christiani
orbis partes longe lateque sit diffusa: præter Anglos, Scotos,
52 † Danos, & Heluetiorum quosdam Pagos, qui imminuta ea
de qua scribit Iouius opinione abiecto iugo pontificio nostro se-
culo se in libertatem vindicarunt, nullus ferme Europæ erit po-
pulus qui de recta, vera, perfecta & αὐτάρκει πολιτείᾳ gloriari possit.
53 Hæc dominationis † Pontificiæ κρύφια & σοφίσματα pro sua pru-
dentia dudum animaduertentes Veneti ad restituendam in in-
tegrum nobilissimam Rempublicam omnium in sese oculis con-
iectis nuper quasi signum sustulerunt, qui, quemadmodum, si
constanti consilio, vagina in mare proiecta, telam semel cœptam
pertexissent, immortalem vindicatæ libertatis patriæ gloriam
consequi poterant. Sic conatibus eorum arte Romana cito labe-
factatis ex dimidiato opere non sine aperto pudore, hoc tulerunt
præmii, vt si antea fuit ignoratum, iam ipsos imperio pontificis
non politico sed despotico plene ac simpliciter subditos esse, orbi
constet. Idque conditiones indignissimæ, quibus in gratiam
pontificis pro tempore simulatam recepti feruntur, aperte lo-
quuntur.

Hæc de motuum illorum grauissimorum inter Paulum Ponti-
ficem

ficem V. & Serenissimam Remp. VENETAM Compositione, prout communi fama & sermone tum ad nos deferrentur dolens quidem exaraui: Verum rem longe aliter euenisse postea cognoui ex literis Ioannis Marsilii Neapolitani Venetorum Theologi eximii, autoris octo illarum propositionum de nullitate excommunicationis pontificiæ in VENETOS eo tempore editæ (quibus nescio an unquam grauius ac neruosius aliquid contra vsurpatam in Reges ac Respublicas Christianas dominationem ac Tyrannidem in lucem sit emissum) ob idque à Generalibus Inquisitoribus primo Romam citati & cum se non sisteret, Venetiis veneno nefarie sublati. Cuius Epistolam cum mea ad illum responsoria hic subiiciendam putaui.

---

*Eruditissimo atque Eloquentissimo Dn.*

TOBIÆ PAVRMEISTERO, Comit. Illustr.

IOANNES MARSILIVS, SERENISS. Reipublicæ VENETAE Theologus.



*Eneti nec bella prouocant nec metuunt: cum pacem gloriose retinere possunt, eam suorum studio ac diligentia fouent: cum vero aut armis, aut iniuria impetuntur, arma suscipiunt, maluntq. fortiter pugnando resistere inuadenti, quam inglorii cedendo quiescere. Quibus rebus libertatem dominandi, quæ cum ipsis nata est, maculæ penitus expertẽ, à principio ad hunc diem conseruarunt.*

*Hæc ad te scribo, vir Eruditissime & Eloquentissime, quod ad calcem capitis 3. libri tui 2. de Iurisdictione Imperii, hoc anno impressi Hanouiæ impensis Petri Kopfii, aliter de inuicta Republica senseris, & pronunciaris. Ais enim, nuper à Venetis signum fuisse sublatum, vt nobiliss. Rempublic. in integrum restituerent, & Patriæ libertatem vindicarent: Verum arte Romana labefactatos, ex dimidiato opere non sine aperto pudore hoc tulisse præmii, vt orbi constet, despotico Pontificis imperio simpli-*

77 *Generaliter excipiuntur Clerici.*

78 *Quæ ad primum iudicium excipiuntur personæ omnes Cæsari & imperio non directo, sed Principibus & reliquis inferiorib. ordinib. parentes, quæ regulariter in prima instantia coram Cæsare non conueniuntur.*

79 *Regula iam dicta fallit primo quando non ab aliis sed à principibus, vt dominis ipsis subditi mediati conueniuntur.*

80 *Secundo fallit in vagabundis.*

81 *Tertio in casu iurisdictionis ex natura sua ad superiorem relabentis, quod fit denegata vel protracta iusticia.*

82 *Idq. restringitur ad iudicium nondum inchoatum.*

83 *Quibus casibus in causa nullitatis aditio iudicis superioris iure permissa sit.*

84 *Vsu fori vbiq. propter nullitatem præsertim ex malitia vel iniuria, iudicis prouenientem, superiorem adire licet.*

85 *Quarto præmissa regularis definitio non habet locum in casibus, quib. propter suspicionem iudicis inferioris iurisdictio ad superiorem reuertitur.*

86 *Quinto fallit in casibus, quibus ex iure communi quis iudicis non sui iurisdictionem sortitur.*

87 *Iudicis non sui iurisdictioni subiiciuntur vel volentes vel inuiti.*

88 *Volentes si sponte se alienæ iurisdictioni subiiciant.*

89 *In consentientes cuiusuis iudicis, qui tribunali præest, iurisdictio est.*

90 *Inuiti vel ex alterius vel sua persona iudicis non sui iurisdictionem subeunt.*

91 *Ex alterius persona quis conuenitur apud alium iudicem, vel ex iure communi vel priuilegio.*

92 *Iure communi hæres & defensor.*

93 *Generalis definitio de hærede nullo obstante priuilegio forum defuncti sortiente ad priuilegium priuatum restringitur, secus in publico vel corpore iuris incluso.*

94 *An instantia cum Laico inchoata transeat in ecclesiam vel clericum hæredem?*

95 *Defensor defendendi iudicium subire cogitur.*

96 *Priuilegium actoris, quo reum coram alio quam suo iudice in ius trahere possit, quale & cur necessarium.*

97 *Exemplum priuilegii actoris, in pupillis, viduis & aliis miserabilibus personis, quod tamen hoc reipub. statu non est in vsu.*

98 *Exemplum priuilegii reorum.*

99 *Vetera hæc actorum & reorum priuilegia conuerso reipublicæ statu in vsu esse desierunt.*

100 *Ex sua persona extra locum domicilii quis conuenitur tribus ex causis & ex primo contractu.*

101 *Quomodo intelligendum quod quis ex contractu forum alienum sortiatur.*

102 *Restringitur si vel expresse vel tacite conuentum sit ne Reus vbi contraxit, conueniatur.*

103 *Quibus casibus, ne quis in loco contractus conueniatur, tacite actum videatur.*

104 *Secundo ex delicto ciuiliter quis conuenitur in loco delicti.*

105 *In maleficiorum accusationibus duo diuersa & iudicii criminalis propria, primum vt non tantum rei vbi reperiuntur puniantur: sed desiderante id magistratu ad locum delicti remittantur.*

106 *Reorum ad locum maleficii remissio in vsu esse desiit.*

107 *Tertio ratione rei in alterius territorio sitæ, quis extra locum domicilii conuenitur.*

108 *Quarto ex natura cœpti iudicii vel causæ connexitatis.*

109 *Iudicium cœptum dupliciter intelligitur, improprie per citationem, proprie per litis contestationem.*

110 *Proprie cœpti iudicii vel litis contestatæ effectus.*

111 *Interpretum de quadruplici causæ continentia commentum excutitur.*

112 *Sexto regula supradicta de subditis mediatis Principum ac dominorum suorum iurisdictioni in primo iudicio relinquendis, & ad Cæsaris tribunal non trahendis, locum non habet in casibus iure singulari Cæsareæ iurisdictioni reseruatis.*

113 *Casus reseruati in duplici sunt differentia, quidam enim iure veteri, quidam nouis constitutionibus & moribus reseruantur.*

114 *Iure veteri reseruata enumerantur.*

115 *Hoc tempore Cæsaris iurisdictioni reseruata referuntur.*

116 *Et primò causæ violatæ pacis publicæ.*

117 *Secundo Fiscales.*

118 *Fisci verbi diuersi in iure acceptus.*

119 *Causæ Fiscales quæ dicantur.*

120 *Causarum fiscalium hoc tempore Cæsari reseruatarum enumeratio.*

121 *Tertio causæ Ducatuum, Principatuum & Comitatuum imperio beneficiariorum absq; consideratione immediatæ qualitatis à Cæsare iudicantur.*

122 *Exceptio firmat regulam in casibus non exceptis.*

123 *Principes ac cæteri immediati omnes Cæsareæ iurisdictioni obnoxii, nisi iure singulari vel præscriptione legitima in quibusdam exemtionem doceant.*

124 *Illustres duæ quæstiones prima an priuilegia primæ instantiæ Principib. & ordinibus Cameræ ordinatione tributa, Cæsareæ quoq; iurisdictioni præiudicent.*

125 *Lex generaliter loquens generaliter intelligenda.*

126 *Principis beneficium latissime interpretandum.*

127 *Eiusq; verba non tenaciter, sed gratiose ac liberaliter interpretanda.*

128 *Iurisdictio concessa per contractum, non cumulatiue sed priuatiue data intelligitur.*

129 *Reseruatio vnius alterius abdicatio.*

130 *Exceptiones declarant regulam*

131 *Vnius exclusio alterius inclusio.*

132 *Copulæ natura & coniungere diuersa & separata.*

133 *Renunciatio est stricti iuris.*

134 *Etiam iurata.*

135 *Iurisdictio regulariter cumulatiue tributa intelligitur.*

136 *Iudicium primæ instantiæ non propria, sed mandata iurisdictio est.*

137 *Generalitas ex subiecta materia restringitur.*

138 *Etiam in priuilegiis ac beneficiis Principum.*

139 *Quod concessio priuilegiorum primæ instantiæ Cameræ tantum mandatam, non vero ordinariam Cæsaris iurisdictionem minuat, constitutionum ipsarum locis ostenditur.*

140 *Ficti non maior vis quam veri.*

141 *De Electorum & Principum priuilegio obseruantia attendenda.*

142 Ob-

142 *Obseruantia dispositionum omnium interpres.*

143 *Per appellationem à grauamine per Principes & alios immediatos, illata iurisdictio ad Cæsarem reuertitur.*

144 *Appellatio habet effectum suspensiuum & deuolutiuum*

145 *Qui Electores, Principes & ordines priuilegio appellationis prohibitorio hoc tempore gaudeant remissiue.*

146 *Remota appellatione nec nullitatis deductio, nec restitutionis in integrum postulatio, nec suspecti quæstio sublata censetur.*

147 *In prohibitoriis expresse non vetita permissa censentur.*

148 *Priuilegia remouentia appellationem odiosa & stricte intelligenda.*

149 *Ex regula de iurisdictione Cæsaris constituta causæ quædam generaliter, quædam quoad primum iudicium excipiuntur.*

150 *Generaliter excipiuntur causæ ecclesiasticæ ac spirituales & cum iis connexæ.*

151 *Causæ matrimoniales quatenus à foro politico exemptæ.*

152 *Causarum feudalium à iurisdictione Cæsarea exemptio.*

153 *Quoad secundum iudicium excipiuntur causæ criminales in quibus ex generali Germaniæ consuetudine non permittitur appellatio.*

154 *Eadem consuetudo in Italia introducta adseritur.*

155 *Consuetudo isthæc odiosa ad casum manifestæ & principaliter intentatæ nullitatis non porrigitur.*

156 *Nec in puncto competentiæ locum habet.*

157 *Etsi non delicto criminaliter puniendo, sed iurisdictionis ipsius criminalis iure & possessione inter postulantes controuertitur.*

158 *Idem si propter delictum ab alio commissum tertius innocens repressaliis vel pignorationibus grauetur.*

159 *An Cæsaris iurisdictio per appellationem suspendatur illustris quæstio.*

160 *Remota appellatione supplicatio & querela sublatæ non censentur.*

161 *Restitutionem quoque in integrum contra Cæsaris sententiam apud eundem postulari permissum.*

162 *Postulatio restitutionis in integrum habet effectum suspensiuum nisi malitiose ad retardandum processum interposita sit.*

163 *Beneficium restitutionis in integrum nunquam censetur sublatum quantumuis lex, vel alia dispositio generaliter nulla ratione litem restaurandam statuat.*

164. An

circumſcriptam, euincunt? Ac vtinam plures eiuſmodi eſſent Reſpublicæ, non haberent hæc ſecula quod inuiderent antiquitati, cum nec Roma ipſa in ſummo illibatæ libertatis faſtigio per leges politiarum rectarum omnium altius ire potuerit. Quod vero noſtra hac tempeſtate pleraque orbis Chriſtiani regna tam ſint luxata & conuulſa, nulla alia cauſa eſt, quam quod ſublato religionis & imperii politici diſcrimine, ac diuiſo vel rupto potius fidei & obedientiæ ſubditorum vinculo, in iis non parem tantum ac imperii ſocium, ſed ſuperiorem ac Dominum quoq; Regum ac Principum Pontifex ſeſe gerat.

Gratulor igitur ex animo labem iſtam turpiſſimam, Maieſtatis nimirũ ſuæ, faſcium & vexillorum ſubmiſſionis à ſplendidiſſima Republica remotam, ac non tantum antiquiſſimam eiuſdem libertatem non imminutam, ſed etiam illuſtri hac contentione ſtabilitam & confirmatam eſſe. Etſi enim multa ſunt Venetorum tam bello, quam pace egregia monumenta, ſemperque per continuos ſucceſſores aliquid ſolidæ ac ſpectatæ gloriæ additum ſit, quorum perſecutionem epiſtolæ leges non permittunt: ea tamen, licet per ſe ſint magna & immortali memoria digna, cum hoc pulcerrimo poſt ciuitatem natam facto, quo palmam Regnis ac Rebuſpublicis omnibus Religionem Catholicam Romanam, vti vocant, profitentibus, præripi manifeſtum eſt, comparata, multo minora reperiuntur. Eoque effectum eſt, vt poſteris ſatis futurum ſit, ſi principis ac ſenatorum præſentium, ſapientiam, animi magnitudinem, ac in rebus gerendis dexteritatem ac ſolertiam perpetuo imitentur. Vale. Ex rure meo Hadeberiano pridie Non. Auguſti, Anno 1611.

## Caput IV.

### *De Imperatoris Romani iuriſdictione.*

Observata.

1 *Imperatoris Cæſaris & Auguſti nomina ab initio.*
2 *Poſtea ſic dicti ſolum à Pontifice Coronati & inuncti.*
3 *Coronationis ſolemnitas tam à Pontifice quam Archiepiſcopo Colonienſe*

*& Mediolanense, olim adhibita in Ferdinando, Maximiliano 2. & Rudolpho 2. & veteribus quibusdam Imperatorib. prætermissa.*

4 *An Electus Imperator ante coronationem Pontificiam iura imperii administrare possit.*

5 *Quod ipso iure electionis moderandi Imperii potestatem acquirat.*

6 *Imperatoris Romani definitio.*

7 *Effectus electionis vt regulariter in electum, tanquam Regem Imperium omne politicum transferat.*

8 *Definitio ac definitum mutua reciprocatione sese arguunt.*

9 βασιλείας *siue Regni definitio Aristotelis.*

10 *Eiusdem diuisio.*

11 παμβασιλείας *siue Regni pleni & absoluti definitio.*

12 βασιλείας κατὰ νόμον *siue Regni legibus circumscripti.*

13 *Regnum legibus adstrictum improprie Regnum dicitur.*

14 *In omni dispositione verba proprie accipienda.*

15 *Imperator ex iure creationis de Imperio omni politico fundatam habet intentionem.*

16 *Omnis regularis definitio in iure suas habet exceptiones.*

17 *Regula de pleno & absoluto Cæsaris Imperio firma & constans, nisi legibus in creatione dictis vel moribus quid ei detrahatur, ostenditur.*

18 *Exceptio firmat regulam in casibus non exceptis.*

19 *Imperium omne politicum Cæsari cum Principibus & ordinibus ex semisse diuisum.*

20 *Iurisdictio omnis Cæsaris esse censetur in toto Imperii territorio causis & personis vniuersis.*

21 *Iurisdictio Principis est notoria Iuris, de iure ex Baldo.* (ad mare.

22 *Iurisdictio à Principe fluit tanquam à fonte, & ad eum refluit tanquam*

23 *Imperator quo ad iurisdictionalia est tanquam mare quod non augetur nec minuitur concursu fluminum.*

24 *Iurisdictio apud principem residet, vt scabellum pedum suorum.*

25 *Restrictio iurisdictionis Cæsareæ primo quo ad territorium.*

26 *Loca quædam facto, quædam iure ab Imperio exemta referuntur.*

27 *Facto quædam ablata ab exteris: quædam à Ciuibus.*

28 *Borussia & Liuonia subducta à Polonis & Russis.*

29 *A ciuibus Heluetia & Rhætia Alpina.*

30. *Iure*

164 *An sententiæ Cæsareæ per nullitatis deductionem oppugnari possint.*

IMPERATOR olim dicebatur, qui exercitui † præerat, siue consul siue prætor, ac generaliter omnes Duces belli. §. *serui. Inst. de iure person.* quos primo à militibus parta victoria ac rebus bene gestis sic appellari solitos refert Dion. *in Augusto*, & multa exempla ponit Cicero. *Epist. Famil. lib. 2. ad Appium.* Cæsar *de bello ciuili lib. 2. & 3.* plura enumerat Barnab. Brisson. *de Form. & solenn. populi Rom. verbis lib. 4. fol. 50. n. 2.* cum autem duces diu titulis imperatoris fungerentur, Senatum constituisse vt Augusti Cæsaris hoc tantum nomen esset eo quod is distingueretur à ceteris gentium Regibus, idq; sequentes etiam imperatores vsurpasse, quod primi regis nomen etiam reliqui retinere soleant, refert Isidorus *Orig. libr. 9. cap. 3.* Cæsar Octauianus testamento Cæsaris (quem non ab vtero cæso, vt plerisque placuit, sed secundum Seruium & Spartianum ab Elephante primum cæso, quod lingua punica Cesaris verbo Elephas significetur, appellatum existimat. Carol. Sigon. *emendat. libr. 2.* primo dictus, quod à Iulio, non ab Augusto imperium cœpisset, licet Spartianus in vero Cæsarem eum vocari dicat, qui designatus est Princeps & Successor imperii, vt hodie Rex Romanorum. Quo etiam sensu in iure nostro locis quibusdam accipitur, vt *in leg. 6. §. vlt. de iure Fisci & leg. Etsi excepta. C. de malefic.* Duarenus *in comm. in I. part. D. capit. 1.* Augusti cognomentum Octauius primum accipit à Senatu, pro sancto Augurio consecrato, Iouis ope aucto. Græcis σεβαστός. Sueton. *in Vespasiano*, & Lampridius *in Alexandro.* Postea vero Augusti † dici consueuerunt, qui iam rerum potirentur, quos nunc Cæsares vel Imperatores appellamus. Maxime post constitutionem Gregorianam de septemuiris nominatoribus *in cap. venerabilem de Election.* vbi non prius Princeps vel Rex Romanorum creatus Imperator dici consueuit, quam à Pontifice Romano, vel cui hoc iure singulari ab eo erat indultum, Episcopo Hostiensi Cardinali, vt refert Iohan. Andr. Zarabell. & Iohan. de Imola. *in dict. c. venerabilem* esset inunctus, & ab ipso Pontifice consecratus & aureo Diademate insignitus, *c. venerabilem.* & ibi Abbas & *Clem. 1. de iureiur. c. in nomine*

Aaaa *domini.*

*domini distinct.* 23. Felin. *in c. eam te. de rescript.* Martin. Laudens. *in tract. de principe. qu.* 39. Platina *in vita* Gregorii Quinti, vt in Maximiliano primo & aliis contigisse videmus. Henr. Godd. *cons.* 1. *de Coronat. Cæsar.* licet ibidem consecrationē improprie dici affirmet.
3 Cuius tamen coronationis † solennitas, vt & quæ Aquisgrani ab Archiepiscopo Coloniensi ac Mediolanensi olim adhibita fuit, vt est in gl. *Clem.* 1. *de iureiur.* in Ferdinando Maximiliano 2. & præsente Imperatore Rudolpho 2. prætermissa fuit.

4 Et licet iam olim † inter doctissimos maxima fuerit concertatio, an electus in Regem Romanorum ante approbationem & coronationem papalem, iura imperii administrare possit, quibusdam non posse censentibus hisce rationibus. Quod per electionem regulariter non conferatur administrandi potestas ante confirmationem. Item exemplo Regum Israeliticorum Saulis & Dauidis, qui ante sacram vnctionem regni administrationem nō suscepisse leguntur 1. *Reg.* 9. Vicit tamen contraria sententia gloss. *in Clement. Romani de Iureiur.* quam consuetudine receptam ac confirmatam esse dicit Petr. de Andlo *in tr. de Imperio Rom. ad Frid.* 3.
5 *Imperator.* Quod electus in Imperatorem † ipso iure electionis potestatem administrationis acquirat. Vnde Imperatorem ante Coronationem priuilegia concedere posse, notat Speculat. *in tit. de rescript.* §. *fin. vers. neq; quod est obtentum.* idem tenuit Iacob. de Aren. cuius definitionē refert Cyn. *in L. bene à Zenone. C. de Quadr. præscript.* Idem Innoc. *in cap Venerabilem, de Election.* Faciunt quæ notat. Innoc. *in d. cap. Romani de Iureiur.* ac refert Hostiens. *in c. super quibusdam de verb. significat.* Petr. de Andlo *d. tract. de iure imperii cap.* 5. Nicol. Cusanne *de concord. catholic. libr.* 3. *cap.* 3. Vbi dicit vnctionem & Diadema nihil præstare imperiali potestati: Insignia enim illa, vt loquitur, quasi ad maiestatem sacram, quæ imperio inest ostendendam materiali visibili subiecti imperii, cum cæremoniis impenduntur, vt sunt signa prædicantia admirandam illam potentiam, sicut similia in Romano Pontifice videmus fieri, tamen ante omnia talia Papa est post electionem Ludolphus de Babenbergk *de iure regni & imperii Romani capit.* 10. *fol.* 373. Vbi Regem Romanorum non accipere potestatem administran-

nistrandi ex coronatione, sed potius ex electione Principum. Idem *eod. tract. capit.* 5. Electus in Regem seu Imperatorem Rom. à Principibus, Electoribus Regni & imperii in concordia potest statim ex ipsa electione licite nomen Regis adsumere ac iura & bona regni & imperii in Italia & aliis prouinciis eiusdem regni & imperii administrare. Et hæc sententia aperto fundamento Carolinæ constitutionis nititur, in qua *tit. 2. de Electione regis Romanorum. §. penult.* Et quia peracta statim electione regem Romanorum tum alia imperii negocia administrare, tum priuilegia quoq; concedere posse dicitur. Et quia coronationis ritus ac ceremonia, honoris ac celebritatis magis, quam necessitatis causa olim vsurpata, præter id, quod Electorum decreto quæsitum est, nihil noui adferat, ab Imperatoribus compluribus, vt Rudolpho 1. Alberto & Maximiliano 1. Ferdinando Maximiliano 2. & Rudolpho 2. vt paulo ante diximus, tanquam solennitas superuacua neglecta, nihilominus imperium partim regio, à posterioribus vero augustissimo Imperatoris titulo ac nomine absque vllius contradictione feliciter administratum fuit, vt patet ex actis & Decretis comitiorum. VVormatiens. Anno 1521. edicto de Regimento Noribergæ eodem Anno 1522. 1523. 1524. Spiræ Anno 1529. Carolus autem Quintus licet inaugurationem à Clemente 7. impetrauit Bononiæ, Anno 1530. 6. Cal. Martii, ab eo vero tempore quo electus & Aquisgrani coronatus semper titulo Imperatorio **erwehlter Römischer Käyser** vsus, plenam rerum imperialium administrationem exercuit. Ac veteres illos Imperatores Ludouicum 4 Conradum 1. Henricum Aucupem, Conradum Sueuum, Rudolphum, Adolphum, Albertum, Rupertum ac cæteros, qui titulo Cæsareo nulla necessitate adacti vltro abstinuerunt, nulla ratione fuisse prohibitos, quin se quibusuis appellationibus nominarent, affirmat Onuphrius Panninus *de Comitiis Imperatoriis tit. Qua ratione Imperatores Franci occidentales creari mos fuerit.* Idem eodem loco prima Germaniæ Principum est electio, quæ Imperatorem reipsa facit: Pontificis vero inauguratio est, quæ eum Imperatorem rite renunciatum

Aaaa 2 fuisse

fuisse, Imperioque dignum declarat, atque ei speciosa Imperatoris & Augusti nomina indidit. Obiter & hic prætereundum non est, moris esse vt pro sua erga Sedem Romanam obseruantia Imperatores magistratus initio legatos mittant per quos studia ac obsequium Pontifici deferentes. Qua de re Reuerendissimum & fortissimum Principem Philippum Flachium à Schvvartzburg Ordinis Ioannitarum per Germaniam summum Magistrum, Rudolphi Secundi Imperatoris cum Hieronymo Tunnero IC. ad Pontificem Anno 1576. legatum in arce sua Heitersheim in qua tum ex Gallia Friburgum rediens apud eum diuerteram multa grauiter dicentem memini: Inter quæ hoc erat præcipuum: postulasse Pontificem sibi ab Imperatore præstari obedientiam, ita enim moribus receptum esse contenderat, se & collegam plus quam in mandatis habuissent facere recusasse, Mandata fuisse huiusmodi, vt Pontifici obsequium & reuerentiam Ecclesiæ vero obedientiam pollicerentur. Rem ad Imperatorem relatam interim Tunnero acriter cum Cardinalibus qui eum in suam sententiam pertrahere vehementer laborarint, pugnandum fuisse. Cum autem ab Imperatore, ne ab ea verborum forma quam Ferdinandus auus & Maximilianus pater secuti essent, discederent denuo iussi essent. FECISSE quod mandatum fuit & in publico Cardinalium consensu Pontifici editiore loco sedente obsequium, Ecclesiæ vero obædientiam promisisse. Visam esse addebat multis ridiculam eam in Vrbe contentionem, quod hæc ipsa obsequii & obædientiæ vocabula non multum discreparent, sed intellexisse Pontificem qui tantopere de isto obædientiæ vocabulo laborarit, quantum in rebus exiguis esset momenti, & in hac causa Imperatorem statim initio magistratus ostendisse, se non obligatum vt Pontifici subdito suo ebedientiam pręstaret, quam sibi ab eo deberi intelligeret.

6 IMPERATOR vero, siue Cæsar † siue Augustus appelletur, is definitur, qui secundum constitutionem Carolinam Rex Romanorum legitime electus est. Aureæ Bullæ *tit. 2. de electìon. Re-*
7 *gis Romanor.* Ac eo ipso † quo creatur rex Romanorum Imperium omne politicum iure gentium in eum conferri certum est *dict. tit.*

2. §. Et

2. §. *Et quia*, vbi disponit Carolus, quod statim peracta electione iura imperialia exercere possit ac debeat electus. Ea n. est inter definitum † ac definitionem affectio, vt mutua reciprocatione sese 8
arguant, seu cui vnum conuenit, ei alterum quoq; conuenire necesse sit. *leg.* 1. §. 1. & ibi Bart. *de Dolo leg. fin. de verb. significat. cap. dudum 27. quæst.* 2. Est enim Regnum modus administrandæ Reipublicæ, quo vni summa potestas ad publicam vtilitatem exercenda commissa est Aristot. *polit. lib.* 3. *cap.* 7. † καλεῖν δ' εἰώθαμεν τῶν μὲν μο- 9
ναρχιῶν τὴν πρὸς τὸ κοινὸν ἀποβλέπουσαν συμφέρον βασιλείαν: vocare autem consueuimus principatum vnius ad commune bonum spectantem regnum. Et licet duas videatur † constituere species βασιλείας in ge- 10
nere acceptæ *lib.* 3. *cap.* 14. παμβασιλείαν καὶ βασιλείαν κατὰ νόμον *lib.* 3. *capit.* 15. *in pr.* παμβασιλείαν † quando vnus rerum omnium habet potestatem 11
*cap.* 16. *lib.* 3. *& eiusdem lib. capit.* 14. *num.* 8. *& in fine.* ὅταν ᾖ πάντων κύριος εἷς ὤν, ὥσπερ ἕκαστον ἔθνος καὶ πόλις ἑκάστη cum penes vnum omnium est potestas, quemadmodum vnaquæque gens, & ciuitas Reipub. compos ac domina est. βασιλεία κατὰ νόμον † quando vnus certis legibus de- 12
finitam habet potestatem *dict. cap.* 14 *lib.* 3. Quia autem βασιλείαν κατὰ νόμον improprie † & ἀναλογίᾳ à parte ad totum concepta speciem re- 13
gni ac reipub. ibi dicit: vt postea aperte declarat, quod non sit species reipub. & quod magis legum quam reipub. habeat speciem. Et quod sola παμβασιλεία vera sit species reipub. *lib. polit.* 3. *cap* 15. Ac in omni dispositione, cum † verbum propriam & impropriam ha- 14
bet significationem, potentior significatio & ea, quæ ex proprietate descendit sumenda sit. Alciat. *de verb. significat. lib.* 1. *numer.* 7. Sequitur iure † gentium decreto electionis, vt diximus, plenam 15
& absolutam potestatem seu κυρίαν πάντων, non Despoticam (vt quidam ex male intellecta lege, Regia olim Principibus Romanis tributam arbitrantur, quos egregie confutat Marius Salamonius *lib. de princip.* 16. Et Buchananus *de iure Regni apud Scotos* eam, quam Politiarum omnium esse diximus *lib.* 1. *c.* 3. in Imperatorem collatam censeri. Vt autem omnis priuati iuris † regula ac definitio in 16
quibusdam perdit officium suum ac ἐνέργειαν: Sic quoque dicta de omni ἀρχῇ πολιτικῇ in Cæsarem electionis Decreto collata non vsq; quaque firma ac perpetua est, sed eatenus saltem locum habet,

17 dum, vel legibus † in creatione dictis vel vsu ac moribus quædam non ostenduntur mutata & excepta. Ea enim est exceptionis
18 † natura, vt quando casus certos eximit in cæteris regulam confirmare censeatur *leg. quæsitum. §. idem respondit. de fundo instr. leg. l. 1. de R. I. in his leg quod vero. leg. ius singulare de legib.*

19 Quod igitur ad vniuersum † Imperium siue κυρίαν πολιτικὴν attinet, capite præcedenti diximus, semissem Regiæ potestati detractam ad ordines ac optimates imperii pertinere iuris singularis condendi potestate, qua Cæsaris ordinum semissem superat, excepta Legum itaque vniuersalium iubendarum potestatem non solus Imperator, sed cum ordinibus coniunctim habet vt cap. præcedenti satis à nobis est expositum.

Quantum ad δικαιοδοσίαν, siue iuris singulis reddendi facultatem ex iure electionis quoque generalis est definitio. Præsumi
20 de iurisdictione † Imperatoris, seu vt loquuntur interpretes niti eum intentione fundata quoad omnem iurisdictionem in toto territorio imperii, item causis ac personis vniuersis. Est enim
21 iurisdictio † Principis, vt loquitur Bald. notoria iuris & de iure *leg. 2. num. 55. C. de seruitut. & aqua.* Et quod ad eum omnis iurisdi-
22 ctio pertineat, ab eo tanquam † à fonte fluat & eodem refluat tanquam ad mare. Idem Baldus *in cap. 1. §. ad hoc, de pace iur. firmanda.* Curt. Senior *consil. 66. col. 2.* Alex. *in leg. 1 in fine. de iurisdict. omni. iud.* Idem *cons. 24. n. 1. lib. 5.* Menoch. *in tr. de præsump. li. 2. præs. 4. nu. 14. & seq.* Ruin. *cons. 22. n. 7. vol. 1.* vbi dicit Principem fundatum esse in iurisdictione in toto suo Dominio, territorio, fortia ac districtu. Idem And. de Isernia *in cap. 2. si inter Dom. & agnat.* Afflict. *q. 6. in prælud. const. Regni.* Didac. Couarr. *pract. q. capit. 1. num. 9.* Carol. Tap. *in Rub. de constit. Princip. c. 4. n. 11.* Iason. *in l. Qui Romæ. §. Seia. num. 15.*
23 *de verb. oblig.* Vbi Imperatorem quoad iurisdictionalia † tanquam mare, quod non augeatur nec minuatur, concursu fluminum, esse dicit, ideoque cum quolibet ordinario & inferiore concurrere, idem Bald. *in L. fin. §. fin. C. de appellationibus.* Et quod
24 iurisdictio † apud Principem resideat vt scabellum pedum suorum, Molyn. *in consuet. Paris. §. 2. gl. 4. num. 9.* Petra *de fideicom. quæstione 13. numero 563.* Choppin. *de Doman. Franciæ libr. 1. tit. 4. in fin.*

Sed

Sed generalitas illa ad ius gentium & statum veteris Reipubl. plane Monarchicum & Pambasilicum respiciens † tam quoad 25
territorium quam personas & causas, multis in casibus restringitur.

Et quod ad territorium primo, non procedit in omnibus illis locis, quæ ab imperii potestate sunt exemta. Loca † autem 26
quædam facto quædam iure exemta referuntur. Facto ablata 27
quædam † sunt ab exteris, vt à Germania, Borussia † & Liuonia 28
à Russis & Polonis: Quædam à ciuibus † vt Heluetia & Rhæ- 29
tia. Iure exempta † asseruntur vel per contractum vel priui- 30
legium, vel ex consequentia aliorum iurium. Per contractum
vel † immunitas à quibusdam, vel plena & absoluta libertas. 31
A quibusdam Burgundia † & Lotharingia vt patet ex conuen- 32
tionibus cum imperio initis. Plena & absoluta libertas per Donationem Imperatorum adscritur vrbibus ac Prouinciis Italicis ad
ius & Dominium Ecclesiæ pertinentibus, vulgo † patrimonium 33
Diui Petri appellant, quæ ex Caroli Magni & Ludouici tabulis referuntur à Carolo Sigonio Historiæ, *de Regno Italiæ lib. 4. folio.*
100. *&* 166. *&* 107. Quæ de iis hoc † tempore possideant Pon- 34
tifices copiose enumerantur in Bulla cœnæ Domini *Pauli. 3. art.* 12. relata à Petro Rebuffo & à Botero Cosmographiæ *part. 2. lib. 4.* de Pontifice Romano. Alma scilicet vrbs, Regna Siciliæ, Insulæ Trinacriæ, Sardiniæ & Corsicæ, Terræ citra Pharum, Patrimonium beati Petri in Tuscia Ducatus Spoletanus, Comitatus Vennusinus, Sabinensis, Marchia, Anconitona Mariæ, Trebatiæ, Romandiolæ, Campaniæ, & Maritimæ prouinciæ, & loca specialis commissionis Arnulphorum, Ciuitatesque Bononia, Ferraria, Regium, Mutina, Fauentia, Imola, Foriliuium, Rauenna, Cernia, Arminium, Beneuentum, Perusia, Auenio, Ciuitas Castelli, Tuterdum, Camerinum. Vide, quæ copiose de patrimonialibus ecclesiæ Romanæ refert Marta Neapolitanus *de iurisdict. part. 1. c. 26. & c. 33. num. 36.*

Per conuentionem quoque † omniiugam exemtionem sibi 35
vendicant Domini ac Ciuitates omnes † Lombardiæ enumera- 36

tæ à

tæ à Sigonio Hiſtoriæ *de Regno Italiæ lib.*14.*fol.*338. Cremona Mediolanum Laus, Bergonum, Ferraria, Brixia, Mantua, Verona Vicentia, Patauium, Taruiſium, Venetiæ, Bononia, Rauenna, Arminium, Mutina, Regium, Parma, Placentia, Bobium, Herthon, Alexandria, Vercellæ, Nouaria, Opizo, Marchia, Malaſpina, Comes de Brenone, & plures *fol.*313. aliter prouinciæ Lombardicæ ciuitates recenſet Marta Neapolitan. *de iuriſdict. part.*1.*cap.*33. *num.*35. ex fœdere inito cum Imperatore Friderico ex conſtitutione de pace conſtantiæ, Sigonius *de Regno Italiæ lib.*14. *fol.* 338.*cum ſeq.* propter quam cum non ſimpliciter ſubiectę ſed fœderatę dicantur, Imperium ſupremam poteſtatem in eas exercere non poſſe, ait Fulu. Pacian. *conſil.* 19 *num.*342. poſt Alciat. *conſil.*33. incip. *Ligati verba num.*27.*in tom.*3.*lib.*9. Ruin. *conſil.*39. *Viſis.numer.*17.*ſub verſ. ex prædictis etiam non obſtat. vol.* 1. vbi tradit, Imperatorem nihil facere poſſe in præiudicium Ciuitatum in pace conſtantiæ comprehenſarum, Quoniam Imperium iſtas Ciuitates habere ex fœdere & contractu inito cum Principe ex quo ipſe & ſucceſſores eius obligentur, & pacem fuiſſe perpetuam, quoad obligationes & probationes in ea contentas & propter publicum & commune bonum eſſe ſeruandam, Pacian. *dict. conſil.*149 *num.* 38. idque ius cohærere territorio dictarum iſtarum Ciuitatum & prouinciarum. Itaque ſi illis datus fuerit Rex vel Dux, extra dubium eſſe eo ipſo in eum transferri omnia iura Imperialia quę Ciuitas vel Prouincia habuit. Bart *in leg. inter eos. de acquir. rer. dominio.* Bald. *in leg. Beneficium nu.* 17. *col. fin. de conſtitut. Princip.* Rom. *in leg. poſſideri. de acquir. poſſeſſ.* Idem *conſil.* 444. *num.*7 *verſ.* 4. *Quia iuriſdictio col.* 3. Pacian. *conſil.*149.*num.* 76.*& in tr. de probat. lib.*2.*cap.*43.*num.*21.

37 Emptionis titulum † allegant etiam Florentini, qui 7000. Lucani, qui 1200. Ducatorum libertatem ſibi comparaſſe iactant, Genuenſes quoque precio exemtionem acquiſiuiſſe refert Sigonius *libr.* 20.*de Regno Italiæ.* Reſtaurus Caſtaldus *de Imperatore quæſt.* 54. *numero duodecimo,* Decian. *conſil.*19 *num.* 29. *vol.*3. Menoch. *conſilio* 2. *numero* 67.*&* 68.*lib.*1. Priuilegio vel expreſſo vel tacito, id eſt, præſcriptione.

38 Expreſſo Priuilegio † Caroli Magni & Nicephori æuo indul-

tis

tis exemtos sese adserunt Veneti, Muscor. *de iurisdict. nu.* 129. Alb. de Rosate. *leg.* 1. *de summa trinitat. & fide Catholica.* vbi id Aurea Bulla insignitum se vidisse affirmat Felin. *in cap. Cum à nobis numer.* 3. *de Testibus*, Cœpolla *consil.* 17. *numer.* 45. *col. pen.* Marc. Brun. *consil* 13. item *Duces* Ferrariæ *& Mutinæ Fuluius Pacian. consil.* 149. *num.* 4 *&* 8.

De Ducis Midiolanensis † priuilegio Paul. de Castro *consil.* 34. *vers. adhæc benefaciunt vol.* 2. Cacheran. *Decision.* 79. *num.* 24. *vers. cùm Dux Sabaudiæ.* Genuam quoque siue Ianuam † Anno 1162. à Friderico plena libertate donatam, eandemque ab Henrico eius successore Anno 1191. & tandem à Carolo V. post Gallos eiectos, ciuitateque Imperio restituta. Anno 1528. confirmatam narrat Menoch. *consil.* 2. *num.* 49. *& plurib seq. Item num.* 73. *&* 74. *& seq.* 39 40

Præscriptione † quoque Venetos Genuenses ac Ciuitates omnes Lombardiæ libertatem quæsiuisse post Cæpollam *in crim. cons.* 17. *vis commissione nu.* 45. adserit Fuluius Pacian *cons.* 149 *num.* 9. 41

In consequentiam † aliorum iurium, primo ex ipsa ac sola regalium dignitatum collatione, vt statim ac quis Dux, Marchio vel Comes constituatur, etiamsi nulla alia priuilegia indulgeantur, iure magistratus eandem in subditos potestatem nanciscatur, quam Imperator in vniuerso Imperio. Cast. *consil.* 34. 2. *part.* Decian. *consil.* 41. *col.* 2. *pr. vol.* 2. Beccius *cons.* 59. *num* 6. Vbi Ducem Mediolani, Mantuæ Sabaudiæ, Marchionem Montis Ferrati absque vllo alio priuilegio iura Imperialia habere dicit. Natta *consil.* 661. *numer.* 18. Socin. *consil* 126. *vol.* 2. Surd. *consil* 53. *numer.* 10. etiamsi superiorem agnoscet, Bossius *in tract. de crimin. læsæ Maiestatis numer.* 55. Natta *in leg. neque pignus de reg. iur.* Bellon. *consil.* 53. *num.* 10. Petr. Anton. de Petra *de iure quæsito per Principem non tollendo cap.* 3. *quæst.* 4. *num.* 27. *&* 63. Eamque communem opinionem post plures attestatur Decian. *dict. consil* 41. Iacob. de S. Georgio *de feudis in verb. Dux. versic. Dubitatur etiam de feudo.* vbi dicit: *Eo ipso, quo Ducatus dignitas in aliquem confertur, intelligitur, in ipsam quoque translatam omnem potestatem Imperialem*, quem sequitur Roland. à Valle *consil.* 4. *nu* 42. Boss. *in tract. de Regal. num.* 5. *vers. & quando col.* 1. Crauetta *consil.* 973. *num.* 1. *vol.* 6. Fuluius Pacian. *consil.* 149. *num.* 72. 42

Secundo ex inuestitura † vel collatione perpetui Vicariatus, 43

quem habent Duces, Comites, Barones, quod sint loco Principis, & in terris ac locis sibi commendatis omnia possint facere quæ potest Imperator per totum orbem, per ea quæ tradit Cyn. *in leg. Ea lege C. de cond. ob causam* Bar. *in leg. Hostes de capt. & postlim. reuers. & in leg. Ambitiosa de Decr. ab ord. faciendis.* Paul. de Castro *consil.* 34 *vol* 2.

44 Tertio ex concessione † Regalium, ex Baldo, Angelo Romano & aliis plene. Corneus *consil.* 200. *col.* 1. *&* 2. *vol.* 1. Vbi dicit Dominos temporales qui habent Regalia, gerere se pro Principibus in terris sibi subditis exercendo indifferenter iura Principis, & reuocare in totum potestatem eorum esse reuangare mundum Crauetta. *consil.* 200 *col.* 2. *vol.* 1. Alex. de Imola *cons.* 2. *num.* 9. *lib.* 1. Ruin. *cons.* 34. *numer.* 8. *numer.* 5. *vol.* Roland à Valle *cons.* 68. *num.* 20. *vol.* 1.

45 Quarto, Ex solius † iurisdictionis cum mero & mixto Imperio concessione. Calcan. *consil.* 67. *numer.* 1. *&* 2. Petr. Anton. de Petra *de iure quæsito cap.* 3. *quæst.* 4. *nu.* 29 43. 47. Socin. Iunior. *consil.*
46 95. *col. fin. numer.* 97. *vol.* 3. Siue à Cæsare † siue inferioribus conferatur. Calcan. *consil* 67 & Socin. Iunior. *consil* 1. *numer.* 65. *& cons.* 126. *numer.* 11. *vol.* 3. Vbi exempla ponit in Comitibus Boiardis & Regiensibus à Duce Ferrariæ de Castris quibusdam inuestitis & *consil.* 76. *numer.* 1. *& seq. vol.* 3. de Domino Saxoli à Duce Ferrariæ *consil.* 126. *vol.* 1. de Comite Scandini *consil.* 75. *numer.* 1. *vol. eod.* De Comite Sancti Vitalis Per. *de iure quæsito capit.* 3 *quæst.* 4. Idque non
47 tantum in iis † in quos præcedenti inuestitura pro se ac descendentibus vtile Dominium iurisdictionis collatum est, sed & quibus ea tanquam Vicariis perpetuis mandata est, pro se & suis. (Sic enim Vicarios perpetuos definit Alciat. *cons.* 201. *numer.* 22.) Pet. *numer.* 55. *dict. cap.* 3. *quæst.* 4. Paris. *consilio decimoseptimo, numero quarto, libr.* 1 Francisc. Bursat. *consilio quarto, numero vigesimo, libro primo.* Riminald. *consilio* 25. *numero* 49. Cumanus *consil* 158. *& consil* 172. Brun. *consilio tertio, numero septimo.* Senatus Pedemont. *decis.* 139. *num.* 18. Exempla ponens in Pandulpho Maloteste, Domino Fani, Duce Sabaudiæ Vicario perpetuo Imperatoris constituto. Socin. Iun. *consilio decimoseptimo, numero nono, in fin.* Castr & Cuman. quos

quos refert & sequitur Iason *cons.13.num. 4. vers. Item Dux Sabaudiæ vol.4.* Roman. *cons.59.col.1. & seq.* Crauetta *cons.* 100.*colum.2.vol.1.* & Socin. Iunior. *locis indicatis & consil.86.nu.20 in fine vol.* 4. hanc addit rationem, Quod summa potestas administrationis nihil aliud sit, quam habere merum & mixtum imperium cum omnimoda iurisdictione, & qui eam habeat, dicatur tantam habere potestatem in suo territorio, quantam Imperator in toto imperio. Petr. *de iure quæsito dict. capit.3.quæst.4. numer.* 61. Idque amplius eo vsque extendunt, vt licet Reges, Duces, Marchiones, Comites & alii inferiores superiorem agnoscentes respectu vniuersi Ducatus, &c. Comitatus habeant vtile Dominium quod ei accepto ferunt à quo recognoscunt: Tamen respectu Iurium singulorum hominum, & subditorum suorum habere plenam ac directam potestatem ac iurisdictionem. Bald. *in leg 1. C. vnde Cognati.* Natta *consil.487.num* 9. Cacheran.*consil.9.num* 2 ex Bruno *consil.3.num.7. per leg. neque pignus de R.I. & leg.1. §. Qui Magistratum. Quod quisq. iur.* Bald. *in Proœmio Digestorum.* Petr. Anton. de Petra *in tr. de iure quæsito non tollendo c.3 q 4. n.76.* Imo q in specie inuestitura Regum Principum & Comitum ius quoad vniuersum Regnũ, Ducatum & Principatum ad vtile quidem Dominiũ restringat, nõ autem, quoad vniuersalem vel particularẽ iurisdictionem in subditos. Bald. *in proœm. Digestorum num.23 vers. item nota col.2.* vbi ait: Quamuis Rex in feudum recognoscat, regnum nihilominus censetur habere plenitudinem potestatis in omnib. terris sui regni, nec sentẽtiis suis appellabitur ad superiorem, sed ad eundem Regem recurrendum est; Quia licet sit feudatarius & ius vniuersitatis vtiliter possideat: tamen in iurib. singulorum habet plenitudinem potestatis, & directe possidet iurisdictionem in singulos, & nomine suo eam simpliciter exercet & commodum iurisdictionis acquirit pleno Dominio, quod refert & sequitur Fuluius Pacian *consil.149 nu.20.* Addens nihil referre quod Bald. loquatur de Rege. Virtutem enim non esse positam in nomine, sed in plenitudine autoritatis, nec curandum de nomine, vbi habeamus effectum. Idem Bald. *in cons.228.* incip. *Quæritur si Rex Romanorum nu. 6. vers. Item vtrum docetur col.1.* vbi dicit: quod vtrum quis vocetur

Rex vel Dux, nihil ad Rhombum, Non enim faciendam vim in nomine, sed in qualitate Regiminis & in magnitudine potestatis, quam cum in Ducatib. suis tam magnam habeant Duces, quam in Regno habet Rex. De vno ad alterum recte argui, teste Decio *in consil.* 516. *Quoniam numer.* 4. *vers. Et prædicto loquuntur col.* 2. Paris. *consil* 199. *vol.* 1. Natta *consil.* 608. *pro decisione numer.* 7. *vers. sed nec sumus. vol.* 3.

48 Denique tanta est Doctorum † Italicorum in erogandis iurib. imperialibus ἀσωτία ac prodigalitas, vt non tantum illis, qui ieiunas ac futiles hasce rationes violationi Maiestatis Cæsareæ obtendunt, sed & prædonibus manifestis, qui interrogantibus, cur ea iura vsurpent, nihil, quam quod possideant respondere possunt, iura hęc exemtionis tribuere nō erubescant. Sic enim Bald. *consil.* 248. incip. *quæritur in* 1. *par. in quæst.* An donatio à Bernabone Viscunto Concubinæ facta vxore viuente valeat: Etsi excepto Cæsare & Thusciæ Regibus & similibus nemo habeat potestatis plenitudinem, se tamen ait non audere os ponere in Cœlum, ad consulendum contra potentiam aliorum Principum quod multa inde possint sequi valde mala & periculosa & cauenda, quæ generarent Scandalum valde magnum. Idem repetit. *consil.* 456. *in* 5. *parte. & consil. seq.* quem refert & sequitur Petr. *de iure quæsito cap.* 3. *quæst.* 4. *num.* 17. Crauett. *consil.* 263. *col. fin. vol.* 1. Vbi generaliter Marchionibus & aliis inferioribus iura imperii tribuit, hoc addens: Quicquid sit de iure isti Domini non permittunt disputare de eorum potestate, & si quis vellet disputare esset reuangare mundum, & quod talis obseruantia facti pro iure habeatur. Petr. *de iure quæsito c.* 3. *quæst.* 4. *nu.* 3. Idem de Reuangatione mundi, Baldus *cons.* 2. 7. *in* 1. *par. num.* 9. Iason quoque *in leg. stipulationum.* 2. *numer.* 10. *Verb. successiue in quantum col. pen. de verb. oblig.* æquiparat non recognoscentes de iure superiorem, illis qui de facto non recognoscunt, & vtrisque eandem summi Principis autoritatem tribuit ex Alexandro, Imolensi de Marchione Mantuæ dicente: quod ad obtinendam in terris suis eandem autoritatem, quam habet Imperator in vniuerso, sufficere, vt quis de facto non recognoscat. Idem. Pacian. *d. consil.* 149. *in fine.*

Deiis, qui vel ab externis † ab Imperio auulsa, vel ciuium ipsorum seditione sunt interuersa, otiosa & vana est omnis vmbratilis disceptatio, & ad Trasymachi apud Platonem *de Repub. lib.1.* Iudicium remittenda. Cum ex Oldradi sententia *consil.* 69. nec actiones † nec interdicta ad ea recuperanda iure quoque competant, Vbi ea quæ in contrarium adducantur, licet sint rationabilia, non tamen autorizabilia esse dicit. 49 50

Idem iudicium est de Roma † & aliis regnis ac prouinciis in commentarium patrimonii Diui Petri iam olim relatis, quarum quædam à Principibus Christianis studio Religionis initio facto, à Constantino iure Principatus ac ditione imperio retenta initio in Ecclesiam sunt collata, vt ex imperatorum veterum Diplomatibus refert Carolus Sigonius Historiæ *de Regno Italiæ lib.* 1 *folio*. 3. *& lib* 4. *folio* 90. Sed quomodo in his & aliis causam possessionis sibi ipsis mutarint Pontifices, capite præcedendi expositum est. 51

Quantum vero ad reliquos † Principes, Duces, Marchiones, Comites, Barones, ac Ciuitates Italiæ attinet, non obstantibus fundamentis & rationibus ex iure ciuili priuato præmissis, eas non minus quam Germaniæ & partis quam diximus Galliæ potentissimos ordines & Principes, saluis quibusdam priuilegiis & immunitatibus, tam quoad iurisdictionem quam alia potestatis politicæ capita, Imperio eiusque summo magistratui Cæsareæ nimirum Maiestati, etiamnum subiectas esse statuo. Nam vt non ab vltima memoria, de qua Munsterus Cosmographiæ *lib.* 3. *cap.* 24. Germanorum in Italia Imperii primordia repetamus. Certum est à tempore Othonis à rerum gestarum gloria Magni cognomento ornati, quem, quod Italos à turpi & ignominiosa seruitute qua à Græcis ac Berengario premebantur illis, in Apulia & Calabria profligatis, hoc vero compresso & capto liberasset, Siciliam, Apuliam & Calabriam cum tota Lombardia imperio restituisset, singulari totius Regni consensu & plausu Imperatorem orbis terræ salutarunt, ad hæc vsque tempora paritm iure hæreditario in familia Othonis, ac ea 52

ca potestate sit remissum, paucas, imo nullas tota Europa Respublicas inuenias. Germani enim Principes ac Ciuitates quoque non minoribus quam Itali beneficiis sunt decorati, propterea tamen subditorum numero sese eximere non possunt. Nam non tantum illi de Populo Romano esse intelliguntur, qui in omnibus ad potestatem politicam pertinentibus Imperio parent, sed & qui in aliquibus. Bartol. *in L. Hostes. num.* 3. *De captiu & postlimin. reuers.* Ac nulla vt recte scriptum est à Bodino *de Republ. lib.* 1. *capit.* 6. *in fine* vsquam est, aut fuit Respublica, quantumuis popularis, in qua ciues omnes omnino iure ciuitatis sint exæquati. Et quod Italiæ Regiones Imperio sint subiectæ diserte probatur *in capit. Imperialem. §. firmiter. de prohibit. feudi alien per Frideric.* Hinc Alexander Imolensis de iure interrogatus respondit: satis superque fundatam esse intentionem Imperatoris, eumque grauari probationis onere, qui se ex Imperatoris iurisdictione exemptum adserit *consil.* 87. *in fin. libr.* 6. quem sequitur Restaur. Castald. *in tract. de Imperatore quæst.* 53. & alii relati à Menoch. *consil.* 2. *num.* 4 5 6. *& seq.*

Quibus nihil derogant quæ de Principum ac Ciuitatum Italicarum exemptione supra relata sunt. Quod enim attinet ad Principes † ac Ciuitates Lombardiæ, id quod afferunt de pa- 53
ce Constantiæ, pace tantorum scriptorum inconstans & futile commentum esse apparet, Constitutio enim illa † Friderici 54
quæ de Ciuitatibus illis in gratiam receptis testatur in Comitiis Imperialibus Constantiæ edicta, non de Conuentione inter Cæsarem ac populum ac ciuitates illas, tanquam liberas, quæ solę regulariter fœdera contrahere possunt, sed de mera reconciliatione contumacium & rebellium subditorum, vt patet ex verbis: in subditis dispensationem, excessuum delicta corrigere piis affectibus misericordiæ; Item rebellium insolentiam ad debitam fidem & debitæ donationis obsequium reuocare: Et quod nos solita benignitatis nostræ gratia ad fidem & deuotionem Lombardorum, qui aliquando nos & Imperium nostrum ostenderant, viscera nobis innatæ pietatis aperientes eos, & societatem

tem ac fautores eorum in plenitudinem gratiæ nostrę recipimus, offensas omnes & culpas quibus nos ad indignationem prouocauerant, clementer eis remittentes, eosque propter fidelia deuotæ synceritatis seruitia, quæ nos ab eis credimus certissime recepturos in numero dilectorum nostrorum fidelium computandos censemus, pacem itaque nostram, quam eis clementer indultam concessimus. §. *sententiæ quoque. vers. Opizoni Marchoni* omnem offensam, quam nobis vel alicui partis nostræ fecerit, imperiali clementia remittimus, & in plenitudinem gratiæ nostræ recipimus, nec per nos, nec per interpositam personam pro præteritis offensis, sibi vel parti ipsius aliquam inferemus iniuriam, læsionem, vel coercitionem. §. *vasalli. versic. libellaria. in verb. iniurias, quas per nos & per nostros ab vniuersitate societatis vel ab aliquo de societate vel coadiutoribus societatis, sustinuimus, per nos cum nostra parte remittimus gratis, & plenitudinem nostræ gratiæ eis damus. & §. sententiæ. in princ. verb. si gratiam nostram non habuissent. & versic fin.* Item, Nos restituimus stratam Veronensibus, & nominatim recipimus Drolinum in plenitudinem gratiæ nostræ, & omnem offensam remittimus, & §. *Nomina in pr. in verb. Quibus sic gratiam nostram reddimus.* Quæ verba omnia non nisi συγχώρησιν, siue abolitionem læsæ Maiestatis significare perspicuum est. Et licet Regalia priuilegia quædam vetera ipsis confirmet, noua quoque indulgeat. Tantum tamen abest, vt omnia, quæ ad summum Imperium politicum pertinent, & ita omniiuga exemptio illis sit concessa, vt etiam quæ indulta sunt, non integra, sed saluo iure superiore tributa esse liquido appareat.
55 Cum enim vt † supra *lib. 1. cap. 3.* exposuimus tria sint δυνάμεως πολιτικῆς capita, iurisdictio tam νομοθεσίαν, quam δικαιοδοσίαν complectens. Belligerendi potestas & subsidiaria munerum tam realium, quam personalium indictio. De legum ferendarum belligerandi ac fœderum ineundorum, vt & tributorum & munerum personalium potestate nihil ciuitatibus Lombardiæ permissum apparet, sed in genere eas imperii Romani, & maiestatis subditos appellat principio dictæ constitutionis in verbis subditis, siue dispensationem fauoris & gratiæ facere consueuit, & Imperium Romanum regere. §. *Nos Romanorum Imperator.*

*tor. versic. extra vero, verbis: Nec nostram Maiestatem, & seq querimoniam apud Maiestatem ipsam.* Item, *dilectos fideles*: verbis: *in numero dilectorum nostrorum fidelium computandos censemus*, quibus verbis non nisi imperii iure subiectos, & illo & nostro tempore vocari manifestum est. Ex Guntero Arnold. Clapmarius *de Arcanis Rerumpub. c. 19.* Item verb. *Rebellium insolentiam ad debitam fidem & debitæ deuotionis obsequium reuocare.* Item *deuotæ synceritatis seruitia, quibus nihil nisi plena subiectio denotatur.* Et quod præstatio iuramenti fidelitatis per singula quinquennia à vasallis secundum naturam feudorum, à cæteris vero omnibus, sicut ciuibus & subditis, ab anno decimosexto, vsque ad septuagesimum renouari debeat, diserte exprimitur §. *vasalli nostri.* Quodque etiam ante editam hanc constitutionem iurisdictioni, ac potestati imperii Romani subiectæ fuerint hæ ciuitates, & socii earum diserte apparet ex §. *sententia quoque.* Vbi sententiæ contra aliquem vel aliquos de societate latæ, ratæ ac firmæ manere debeant, æque ac si in gratiam non fuissent receptæ. Regalia non omnia, sed quædam tantum, quæ nimirum antiquitus quasi possederunt, ipsis concessit pro beneficio non dominii & proprietatis iure: quædam autem diserte sibi retinuit, ita, vt de reseruatis sibi commodis regalibus per Episcopum loci, & alios probatæ existimationis homines instituta inquisitione ea ad vsum Fisci Cæsarei consignentur, si autem moram fecerint in inquirendo census annuus, 2000 Marcharum argenti soluatur pro iis, salua moderatione, si grauior census quantitas existimabitur. §. *Nos Romanorum in princip. versicul. volumus vt regalia, ac versicul. sequent. Si autem.* §. *sententia quoque. Nobis autem instantibus.* Baro d. §. *Nos Romanorum in verb. commoditates.* In specie magistratuum ciuilium institutionem, quam inuestituram appellat, vel per Episcopum loci, qui priuilegio Imperatorum comitatum precarium habebat, vel per legatum, vel nuncium suum ordinarium intra quinquennium, si à Lombardia abfuerit: eo autem finito, per seipsum, ita vt antequam magistratum ineunt sacramento fidelitatis, non propter beneficium, quod non tenent, sed quia ciues & subditi sint, quod vulgo assecurationem appellant, *d. §. priuilegia. & §. in causis appel-*

 *latio-*

*lationum. versic consules.* & ibi Baro *obstringantur.* Iurisdictionem vero, etsi in genere tam in criminalibus, quam pecuniariis causis eis concedit. *d* §. *Nos Romanorum.* Ea tamen in iudicio secundo ad causas quantitatem 25. librarum imperialium non excedentes diserte restringitur, ita, vt extra Prouinciam, aulam vel consistorium Principis in Germaniam sequi non teneantur. Sed Imperator per nuncios siue legatos suos de causa appellationis cognoscat. §. *in causis appellationum.* Ac si quid superesset dubitationis in concilio Constantiensi ciuitates omnes Italiæ insignibus supremæ potentiæ renunciasse refert Alexander *cons.* 1. *n.* 5. Vnde non nisi in aula vel Camera imperiali in eas ius dici debere post interpretes *in l. cunctos de summa Trinit. & Fide Catholica* Anton. Marta Neapolitanus *in tr. de Iurisdictione inter Iudicem Ecclesiasticum & secularem part.* 1. *cap.* 33. *nu.* 37. Vbi in eodem concilio Constantiæ confirmationem priuilegiorum ciuitatum Lombardiæ, cum diserta reseruatione fidei subiectionis vltimi iudicii & supremæ potestatis imperii factam esse testatur *num.* 37. *&* 38. Quodque ciuitates omnes Italiæ vel summum Pontificem vel Imperatorem immediate, vt loquitur, recognoscant. *num.* 36.

56 Quantum ad titulum † pro emptore, à Genuensibus, Florentinis, Lucanis, & aliis adsertum: Certum est, rerum commerciis hominum exemtarum, siue quæ in bonis & patrimonio priuatorum haberi non possunt, qualis est publica illa imperii potestas, nec emptionem, nec venditionem, nec vllam aliam obligationem, vel alienationem subsistere. *l. inter.* §. *sacram. de verborum obligatio.* §. *idem iuris, instit. de inutib. stipul. l. sed Celsus.* 6. *in princip. l. si emptione.* Donell. *commun. iur. ciuil. lib.* 2 *cap.* 22. *& libr.* 12. *cap.* 20. Vt recte à Bodino iura imperii venalia non esse, & cum sine Principum & ordinum consensu distrahi non potuerint à ciuitatibus pecunias pro libertate adipiscenda numeratas, tributi, aut pensionis potius, quam precii loco solutas esse censeri. *lib.* 1. *de Republic. cap.* 9. Est enim Imperator iure electionis saltem vsufructuarius. Certum est autem, vsumfructum, vt & omnem aliam obligationem, & ius quod personæ cohæret morte finiri. *l.* 3. *ad finem de vsufructu.* Baro. §. *Finitur autem. instit. de vsufruct.* Connan.

nân.*comm. iur. ciuil. libr.* 4. *cap.* 6. *num.* 3. Ideo cum Imperatores successoribus & imperio præiudicare non potuerint: Imperatoribus eos in ordinem redigere ſemper licitum fuiſſe, dubium nemini eſſe poteſt. Ideoque expeditiones frequentes in Italiam olim ſuſceptæ, quibus res Italicæ nutantes conſtitui ſolebant, ſatis euincunt. De quibus plura Bodin. *dicto loco.*

Quod ad priuilegia † à Venetis, Ducibus, Ferrarienſibus & 57
Mutinenſibus, Mediolanenſibus, Genuenſibus & aliis allegata attinet: Eo ipſo ſeſe imperii ſubditos † eſſe fatentur. Iuris 58
enim tam vniuerſalis, † quam ſingularis condendi poteſtas tan- 59
tum penes eos eſt qui ſummam Reipubl. poteſtatem obtinent. *§. ſed ius quidem. inſtitut. de iure natur. gent. & ciuil.* Vt & priuilegia
† contra ius vel vtilitatem publicam diſtricte ſunt prohibita. *l.* 60
*nec damnoſa. l. reſcripta. C. de precib. imp. off. l. vltim. C. ſi contra ius vel vtilitatem public.* in ſpecie, per quæ iura imperii † & ſuprema po- 61
teſtas alienatur, quod Imperatori non eſt permiſſum. Bald. *in l. fin. C. de hæred. vel act. vendita.* Longouall. *in l. imperium numero* 256. *de iuriſdict. omn. iud.* Menoch. *conſil.* 2. *num.* 69. Æneas Syluius *de ortu & autorita. Imperii Rom. cap.* 13. vbi dicit: errare eos, qui ſe ſuis virtutibus exemptionem ab imperio meruiſſe ferunt. *& cap.* 15. Quibus de cauſis ab Imperatore priuilegia data reuocari poſſint. Vbi priuilegia Imperatoris talia † eſſe debere ait, quæ vi- 62
res imperatoriæ poteſtatis non extinguant: Ita etiam priuilegia
† licita arbitraria Principum ac rerumpublicarum declaratio- 63
ni ac reuocationi ſunt obnoxia. De quo prolixe Tapia *in l. fin. de conſtitutionib. princip. cap.* 9. Æneas Syluius *d. cap.* 15. vbi dicit: poteſt Imperator tam à ſeipſo, quam à ſuis anteceſſoribus conceſſa priuilegia declarare, interpretari, ac cum cauſa fuerit, abrogare.

Et in ſpecie de Venetorum exemptione dicit Bartol. Cum eam libertatem habeant ab imperio Romano & priuilegio quodammodo precario teneant, pro libitu eam poſſe reuocari *in l. hoſtes, de captiu. & poſtlim. reuerſ. per l. ſi quis in principio teſtamenti. de leg.* 3. Et ſi non reuocentur, nihilominus ciuium imperii numero cenſeri, ibidem recte affirmat: Et licet Sigonius fœdere inter Carol. Magnum

gnum & Nicephorũ orientis Imperatorem Aquis inito nominatim cautum esse adserat, vt Veneti inter vtrumque imperium positi liberi atque immunes, & ab vtroque securi viuerent, ac sine molestia res suas in regno Italico possiderent. *Historia de regno Italiæ lib. 4. in Carolo Magno folio* 100. *num.* 43. *& fol.* 103. *num.* 53. Tamen præsupposito, quod iis quæ adseruntur à Sigonio, fides historica adsentiat. Inde plena & omniiuga ab imperio Romano exemptio non euincitur. Certum est enim ex pacto publico non probari, nisi inter ipsos paciscentes. Eguin. Baro *de pace Constantiæ*, §. *priuilegia omnia.* Deinde non dicit Sigonius, Venetos ab Imperatore plane esse manumissos, ac plena & absoluta libertate donatos, sed immunitatem ac securitatem saltem accepisse, vt sine molestia & hostili impetu res suas in regno Italico possiderent, quod ad o-
64 mnem in Venetos Imperii politici vim abdicandam † extendi nequit, licet facto magis quam iure obedientiæ Imperii sese subtraxisse Venetos successu temporis negari non possit.

Eadem, quæ Venetorum, Ducum quoque Ferrariensium & Mediolanensium priuilegiorum, nunc penitus extinctorum fuit ratio. *l.* 1 *de constit. princip. l.* 1. §. *permittitur. de aqu. quot. & æstiua. l. priuilegia quædam de R. I.* Papia *in l. fin. de constit. Princip.* quibus tamen adserta plena & absoluta exemptio nullo modo probatur.

66 Genuensium priuilegium † à Carolo Quinto concessum in quo, vt refert Menoch. *consil.* 2. *num.* 52. *volum.* 1. libertas generaliter ipsis tributa est, ad plenam & omniiugam exemptionem nõ protenditur clausula præsertim saluis Romani imperii iuribus adiecta, quæ etiam non expressa subintelligitur. Vti prolixe ac neruose deducitur. *in responso primo causæ Finar. num.* 14. *Collegii Bonon. consil.* 4. *num.* 46. Papiens. *responso.* 3. *illius causæ.* Idque ex illis quoque verbis concessionis liquet, quibus Genuam Cameram Imperialem appellat Carolus, quibus verbis secundum communem loquendi vsum, qui maxime obseruandus. *l. librorum.* §. *quod autem Cassius. de leg.* 3. *l. Labeo.* §. *idem Tubero.* vt ibi prolixe Bartol. *de sup. leg.* Roland. à Valle *in tract. de lucro dotis quæst.* 6. *num.* 6. locum esse imperii imperioque subiectum diserte significatur, vt Menoch. ipse non negat. *d. consil.* 2. pro Republica Genuensi conscri-

pto:

pto: *num.* 59. *&* 60. *libro* 1. possessionem imperii manifeste docet præiudicium † in causa Finariensi, qua Imperator Ferdinandus 67
inter Marchionem Finarii actorem & Genuenses reos ad tribunal suum vocatos iudicio sistentes sese iudicem competentem se pronunciauit, ac iudicata facere coegit Anno 1560. relatum à Bodino, *de Repub. libro* 1. *cap.* 9. *fol.* 124. quod non eleuatur Italorum quorundam cauillatione controuersiam nimirum fuisse non de libertate aut subiectione Reipub. Genuensis, sed de Finariensi Marchionatu quem Respub. petierit: Marchio vero, iuris Imperialis esse contenderit. Non enim in rem, sed in personam ex maleficio violentæ deiectionis interdicto recuperandæ possessionis, fuisse actum diserte fatetur Menoch. *d. cons.* 2. *nu.* 20. hisce verbis *eo fortius hæc confirmantur, quod causa hæc possessorii est iudicii, dum & deiectus restitui petit Marchio, in quo iudicis partes obtinet, qui ordinarius est*, per tradita à Bald. *in l.* 3. *col.* 1. *C. si à non comp. iud. c.* 1. *§. si inter pares, de lege Conradi.* Iason *in cons.* 60. *col.* 3. *lib.* 1. Aliud exemplum Rei iudicatæ inter Antonium Fliscum Cæsarem prouocantem, & Genuenses ab eodem Imperatore Ferdinando editum addit Bodin. *d. lib. & cap fol. proxime sequenti.*

Quantum ad præscriptionem, qua Venetos Genuenses ac Ciuitates Lombardiæ libertatem siue exemptionem quæsiuisse adsertat Pacianus. *d. consil.* 149. *supra lib.* 1. *cap.* 21. De vsucapione iurisdictionis ea quæ Iuris publici sunt à Republica ad priuatos transferri non posse ostendimus. Et neq; expresse concedi clausulis quantumcunque prægnantibus, multo minus præscriptione acquiri libertatem & immunitatem ab imperio ipsi IC. Itali fatentur. Cacheran. *decis.* 163. Marta Neapolitan. *de iurisdict. part.* 1. *cap.* 20. *num.* 21.

Quod Duces, Comites † Barones ex inuestitura perpetui vi- 68
cariatus regiam & absolutam potestatem cōsequantur, testimoniis à Paulo de Castro quem recentiores Itali ferme omnes sequuntur, non probatur. Bartol. enim *in l. hostes. de captiu & postl. reuers. & in l. ambitiosa. de Decretis ab ord. facien.* nihil hac de re tractans falso allegatur. Nam in quæstione proposita de Milite Castrum allodiale Filiæ nubenti donante, hoc pacto, ne illud fiduciario

iuri subiiceret, vel ab alio in feudum agnosceret præterquam à se & hæredibus suis, si postea ab alio in feudum accepit, an valeat infeudatio, decidit quod sic, quia conuentio inter homines dominii translationem non impediat. Dubitandi rationem cur non valeat, subiectam quod Lex & Princeps ęquiparentur, & miles in terris suis Princeps reputetur non bonam esse addit, quod omnes subiaceant imperio.

69 Eiusdem sunt momenti † quæ afferuntur de cõcessione Regalium & iurisdictionis cum mero & mixto imperio, quas partes solummodo imperii Cæsarei esse diximus, à quarum cõmunicatione ad Regiam ac absolutam potestatem vana & futilis est illatio.

70 Deniq; falsissima † & in ipsa iuris principia impingens est adsertio. Quod Duces, Comites, Barones, de Ducatib. Comitatib. Baronatibus inuestiti, quoad vniuersitatẽ saltem territoriorũ suorum, Cęsarem vel alios Reges directos Dominos agnoscant, iurisdictionem vero, imperium ac plenitudinem potestatis in subditos singulos suo nomine ac iure teneãt, Ea n. inuestituræ † natura est
71 vt tantum vtile Dominium ex eo consequatur Vasallus. *c.1.§.5.* & ibi Aluarot. *de capit. Conradi.* Zas. *in tr. feud. par. 6. n* 25. Perr. de bella pertica. *De feudis cap.* 22. Steph. Forcat. *in tr. feud.* 12. *n.* 3. Ducatus n. Comitatus & Baronatus etsi per se cum iurisdictione omnimoda, quæ territoriis inesse videtur tributi cẽseantur, Iason *cons* 45 *n.* 15. *vol.* 1. Paris. *cons* 8. *n.* 4. *par.* Dec. *cõs* 40. *n* 21. *vers* 3 *Respondeo vol* 4. Id tñ, si diserte cum iurisdictione & mero mixtoq; imperio vulgo **mit Ober vñ Untergerichten/** vel **mit Gerichten Oberst vnd Nider st/** sint cõcessi minus ambigitur, quin in subditos, Ducatus, Comitatus, Baronatus vniuersos & singulos iurisdictio data intelligatur. Vnicum n. ac proprium iurisdictionis subiectum sunt homines certis locis ac territoriis definiti, vti supra *libr.* 1. *c.* 28. satis est expositum.

Quod si Italicis Principibus vna cum Prouinciis ac territoriis, quæ possident, iurisdictio non est concessa, quin apud Cæsarem resideat, & antequam titulum alium pobent, re illa tanquam publica & ad imperium pertinente absq; violatione Maiestatis Cæsareæ vti non posse manifestum est.

72 Constat itaq; ex his mera † ac friuola esse cõmenta quæ in gratiam

tiam consulentium de omnimoda Regia & absoluta Principum ac Ciuitatum Italię absq; vllo iuris publici fundamento garriunt, scholastici doctores Itali, ex quibus si absoluta ac regia potestas acquiri possit: Nullus vel Nobilis vel Plebeius, qui vel prædium trium iugerum vel horti quoddam Mirabellũ in Italia possideat, qui sese Regem non ferat, est futurus. Vt de Agello Normandiæ Nivetotio titulo ac Priuilegio olim Regni donato à Clotario Francorũ Rege, narratur, in Inuentar. generali Del. Hist. de France in Clotario 7. Rege. Quæ cum sunt absurdissima talia quoq; ex quibus illa sequuntur. Ideoq; nulla habita † ratione futiliũ eiusmodi obiectionum tam in Principes quam Ciuitates Italię iurisdictione sua vtitur Cæsar, vt non tantum exempla præmissa ac iudicium Appellationis illustris Domini Andreę de Pisis à Duce Mutinensi de quo Fuluius Pacianus, *conf.* 149. sed & infinita alia præiudicia causarum tam in prima quam secũda instantia, vel ab ipso Consistorio Aulico vel per delegatos iudicatarum sententiarum & executioni mandatarum Registraturæ actorum aulæ Cæsareæ ostendunt. Ex quibus erroneum quoq; euincitur, quod scripsit Petrus Heigius *quæst. iuris, quæst.* 3. *n.* 49. In Italia imperatores prope annos 300 nihil iuris habuisse. Et ꝙ nõ aliter ac subditos † Principes, Comites, Barones, ac Ciuitates Italiæ tractet imperator, stylus cancellariæ † aulicæ docet, quo talis † est ad singulos inscriptio: Ad Principes illustrissimo. N. Magni Duci Hetruriæ: N. Duci Mantuæ & Montisferrati. N. Ferrariæ Mutinæ & Regii. N. Mutinæ & Regii. N. Duci Vrbini. N. Duci Sabaudiæ & Principi Pedemonti, Duci Parmensi. Principi nostro cariss.

73 (margin, at "Ideoq; nulla habita †")

Massæ Principibus, Marchionib. De Gonzaga Marchionib. Finarii Landis, Auriis nostro & sacri imperii fideli N. de Malaspina Principi Massæ N. Marchioni de Gonzaga N. de Caretto. Marchioni Finarii. N. Laudi Comiti & Baroni Contemplani Marchioni Bardi & Principibus Vallis Turri. N. ab Auria Marchioni S. Stephani, Vallis Auanti. Comiti Mirandulæ & Auriis. Marchionibus Turreti Generoso ac Magnifico nostro, & sacri imperii fideli dilecto. N. Pico Comiti Mirandulæ. N. ab Iuria Marchioni Turriliæ.

Ad

Ad reliquos Comites & signorellos.

Nobili nostro & sacri Romani imperii fideli Dilecto N. Fregoso Comiti Sanctæ Agathæ.

Sic quoque Fliscis comitibus Louaniæ, comitibus Londrini, comitibus Archi, comitibus de Cruce. Comitibus de Turenis, Spinulis comitibus. Tessaroli comitibus Gazoldi comitibus, Decianæ comitibus Millesimi & Zingii. Item Macetis Dominis Frinchi.

*Ciuitati Genuensi.*

*Illustri. Magnificis spectabilibus nostris & sacri Imperii fidelib. dilectis N. Duci & Magistratib. Cameræ & Ciuitatis nostræ Genuæ.*

Ciuitati Casali. Honorabilibus nostris & sacri Imperii fidelib. dilectis N. Magistratibus ciuitatum nostrarum imperialium, Florentinæ, Senæ, Pisæ, Mediolani, Papiæ, Cremonæ, Comi. Pistiliani communitati & aliis. Ac tantum de locis à iurisdictione Cæsarea exemptis.

76 Quod ad personas † attinet, quædam generaliter, quædam quo ad primum iudicium excipiuntur. Generaliter excipiuntur:
77 Primum Clerici, qui non Magistratus † Politici, sed Episcoporum iurisdictioni subiiciũtur. De quo infra cap. 7. Quo ad pri-
78 mum iudicium, † excipiuntur personę omnes, Cæsari & imperio non directo, sed Principibus, & reliquis inferioribus ordinibus parentes. Ord. Cameræ part. 2. *tit. 1. in princ.* vbi omnes imperii subditos domesticæ ordinariorum suorum iurisdictioni relinqui, nec ad fora extranea trahi aut vocari debere generaliter constitutum est, quod iuri quoque veteri consentaneum est, quo disponitur, vnumquemque apud eum Iudicem conueniri debere, in cuius descripto territorio domicilium habet. *l. heres.* §. 1. & *vlt. de iudiciis l. 2. C. de iurisd. omn. iud.* Vnde sequitur, Electorum, Principum, Comitum, Baronum Nobilium ac Ciuitatum directo imperio parentium subditos in prima instantia coram Cæsare regulariter conueniri non posse. Quod tamen † restringitur:
79 PRIMO: vt locum saltem habeat, quando ab aliis non autem à Principibus ac Dominis subditi mediati conueniuntur. Eo enim casu in prima instantia Cæsar iudex est competens Mynsing. *obs. 1.*

*cent. 5.*

*cent.* 5. Geil. *obser.* 1. *lib.* 1. *nu.* 18. VVilhelm. Rhoding. *Iur. Cam. lib* 1. *tit.* 4. *n.* 17. SECVNDO idem est † in mediate subiectis vagabundis, & nusquam in imperio domicilium ac sedem certam habentibus. Geil. *d. obs.* 1. *lib.* 1. *n.* 34. TERTIO locum † non habet quando ex natura sua iurisdictio citra appellationem ad superiorem siue concedentem reuoluitur, vt in casu protractæ vel denegatæ iustitiæ, quo iudex: quo ad illam saltem causam iurisdicendi potestate priuatur, eaque ad superiorem reuertitur. §. *Etsi tamen contigerit in Authent. Vt diff. Iud. Auth. statuimus. C. de Episcop. & Cler.* Bartol. *in l. de Pupillo.* §. *si quis prætori. num.* 5. *De oper. nou. nunc.* Socin. *in capit. ex incepto. de foro compet.* Alexand. *in l. de Pupillo.* §. *si quis ipsi Prætori. num.* 12. *&* 13. *de noui ope. nunc. l. fin.* & ibi Baldus. *C. de temp. Apella, & in l. nemo. C. de iurisd. omn. iud.* Geil. *obseru.* 28. *libro* 1. *num.* 1. Ord. *par.* 2. *tit.* 2. *in prin.* Quod tamen † restringitur, vt solummodo locum habeat in iudicio nondum inchoato. Eo enim non quidem per litis contestationem, sed saltem per in ius vocationem semel cœpto, si iustitia denegetur, non per viam simplicis, vt loquuntur, querelæ, sed appellatione demum rite interposita iurisdictio ad superiorem deuoluitur. Geil. *d. obseru. numero* 2. *&* 3. 80 81 82

Si igitur iudicio nondum modo quod diximus cœpto Electores, Principes, Comites, Barones, Nobiles, Ciuitates ac Collegia alia Cæsari directo subiecta contra subditos suos conuentos iustitiam facere neglexerint, vel eam malitiose protraxerint, aulam Cæsaream pro administranda iustitia adeundi locus est.

Quibus autem casibus † in causa nullitatis superior iudex adiri possit. (Cum ea non tam facile deuoluant negocium ad superiorem, vt Appellatio. Baldus. *in l.* 2. *C. si aduersus rem iudic.* Innocent. *in capit. dilecto. de Appellationib.* Purpurat. *consil.* 405. *numero* 5. *per l. siue proponis. C. Quomodo & quando iudex*) videatur Vantius *in tract. de nullitate process. tit. Coram quo possit ac debeat proponi nullitas: & quis dicatur iudex competens in causa nullitatis.* Hodie autem † vsu fori vbique obtinuit, vt iudex superior adeatur, præsertim si nullitas ex malitia vel iniuria aut turpitudine iudicis proueniat per text. *in l. eos. C. de Appell.* Geil. *obs.* 1 128. *n.* 7. *lib.* 1. 83 84

QVARTO prædicta † Regula non habet locum in casibus, 85

quibus propter ſuſpicionem iudicis inferioris iuriſdictio ad ſuperiorem reuertitur. Vt cum arbitris electis à litigantibus circa probationem ſuſpicionis diſcrepantibus iudex alios arbitros deſignat, ſecundum modum præſcriptum, *in cap. cum ſpeciali.* Vbi gl. *& Dd. de appellat. c. ſi contra. §. Vbi vero. de officio delegati in* 6. Hub. de Bonacurſ *in rub. de recuſat. num.* 19. Aut ſi iudex recuſatus deducta cauſa ſuſpicionis coram arbitris cognitioni non ſuperſederit, cauſa ad ſuperiorem deuoluitur, qui vel ipſe cognoſcit, vel alium dat iudicem qui de cauſa poſtea cognoſcat, *d. capit. cum ſpeciali* 41. *de appellat.* Lanfran. *in capit. quoniam contra. capit.* 3. *de recuſ numero decimotertio.*

86 QVINTO Fallit in illis † caſibus, in quibus ex iure communi quis iudicis non ſui iuriſdictionem ſortitur. Alterius autem,
87 quam Iudicis † ſui iuriſdictionem ſubeunt etiam exteri, qui non habent domicilium in territorio iudicis deſcripto, & qui, vt veteres loquuntur, ſunt ex aliena iuriſdictione, vel alterius ſunt fori,
88 vel volentes vel inuiti. Volentes, ſi ſponte ſe † alienæ iuriſdictioni
89 ſubiiciant, & conſentiant. Generaliter enim definitum eſt in conſentientes † cuiuſuis Iudicis, qui tribunali præeſt, vel aliquam iuriſdictionem habeat, eſſe iuriſdictionem. *lege* 1. 2 5. *&* 74. *de iudiciis.* Si itaque vel Princeps vel alterius cuiuſdam ordinis, vel exterorum etiam quidam, cuiuſcunque eſt dignitatis vel conditionis Cæſaris iuriſdictioni volens ſe ſubiiciat, iudicium eius ex conſenſu ſubire cogitur.

90 Inuiti vel ex alterius † vel ſua perſona iuriſdictionem ſubire
91 coguntur. Ex alterius perſona † quis conuenitur non apud iudicem domicilii ſui: vel ex iure communi: vel ſingulari actoris
92 vel Rei priuilegio. Iure communi † ex perſona alterius conueniuntur hæredes & defenſores; de hærede Vlpiani eſt definitio, *in l. hæres in prin. de iudiciis.* Hæres abſens ibi defendendus eſt, vbi defunctus debuit, & cõueniendus, ſi ibi inueniatur, nulloq; ſuo proprio priuilegio excuſatur, quæ etſi ſit generalis, hæredes omnes quocunque priuilegio priuato vel publico præditos comprehendens, vt erudite hunc locum explicat Donell. *com. iur. ciuil. lib.* 17. *cap.* 11. & alias regula ſit iuris qua hæres vna eademque perſona

cum

cum defuncto esse censetur. *l. 1. Quia in ius vlterius. de reg. iuris.* Fuluius Pacian. *cons.* 82. *num.* 55. Vicit tamen ea interpretum † senten- 93
tia, quod quidem priuato priuilegio, quod nempe diplomate impetratur à Principe sese hæres excusare non possit, sed publico priuilegio, quod vt ipsi definiunt, corpori iuris inclusum sit, hæredem vti posse, ne ibi conueniatur, vbi defunctus debuit. Bart. & Paul de Castro *in d. l. hæres. de iudic.* Costalius *ead. l hæres.* addens, quotiescunque priuilegium lege vel statuto tollitur, intelligi, nisi sit iure consignatum Bar. *in l. 2. §. legatis eod. tit.* Vnde legatos, scholares, Clericos, & similes, hæredes priuilegio suo allegato forum defuncti declinare posse statuit. de Clerio † hærede vide late Asi- 94
ni. *in praxi par. 2. c. 12.* Vbi etiam an instantia cum laico inchoata transeat in Ecclesiam vel Clericum hæredem *num.* 44.

Eiusdem iuris censetur is, † qui aliam in iudicio defendit. Alie- 95
næ enim litis defensor eius iudicem quem iudicio defendere velit, sequi necesse habet. *l. cum ex causa de verb. oblig.* in qua lege dicitur venditorem denunciatum vt emptorem euictionis nomine defendat priuilegium fori allegantem non audiri, sed emptoris iudicem sequi necesse habere. *l. venditor. de iudiciis.* Si igitur Nobiles, Ciuitates vel alii Principibus ac ordinibus subiecti ei, qui directo imperio paret, quid vendiderint, cuius nomine de Euictione obligantur, iisq; lis coram Imperatore mota denuncietur, vel alias defensionem immediate subiectorum vltro suscipere velint, eiusdem tribunalis iurisdictionem subire necesse habent.

Priuilegium actoris † id esse censetur, si cui agenti proprius iu- 96
dex ita tributus est, vt is reum citare possit, alias iurisdictioni suæ non obnoxium. Ex singulari priuilegio ideo, quia iuris communis hic est ordo, vt Actor sequatur forum Rei, qui hic conuertitur, vt reus actoris forum sequatur. *l 2. C. de iurisd. omn. iud.* Ergo cum fiat hoc contra ordinem iuris, necesse est, in eo ius & priuilegium actoris singulare esse. Huius generis priuilegium datum † est Constantini constitutione, Pupillis, viduis & aliis 97
conditione sortis miserabilibus personis. Illis enim permissum est, implorare officium & cognitionem Principis, apud quem vocati aduersarii agentibus respondere coguntur. *l. vnica C. quan.*

*Imper. inter pupill. & vid.* Inde ſequitur: ſi pupillorum vel viduæ & aliæ perſonæ miſerabiles iuriſdictioni Cæſaris directo ſubiectæ, nobiles, ciuitates vel ſingulares perſonas inferioribus quam Cæſari ſubiectas in aula Cæſarea conuenire velint, eos abſq; exceptione ibi ſe defendere debere. Cuius tamen priuilegii hoc tempore nullum eſſe effectum, ſed Principes & ſtatus inter eas perſonas ordinarie cognoſcere, teſtatur Geil. *obſ. lib. 1. obſ. 1. num. 4.*

98 Reus tunc ſingulari † priuilegio vti intelligitur ſi ei proprius iudex ita datus eſt, vt eo loci, vbi vel domicilium habet, vel cõtraxerit, aut vbi res ſita eſt, de cuius poſſeſſione vel ꝓprietate agitur & vbi ſe quis iure cõmuni defẽdere cogitur. *l. hæres §. 1. de iudiciis*, in iudicium vocatus ad forum ſuum reuocare poſſit. Id genus priuilegii inter alia olim Magiſtratib. illuſtrib. datum Zenonia conſtitutione, vt criminum accuſati, apud alium iudicem conueniri non poſſint, quam apud Principem, vel eos, quibus cauſam illam cognoſcendam commiſit. *l. vlt. C. vbi Senatores vel clariſſ.*

99 Quæ tamen de priuilegio † tam ex actoris, quam rei perſona ordinariam ſui iudicis iuriſdictionem mutante iam ſunt dicta, conuerſo reipubl. ſtatu hoc tempore locum non habent, vt recte annotatum eſt à Geil. *obſ. lib. 1. obſ. 1.* Herman. Vult. *in d. l. vnic. C. vbi pupilli viduæ.*

100 Ex ſua perſona † quis alterius iuriſdictioni, in qua domicilium non habet: ſubiicitur quatuor ex cauſis, & primo ex obligatione in territorio alieni iudicis contracta. Vbi enim quis contraxit, ibi ſi cum eo agitur, ſe defendere debere traditum eſt *in l. 1. 2. & 3. de rebus autoritate iud. poſſ.* Quod ita accipiendum eſt, non neceſſe eſſe

101 reum † alibi commorantem, ad locum contractus remitti. Hoc enim genus tranſmiſſionis in re pecuniaria iure ciuili inauditum eſt, id quod etiam iure Canonico comprobatur *c. 1. §. contrahatur. de foro competenti.* Nulla autem eius, qui ita contractus ratione in alieno territorio cõuenitur, comparere, vel iudicata facere recuſantis cogendi ratio & neruus relinquitur, quam pœna edicto generaliter conſtituta, vt actor mittatur in poſſeſſionem eius, *Litem, § hæc autem ex quib. cauſ. maior, l. 2. ex quib. cauſ. in poſſ. eat.* Quod nominatim de eo, qui, vbi cõtraxit, ſe defendere recuſat, reſponſum eſt

ab

ab Vlpian. *in d l. hæres. §. 1. de iudiciis.* Idq; extra controuersiam est, si reus in alieno territorio, in quo ex cōtractu conuenitur, bona possideat. Coler. *de processf. executiuis. part.* 2. *c.* 1. *n.* 39. Quod si facultates ibi loci non habeat, quem effectum iudicium sit habiturum, non est satis exploratum. Iudex enim loci contractus in possessionem bonorum territorio suo non subiectorum mittere nequit. *l vlt. de iurisdict. omn. iud.* expresse *in l. cum vnus. §. is qui de reb. autoritate iudic. poss.* Etsi enim *in d. cap.* 1. *§. consentientes. de foro competent.* scriptum est, posse magistratum, apud quem agitur decernere, absentis bona possideri, quæ sunt alibi, vt magistratus eius loci, in quo ea bona sita sunt, id pronunciatum exequatur, eumque hoc facere debere. Tamen id si ad potestatem & iurisdictionem cuiusque iudicis rationesq; iuris ciuilis reuocetur, dubium & controuersum redditur, vt erudite explicat Donell. *comm. iur. ciuil lib.* 17. Secundo subiectio ista † non habet locum, si inter contrahentes expresse 102
conuenerit, nec reus ibi loci, quo contraxit se defendat. *l. hæres. §. proinde de iudiciis.* Et quod in aperta cōuentione receptum est, locum etiam habet, si tacite actum est, ne reus ibi se defendere cogatur. Cum tacitæ conuentiones non minus, quam verbis disertis nuncupatæ valeant. *l.* 4. *de pact.*

In tribus autem † casibus id tacite actum, vt reus non sit obli- 103
gatus ibi se defendere, vbi contraxit, intelligitur. Primo in mercatore aduena contrahente. *l hæres proinde de iudiciis* Secundo in marito dotem accipiente. *l exigere de iudiciis.* Tertio, in constituti obligatione, qua constituenti ne se ibi, vbi constituit, defendere cogatur, sed ibi solum, vbi debetur à principali, tributum est, *l. si quis in legatione. de iudiciis.*

Si quis igitur principis, aut alterius immediate imperio subiectus, extra casus exemptos obligationem in aula vel aliis locis iurisdictioni Cæsareę immediate subiectis contraxerit, ibi in ius vocatus se defendere cogitur.

Quæ in contractib. & obligationibus † iam diximus, eadem & 104
per omnia in maleficiis ciuiliter in iudicium deductis locum habent. In accusationibus † autem maleficiorum publicis duo sunt 105
diuersa & iudicii criminalis propria. Primo, quod licet in causis

pecuniariis & ciuilibus nemo in foro alieno, propterea solummodo, quod ibi commoretur inuitus conueniri possit, nisi ibi domicilium habeat, vel contraxerit: In criminibus tamen, quocunq; loco reperitur reus criminis ibi accusationis causam agere cogatur, & condemnari, & de damnato supplicium sumi possit. *l.1. C. vbi de criminib. agi opor.* Vbi criminum quæstiones non solum vbi delicta perpetrata sunt, vel inchoata, sed etiam vbi reperiuntur malefici institui iubentur. Vtilitas enim & disciplinæ publicæ vigor, quo exigitur, ne maleficia sint impunita, & tranquillæ ac pacatæ sint prouinciæ ab improbis & maleficis hominibus, sontem iurisdictioni eius iudicis, vbi nec deliquit, nec domicilium habet, subiicit, *l. locatio. §. quod illicite. de pub. l. ita vulneratus. ad l. Aquil. l. 3. de officio præsid.*

Secundo, etsi, vt antea diximus in loco contractus, ita quisque se defendere debet, vt tamen non necesse sit, vt absentes rei in locum contractus ducantur, & transmittantur: In criminibus tamen contra receptum est, vt non solum alterius fori reus ibi accusetur & damnetur, vbi maleficium commisit, sed etiam de desiderante hoc magistratu loci, vbi crimen admissum est, alibi deprehẽsus in eum locum sit remittendus, & quomodo id sit expediendum, cautũ est *in l. solet de custod. exhib. reorum. l. si cui § pen. de accus. Auth. vt nulli ind §. si vero quis.* Ideoq; inde cõstitutum legimus, quod ad publicam vtilitatem pertinere existimatum sit publicæ vindictæ exemplum esse in locis, vbi deliquerunt. Cum enim maleficium, eo loci præcipue sit cognitum, publice etiam vtile censetur, vt qui commissum non impunitum quoque relictum sciant, vt & bonis, qui facto vel improbo exemplo læsi sunt, sit solatio, & mali supplicii atrocitate & simili audacia & improbitate deterreantur. Licet autem id iure veteri ita sese habeat. Hodie ta-
106 men transmissionibus † eiusmodi non frequentatis rei plerunq; & maxime vagabundi ibi puniuntur, vbi reperiuntur, vt de hac consuetudine post gloss. & Doct. *in l. 1. C. vbi de crim* Bartol. *in l. vltima, de furtis & l. si abducta. C. eodem.* Lanfran. *in c. quoniam. verb. confessiones. num. 12.* Gand. *in tract. de furt. pun. num. 5.* Ferrar. *in form inquisitionis;* testatur VVesenbec. *tit. de iudiciis nu. 16.*

Tertio,

Tertio, Ex sua † persona quis alterius, quam sui iudicis iurisdi- 107
ctionem subit, si res, de cuius possessione vel proprietate agitur, in alterius, quam domicilii iudicis territorio sita est. De possessione quocunque interdicto agatur constitutum est *in l. unic. C vbi de poss. agi & l. vnic C. vbi de hared.* De proprietate *in l. vltim. C. vbi in rem actio exerceri debeat.*

Si igitur nobiles, ciuitates, vel aliæ singulares personæ mediate imperio subiectæ, ratione possessionis vel proprietatis rei in territorio Cęsareo constitutæ conueniantur, procul dubio coram Imperatore, vel in aula Cæsarea se defendere, & causam dicere coguntur. De quo tamen hoc tempore cum omnibus ad priuatas rationes redactis publici territorii fere nihil supersit, non magnopere laborandum videtur.

Quarto, Alterius quam domicilii † & contractus Iudicis iuris- 108
dictioni subiicitur quis ex natura vel cœpti, vel iudicii vel causæ connexitatis. Cœptum autem iudicium dupliciter † accipitur, 109
ἐν πλάτει, & improprie cœptum iudicium dicitur, per in ius vocationem, ex qua initium est actionum instituendarum. *§. vlt. instit. de pœn. tem. litig.* Proprie autem cœptum iudicium in vsu iuris dicitur, cum iudicium acceptum, vel lis contestata est, *l. 1. C. de iud. l. lite. de vsur.*

Proprie cœpti iudicii † vel litis contestatæ triplex vis est & ef- 110
fectus, primus, vt litigatores in eodem iudicio retineat, secundus, vt eos etiam in coniuncto & connexoo iudicio retineat, tertius, vt Actorem in eodem iudicio mutuę petitioni vel reconuentioni subiiciat. De eo, quod iudicium acceptum litigatores in eo iudicio retineat, responsum est *in l. vbi 30. de iudic.* De coniunctis vel connexis iudiciis, quorum duo sunt, possessionis & proprietatis habetur *in l. nulli de iudiciis*, qua constituitur, quocunque in loco prius de possessione actum est, etiam de proprietate iudicium institui debere, etsi re integra, id est, iudicio nondum cœpto, reus ibi se, quod res alibi sita esset, defendere non cogeretur, addita ratione, ne continentia causæ diuidatur.

De mutua petitione siue Reconuentione, definitio est *in l. qui non cogitur. 22. de iudiciis*, in hæc verba: *Qui non cogitur in aliquo loco iudicium*

pecuniariis & ciuilibus nemo in foro alieno, propterea solummodo, quod ibi commoretur inuitus conueniri possit, nisi ibi domicilium habeat, vel contraxerit: In criminibus tamen, quocunq; loco reperitur reus criminis ibi accusationis causam agere cogatur, & condemnari, & de damnato supplicium sumi possit. *l. 1. C. vbi de criminib. agi opor.* Vbi criminum quæstiones non solum vbi delicta perpetrata sunt, vel inchoata, sed etiam vbi reperiuntur malefici institui iubentur. Vtilitas enim & disciplinæ publicæ vigor, quo exigitur, ne maleficia sint impunita, & tranquillæ ac pacatæ sint prouinciæ ab improbis & maleficis hominibus, sontem iurisdictioni eius iudicis, vbi nec deliquit, nec domicilium habet, subiicit, *l. locatio. §. quod illicite. de pub. l. ita vulneratus. ad l. Aquil. l. 3. de officio præsid.*

Secundo, etsi, vt antea diximus in loco contractus, ita quisque se defendere debet, vt tamen non necesse sit, vt absentes rei in locum contractus ducantur, & transmittantur: In criminibus tamen contra receptum est, vt non solum alterius fori reus ibi accusetur & damnetur, vbi maleficium commisit, sed etiam de desiderante hoc magistratu loci, vbi crimen admissum est, alibi deprehẽsus in eum locum sit remittendus, & quomodo id sit expediendum, cautũ est *in l. solet de custod. exhib. reorum. l. si cui § pen. de accus. Auth. vt nulli ind. §. si vero quis.* Ideoq; inde cõstitutum legimus, quod ad publicam vtilitatem pertinere existimatum sit publicæ vindictæ exemplum esse in locis, vbi deliquerunt. Cum enim maleficium, eo loci præcipue sit cognitum, publice etiam vtile censetur, vt qui commissum non impunitum quoque relictum sciant, vt & bonis, qui facto vel improbo exemplo læsi sunt, sit solatio, & mali supplicii atrocitate & simili audacia & improbitate deterreantur. Licet autem id iure veteri ita sese habeat. Hodie ta-
106 men transmissionibus † eiusmodi non frequentatis rei plerunq; & maxime vagabundi ibi puniuntur, vbi reperiuntur, vt de hac consuetudine post gloss. & Doct. *in l. 1. C. vbi de crim.* Bartol. *in l. vltima, de furtis & l. si abducta. C. eodem.* Lanfran. *in c. quoniam. verb. confessiones. num. 12.* Gand. *in tract. de furt. pun. num. 5.* Ferrat. *in form. inquisitionis;* testatur VVesenbec. *tit. de iudiciis nu. 16.*

Tertio,

Tertio, Ex sua † persona quis alterius, quam sui iudicis iurisdictionem subit, si res, de cuius possessione vel proprietate agitur, in alterius, quam domicilii iudicis territorio sita est. De possessione quocunque interdicto agatur constitutum est *in l. vnic. C. vbi de poss. agi & l. vnic. C. vbi de hæred.* De proprietate *in l. vltim. C. vbi in rem actio exerceri debeat.* 107

Si igitur nobiles, ciuitates, vel aliæ singulares personæ mediate imperio subiectæ, ratione possessionis vel proprietatis rei in territorio Cęsareo constitutæ conueniantur, procul dubio coram Imperatore, vel in aula Cæsarea se defendere, & causam dicere coguntur. De quo tamen hoc tempore cum omnibus ad priuatas rationes redactis publici territorii fere nihil supersit, non magnopere laborandum videtur.

Quarto, Alterius quam domicilii † & contractus Iudicis iurisdictioni subiicitur quis ex natura vel cœpti, vel iudicii vel causæ connexitatis. 108 Cœptum autem iudicium dupliciter † accipitur, 109 ἐν πλάτει, & improprie cœptum iudicium dicitur, per in ius vocationem, ex qua initium est actionum instituendarum. *§. vlt. instit. de pæn. tem. litig.* Proprie autem cœptum iudicium in vsu iuris dicitur, cum iudicium acceptum, vel lis contestata est, *l. 1. C. de iud. & lite. de vsur.*

Proprie cœpti iudicii † vel litis contestatæ triplex vis est & effectus, primus, vt litigatores in eodem iudicio retineat, secundus, vt eos etiam in coniuncto & connexo iudicio retineat, tertius, vt Actorem in eodem iudicio mutuę petitioni vel reconuentioni subiiciat. De eo, quod iudicium acceptum litigatores in eo iudicio retineat, responsum est *in l. vbi 30. de indic.* De coniunctis vel connexis iudiciis, quorum duo sunt, possessionis & proprietatis habetur *in l. nulli de iudiciis*, qua constituitur, quocunque in loco prius de possessione actum est, etiam de proprietate iudicium institui debere, etsi re integra, id est, iudicio nondum cœpto, reus ibi se, quod res alibi sita esset, defendere non cogeretur, addita ratione, ne continentia causæ diuidatur. 110

De mutua petitione siue Reconuentione, definitio est *in l. qui non cogitur. 22. de iudiciis*, in hæc verba: *Qui non cogitur in aliquo loco iudicium*

*dicium pati si ipse ibi agat, cogitur excipere actiones, & ad eundem iudicem mitti.* Rationem huius iuris veteris. *l. hæres.* §. 1. *de iudiciis & l. 2. C. de iurisdict.* exorbitantis pluribus exponit Donell. *comm. iur. ciuil. lib. 17. cap. 17.*

111 Hos ex cœpto iudicio † alterius, quam sui iudicis subeundæ iurisdictionis modos continentiam, vel connexitatem in genere appellant, Gail, *lib. 1. obser.* 32. vbi quadruplicem facit continentiam: Primam, ratione plurium personarum, cum nimirum eiusdem causę plures sint rei, diuersis iurisdictionibus subiecti, & si ad eundem finem agatur, Secundam, Ratione actionis, quando diuersæ res, vel causæ cõtinentur, sub vna generali actione, vt Tutelæ vel negotiorum gestorum, de qua *in l. nulli. de iudiciis.* & ibi Iason *nu.* 3. Item si res litigiosæ sub diuersis iurisdictionib. sitæ sunt, Tertiam ex cœpto iudicio vel litis pendentia, Quartam, ex connexo vel coniuncto iudicio possessionis & proprietatis.

De posterioribus duabus iam dictum est, Prima opinione magis interpretum, quam certa iuris ratione contra Regulam, qua quemlibet coram suo iudice conuenire debere cauetur, à qua hic casus nusquam exceptus reperitur, est recepta. Eiusque primus autor est Mynsing. *obser.* 4. *cent.* 1. quem pro extendenda Cameræ iurisdictione cæteri sequuntur, vt *cap. sequent.* indicabitur. Quantum ad tertiam: Etsi de duplicibus ac mistis actionibus, vt vnum iudicem habeant, constitutum est, vt in mutuis petitionibus *l. 22. de iudiciis.* Quod etiam ad noxales accommodari potest. Vt quæcunque pluribus, aut in plures competant, de iis plerunque omnes ad eundem iudicem mittantur, si videlicet plures vindicent dominium serui, vel vnus dominium, alter vsumfructum, *l. cognitio. l. si pariter. de liber. causa.* vel si plures tutelæ actione teneantur. *l. 5. C. vbi tut.* Ad quæ omnia respicit titu. *de quibus rebus ad eundem iudicem eatur.* & ibi Cuiac. Petr. Costalius & Baro. Quod vero in eiusmodi actionibus, si rei diuersos habeant iudices, omnium superior sit adeundus legibus adductis non cauetur, quæ de eodem iudice pedaneo iam adito, & de causa instructo [illegible]untur. Ideoq; in arbitrio iudicis, coram quo res agi cœ- [illegible] quæ iure cauta sunt, animi sui motum informantis positum

tum esse ait Pet. Costalius, ad quem iudicem mittantur rei in hisce causis. Idq; verum esse arbitror, nisi de superiore omnium adeundo moribus, qui sancti sunt, & probari debent. *cap. de constit. & l. 6. de probat.* aliter seruatum ostendatur. De connexis ac separatis videantur, quæ erudite ac plene tractat Fuluius Pacian. *in tractat. de probat. lib. 1. c. 27. 28. & 29.*

SEXTO, supra dicta regula † quod Principum & ordinum subditi in primo iudicio ad Cæsaris tribunal trahi non debeant, non habet locum in casibus singulari Cæsareæ iurisdictioni reseruatis. De quibus generaliter Baldus *in l. rescripta, in princip. C. de precib. imperatori offer. & in l. Imperium in 1. repetitio. de iurisd. omnium iudic.* Iacob. Aluarot. *in titul. quis dicatur Dux. in vsibus feud.* Speculat. *in titul. de disputat. §. sunt quoque.* Iacobin. de sancto Georgio *in tract. de feudis in verb. Princeps Pedemontium.* Fusissime Restaur. Castald. *de Imperatore, q. 110.* Lancellot. Conrad. *in templo iudic. lib. 1. cap. de Imperatore §. 4.* De prestantia, & potentia Imperatoris. Circa quod obseruandum † casus istos in duplici esse differentia, quidam enim iure veteri, quidam nouis institutis & moribus Cæsareæ cognitioni destinati reperiuntur. Ex iure veteri † ad iurisdictionem spectantia hæc sunt præcipua. 112 113 114

1. Quod generaliter in arduis semper recurri debeat ad principem. Restaurus Castald. *in tract. de Imperatore, nu. 3. 12.*

2. Quod possit trahere causam ex ratione publica de vna prouincia in aliam. *§. si vero causam.* & ibi glo. *in Auth. Vt omnes obediant iudici. l. nulli. de transf.* Dec. *cons. 297. in fine.*

3. Sententias iudicum rite latas vno verbo extra ordinem procedendo cassare. Angel. *in l. 1. C. de senten. poss. l. apud Iulianum. de man. vindicta. l. 1. C. de crim. sacrilegii.*

4. Quod solus imponat pœnam alicui ex primariis viris vel Decurionibus alicuius ciuitatis. *l. Diui fratres. de pœnis.*

5. Quod Princeps solus pœnam nocenti remittat, vel mitiget. *l. ad Bestiam. de pœnis.*

6. Solus Princeps restituat in integrum contra causas criminales, *l. Relegati. in fin. de pœnis*, excepto casu speciali, *l. Metallum. de pœnis.*

7. Quod solus concedere possit abolitionem, *l. si interueniente. cum seq. Ad Turpill.*

8. Prohibere possit partes, ne delegati à lege iurisdictionem vlterius proregent, etiamsi vterque litigantium consentiat, per text.& gl. *in l. 2. §. sed si iudex. de iudiciis.*

9. Vt possit arbitrari circa iuramenta malitiæ, & authenticas scripturas, cum memorialibus & agentibus in rebus in casu *l. probatorias. C. de diuersis offic. lib* 12.

10. Emancipare absentem vel infantem. *l iubemus. C. de emancipat. liberorum.*

11. Interponere Decretum super arrogatione eius, qui sui iuris est. *l. 2 de adoptionib. §* 1. *instit eod l. arrogationes C eod.*

22. Prospicere libertati in nobili casu *l itaque. de fideicommissis.*

13. Cognoscere, an seruus, cuius possessione dominus ideo fuit priuatus, quod triginta dies eum in dignitate esse passus est, debeat retinere dignitatem, vel ea spoliatus ad pristinam redire seruitutem. *l fin ad fin C qui militare non possint lib* 12.

14. Extendere pœnam vltra iurisdictionem iudicis, qui reum in custodia habet. *l. Diuus.* 2. *de falsis.* Iason *in §. ex maleficio.* 3. *col.* 3. *in prin Inst de actionib.* text *in l Diuus. post princip. de offic præsid.*

15. Iudicare, an furiosus, qui matrem tempore adumbratæ quietis interemit, propter immanitatem facinoris, vltimo supplicio afficiendus sit, text. *in l. Diuus, de offic. præsidis.* Restaurus Castald. *in d. tract. de Imperatore, q* 110. *cas.* 178.

16. Sumere vindictam de iudice ordinario, qui Episcopo sibi vt suspecto adiuncto parere nolit. *Auth. si vero, in fine. de iudiciis.*

17. Punire iudicem, qui appellationem non recepit. *l.* 1. *in fine. C. de appellationibus.*

18. Si iudex innocentem damnauit, si postea constiterit de innocentia, ipse sententiam suam mutare nequit, sed Princeps est consulendus. Hæc & plura alia studiose congesta videre licebit apud interpretes prædictos, præcipue Restaurum Castal. *in tract. de imperatore.* & Matth. de Afflict *c. vnic. quæ sunt regalia.*

Quia vero leges de casibus hisce eo Reipubl. tempore sunt scriptæ, quo iurisdictio omnis plene in patrimonio, vel, vt Galli loquun-

loquuntur, in domanio Principum, Magistratum vero mandata solummodo, ac precaria, eiusdem administratio fuit, (licet nonnulla quoq; tum temporis magistratibus sint communicata à Cæsaribus vt Proconsulibus *l aliquando. §. cum plenißimam. de offic. Procons.* Præsid. Prouinciæ. *l illicitas. §. qui vniuersas. de offic. præsid.* item præfecto vrbis, *l.1. §. cum vrbem. de offic. præfecti vrb.* Matth. de Affli. *c. vnic. quæ sunt Regalia. in prin.*) hoc tempore longe alia imperii forma inducta, qua Principes ac ordines partim feudi, partim aliis titulis suo nomine iurisdictionem obtinent, æque vt olim non obseruantur, vt in specie simili *l. vnic. C. quando Imperator inter viduas, pupillos, & alias miserabiles personas cognoscat*, annot. tum est à Geilio *obser. lib.1. obs. 1. nu.* 40. ac Herman. Vult. *d. l. vnic. C. quando Imperator, l. inter viduas.*

Hoc vero tempore † statim in primo iudicio non attenta personarum immediata qualitate ad iurisdictionem Cæsaream pertinent. 115

PRIMO, Qui fractæ † vel violatæ pacis publicæ rei aguntur, *ord. par. 2. tit. 9. & 20.* VVilh. Roding. *iuris Cameralis lib.1. tit. 4.* 116

SECVNDO, Generaliter in causis † omnibus ad fisci compendia ac rationes iuris veteris constitutione pertinentibus Cæsaris est iurisdictio. *ord part. 2. tit. 20. in principio.* 117

Fisci vocabulum proprie † ad res priuatas Cæsaris ab ærario, quod Reipublicæ erat patrimonium, distinctas referebatur, olim nondum plane confirmato Cæsareæ Dominationis statu. Vnde res fiscales esse, quasi proprias & priuatas Principis ait Vlp. *in l. 2. § hoc interdictum ne quid in loco publ. l. 1. vbi causæ fiscales.* Guid. Panceroll. *in com. Not. Imp. orient. cap.* 87. Quibus præfecti rerum priuatarum vel diuinæ domus præpositi sacrarum largitionum dicebantur *l. vnic. quæst mag. off. & comitib. sacr. largit. lib. 12. l. 6. § vlt. de iur. fisc.* Cuiac. *ad tit. C. vbi causæ fiscales.* Post auctum vero imperium non solum res & largitiones priuatæ Cæsaris, vel augustæ, sed sacræ largitiones, vel pecuniæ imperii publicæ fiscales promiscue dici consueuerant. *l. 1. C. de locat. præd. ciuil l. 1. C. de collat. fundi fisc. lib. 11. l. bene à Zenone. C. de quadrien. præscript l. in ciuilibus causis, quorum appell. non recipiuntur.* Renatus Choppin *de dominio regis Franciæ tit. 1. num.* 118

3 Ita vt Cæsaris res priuatæ cum tributis & collectis, quę ad ipsam Rempubl. spectant, confundantur Bartol. *ad tit. de iure fisci.* & ibi Alexander de Imol. *l. vlt. C. de quadrien. præscr. & in l. procurator. C. de edendo.* Guidus Panceroll. *in com. in Not. vtriusque imperii Not. imp. orientalis cap.* 87.

119 Dicuntur vero causæ † fiscales, quibus de bonis fisco delatis, vel debitis ex contractu, aut pœna pecuniaria fisco inferenda ex causa criminis commissi, quæ apud procuratorem Cæsaris disceptatur, *l. 3. C. vbi causæ fiscales l. vlt. C. de offic. procuratoris Cæsaris, l. ex consensu de appellat. l. 1. C. de Pedan. iudicib. l. 2. C. de pœnis. l. 4. C. ad l. Fab.* Non autem quando de crimine & pœna irroganda agitur. De eo enim præses cognoscit, *l. 1. & 2. & l. ad fiscum. C. vbi causæ fiscales. & l. 2. C. si aduersus fisc.* Ias. *in cons.* 100 *in primo.* Marc. Anto. Peregrin. *de iure fisci libro 7. titul. 1. numero 2.* vt ita Cæsaris rationalis fuerit exactio pœnæ irrogatæ à præside non irrogatio. Cuiac. *ad titul. C. Vbi causæ fiscales.* Sunt autem hoc † tempore: Primo, si quis committat in constitutionem Carolinam, quam Auream bullam nuncupant: constitutionem *de pace publica*, Sanctiones & ordinationes politicas. Augustæ Anno 1448. editas & seq. Comitiis aliquoties repetitas. *d. tit. 20. ord. part. 2.* §. **Als nemlich** *&* §. **Item/nach dem**. Secundo, Si in soluendis collectis publice indictis moram fecerit, *d. titu.* 20. §. **Item/ So jemand**. *& Decreto Augustano Anno* 1548. **Vnd als die Kreyßverordneten.**

Tertio, si quis in ea, quæ de Arcanis iudiciis VVestphalicis constituta sunt, deliquerit Decreto Comitiorum Francofurtensi Anno 1442. *titul.* **von dem heimlichen Gerichte.** Reformatione iudicii clandestini VVestphalici Anno 1495. *d. tit.* 20. §. **Item/ als der heimliche Gerichte.**

Quarto, si quis Turcas vel alios Imperii Hostes contra Rempublicam re & consilio iuuerit. *d. titul.* 20. §. **Weiter/ob.** Geil. *de pace publica cap. 1. num.* 41.

Quinto, si quis subditos alienos ob anabaptismum profugos contra imperii decreta Spiræ Anno 1529. publicata, & Augustæ Anno 30. repetita receptauerit, in eosq; secundum dictas constitutiones non animaduerterit. *d. tit.* 20. §. **Item/so soll keiner.**

Sexto,

Sexto, si quis sententiis ac mandatis Cæsareis non paruerit *d. tit. 20.* §. [illegible]

Septimo, si quis alteri à militibus sine Duce vagantib. oppresso opem & auxilium imploratus, pro viribus non tulerit. *d. tit.* 20. §. Item/ Nach dem.

Octauo, si quis imperii subditos ad iudicia extera trahere conatus fuerit. Decreto Imperii Anno 1512.

TERTIO, Absque respectu qualitatis † personarum, an nimirum mediate vel immediate reus imperio subiiciatur, ad Iurisdictionem Cæsaream pertinet, si de Ducatu, Principatu vel Comitatu imperii beneficiario sit cõtrouersia. *Ord. Cam. par. 2. c. 7.* And. Gail. *pract. obs. lib. 1. obs. 29.* Quam reseruationem ex adiecta dictione & cætera ampliatiua & similia omnia comprehendente Bald. *l. hac consultissima. 21. in prin. C. de testam.* Bartol. Iason, Lancellot. Galiaul. & Dd. *in l. Gallus. 29. §. Idem credendum de lib. & posthum.* Et natura exceptionis, quæ ad alios casus, qui sint eiusdem naturæ porrigitur, per *cap. cum dilecta. de confir. vtili vel inutili.* Decius & Cagnolus *l. 1. de R. I.* Item ex identitate rationis ad Baronatus & reliqua quoque Feudalia non tota solummodo, sed & partes, quibus Regalis dignitas annexa est, extendit. Schraderus *in tr. feud. par. 10. sect. 11. num. 66.* Item ad alia quoq; bona feudalia etiam non Regalia immediate ab imperio in feudum concessa porrigit. Gail. *obs. 16. n. 12.* Per rationem. *l. fin. C. vbi in rem actio & c. fin. de foro compet.* Idem *obs. 30. nu. 20 & in tract. de arrestis cap. 6. nu. 9.* Wilhelm. Roding. *pand. Camer. lib. 1. Tit. 17. §. 2.* 121

QVARTO, causæ & personæ omnes Aulę Cæsareę peculiariter reseruatæ. Ac primo legati vel alii, qui negociorũ suorum causa in aula commorantur, cuiuscunq; sint ordinis vel conditionis. Ex curia enim & aula Principis, etiam iure veteri domum non reuocatur, Restaurus Castald. de imperatore *quæst.* 110. *nu.* 20. Tempore etiam Comitiorum in personas omnes legatorum & aliorum, qui domicilium ibi constitutum non habent, Cæsaris vel legati eius est iurisdictio, nisi Electorum vel aliorum Principum expresso vel tacito priuilegio quid excipiatur.

In adsessores quoq; Cameræ muneribus vel alia ratione cor-

ruptos ex proposito iniquo vel nulliter iudicantes pręter syndicatū, Cęsari animaduersio reseruata est. *Ord.par.3.tit.53.* §. **ob sich aber.**

Affirmant quoq; peritiores vsu obseruatum, vt locis omnibus, per quæ iter facit imperator in Comites ac familiares suos ius reddat.

Ac tantum de restrictione vniuersalis jurisdictionis Cæsareæ quo ad personas mediate imperio subiectas. Cum autem ea sit exceptionis natura, vt definitionē regularem solumodo labefactet
122 in casibus † exceptis, in non exemptis vero stabiliat & confirmet
123 iurib. vulgatis personas omnes † imperio *ἀμέσως* ac directo parentes, vt sunt, Electores ac Principes omnes politici & Ecclesiastici Prælati, Comites, Barones, Nobiles, Liberæ imperij ciuitates statim in primo: mediate vero imperio subiectos, in secundo judicio Cæsareæ jurisdictioni esse obnoxias, cōsequitur, nisi jure singulari, vel præscriptione legitima in quibusdam, se ab ea exemptas docere
124 possint. Circa quæ † illustris oritur quæstio: An nimirum priuilegia primæ instantiæ Electoribus, principibus & reliquis ordinibus indulta Cæsareæ quoque jurisdictioni præiudicent.

Ac primum Principes & alios imperij ordines statim in primo judicio ad Tribunal Imperatoris non magis quam ad Cameram trahi posse videtur.

125 Primo quod dispositio generaliter † & indistincte loquens, generaliter quoque intelligi nec distingui debeat. *l. 1. de leg. præstand. l. 1. §. ait ergo. de his quæ in fraudem Creditorum. l. 3. de offic. præsid. l. de precio. de publ. in rem act. l. 3. §. si liber homo. de cond. ob causam. l. regula de iur. & facti ignorantia.* Tib. Decian. *consil. 39. numero 54. volum. 2.* Schrader. *in tractat feud. part. 10. sect. 5. num. 53.* Et in specie
126 quod beneficium † Principis latissime sit interpretandum. Roland à Valle *consil. 7. libro 1.* Roman. *consil. 271.* Iason. *cos. 45. colum. 2. vers. 3. moueor quia libro 1.* Crauetta *cons. 209. num. 7.* Menoch. *cons. 2.*
127 *num. 54.* Eiusque verba † non tenaciter, sed gratiose, ac liberaliter interpretanda, & in quibus à stricta interpretatione recedendum, ad amplam, generalem & latam accedendū gl. *in d. c. alleg. 27. q. 7.* Grammat. *cons. 6. n. 3. & cons. 58. n. 23.* Ang. Beroiu. *cons. 70. n. 30. lib. 1.* Roderi. Soarez *alleg. 28. num. 1.* Tapia *in l. fin. de const. princip. cap. 1.*

par. 1.

*par.1.& cap.2.in pr.eiusdem partis*. Ordinatio autem *par.2 tit.2.3.4.5.* De iudicib. principib. mutuo litigantibus & aliis directe imperio subiectis speciali priuilegio adsignatis, est generalis: Ergo vt qui hoc priuilegio gaudent, in prima instantia ad Cameram non trahi, sic nec in aula Cæsarea conueniri posse, affirmat Rosenthal *in tract feud.cap.12.num.27.*

Secundo quod Cæsar in Cameræ ordinationem generaliter consenserit, per viam cōtractus *par.3.tit.3.§.* Solches alles Schraderus *in tract.feud.part.10 sect.2.num.72.* Rosenthal *de feudis cap.12. num.35.* Certum est autem iurisdictionem † concessam per contractum siue constitutionem vel ordinationem, quæ transiuit in contractum, respectu concedentis non cumulatiue sed priuatiue intelligendam esse, Martin. Freccia *in tract de sub feudis lib.2 fol.205 §.Noua autoritas.* Natta *cons* 408 *n.7 vsq; ad n.11.* Crauet *cons.41.* Schrad.*in tr.feud.par.10 sect 1 n.128.* Menoch. *de præsumpt. lib 2 præs. 18 n.23.* Ludouicus Roma.393 *n 11 & seq* Rosenthal *de feud c.12 n.33.* 128

Tertio in iure certum est, quod reseruatio † facta in vno, cæterorū abdicatio esse intelligatur. *l.cum. Prætor.de iudic.* Bart *in l.quæsitū. §.Deniq; de fundo instr.* Dec.& Cagnol. *in l.1. de R.I.* Angel.*cons.290. nu.5.* Rosenthal *in tr feud c.12 n.34.* Fuluius Pacian.*cons.52.n 71.* Et exceptio facta in aliqua † dispositione, quid & quātum in ea comprehendatur, declarant. Isern *c.1.§.Si quis de mense.de controuers.inuestituræ.* Redoan.*in tr. de reb.eccl.non alienand q.70 n.5.l. Nam quod liquide de penu legata.* Craue.*cons.214.n.14.* Tib.Dec *cōs.35.n.5.66.vol.1. & cons.76.n.14.vol.3* Fului.Pacia *cons.141.n.14.* Quia igitur imperator sibi tantū reseruauit causas & lites de Principatib. & Comitatib. imperii feudis alteri litigantium iudicio auferendis. In personis & causis non reseruatis sese priuasse intelligitur: Quod vnius † exclusio alterius sit inclusio, Schrad *in tr.Feudali.par.10 sect.2.n 72* 129 130 131

Quarto Electores & Principes generaliter, tam quo ad Cameræ, quam Cæsaris iurisdictionem in prima instantia etiam ante editam Cameræ ordinationem priuilegiati videntur. *d Ord part 2. tit.4.§.* **Vnd wiewol Chur fürsten vnd Fürsten sich auß solcher vor vffgerichter Ordnung/außträglichen Rechtens vnd jrer Churfürstlichen vnd Fürstlichen Freyheit zubegeben/etwas beschwert,** id est: *Etsi Electorib.*

*rib. ac Principibus constitutæ antea ordinationi ac libertati suæ Electorali ac*
132 *Principali renunciare graue fuit*. Copulæ autem † natura est, coniungere diuersa & separata, Bar. & Bald. *in Rub. de Iuris & facti ignorantia. l. 14. qui ducenta*, & ibi Bart. *de reb. dub.* Bald. *in l. liber homo. §. Titius. col. pen. in princip. de hæred. instit. l. si heredi. de cond. instit.* Alciat. *l. 53. n. 5. de verb. significat.* Fuluius Pacian. *cons. 58. nu 33.* Cacheran *cons. 19. nu. 33.* Menoch. *cons. 106. nu. 291. cons. 117. nu. 6. & cons. 179. nu. 11.* Vnde sequi videtur non tantum ex Cameræ ordinatione, sed alio speciali priuilegio Cæsaris primæ instantiæ iudices habere Principes.

Verum hisce non obstantibus ego Cæsarem iurisdictionem in personas hasce directo imperio parentes minime à se abdicasse arbitror. Certum est enim Imperatorem consentiendo in ordinationem Cameræ, qua & priuilegia primæ instantiæ continentur, iuri suo, quo ex Decreto Electionis iurisdictio ac potestas omnis in causas ac personas imperio subiectas Cæsari competens cum Titulo Regio ei tributa est, Bald. *in c. 1. num. 8. col. fin. in titul. Quæ sint Regalia, & in proœmio D. n. 25. col. 2.* Fuluius Pacian. *cons. 149. n. 75.* temporum difficultatem secutum, renunciasse, de qua multa grauiter & neruose Iulius Phlugius Episcopus Naumb. in oratione de im-
133 perio constituendo. Renunciationem vero omnem † stricti iuris & stricte non extensiue esse intelligendam. Cagnolus *in l. 1. n. 80. de pactis.* Tiraq. *in l. si vnquam, in princ. nu. 174. vers. Adde & quod scripsit. C. de reuoc. donat.* Natta *cons. 78. num. 5. prope finem. vol. 1.* Quod etiam
134 ad iuratam † extenditur. Castrensis *cons. 449. in fine.* Afflictus *decis. 350.* Fuluius Pacian. *cons. 132. n. 87. & 78.* Et in specie quod Regula-
135 riter iurisdictio † omnis concessa non priuatiue, sed cumulatiue data censeatur, late à nobis deductum est supra *lib. 1. cap. 29. in princip. vsque ad nu. 10.* Et licet contra expressam iuris antiqui tenorem hoc Reipubl. statu, partim nouella imperii constitutione de Cameræ iurisdictione *part. 2. titul. 1.* partim vsu & moribus receptum esse, ibi monuerimus, quod cum his iudicibus, qui iurisdictionem suo iure, siue contractu vel priuilegio quæsitam habent, superiores, in primo iudicio non concurrant. Id tamen in mandata, vel tota, vel certa specie iurisdictionis locum non habet, per ea quæ tradidimus, *d. cap. 3. num 9.*

Quod

Quod vero iudicibus † primæ instantiæ iurisdictio non per 136 contractum, qui nullus inter ipsos & Cæsarem intercessit, non suo iure, sed Cæsaris nomine exercenda tributa sit ac delegata, ex *tit. 2. §. 4. & 5. de Ord. pacis. 2.* manifestum est. Quibus primo nihil derogant, quæ de interpretatione dispositionis generalis, qua Principibus ac aliis immediatis hoc priuilegium tribuitur, ac de beneficio Principis late ac large interpretãdo obiiciũtur. Quantum enim ad generalitatem, respondetur eam secundum materiam † ac rem, de qua in dispositione agitur restringendam esse. 137 *cap. solitæ.* & ibi Canonistæ. *de maior. & obed. l. si vno. in principio.* & ibi Bartol. & Salicet. *Locati*, Tiberius Decianus *consi. 57. num. 60. volum. 1.* Eberhardus *in Topicis in loco à subiecta materia, in principio & num. 14.* Beneficia † quoque & priuilegia principum stricte in- 138 terpretanda, suadente subiecta materia. Tab. *in repetit. l. fin. part. 2. cap 9. num. 147. de constitutionib. Princip.* Et quod solummodo de restringenda † Cameræ, non autem minuenda ordinaria Cæsarea 139 iurisdictione principio concessorum, eiusmodi priuilegiorum, primæ instantiæ actum sit liquido apparet ex prima ordinat. Cameræ in Comitiis VVormaciensibus edita, Anno 1495. titul. Wie Churfürsten / Fürsten / vnnd Fürstmässige / einander zu Recht fordern sollen. versi. Doch sol keiner Parthey die Appellation für vnser Keyserlich oder Königlich Cammergericht benom̃en oder abgestellet seyn. Id est: *Neutri litigantium Appellationem ad Cameram denegari.* & *eodem Ord. tit.* Wie Prælaten / Graffen / Freyherren / vnnd andere Fürstmässige / zu Recht fordern mögen. versic. Vnd sol jedem zugelassen seyn / ob er sich mit gesprochenem Vrtheil beschweret bedeucht / daß er sich an vnser Königlich oder Keyserlich Cammergericht beruffen / oder appelliren möge. Id est: *Cuilibet litigantium se grauatum sentienti ad Cameram appellare permissum esto.* & versic. Wolte aber der Churfürst / Fürst / oder Fürstmässige / Geistlich oder Weltlich / vor seinen Räthen / obgemeldter Maß nit zu Recht kommen / oder würde deß / wie obstehet / verhelffen / soll dem Kläger zugelassen seyn / denselben Churfürsten / Fürsten / oder Fürstmässigen / mit dem Königlichen oder Keyserlichen Cammergericht fürzunemmen / nach dieser Ordnung vber das Cammergericht gemacht: *Si Electores vel Prin-*

*cipes tam Politici, quam Ecclesiastici consiliariorum suorum iudicium dicto modo subire, detrectent, liberum sit Actori Electorem illum vel Principem in Camera conuenire, iuxta tenorem ordinationis liberum esto.* Idque repetitur Ordinatione, anno 1548. & 1555. in vnum corpus congesta *part. 2. tit. 2. §.* Darauff soll. *versic.* Doch soll. *&* §. Vnd sollen. *versic.* So aber die Antworter. *& titul.* 4. *eiusdem part.* §. Dieselbigen Neun Räthe. *versic.* Wolt aber. Et generaliter hæc priuilegia ad prima iudicia, exclusa appellatione ad Cameram restringuntur, *titulo sexto, parte secunda Ordin. in princ.* Ipsa quoque reseruatio *titulo septimo*, ad ordinationem diserte refertur, *versi. fin* Doch sonst in andern Sachen dieser vnser Ordnung abbrüchig/vorbehalten haben/. id est: *In aliis causis ordinationi nihil præiudicabitur.* Idque etiam copula auch principio dicti *titul.* 7. Ob auch Sachen vorfielen / arguit, cuius natura est repetere qualitatem præcedentem. text *in l. auia. in principio*, iuncta glossa. *de condit. & demonstrat. & in leg. Seia. §. Caio.* & ibi Bartolus *de fundo instructo.* Et quod Cæsar ordinariæ suæ iurisdictioni non præiudicarit, inde etiam confirmatur: Quod in Ord. Wormatiæ, anno millesimo quadringentesimo nonagesimo quinto edita, priuilegio primæ instantiæ principibus & aliis immediatis indulto. *dict. titul.* Wie Prælaten / Graffen / Freyherren / vnnd andere Churfürsten / Fürsten / vnnd Fürstmässige zu Recht erfordern mögen. *Versic. fin.* Item, hæc Clausula diserte subiicitur. Item / mit diesen Ordnungen vnnd Satzungen soll sonst niemandt sein Obrigkeit / Priuilegia vnnd Freyheit benommen oder abgeschnitten / sondern vorbehalten seyn. Id est: *quod dispositiones præcedentes scilicet de priuilegiis primæ instantiæ, alterius iurisdictioni priuilegio & immunitati non præiudicare, sed ea cuilibet reseruata esse debeant.* Reseruatio autem eius est naturæ, vt ius concedentis saluum & illæsum esse remaneat. Restaurus Castald. *in tract. de Imperatore, quæst. 110. in casu 320.* reseruato. Crauetta *consilio 29. numero 8. & consilio 144. numero 15.* Socinus Iunior *consilio 99. numero 10. libro primo.* Idq; extra omnem controuersiam est, si ius quoddam quod conseruari possit, habeat concedens. *l. 3 §. 1. Quibus mod. pign. vel hypotheca soluitur. l. 3. § penult. de lib. hom. exhibendo.* Ruin. *consi. 40. num. 7. & cons. 99 num. 10. lib. 1.* Menoch, *cons. 2. libr. 1.*

*numer.* 57. Cum igitur mandatam vel delegatam iurisdictionem non ita à se abdicet delegans, quin cum eo, cui delegata est, concurrere possit, sicut in genere à nobis traditum est *supra libr. 1. cap.* 29. Cum dicta reseruatio aliquid operetur, dubium nullum relinquitur.

Quantum ad argumentum † à causis Ducatuũ, Principatuũ & Comitatuum reseruatis, ficti non maiorem, quam veri vim esse, certum est. §. *minorem. Inst. de adoptionib.* Menoch *cons. 100. n. 125.* Cum igitur expressa & generalissima iurisdictionis concessio cõcedenti, concurrenti cum Mandatario præsertim, facultatem nõ adimat, nec per fictum quoq; & subauditum intellectum ademta censeri potest.

Præmissa etsi ex iis, quæ adduxi iuris & constitutionum locis vera esse arbitror, dubium tamen † me fecit nuper primo visum 41
exemplum priuilegii Inclitæ ciuitatis Noribergensis à Carolo V. Imperatore, Anno 1540. 6. die Iulii, Brugis in Flandria impetrati, cum aliis Francofurti ad Mœnum publicati, in quo ratio priuilegii primæ instantiæ Electoribus, Principib. Comitibus, & aliis immediate imperio subiectis concessi, §. Darauff dann / generaliter sic explicatur. Wiewol auch in vnsern vnnd deß heyligen Reichs gemeinen Rechten vnd Constitutionen/außtrückentlich geordnet vnnd zugelassen / daß ein jeder / wider den in Erster Instantz / ein Gerichtliche Endtvrtheil / dardurch er sich vermeynet beschweret zu seyn / ergangen / zu zweyenmalen prouociren vnnd appelliren / vnnd also vmb eine Sach / Drey Instantz gehalten / damit in der andern Instantz das jenige/ so in Erster/ vnnd Dritter / das so in anderer Instantz vnterlassen / einbracht / vnnd vorgesprochene beschwerliche Vrtheilen gebessert / widertrieben vnd reformiret werden mögen.

Darauff dann durch Weylandt den Allerdurchleuchtigsten Fürsten/ Keyser Maximilian / vnsern lieben Herrn vnd Anherrn / Hochlöblicher Gedächtnuß/im Vierzehenhundert vnd fünff vnd neuntzigsten/vnd durch vns/auch vnsere vnd deß Reichs Churfürsten/Fürsten vnnd andere Stände deß heyligen Reichs / im Fünffzehenhundert vnd ein vnd zwantzigsten Jahr / zu Wormbs verordnet/ Vorsehung

gethan vnd verabschiedet/ welcher massen/ vnd für wem/ Churfürsten/ Fürsten/ Graffen/ Freyen/ vnd andere/ vns vnd dem heyligen Reich/ ohne Mittel vnterworffen/ in Erster Instantz beklaget werden/ damit sie zum wenigsten zwo Instantz/ vnd jhnen die Gutthat vnnd Hülffe der Appellationen als wol/ als den jenigen/ so dem Reich nicht ohne Mittel vnterworffen/ vorbehalten vnnd vnbenommen bleibe. Id est: Etsi in legibus & constitutionibus imperii communibus diserte cautum & permissum, cuilibet in prima instantia sententia lata grauato bis prouocare liceat, & sic in qualibet causæ cognitione tribus instantiis gaudeat, vt in secunda instantia, quod in prima & priorib. instantiis omissum in tertia, ac ita male pronuntiata corrigi & reformari possint. Per Serenissimum Principem Imperatorem Maximilianum auum nostrum Carissimum sanctæ memoriæ, anno 1495. & per nos & sacri imperii Electores Principes, & alios imperii Ordines, anno 1521. VVormatiæ constitutũ, vt Electores, Principes, Comites, Barones, & alii nobis & sacro imperio directo parentes, in primo iudicio conueniri debeant, vt ad minimum duobus instantiis beneficioque appellationis non minus, quam reliqui mediate imperio subiecti gaudeant. Cum itaque Imperator ipse optimus priuilegiorum interpres aperte declaret dispositionem illam, de iudicibus priuilegiatis generalem, ac non tantum Cameræ, sed etiam sibi & consistorio aulico præiudicare, considerata ratione ne nimirum Electores, Prælati, Comites, Barones, & nobiles immediate imperio subiecti deterioris sint conditionis, quam mediate imperio parentes appellandi priuilegio gaudentes (id quod etiam generaliter improbatum est, vt nimirum Principes non sint peioris conditionis, quam priuati, Syluan. *consil. 73. numer. 7. in princ.* Schrad. *in tr. feud. par. 4. num. 5.* Imo Principibus magis quam priuatis indulgendum, *argum. l. Barbarius. de offic. præs.* And. Knich. *de Saxon. non prouo. iure. in verbo Electorum. cap. 4. num. 22.*) Ac certum sit rationem & causam legis & constitutionis ipsam esse legem & ex ea fieri extensionem, vt casus omnes in ea comprehensi censeantur *leg. non possunt. de legibus. l. sed id quod. de iurisd. l. Lex Iulia. de fundo dot. l. oratio. de sponsalib. l. nam vt ait. de legib.* Iason *in auth. quas actio-*

*actiones. C. de sacros. Eccles.* Alciat. *de verb. signifi. lib. 2. num. 36.* Donell. *com. iur. ciuilis. lib. 1. l. regula* & ibi Bartol. & Bald. *de iuris & facti ignor.* Stephan. de Federic. *de interpretat. iuris. par. 1. nu. 121.* Decius *consil. 64. nu. 6. & consi. 444. nu.* 10. Paris. *consi 78. num. 13. in primo.* Menoch. *consi. 39. nu. 5.* Cephal. *consi. 16. nu. 7.* Franciscus Becc. *cons. 41. num. 6. & cons. 62. nu. 16.* Botta *cons. 50. nu. 6.* Idque ex comprehensione non extensione Bursatus *cons. 76. nu. 15. lib. 1.* Riminal. Iun. *cons. 69 nu. 16.* Rolan. à Valle *cons. 72. nu. 45 lib.* 1. Borgnin. Caualcanus *in tr. de tutore & curatore. nu 98.* Et plus potest ratio, quam dispositio Alexan. *cons. 120. nu. 5. lib. 1.* Becc. *cons. 41. nu. 6. & cons 62. nu. 16.* Fabius Turretus *cons. 76. nu. 25. & 26.* Et rationem legis inductiuam priuilegii, vel consuetudinis vbicunque militet, ibi quoque dispositionem obtinere Riminaldus Iunior *cons. 556. nu. 9.* Roland. à Valle *consi. 81 nu. 17. & 19.* Sola *ad constit. Antiq. Sabaud. rub. de feudis par. 1. glo. vnica. nu 1.* Hieron. Magdal. *decis. 22. cap. 10. num. 143. par. 1.* Quam in sententiam quoq; inclinare video, autores der nohtwendigen Erinnerung / quæ edita est Ingolstadii, Anno 1613 *part. 1. fol.* 134. & 136 *fol.* 177. Idque potissimum locum habet in iudicibus priuilegiatis Electorum & Principum mutuo litigantium, quos ante Cameræ institutionem fuisse, aperte patet ex Ordin. *part. 2. tit. 4. d. §.* Vnnd wiewol. Obseruantia tamen † tam priuilegiorum, 142 quam dispositionum aliorum omnium interpretatrix attendenda est. *l. si interpretatione. de leg. 1. §. Instit. de rer. diuisio.* Natta *cons. 192. nu. 2. vol. 1.* Hier. Gab. *cons. 164. n. 7.* Alb. *cons. 59. n. 9.* Elbert. Leonin. *cons. 7. n. 8.* Bec. *cons.* 101. *n. 49.* Lancel. Gallia *cons. 63. n. 17.* Fuluius Pacian. *cons* 110. *n. 14.*

Constat quoque in eo regula † quod per appellationem à gra- 143 uamine per Principes, Ordines & alios immediate imperio subiectos illato, non attento an litigantes alias Cæsari sint subditi, nec ne, sed tantum ordine appellationis iurisdictio ad Cæsarem reuertatur. Purpuratus *cons. 404. num. 6.* Delata enim & inducta ad superiorem appellatio, hoc efficit, eoque comparata † est, vt 144 sistat iurisdictionem inferioris, eamque ad superiorem transferat, id est, vt loquuntur interpretes, habet effectum suspensiuum ac deuolutiuum, Abb. *in cap. dilecto, colum. fin. de appellat.* Ludouicus

Rom. *consi.* 31. Paul. de Castro *cons.* 7. *& 270. vol.* 1. Marantha *de ord. iudic. tit. de appellatione fol.* 581. *col.* 1. Purpuratus *cons.* 155. *nu.* 2. *& consi.* 20. *nu.* 3. Petr. Gregor. Tholosan. *in c. sanctæ crucis. nu.* 14. *de rescriptis.* Surdus *consi.* 139. *num.* 4. Modo vt dixi, appellandi gradus & ordo seruetur, vt nimirum ad eum iudicem, quem appellari conuenit inducatur, iis solennibus adhibitis, quæ ius præscribit, & intra tempora, ad eam rem constituta, licet autem vt in loco adiunctorum explicauimus, iurisdictio omnibus concessa, ita tributa intelligatur, vt non nisi per appellationem redeat ad superiorem, & sic quoque à Principibus & Ordinibus omnibus Cæsarem tanquam proxime superiorem prouocare regulariter permissum sit: id tamen non habet locum in iis, quibus iure singulari, nec iurisdictio sua appellatione sistatur, cautum ac prospe-
145 ctum est. Qui autem Electores † Principes ac Ordines priuilegio prouocationis prohibitorio, siue generaliter, siue quo ad certam summam & quantitatem hoc tempore gaudeant, ex catalogo priuilegiatorum, relato à Petro Fridero Mindano ad calcem *lib. processs. Cam. cum lib.* repetito quoque à Guilhelmo Rodingo *iuris Cameral. lib.* 1. *tit.* 20. cognoscere licet. Circa quæ tamé
146 obseruandum est, quod remota † per priuilegium simpliciter appellatione, neque nullitatis deductio, Pacius *consi.* 81. *num.* 43. Purpurat. *consi.* 342. *nu.* 2. neque restitutionis in integrum postulatio. *l. in causa § fin. & l. seq. de minorib.* Panorm. *in cap. ex literis. num.* 1. *de in integr. restit.* neque suspecti quæstio sublata censeatur. Schrad. *in tract. feud. par.* 10. *sect.* 3. *num.* 5 *& seq.* Decian. *consi.* 26. *num.* 5. Quia
147 regulariter † in prohibitoriis, quod expresse prohibitum non est permissum censetur, *argum. leg. mutus. §.* 1. *de procuratoribus. leg. nec non. §. quod eius.* Ex quibus causis maiores Lancellottus Gallia, *consilio* 30. *numer.* 4. Decianus *consi.* 45. *numer.* 20. *volum.* 1. Et in spe-
148 cie quod priuilegia remouentia † appellationem sint odiosa, ac stricte interpretanda, pluribus tradit Beretta *consilio* 61. *numero* 1. *&* 2.

149 Quod ad CAVSAS † attinet, ex regula principio de iurisdictione Cæsarea constituta, quædam generaliter, quædam quoad primum vel secundum iudicium, excipiuntur.

Genera-

Generaliter eximuntur causæ † Ecclesiasticæ & spirituales, ac 150
spiritualitati, vt vocant, annexæ, à quibus regulariter arcetur politica potestas, quas recenset Marantha *de ordin. iudiciorum. distin. 13.* quod tamen in iudiciis petitoriis, non possessoriis, in quib. iurisdictio laicorum non sistitur, locum habet, Marantha *dicto loco.* Geil. *lib. obser. 1. obser. 98. nu. 1.* Mynsing. *cent. 5. obs. 93.* plura de his infra *cap. 7.*

Causis † spiritualibus quoque annumerantur controuersiæ 151
de matrimoniis, quæ etsi quatenus societatem coniugalem spectant, plane sunt humana, & iurisgentium, vt & reliqua hominũ commercia, tamen quatenus Deus expresse dicitur interuenire & coniuges copulare, diuinum quoddam & ecclesiasticum esse iudicantur, *cap. pen. & fin.* De secundis nuptiis Boer. *decis. 240. num. 16.* Ideoq; foro politico exempta Episcopali audientiæ adseruantur, *cap. 1. de consanguinitate & affinitate. cap. causam matrimonii. de offic. delegati. cap. 2. & 3. de iudiciis.* Spec. *in tit. de competent. iud. in pr.* Quod tamen restringitur, vt locum saltem habeat in causis illis matrimonialibus, quæ ad substantiam ipsam matrimonii pertinent, & quando agitur de validitate & inualiditate; Quo ad accidentalia enim iurisdictioni temporali non eximuntur. Iulius Sennazarius de Rippa *in interpretatione cap. 1. tit. 1. lib. 4. Decretalium. num. 76.* Geil. *lib. 1. obs. 112. lib. 2. obs. 45.* Pet. Frid. Mindan. *de process. Cameræ. lib. 1. c. 10. nu. 4.*

Quoad primum iudiciũ † vel instantiam, excipiuntur causæ 152
feudales. Earum enim vel apud dominũ feudi, vel pares curiæ legitima ac ordinaria est disceptatio. De qua interpretes *in c. cæterũ. de iudiciis.* Innoc. Bal. Anto. de Butr. Panorm. Felin. Anto. de Butr. & alii *in c. transmissa de foro compet.* Zas. *in tr. feud. par. 11. n. 6. & 7.* Anto. Contius *de feud. c. 11.* Baro *de benef. lib. 4. c. 1. & aliquot seqq.* Steph. Forcat. *in com. de feud. c. 12.* Et prolixe Schrad. *tract. feud. par. 10.* Et nõ nisi per appellationem ad Imperatorem deuoluũtur, si dominus Imperatori sit subiectus, *c. fi. quo tempo. miles inuest. pet.* Steph. Forcat. *de feud. cap. 12.* Et in genere quis dicatur iudex competens in casu appellationis à iudice feudali late tractat Feli. *in c. cæterum. de iudiciis.* Et licet Cæsar non tanquam ordinarius, sed dominus feudi,

feudi, de controuersiis feudalib. inter duos vasallos ligios cognoscat: Causas tamen ad cognitionem parium curiæ pertinentes, ad forum suum trahere nequit per ea, quæ tradit Martinus Laud. *c.1.n.14.* & ibi Præpos. *circa fin. de contro. inter Episc. & vasal.* Schrad. *in tr. feud. par. 10. sect. 5. nu. 183.*

153 Quo ad secundum iudicium, † excipiuntur causæ criminales. Ex consuetudine enim generali totius Germaniæ appellationes in criminalibus non admittuntur, *ord. par. 2. tit. 28.* VVesenbec. *ad*
154 *tit. de appellationib. recipiend. num. 2.* quam consuetudinem † etiam in Italia seruari testatur Iul. Clar. *quæst. 94. num. 2. versic. cæterum*
155 *in hoc ducatu.* Fuluius Pacian. *consilio 1. num. 70.* tanquam † odiosa tamen non extenditur ad casum apertæ & principaliter intentatæ nullitatis, ad cuius deductionem propter concursum iurisdictionis etiam Cameræ processus decernit. *part. 2. ord. tit. 28. §. 5.* Geil. *obs. 1. num. 12.* Myns. *obs. 41. num. 5. & seq.* Vt generaliter appellare prohibitus nullitatem allegare non prohibetur. Vantius *de nullitatib. process. tit. quis possit dicere de nullitate.* Fuluius Pacian. *consil. 81. nu. 43.*

156 Secundo restringitur, vt † non habeat locum in puncto competentiæ, in qua tam ad Imperatorem, quam Cameram recte prouocatur, rationes ac præiudicia notat Petr. Frid. Mindan. *de*
157 *proces. Cam. lib. 1. cap. 9. §. 5.* Idem obtinet, cum nõ de delicto † criminaliter puniendo, sed de ipsius iurisdictionis criminalis iure vel possessione inter postulantes est controuersia, quo casu grauato appellatio ad Cæsarem & Cameram non est prohibita. Idem Petr. Frid. Mind. *de process. Cameræ. lib. 1. cap. 9. § 6.* Idem quo-
158 que esse arbitratur, † si propter delictum ab alio commissum, tertius innocens Repressaliis vel pignorationibus grauetur *dict. cap. 9.*

Hisce igitur causis solis exceptis, in reliquis omnib. in primo vel secundo iudicio, personæ, quas dicimus omnes iurisdictioni Cæsareæ subiiciuntur, extra quam, si ea, vel in quibusdam ab imperio vniuerso, & sic consentiente Cæsare auocetur, vel à Camera anticipetur vel præueniatur.

In quibus autem Cameræ cum Imperatoris iurisdictione concurrat,

currat. & in quibus hæc illam superet, cap. proxime sequenti explicabitur.

Restat, an per appellationem † suspendatur iurisdictio Cæsarea, vt videamus. De quo duplex & vetus iam Æneæ Syluii tempore, qui postea Pii Secundi nomine Pontificatum adeptus est, agitata quæstio; Primo, an à sententia Imperatoris possit appellari: Secundo, quis prouocari debeat. Quod ad primam, negat Syluius de ortu & autoritate imperii Romani, c.13. prouocari ab Imperatore hisce argumentis. 159

Primo à minori, quod cum à præfecto Prætorio non liceat appellare, multo minus ab Imperatore. Secundo, à simili, vel maiore ratione prohibitionis in Cæsare, quam in præfecto prætorio.

Tertio, ab inconuenienti: vt nimirum Cæsar aliis immunitatem concedere, qua ipse vti non possit, cui non absimile est, quod ait Vlpian. *in leg. à quibus appellare non licet*, stultum esse monere, quod à Principe appellare fas non sit, cum ipse sit, qui prouocetur.

Quarto, quod sententiæ Cæsarum habeant vim legum, à quarum latione non liceat prouocare.

Quæ etsi ad adserendam autoritatem ac dignitatem Cæsaream, non leuis sint momenti, veteri tamen & absolute regio isti magis quam præsentis Reipub. statui, quo inter Cæsarem & Ordines imperium, ad eum, quem *cap. huius libri superiori* diximus, modum est diuisum, conueniunt. Est autem fortissimum pro Cæsare argumentum ex ipsa creatione: & quod vigore eius tributa in genere παμβασιλεία, nec pactis cōuentis, quam Capitulationem vulgo appellant, nec constitutionibus vel moribus mutata reperiatur.

Quantum ad secundam quæstionem, posito, quod sit ab Imperatore prouocandi locus, ad Principes & Ordines prouocari ratio iuris non permittit, quod ad superiores, non vero inferiores vel pares appellare liceat. Marantha *par. 6. de appell. nu. 357*. Spec. *in §. nunc tractemus. in prin. de appel.*

Antea autem ostendimus, summam Reipub. potestatem inter

Cæsares & Ordines ex semisse diuisam, excepta priuilegiorum concedendorum facultate, qua ille hos antecellit. Ordinem igitur prouocandi conuerti necesse esset, si ab eo status imperii appellarentur: vt nec hoc prætereatur, rationē cur à Præfecto Prætorio appellari fas non esse ait Iureconsultus *in l.1. de offic. Præfecti Præto.* Quod nimirum, qui ob singularem industriam, explorata eorum fide & grauitate ad huius officii magnitudinem adhibentur, nō aliter iudicaturos esse pro sapientia & luce dignitatis suæ, quam ipse Princeps, multo magis in Cæsare, quam in præfecto prætorio magistratu longe inferiori locum habere. An vero ab imperatore solo, ad eundem cum ordinibus coniunctum, & sic ad totum imperii corpus prouocari possit? negat quidem idem Syluius, quod tanta sit Cæsaris solius, quanta cum Principibus coniuncti potestas. Id vero quale sit, satis antea à nobis est explicatum. Si in recipienda eiusmodi appellatione consentiat Cæsar & Ordines, res quidem extra controuersiam posita est. Sin vero non admittat imperator, nō video, cur plus hic possint Ordines, quam in aliis negotiis omnib. vniuersi collegii dispositioni subiectis. Et si in recipiendo nulla sit dissensio, vix tamē effectum vllum sortitura videtur appellatio, nisi sponte sententiā suam mutet imperator, cum ex Cæsaris & Ordinum cōuentione Senatus imperialis decretum constet, vt supra est ostensum. Interpositas quidem tales aliquando appellationes tam ex Syluio, quam ex nostri quoque temporis historia constat, an vero vnquam legitime introducta de ea cognitum & iudicatum in appellationis iudicio ad effectum perductum fuerit, hactenus mihi cognoscere non licuit.

An autem ab imperatore male informato ad eundem rectius informandum prouocatio sit permissa, quidam putant, quod sic, per *l.1. C. de relationi. & l.1. §. quæsitum. de appellationib.* & ea quæ tradit Bal. *in l. fin. C. de relation.* Bartolus, & idem Bald. *in l. cum de nouo. C. de legib.* Zobell. *in addit. ad gl. Germ. art. 27.* Alii distinguunt inter sententiam ab imperatore latam motu proprio, & ad alterius relationem pronunciatam. Primo casu permissum esse arbitrantur prouocare ab imperatore, vt loquuntur male informato ad eundem

dem melius informandum Rebuffus *in l. quod iussit. in 2. notabili. num. 53. de re iudic.* Anton. Gabriel. Rom. *conclus. lib. 2. tit. de appellat. concl. 1.* Capic. *decis. 111. nu. 2.* Grammat. *decis. 35. nu. 4.* Secundo vero casu licitam esse appellationem opinantur Rom. *consil. 21.* Socin. *consi 94. vers. postremo posito.* Decius *in l. intimasti. vers. tertius casus.* & ibi Phil. Francus *de appellat.* Ruin. *cons. 3. vol. 4.* & alii citati ab Anto. Gab. *dicta conclus. 1. in pr.*

Ac licet de appellatione res ita, vt diximus, sese habeat, secus tamen est, quoad supplicationem. Quando enim appellatio vel lege, vel morib. propter excellentiam eius, qui tulit sententiã est prohibita, supplicatio tamen permittitur. Abb *in cap. ex literis. col. antepen. de in integ. restit.* Marant. *in tr. de ordin. iud. part. 6. de appellat. vers. supplicatio. auth. quæ supplicatio. C. de precib. imp. offer.* Bend. *de reuis. conclus. 14. num. 24.* Fuluius Pacian. *cons. 1. num. 72.* Et quod remota appellatione, † supplicatio & querela non censeantur sublatæ, Cæsar Contard. *in tract. de mom. poss. q. 8. num.* Cephal. *consilio 654. num. 6.* Tib. Decian. *cons. 45. num. 6.* Rol. à Valle *consi. 94. num. 3. lib. 1.* Menoch. *in tr. de arbitr. iud. quæst. 70. num. 22.* Fabius Turretus *cons. 2. nu. 1.* 160

Restitutionis quoq; in integrum † postulatio non apud superiorem vel iudicem appellationis, sed & apud eundem iudicem, qui sententiam tulit, generaliter permissa est, *l. in causæ 17. §. final. & l. seq. de minorib.* Panorm. *in c. ex literis. nu. 1. de in integr. restit.* Ferrar. Montan. *in tract. de supplicat. c. 7.* Paul. de Cast. *l. aduersus. C. si aduersus rem iudicatam.* Et quod non solum principi, sed & inferiori ordinariam iurisdictionem habenti restitutio permissa sit. Lancell. Gallia. *consi. 63. num. 48.* Ludo. Benderus *in tract. de reuis. conclus. 1. nu. 13.* Habetq; effectum † suspensiuum, nisi malitiose ad retardandum processum interposita reperiatur *l. vnica. C. de in integrum restit.* postulata, *c. suscitata.* & ibi Anton. de Butr. *de in integrum restit. cap. ex literis,* & ibi Abbas *num. 17. eodem tit.* Bart. *in l. defendente. de autor. tut.* Colerus *de processib. executiuis, part. 4. cap. 2. num. 23.* Et restitutionis beneficium † nunquam censetur sublatum, quantumuis lex, vel alia dispositio generaliter nulla ratione litem restaurari velit, gloss. *in leg. postquam liti. Cod. de pactis.* Et notat Iason *ibidem & in l.* 161 162 163

*in l. infanti. C. de iure deliberandi*, Lancellottus Gallia *consi. 61. nu. 36. colum. 2.*

Idem quoq; obtinet in nullitate, quam & coram superiore & eodē, qui sententiam tulit, deducere regulariter permissum est. Paul. de Cast. *in l. si aduersus rem iudic.* Spec. *in tit. de restit. in integr. §. videndum. nu. 4* Ludouic. Vant. *de nullitat. proces. tit. quis possit dicere de nullitate. nu. 33.* Fuluius Pacian. *cons. 81 nu. 43.* Gratus *cons. 16. nu. 15. & cons. 163. nu. 41. lib. 2.* Zuchard. *cons. 6. nu. 14.* Turret. *cons. 68. num 3.* Bender. *de reuis. conclus 1. nu. 13.*

Executionem quoque latæ sententiæ remoratur. Doctor. *in leg. 4. §. condemnatum. de regulis iuris.* Lancellottus Gallia *consi. 82. num. 10.*

Et quod nullitas nusquam prohibeatur deduci, etiamsi appellare non permittatur, tradit Bal. *in l. 1. ne liceat tertio prouocare.* Alex. *cons. 13. col. 3.* Purpuratus *cons. 342. num. 2.* Alex. Raud. *consi. 17. par. 3.*
164 Beccius *cons. 40. nu. 40.* Et licet de sententia summi Principis † per nullitatis deductionem impugnanda ambigant interpretes sicq; vulgo receptum sit, quod in eius consistorio & causis coram eo, vel à se delegatis tractandis non attendatur nullitas, sed tantum veritas rei gestæ, quia amplecti debeat solam veritatem, & non ire per ambages, ex quo iudicat tanquam Deus, qui non fallit, nec fallitur, per ea, quæ prolixe de hac tradit Vant. *in tract. de nullitatib. process. tit. an qualibet sententia, & à quocunque etiam magistratu prolata per remedium nullitatis possit impugnari. nu. 6. 7. 8. & 9.* Id tamen declaratur, vt locum saltem habeat, quando expresse constat, principem suprema & absoluta potestate hac in re vti voluisse, quo casu sententia eius ex defectu solennitatum iuris ciuilis impugnari nequit. Secus autem, si defectus ex iure naturali proueniat, quod ciuilis ratio ciuilia saltem corrumpere possit, naturalia vero, quæ immutabilia sunt nequaquam, § *sed & naturali. inst. de iure nat. gent. & ciuil. & § fi. de legit. agn. inst.* Paul. de Cast. *cons. 317. in fin. 1. part.* Abbas *cons. 93. col. 4. lib. 2. de eius. cons. 639.*

Quando autem ex actis vel aliunde non constat, principem absoluta & regia potestate vti voluisse, sententiæ eius prætextu nullitatis impugnari non prohibentur, Vantius *d. tit. nu. 12.* Idem

quoque

quoque obtinet, quando ambigitur de mente principis, an in iudiciis voluerit vti plenitudine potestatis, nec ne. Eo enim casu nō est præsumendum principem qui iura tuetur, solennia ac obseruationem iudiciorum tot vigiliis à se excogitatam & inuentam, ita facile subuertti voluisse. *argum. l. si quando. C. de testam. cap. Ecclesia vestra de electione.* Ac querelam nullitatis contra sententias, & alia iudicialiter gesta ab Imperatore institui licitum esse, per plura Vantius *d. tractat. ac titul. num. 15.* vbi in sententiis & actis quoq; locum habere addit per *cap sententiam. c. Apostolica. & cap. veniam, 35. quæst. 19.* Specul. *in tit. de except. colum. 10. versic. nam & Papa.* Dec. *cons. 603. in princip. lib. 5.*

## Capvt V.

## *De Regis Romanorum Iurisdictione.*

### Observata.

1 *Regis Romanorum nomen in actis imperii ambiguum.*

2 *Aliquando pro Imperatore Electorum suffragiis creato, sed nondum à Pontifice inaugurato accipitur.*

3 *Frequentius hoc tempore pro Principe superstite, & adsentiente Imperatore ita electo, vt eo defuncto in iure imperii succedat.*

4 *In Reges Romanorum defuncto Imperatore electos ipso iure Electionis omne ius imperii conferri citra coronationem pontificiam.*

5 *De alia specie Regum Romanorum superstite Imperatore electorum, an iure ipso Electionis in eos iurisdictio & potestas Imperatoria transeat intricatior quæstio.*

6 *Opinio quorundam Regem Romanorum ipso iure gerere perpetuas vices Imperatoris absentis, imo concurrentem cum Imperatore habere potestatem.*

7 *Crimen quoque læsæ Maiestatis contra Regem Romanorum committi.*

8 *Verior sententia Regem Romanorum viuente Imperatore, designatum præter mandatum nihil iuris ordinarii in Imperio obtinere defenditur.*

9 *Constitutionibus ac Decretis imperii, nusquam relatum Regem Romanorum, cum Imperatore viuente in societatem imperii recipi.*

10 *Quæ ipso iure fiunt, hominis traditione, cessione ac resignatione opus nõ habent.*

11 *Quatuor insignes errores Matthiæ Stephani notantur, 1. quod Rex Romanorũ sit perpetuus vicarius Imperatoris ipso iure electionis. 2. Quod idem cum Imperatore habeat tribunal & auditorium. 3. Quod nihil differat ab Imperatore, nisi ambitu minoris circuli. 4. Quod habeat mandatum cum liberã.*

12 *Quod ipso iure creationis nihil de iurisdictione vel potestate Imperatoria in euentualiter sic electum transferatur, Capitulationes aperte probant.*

13 *Mandati natura, vt stricte intelligatur.*

14 *Secundum constitutionem Carolinam superstite Imperatore, Rex non eligendus.*

15 *Nisi priuatio iusta vel spontanea eiuratio Imperatoris, eiusmodi necessitatem imponat.*

16 *Id pactis nouissimis mutatum.*

ABsoluto tractatu de Imperatoris iurisdictione ac potestate, paucis quoque DE REGIS ROMANORVM IVRE dispiciendum est.

1 Quocirca initio † obseruandum est, non vno modo in negotiis imperii Regis Romanorum nomen accipi. Aliquando enim
2 pro † ipso Imperatore Septemuirorũ suffragiis legitime creato, sed nondum à Pontifice inaugurato accipitur, constit. Carolina *tit. 2. de electione Regis Romanorum.* & passim *tit. 4. 7. 21. 22. 23. 25. 62.* Item constit. Henrici 7. *Quomodo in crimine læsæ Maiestatis procedatur in principio*: vt in quocunq; læsæ Maiestatis crimine & maxime, vbi contra Romanorũ Imperatores vel Reges aliquid, quod dictum tangat, asseratur commissum. Reformat. Friderici Francofurt. anno 1442. Wir Friderich von Gottes Gnaden Römischer König / Fridericus Dei gratia Rex Romanorũ. Decretis aliquot Maximiliani Wormat. anno 1497. Friburgi Brisgoiæ, Ord. Regimenti, anno 1500.

3 Frequentius vero † hoc tempore pro Principe ab Electoribus super-

superstite, & adsentiente Imperatore ita electo, vt ei defuncto in iure imperii succedat: vt viuis antecessoribus more veterũ Principum imperii Successores designati fuerunt olim tres Othones priores. Quatuor Henrici *2.3.4.* & *5.* Fridericus *2.* Wenceslaus, Maximilianus I. Et nostra ætate Ferdinandus, Maximilianus *2.* & Rudolphus *2.* in quos electos statim defuncto Imperatore ipso iure imperii potestas ac titulus transiit. Vt memini cum an. *1576.* Comitiis Ratisbonæ indictis iuuenis admodũ interessem Maximiliano *2.* laudatissimo Principe ipso die Maximiliani *12.* Octobris, qua Decreta Comitiorum præsente Rudolpho tum Romanorum Rege solenni pompa publicarentur, ipso momento intellectæ mortis Cæsaris inscriptione ædiũ, in quas Rex Romanorũ Pragæ equis dispositis nunciato periculoso Parentis morbo ante biduũ aduolans diuerterat: Röm. Königliche May. deleta: hunc titulum subiectum, Röm. Keyserliche May. Sic passim accipitur, in imperii Decretis Spirensi, an. *1542. in pr.* Wir Ferdinandus von Gottes Gnaden Römischer König / Noribergensi eodem anno. Et Ord. Cameræ *par. 2. tit. 9.* §. Vnd das. §. Vnd ob sich zutrüge. §. Wo aber. & §. Vnd neben solchen. *tit. 10. in pr.* §. Es sollen vnd mögen. *tit. 11. tit. 12. in fine tit. 13. 14. & 15. 17. in prin. &* §. So auch. In Reges Romanorum † defuncto Imperatore electos ipso iure electionis im- 4
perium omne, etiã nõ obtenta coronatione transire, supra *c proximo*, demonstratum est, *n. 4. & aliquot seq.* Id quoq; exempla constitut. Friderici *3.* an. *1442*, & Maximiliani an *1495*, an, *1497.* ostendunt.

De alia specie Regum † Romanorum, an nimirũ iure Electio- 5
nis in eos iurisdictio. & potestas Imperatori competens ita transferatur, vt absente ex imperio potestate ac iurisdictione Cæsarea vti possint, res impeditior est, quibusdam arbitrantib. quod Rex Romanorũ † vices perpetuas Imperatoris gerat ipso electionis 6
iure, qua ei ordinaria iurisdictio non delegata conferatur argumento glo. *in l. more maiorum. verbo. alieno. de iurisd.* & quæ de discrimine vicariorũ lege & mandatis Principum constitutorũ tractat Alex. *in rub. de offic. eius, cui mandata est iurisdictio.* Idque confirmari vulgo existimatur Nouella imperii constitutione *de ordin. Cameræ*

*part. 2.*

Poen vnd Straff/in obangeregter Policey-Ordnung vnd Constitution verleibt vnnd begriffen / auch der Keys. May. vnserer vnnd deß Reichs schwerer Vngnade zu vermeiden. Omnia sub pœna in antedicta ordinatione politica expressa, Cæsareæ quoq; Maiestatis, & nostra indignatione euitanda.

Et quod maius est, plane in societatem imperii, cum viuente Imperatore receptus videtur Rex Romanorum, ex constitutione Friderici de Pace Constantiæ in princip. Nos Romanorum Imperator Fridericus, & filius noster Henricus, Romanorum Rex concedimus vobis ciuitatibus locis & personis societatis regalia & cõsuetudines nostras, tam in ciuitate, quam extra ciuitatem.

Crimen quoque læsæ Maiestatis † contra Romanorum Regem æque, vt contra Imperatorem committi refertur Constit. 7
Henrici VII. quomodo in crimine læsæ Maiestatis procedatur, in principio his verbis: vt in quocunque læsæ Maiestatis crimine & maxime, vbi contra Romanorum Imperatores vel Reges aliquid, quod dictum tangat, adseratur commissum. Cui etiam adstipulatur autoritas quorundam Historicorum, qui ita electos cum Imperatoribus superstitibus simul imperasse scribunt. Onuphrius Panuinius Rom. principum *lib. 3. de Othone Magno.* Regnauit & imperauit, cum filio Othone II. Rege annos 14. menses 11. dies 8. Imperauit cum filio Othone Iuniore Augusto annos 5. menses 4. dies 13.

De Othone 2.

Cum patre imperauit annos 5. menses 4. & dies 13. Imperare solus cœpit nonis Maii die obitus patris, anno Domini 973. Imperauit post mortem patris annos 10. menses 7. & dies 2.

De Henrico II. cum patre Conrado imperauit annos 9. menses 2. dies 6. Regnare cœpit solus die obitus patris, anno 1039. pridie Nonas Iunii.

De Henrico III. Regnauit cum patre Henrico II. annos 2. menses 4.

Regnare cœpit solus 3. Nonas Octobris, Anno 1056. die obitus.

De Henrico 4. Regnauit cum patre annos 5.

De Henrico 5. Regnauit cum patre annos 20. Imperare solus cœpit die obitus patris 4. idus Iunii, anno 1190.

De Friderico 2. Imperauit annos 30, & dies 22. Ex quibus solus imperauit annos 12. & menses aliquot.

Cum filio Henrico 6. Cæsare annos 12.

Cum filio Conrado Cæsare annos 15.

De Henrico 6. Regnauit cum patre annos 12.

De Conrado 4. Regnauit cum patre Friderico 2. annos 18. Regnare solus cœpit die obitus patris idibus Decembris, Anno 1250.

De Wenceslao. Regnauit cum patre an. 2. menses 8. dies 13.

Et quod à patre Carolo 4. aliquo modo in societatem imperii fuerit susceptus, apparet ex inuestitura Abbatissæ Quedlinburgensis, anno 1377. qua de Abbatissa dicit Imperator, in animam suam fidelitatis & homagii nobis, tanquam Romanorum Imperatori & imperio sacro ac Serenis. Principi Wenceslao Romanorum Regi primogenito nostro carissimo, debito & solito iuramento.

De Maximiliano 1. Regnauit cum patre Frid. 3. annos 7. menses 6. De quo etiam Hermolaus Barbarus in oratione ad Frider. 3. Imperatorem, de cooptatione Maximiliani 1. gratulatoria Reipublicæ Venetæ nomine habita: Vbi sic Maximilianum alloquitur. Magna per se res erat, omnibus punctis, omnib. suffragiis, & vt ita dicam tributim centuriatimq; declaratum esse Regem Romanorum, sed fecit occasio maiorem. Ea sunt enim Reipublicæ Christianæ tempora, is habitus imperii, vt non tam speciosum fuerit, se regem creari, quam necessarium, nec ad futura modo, sed ad præsentia rerum momenta salutare omitto. Et paulo post: Nihil enim aliud cogitasse video summos viros, qui te patri tuo Principi nobilissimo, sed annorum pleno, socium addidere, quã vt ille consilio Rempublicam, tu laboribus & operibus adiuuare possis.

De Carolo V. Imperauit cum fratre Ferdinando Cæsare hactenus annos 27. menses 9.

Idq; ex Nouellis quoq; imperii constitutionibus aliquo modo apparet, dum Ferdinandus Rex Romanorum Electores, Principes, & Status, suos Electores, Principes, & Ordines appellat, Decreto Comitiorum Augustano, an. 1555. *in prin. versic.* Nach dem. ibi, Durch jhr Liebde vnd Keys. May. vnsere vnd deß heyligen Reichs Stände vnd Glieder. Per Cæsareæ Maiestatis nostros & sacri imperii Ordines & membra, & sequitur auch in anderer jre Liebde vnd Key. May vnser vnnd deß H. Reichs Rechten Gerechtigkeiten/ Ordnungen/ Satzungen/ & in aliis Cæsareæ Maiestatis nostris & sacri imperii iuribus, constitutionibus & ordinationib. Et paulo post: In jhrer Liebde Keys. May. vnser vnnd deß H. Reichs Statt Vlm/ in Cæsareæ Maiestatis, nostra & sacri imperii vrbe Vlma. §. Demnach: in jhrer Liebde vnnd Keys. May. auch vnser vnnd deß H. Reichs Statt Augspurg/ in Cæsareæ Maiestatis nostra & sacri imperii vrbe Augusta §. So sich dañ/ Stylo Cæsareo vtitur Ferdinandus, vnsern Neuen vnd Churfürsten/ den Ertzbischoffen zu Maintz. Nepoti & Electori nostro Archiepiscopo Moguntino ibidem, an statt der Keys. May. vnd für vns selbst/ als Röm. König/ hiermit befehlen. Loco Cæsareæ Maiestatis & ipsi tanquã Rex Romanorum mandamus. §. Vnd wiewol etlicher vnser vnnd deß H. Reichs Churfürsten/ verordnete Räthe. Et licet quidam nostrorũ & sacri Romani imperii Electorum Deputati consiliarii. Et in fine eiusdem Decreti. Gebẽ in vnser König Ferdinandi/ vñ deß H. Reichs Statt Augspurg. Datũ in nostra Regis Ferdinãdi, & sacri imperii vrbe Augustana.

Verum ex præmissis † quod videtur, nempe ipso iure Electio 8
nis in designatum Regem Romanorum imperii, vel iuris Regii societatem transferri, non probatur.

Certum est enim, vt supra expositum est lege Carolina ipso creationis facto in Cæsarem solum ius omne Regis Romanorum conferri, idq; Gentium omnium iure tributum ei inuito auferri non posse ex regula communi: Id quod nostrum est sine facto nostro ad alium transferri non potest. *l. id quod nostrum.* & ibi Cuiac. *de R. I.* Quod enim dicitur Regem Romanorum superstite Cæsare vices perpetuas Imperatorum gerere † nullo Decreto vel cõ 9
stitutione imperii ostenditur.

Quæ enim adferuntur ex Aurea Bulla *tit. 2. & 5.* non de Rege Romanorum, superstite Imperatore, sed defuncto & in Cæsarem promouendo loquuntur. Brocardica vero de discrimine vicariorum lege, vel mandatis Principum constitutorum ab Alexandro & aliis adducta ad Hypothesin nihil conferunt. Et extra controuersiam posito, quod Electores ista designatione spem futuræ successionis ac ius, vt loquuntur radicatum inconsulto, vel inuito Imperatore transferre possint, (id quod tamen Carolina Constitutione diserte non continetur, & in electione Ferdinandi maxime in dubium vocatum diximus supra *cap. 2 num. 25.*) De iurisdictione tamē & reliqua potestate regia, eo inuito, absq; expresso vel tacito eiusdem consensu imminuere nihil posse manifestum est.

Quæ de societate imperii filiorum quorundam Regum Romanorum, cum parentib. narrantur à Panuinio & in Placitis feudalibus, quia, quomodo & quibus pactis & conditionibus ipsis imperii administratio communicata fuerit non exponitur; ex eo quod paterno voto & affectione in imperio ad suos transferendo filiis indultum fuerit, ad ius commune, de potestate in Reges designatos Imperatores transferenda nihil infertur.

Quod etiam toto tempore, quo Carolus imperiū tenuit Ferdinandus in administratione Reipublicæ nihil suo iure habuerit aperte patet ex commissione postrema à Carolo ex Germania in Hispaniam abeunti relicta, anno 1556. Sudburgi in Selandia data relata à Goldasto *in statutis & rescriptis imperialibus, folio 201.* quam etsi quidam imperii Romani cessionem, resignationem & translationem interpretentur, qua in sententia quoque fuit Sleidanus lib. vlt. dum ita scribit de Carolo: Antequam discederet filio suo Philippo totius Belgii administrationem tradidit, fratri vero Ferdinando Regi, Germaniæ Rempub. commisit, literis ad imperii Electores datis, quibus petit, vt eundem pro Romanorum Imperatore agnoscere eique parere velint. Reuera tamen nil nisi mandatum cum libera, negotia imperii gerendi continent *§. ideo ne Respublica Christiana*, maxime sacrum imperium nobis procul absentib. aliquod detrimentum, (id quod Deus auertat,)

tat,) patiatur, & quo prædictus noster frater Rex Romanorum negotia imperii maiore authoritate tractare possit, volumus & constituimus, vt tanquam Rex Romanorum per se absolute citra nostram tractationem, habeat potestatem faciendi, tractandi & mandandi, quæcunque ad dignitatem, commodum & augmentum sacri imperii necessaria & oportuna videbuntur, quæ nos vt Imperator & Rex Romanorum faceremus. Et clarius in Epistola ad Ioannem Comitem Hoiensem, Episcopum Osnabruggensem & Cameræ imperialis Præsidem & Adsessores de eadem re scripta relata ab eodem Goldasto *d. loco. §. ne itaq; in nostra absentia*.

Si autem mens cedendi vel renunciandi iuribus imperii fuisset, id non ad Ordines vniuersos, quibus ea Epistola tanquã subditis, vt Ferdinando se absente pareant mandat, sed ad manus Electorum, à quibus imperii nomine dignitas imperatoria in eum collata erat, faciendum fuit. Schrad. *de feud. part. 10. sect. 5.* Id quod postea anno 1558. secutum refert Thuanus *Histor. lib. 21.* vbi scribit Septemuiros ex constituto, cum Ferdinando *6.* Cal. Martii, Beato Matthiæ sacra dicto, anno 1558. Francofurtum conuenisse, eodem quoq; Legatos Caroli Auransiensem; Seldum & Hallerum venisse, cum Caroli mandatis eius nomine imperatoriam dignitatem eiuraturos, & in Ferdinandum Regem Romanorũ translaturos: Acceptis etiam Caroli mandatis Septemuiros eius voto annuisse, ac veteri more ac ceremonia Ferdinandi inaugurationem peractam. Quanquam nec ita solenniter factam renunciationem Pontifex Romanus pro eo, quod sibi in imperatores, Reges & Principes omnes adserit iure superiori, antequã publicis documentis quo modo per eierationem, siue cessionem Caroli dignitas imperialis vacaret demonstretur, ratam habere voluit. Si igitur iure Regni Romani per Electionẽ delati in Ferdinandum vis omnis imperii in eum collata fuisset, mandato cessione ac resignatione Caroli nihil opus erat.

Quod enim fit † ipso iure cõstitutionis, vel legis hominis traditione ac resignatione opus non habet, Bald. *in l. vltima, C. de manumiss. testamen.* Franciscus Aretin. *in l. causa cognita. de vulg. & pu-* 10

*pillari.* Batt. *in l. 2. rem pupilli saluam fore. l. vlt. C. de sacros. Eccles. l. 1. pro socio. l. commissa. de public. & vectigalib.* Idem Batt. post Dynum *in l. Imperator. de iure fisci.* Petr. Belluga *in Spec. Principum tit. de Amortizat. §. nunc videamus; col. 2.* Tiraq *in repetit. l. si vnquam, verbo reuertatur. nu. 408. C. de reuoc. don.*

11 Patet ex his falsa † & erronea esse, quæ de Rege Romanorum scripsit Matthias Stephanus *de iurisd. lib. 2. part. 1. c. 11. n. 53. & aliquot seqq.*

Primo, quod Rex Romanorum sit perpetuus vicarius Imperatoris Romani à lege, hoc est, vt addit Electione & consensu omnium Statuum imperii constitutus, iurisdictionemq; ordinariã suo & proprio iure habens, allegato ad hoc Aureæ Bullæ *tit. 2.* & vulgata illa clausula Caroli 5. tempore post electũ ac Successorẽ constitutum Ferdinandum vsitata, Wir/oder im Abwesen der Römische König.

Secundo, quod idem cum Imperatore habeat tribunal & auditorium.

Tertio, nihil omnino differat ab Imperatore, nisi ambitu minoris circuli, vt scapha à naui *per l. scapham. de euictionibus. l. fin. de fundo instructo legato,* adducto Bal. *in rub. quæ sint regalia.*

Quarto, quod habeat mandatum cum libera, cuius vi regulariter omnia possit facere, quæ Imperator cuius sit vicarius, nisi expresse quid sit prohibitum, vel ipse Imperator facere nõ soleat adducto Isernia *in c. imperialem. n. 13. in pr. de prohibita feudi alienat.* & ibid. Afflict. & Rosenthal *de feudis. par. 1. c. 9. mẽb. 1. concl. 30. n. 8.* Quæ omnia nullo iuris vel cõstitutionis fundamẽto nituntur. Quantum enim ad primum in Aurea Bulla nihil de regib. Romanorũ superstite Imperatore, sed sede vacante electo, qui non vicariam, sed ordinariam ipso iure electionis consequuntur imperatoriam potestatem. Loca vero Decretorum Comitialium non in genere de Regibus Romanis, præsertim superstite Imperatore creatis, sed de Ferdinando cui Imperator vices suas peculiariter mandauerat, loquuntur.

12 Quod vero nec iurisdictionem † nec vllam aliam potestatem sibi sumere possit Rex, sic euentualiter electus, diserte ostendit Capi-

Capitulatio cũ Imperatore Rudolpho in vita parentis Maximiliani 2. electo verbis sequentib. Wir sollen vnd wöllen vns auch keiner Regierung noch Administration / im H. Römischen Reich / weiter oder anders vnterziehen / dann so viel vns dessen von Keys. May. vergönnet vnd zugelassen würdet / daß wir auch jhrer Keys. May. die Zeit jhres Lebens an jhrer Hochheit vnd Würden deß Keyserthumbs / kein Jrrung oder Eintrag thun sollen vnnd wöllen. Id est: De imperio ac iurisdictione imperii nihil nobis arrogabimus præter quã, quod nobis à Cæsare concessum ac permissum sit, nullamq; dum viuit imperatori, de dignitate ac Maiestate sua controuersiã mouebimus. Ex quibus neq; nauis, neq; scaphæ eum imperium habere manifestum est.

Quæcunq; vero ei ab imperatore expedienda committuntur ea secundum naturam † mandatorum stricte intelligenda, nec 13 vltra fines præscriptos extendenda. *l. diligenter mandati. c. cum dilecta. de rescr.* Dec. *cons. 72. col. 3. in pr.* Menoch. *consi. 72. nu.* 10. *& consi. 189 nu. 6.* Rol. à Valle *consi. 1. nu. 134. 135.* Cephalus *consi. 220 nu. 8. & 15. & consi. 304. nu. 20.* Fab. Turretus *cons. 33. nu. 10.* Purpuratus *consil. 580. nu 6.*

Constitutioni quoque † Carolinæ diserte repugnat, quod ex 14 Quetta *consi. 1. num. 22.* refert idem Matthias Stephanus *num. 73.* eligi posse regem Romanorum tam imperio vacante, quam non vacante, capite enim primo dictæ Aureæ Bullæ, clare exprimitur post excessum defuncti imperatoris, vel regis Romanorum Electionem instituendam §. 19. Cum autem ad hoc peruentum fuerit, quod de imperatoris, vel regis Romanorum obitu in Diœcesi Moguntinensi constiterit, Goldastus in rationali constitutionũ imperialium ad *ca. 1. Aureæ Bullæ*, vbi ex Crantzio *Metropol Saxon. lib. 8. c. 2.* quoq; refert: Papã scripsisse ad Electores de nouo imperatore eligendo hos vero rescripsisse. Nõ esse sui iuris aut arbitrii imperatori nolenti substituere, sed vacante sede, imperatorem constituere. Id tamen ita † verum nisi depositio iusta ac legiti- 15 ma, vt in Wenceslao, vel cessio spontanea & consensus superstitis imperatoris eiusmodi necessitatem imponat, vt de Lothario & Carolo V. legitur. Goldastus *d. c. 1.*

Id quod

16 Id quod tamen proximis † Comitiis imperatoriis Francofurtensibus, anno 1611. 18. Iunii, Legibus imperatori præsenti Matthiæ, in creatione dictis ita temperatum est, vt quocunque tempore id vel imperatori, vel Reipublicæ expedire videatur, etiam superstite imperatore, cum eiusdem assensu, vel si ex causis non sufficientibus recuset, integrum sit Electoribus etiam inuito Cæsare Regem Romanorum, & futurum imperii successorem creare ac designare dicta Capitulatione Francofurtensi *art. 32*. Wir deßgleichen vnsere Kinder/ Erben vnd Nachkommen/ sollen vnd wöllen die gemeldten Churfürsten/ jhre Nachkommen vnd Erben/ zu jeglicher Zeit/ bey jrer freyen Wahl eines Römischen Königs/ dieselbige so offt sie es einem Keyser zu behůff/ oder sonst dem heyligen Römischē Reich nohtwendig vnnd nützlich befinden/ auch bey Lebzeiten eines Römischen Keysers/ mit/ oder wann derselbige auff angelegte Bitte der Churfürsten/ ohne gnugsame erhebliche Vrsache/ geweigert werden solte/ ohne einiges Regierenden Keysers Consens/ fürzunemmen. Id est: Nos & liberi ac hæredes & Successores nostri prædictos Electores eorundemque hæredes, ac Successores in iure liberæ Electionis Regis Romanorum tuebimur, quoties id Cæsari, vel imperio vtile ac necessarium esse duxerint, etiam in vita imperatoris eoq; consentiente, vel si forte rogatus ab Electoribus, id absque iusta causa recuset, etiam inuito.

Nec quicquam Carolus & imperium immutat, quod Ferdinandus in locis adductis sibi suo iure potestatem quandam regiam cum imperatore competentem iactando sumere videtur. Nihil enim præter mandatum, & ad arbitrium reuocabilem potestatem absente imperatore habuisse ex actis Comitiorum, & aliis, quæ subiicientur notorium ac manifestum est. Vt & Maximilianum II. & Rudolphum II. Reges Romanorum designatos de imperatoria potestate ante mortem parentum imperatorum suo iure quicquam vsurpasse, nusquam relatum est. Sed contrarium apparet, ex dicto Decreto Augustano, Anno 1555. §. Damit aber. *versic.* So haben jhre Liebde vnnd Keys. May. vns als Röm König/ Freundtlich vnnd Brüderlich ersucht/ daß wir in jhrer May. Abseyn/ jhre Liebde/ vnnd Keys. May. verwesen/ vnnd diesem

Reichs-

Reichstag beywohnen wöllen/ vnd auch Vollmächtig/ absolute vnd ohne hindersich bringen/ Gewalt gegeben. id est: Dilectio ac Cæsarea eius Maiestas, nos tanquam Regem Romanorum amanter & fraterne rogauit, vt se absente loco eiusdem Comitiis hisce interesse vellemus. Plenum quoque & liberum mandatum dedit. Et §. Vnd wiewol: Da den Moderatorn solche Zweiffel/ welche den ordinem oder modum procedendi, vnnd wie sie in der Moderation verfahren solten/ betreffende einfielen/ die sie an die Keys. May. oder jhrer Liebde vnd Keys. May. Abwesen/ auß dem Reich an vns gelangen liessen. Id est: Si moderatoribus dubia de modo & forma in negotia moderationis procedenti occurrant, ea ad Cæsarē vel eo extra fines imperii absente ad nos referantur: item §. So haben die Röm. Keys. May. vnser lieber Bruder vnd Herr/ vnd wo jr Liebde/ vnd Keys. May. daran verhindert würde/ von jhrer Liebde vnd Keys. May. wegen/ wir eigener Persohn/ solchen Reichstag besuchen/ vnnd dem beywohnen. Id est: Cæsarea Maiestas frater ac Dominus noster Carissimus, & si Dilect. & Maiestas eius impediatur, nos nomine ac loco eiusdem Comitiis ipsi sumus intersfuturi. §. Vnd wiewol. *versic.* So haben wir im Namen/ vnd an statt Hochgedachter Keys. May. vns entschlossen. Id est: Nos nomine & loco Cæsareæ Maiestatis decreuimus. Item in conclusione §. Solches alles vnnd jedes/ gereden vnnd versprechen wir/ an statt vnd im Namen der Keys. May. Id est: Hæc omnia & singula nomine Cæsareæ Maiestatis promittimus. Item Decreto Augustano. §. So sich dann/ *versic.* Setzen/ ordnen/ vnd wöllen/ daß seine Liebde/ als Ertz-Cantzler/ im Namen vnd von wegen der Key. May. vnnd wo die ausserhalb deß Reichs were/ vnsertwegen/ vnd an vnser statt. Id est: Sancimus, ordinamus, & volumus, vt Dilectio eius, tanquam Archicancellarius loco Cæsaris, & si ille absit extra fines imperii, nostro nomine & loco, &c.

# CAPUT VI.

## De Cameræ Imperialis Iurisdictione.

### OBSERVATA.

1 De Cameræ iurisdictione tria explicanda proponuntur.
2 Verbi Cammergericht diuersi acceptus.
3 Iudicij Cameralis definitio.
4 Consistorij vocis ὁμωνυμία.
5 Consistorium Principis, Prætorium Principis, consilium intimum, consistorium intimum, vel simpliciter consistorium, sacrum consistorium, quod θεῖον συνέδριον Suidas vocat, Synonyma.
6 Comites consistoriani, qui & consiliarii scriniorum Principis, & doctissimi viri dicti fuerunt.
7 Alexandri Seueri consilium, Fabii Sabini, Catonis sui temporis dicti, Domitii, Vlpiani, Iulii Pauli legum verticis, Pomponii legum peritissimi, Callistrati, Hermogenis, Venuleii, Celsi Alpheni, Florentini Affricani, Martiani aliorumque clarissimorum iuris professorum frequentia nobilissimum.
8 Consiliariorum principum amplissimi honores & priuilegia.
9 Imitatione veteris consistorii Cardinalium quoque senatus consistorium, & causæ eo pertinentes consistoriales appellantur.
10 Veterum Principũ morem ex consilio consistorii lites & alia negotia expediend etiam cæteri Imperatores, tam diuiso, quam integro imperio vsque ad tempora Maximiliani I. secuti sunt.
11 Quo consilio Cameræ iudicium à Maximiliano primo, consentiente Electorum, Principum, & reliquorum Ordinum suffragiis, institutum sit?
12 Iudicum numerus initio minor, postea re ita exigente auctus & amplificatus fuit.
13 Cameræ iudicium quomodo differat à veteri Principum consistorio?
14 Quomodo à Regimento imperii?
15 Regimentum quando institutum, quomodo, & quo tempore in desuetudinem abiit?

16 Quo-

16 *Quomodo iudicium Cameræ à Senatu aulico imperiali differat.*

17 *A iudicio Rotvvilensi, & aliis regum & Principum parlamentis.*

18 *A quibus institutum Cameræ iudicium. Et primo rationes & argumenta, quibus à solis imperatoribus ei iurisdictio tributa videatur, referuntur.*

19 *Quid Cæsari & ordinibus coniunctim, & sic comitiali decreto, iurisdictionem acceptam referat Camera, ostenditur.*

20 *Argumentorum contrariorum confutatio.*

21 *Leges posteriores derogant priorib. maxime si id legibus nouis nominatim cauetur.*

22 *Cameræ iudicio antea certa sedes non destinata, hodie statarium & fixum in nobili vrbe Spirensi.*

23 *Iurisdictio simpliciter concessa de* δικαιοδοσίᾳ, *non* νομοθεσίᾳ *accipienda.*

24 *Alieno imperio subiecti in potestate ferendarum legum nihil possunt, nisi quantum sibi à summa potestate tributum probent.*

25 *Camera in condendo iure nihil sibi præterquam, quod ab imperio cõcessum ostendat, vendicare potest.*

26 *Cameræ, quæ in ordinatione dubia & manca circa processus declaranda & supplenda sit potestas?*

27 *Nihil interest, per se quid decernat, constituat summa potestas, an ii, quibus decernendi, constituendi negotium dedit.*

28 *Mandati limites non excedendi.*

29 *Quoad iuris reddendi facultatem causæ & personæ omnes ad Cæsaream iurisdictionem pertinentes, Cameræ quoque subiiciuntur nisi priuilegio singulari exemptæ reperiantur.*

30 *Ingens & ipsa Reipublicæ fundamenta attingens quæstio: An priuatiue vel cumulatiue Cameræ iurisdictio à Cæsare tributa intelligatur.*

31 *Dubitandi ratio PRIMA à forma & institutis Reipublicæ præsentis.*

32 *Subrogati natura.*

33 *SECVNDA, dubitandi ratio à Regimenti veteris cum Senatu aulico comparatione.*

34 *TERTIA, quod per viam contractus iurisdictio Cameræ sit tributa.*

35 *QVARTA, ex natura verborum præcisorum.*

36 *QVINTA, à natura exceptionis.*

37 *SEXTA, à fine instituti iudicii Cameræ.*

38 *Inducta ad vnum finem & effectum, non debent contrarium operari.*

39 *SEPTIMA, quod Camera Imperatorem repræsentet.*

40 *OCTAVA, quod Camera dicatur summum & vltimum imperii iudicium.*

41 *Superlatiui natura.*

42 *NONA, quod appellationes à iudicio Rotvvilensi ad Cameram deferri debere constitutum sit.*

43 *DECIMA, Ineptam toties factam repetitionem de concurrente Cæsaris cum Camera iurisdictione, si concursus generaliter esset reseruatus.*

44 *VNDECIMA differentia inter verba constitutionum, de Cæsaris & Cameræ concursu, & ea quibus soli Cameræ iurisdictio tribuitur.*

45 *DVODECIMA, quod in causis omnibus, quæ vel per viam simplicis querelæ, vel appellationis ad Cameram deferuntur, nusquam Cæsaris, sed solius Cameræ fiat mentio.*

46 *DECIMA TERTIA, constitutiones imperii, de iustitia & iudiciis imperii, loquentes ad solam Cameram referri.*

47 *DECIMA QVARTA, quod solus Imperator non concesserit, ergo nec solus sibi reseruare potuerit.*

48 *DECIMA QVINTA, concursu iudicii aulici cum Camera permisso, neminem sibi de iure suo obtinendo polliceri posse, quod Camera iuxta præscriptam formam iudicet, ad quam Senatus aulicus non sit adstrictus.*

49 *DECIMA SEXTA, Cameram eiusque Ordinationem inferioribus iudiciis, tanquam speculum proponi.*

50 *DECIMA SEPTIMA, perire sumptus & impensas omnes in Cameram collatas, si Senatui aulico concursus concedatur.*

51 *DECIMA OCTAVA, quod in Camera ad decidendas controuersias, de pace Religionis, vtrique Religioni addicti pari numero adhibeantur, quod non fiat in aula.*

52 DE-

52 *DECIMA NONA, decisio in terminis adducta ex Grauaminibus Germanicæ Nationis, contra Pontificem exhibitis, Anno 1505.*

53 *VIGESIMA, ab obseruantia ordinationem secuta.*

54 *VIGESIMA PRIMA, ex Decreto Rudolphi 2. ad Senatum aulicum, Anno 1596.*

55 *VIGESIMA SECVNDA, quod non nisi in consentientes ac iurisdictionem suam prorogantes, hactenus ius dixerit Imperator.*

56 *VIGESIMA TERTIA, ex concessione priuilegiorum tanquam re diuersa nihil inferri ad iurisdictionem.*

57 *DECIDENDI ratio prima, quod Imperator ipso iure electionis habeat intentionem fundatam, de omnimoda iurisdictione imperii.*

58 *Regis proprie sic dicti definitio.*

59 *Rex κατὰ νόμον quid?*

60 *Verba rerum picturæ in omni dispositione proprie accipienda.*

61 *Et in potiori significatu.*

62 *A verbis claris non recedendum.*

63 *Qualitas verborum conciliat formam contractus.*

64 *In vltimis voluntatibus legibus & contractibus, idem expressisse & intellexisse.*

65 *Etsi hodie Imperator non obtineat παμβασιλείαν, sed Regnum legibus adstrictum, iurisdictionem tamen & alia quædam iura regia ei adempta, & in Cameram translata nusquam relatum.*

66 *Pactis quoq; inter Imperatorem, & Electores conuentis Imperatori iurisdictio tribuitur.*

67 *Imperatores etiam ante institutum iudicium Cameræ ius in aula sua dixisse.*

68 *Imperator supremum caput Imperii, Decreto Spirensi Anno 1544.*

69 *Cæsaris cum Regimento & Camera iurisdictio probatur declaratione* deß Landtfriedens/ *Anno 1522. tit.* Wann jemands einen von Schult erlangter Rechte.

70 *Mutatio tanquam accidens non præsumitur.*

71 *Ex præteritis æstimantur præsentia.*

72 *Quod tempore instituti iudicii Cameræ iurisdictio omnis apud Imperatorem fuerit, probatur renunciatione, de non auocandis litib. in Camera iam cœptis, & appellationib. ab ea reiiciendis.*

73 *Renunciatio & priuatio præsupponunt habitum.*

74 *Iurisdictio Cameræ per viam mandati concessa.*

75 *Mandata iurisdictionis ea natura, vt mandans cũ mandatario semper concurrere possit.*

76 *Ex officii concessione nullum ius vel possessio transfertur, sed nudum tantum exercitium, & administratio loco & nomine mandantis.*

77 *Nec interdicta possessoria mandatario prodita.*

78 *Nisi mandatum expresse priuet ordinarium, vterque procedit ita vt locus sit prauentioni.*

79 *Quod magistratus etsi velint non possint iurisdictionem à se prorsus abdicare, eleganti ratione à Donello probatur.*

80 *Personæ cohærentia ab ea abdicari nequeunt.*

81 *Quod in Imperatore potissimum locum habet.*

82 *Cæsar iurisdictioni concurrenti, cum Camera non vniuersaliter, sed quo ad lites saltem cœptas renunciauit.*

83 *Exceptione facta in vno casu, & secundum certas qualitates, in reliquis regula seruatur.*

84 *Renunciationes sunt strictissimi iuris & stricte non extensiue interpretandæ.*

85 *Reseruationis natura, vt tueatur & conseruet ius reseruantis.*

86 *Et tacite absque vlla verborum expressione concessionib. Principum inesse censetur.*

87 *Imperator supremus Dominus Principum & Ordinum, & caput imperii.*

88 *Cæsarem iurisdictionem à se non abdicasse transactione Passauiensi aperte probatur.*

89 *Idem probatur ordinatione politica, anno 1577. tit. 35.*

90 *Iurisdictio Cæsaris probatur nouissima capitulatione inter Imperatorem & Septemuiros, anno 1612. Francofordiæ facta.*

91 *Quod in Cameram non priuatiue, sed cumulatiue collata sit iurisdictio sentiunt omnes, qui ab initio de Cameræ iurisdictione scripserunt, in eaq; ferme ætatem contriuerunt.*

92 *Iulianus Magenhorst.*
93 *Viglius Zvvichemus.*
94 *Ioachimus Mynsingerus.*
95 *Hartmannus Hartmanni ab Eppingen.*
96 *Andreas Gail.*
97 *Bartolomaus Blarerus.*
98 *Ludovicus Benderus.*
99 *Guilielmus Rodingius.*
100 *Christophorus Schvvanemannus.*
101 *Otto Melander.*
102 *Petrus Friderus Mindanus.*
103 *Bernhardus Graueus.*
104 *Adrianus Gylmannus.*
105 *Idem testantur alii clariss. nostra atatis Iureconsulti.*
106 *Ioannes Borcholten.*
107 *Hermannus Vulteius.*
108 *Nicolaus Reusnerus.*
109 *Andreas Knichen.*
110 *Petrus Heigius.*
111 *Ioannes Zangerus.*
112 *Fridericus Pruckman.*
113 *Matthias Stephanus.*
114 *Henricus à Rosenthal.*
115 *Idem clarissim. ac praxeos Cameralis peritissimus Ioannes Meichsnerus.*
116 *Consilium quoddam vetus in causa liberarum imperii ciuitatum.*
117 *Ludovicus Grempius, & Hieronymus* zum Lamb.
118 *Eius rei decisio in rebus iudicatis Camera.*
119 *De Casaris Iurisdictione constare ex transactione Passauiensi.*
120 *Idem ex scripto quodam Principum & Ordinum Augustana confessionis Casari anno 1541. oblato.*
121 *Usus & obseruantia secuta optima dispositionum omnium interpres.*
122 *Non tantum illo tempore, quo interruptum aliquandiu cessauit iudicium Camera, per Casarem ius redditum.*

123 *Sed*

123 *Sed etiam vigente iudicio Cameræ causas iudiciales in aula tractatas Decreto Coloniensi, anno 1502. probatur.*

124 *Idem probatur rescripto Maximiliani I. relato ab Antonio Bembellono.*

125 *Imperatorem multas partes ad aulam citasse, & partes postea ad Cameram remisisse, se obseruasse dicit Iulius Magenhorst.*

126 *Cæsar in causis quibusdam ipse decreuit, quasdam ad Senatum aulicum remisit.*

127 *Rerum in causa petitionis hæreditatis à Cæsare iudicatarum, Anno 1544. 1547. 1548. exempla relata in consilio collegii Iureconsultorũ Louaniensium.*

128 *Commissionum duarum à Carolo V. Episcopis Argentinensi, & Augustano datarum Burgis in Castilia, Anno 1524. cum clausulis appellatione remota, & vt procedatur de simplici & plano, Claudius Cantiuncula, consil 10.*

129 *Similis delegationis extra casus reseruatos iure ordinario Episcopo Argentinensi, Constantiensi, & Augustano facta, meminit Nicolaus Ruckerus, consilio 11. inter consil. Cantiunculæ, vbi & plura exempla.*

130 *De simili commissione Cæsarea Responsum Florentini à Venningen Palatinatus Cancellarii, con. 16. inter eiusdem Cantiunculæ consilia.*

131 *De lite pendente coram Imperatore ac sententia de summa 2500. florenorũ super vectigali, vel portorio in Lintz, lata, idem Cantiuncula, consi.17. & 18.*

132 *De causa hæreditatis coram consiliariis Cæsareis pendente, idem consilio 19.*

133 *De Sententia quoque à Cæsare, & consiliariis eius de castris & prædiis quibusdam lata consultus respondit consi.20.*

134 *Idem in causa partis hæreditatis petitæ à Comitibus Nassouiensibus, contra Landgrauium Hassiæ, coram Cæsare, anno 1548.*

135 *Tempore Zasii quoque iurisdictionem aulicam non cessasse patet ex consi.10. lib.2.*

136 *Exemplum causæ à Cæsare ab arbitris ad consistorium aulicum auocatæ refert Schurphius, consi.53. cent.3.*

137 Con-

137 Concursus Cameræ cum aula Cæsarea exemplum refert Mynsing. cons. 24. Decad. 3.
138 Simile exemplum idem Mynsing. cons. 94. Decad. 10.
139 Commissariorum quoque extra casus ordinationis & priuilegij primæ instantiæ ad instantiam priuatorum, per meram delegationem datorum exempla in causa Michaelis Bosch, contra Iohannem Perfert, & Haller contra Leipzig, refert Gail. obs. libro primo. obs. 121.
140 Non abdicasse Cæsares iurisdictionem iure electionis tributam, varia quoque priuilegia in præiudicium iurisdictionis Cameralis concessa ostendunt.
141 Id quoque non ex remissa tantum & retenta appellatione, sed ex iudicum quoque primæ instantiæ, quibusdam ordinib. datorum euincitur.
142 Iudices constituere vel delegare tantum possunt iurisdictione præditi.
143 Retentæ quoq; iurisdictionis signa & effecta sunt varia Cæsarum post ordinationem Cameræ emissa edicta pœnalia sententiæ & Decreta Diplomatibus inserta.
144 Quod iurisdictio & potestas magistratibus & parlamentis non priuatiue, sed cumulatiue tributa intelligatur moribus omnium gentiũ, qui Respublicas constitutas habent conuenit.
145 Nullum quoque in toto imperio Dicasterium vel iudicum collegium in quod omnis Ordinum ab imperio dependens iurisdictio abdicatiue translata sit.
146 Imperatori Ordinario Ordinariorum, & iudici iudicum non licere, quod inferioribus permissum, absurdum est.
147 Iuri ciuili non vt legibus diuinis & naturalibus omnes, sed ii tantum parent, quibus constitutum, & qui id pro suo receperunt.
148 Ius Romanorum ab omnibus prope nationibus Europæ in causis omnibus, quibus propriis legibus non vtuntur receptum.
149 Ius Romanum Imperatores Germani expresse receperunt.
150 Lotharius legẽ sanxit, vt deinceps ex legibus ciuilibus ius diceretur.
151 Irnerius Lothario, vt Romæ & Bononiæ, ius ciuile, ex Pandectis Ma-

*lesitanis, vel Pisanis doceretur, autor fuit.*

152 *Bartolus Caroli IV. coætaneus & consiliarius fuit.*

153 *Etsi multa in iure publico & priuato sunt mutata: in non mutatis tamen pristinum vigorem obtinet.*

154 *Non veterum tantum Imperatorum, sed nouis quoq; imperii constitutionibus ius ciuile seruandum præcipitur.*

155 *Iuramento quoque Cameralium, quod secundum iura communia & imperii constitutiones iudicare debeant, continetur.*

156 *Ius commune in non mutatis in Camera seruandum diserte præcipitur.*

157 *Cum de natura mandatæ iurisdictionis nouis constitutionib. nihil reperiatur mandatum, secundum ius commune Cameræ potestatem non priuatiue, sed cumulatiue datum intelligi.*

158 *Inepte ex Bartolo & Baldo iuris publici cognitionem hauriendam præcipi.*

159 *Bartoli & Baldi laus & autoritas.*

160 *Bartolum non semper in vmbra delituisse, sed in luce quoque Reipublicæ versatum Caroli IV. consiliarium, ab eodem insignibus & Comitis Palatini dignitate ornatum.*

161 *Iuris ciuilis scientiam politica generaliorem esse ingens vulgi error.*

162 *Falsissima aduersariorum Hypothesis Cæsaris & Ordinum mentem fuisse, vt casu vno atq; altero reseruato iurisdictio Cæsaris omnis in Cameram transiret.*

163 *Nullo constitutionum loco Cameræ priuatiue iurisdictionem datam probari.*

164 *Aliud est Cameræ personas & causas omnes iurisdictioni Cæsareæ subiectas iudicare mandatũ: Aliud ita datum, vt Cæsar eam à se prorsus abdicarit.*

165 *Renunciatio non præsumitur.*

166 *Principem ne posse quidem iurisdictionem à se prorsus abdicare.*

167 *Ante separatum ab aula Cameræ iudicium, etsi duplici consistorio vel senatu aulico opus non fuit, liberum tamen fuit Imperatori per se, vel delegatos vnam vel plures causas iudicare.*

168 *Ad argumentum subrogationis responsio.*

169 *Verbi*

169 *Verbi subrogationis ὁμωνυμία.*

170 *Aliquando pro substitutione in alterius locum plane extincti.*

171 *Interdum subrogatum dicitur in locum alterius nõ plane extincti: idque dupliciter.*

172 *Subrogare veteribus Iureconsultis aliquid pingere veteri legi significat.*

173 *Friuola ac nugatoria esse ostenditur, quibus Imperatorem persuadere conantur non minui, sed augeri Maiestatem Cæsaream si cum Camera non concurrat, sed Cameram solam nomine ac sigillo suo iurisdictionem exercere permittat.*

174 *Eatenus ciuiliter possidere censemur, quatenus si velimus naturalem possessionem nancisci possumus.*

175 *Aliud est nomine saltem aliud reipsa possidere.*

176 *Ad argumentum à differentia Regimenti veteris & Cameræ, item eiusmodi Regimenti cum Senatu aulico comparatione Responsio.*

177 *Falsum ostenditur Regimenti potestatem exclusis causis iudicialib. ad Status publici saltem curam restrictam fuisse.*

178 *Dispositio generaliter loquens, generaliter intelligenda.*

179 *Verba vniuersalia maioris sunt efficaciæ, quam generalia.*

180 *Geminationis natura, vt enixam constituentis mentem ostendat.*

181 *Et quod ampliet dispositionem ac efficiat, vt sub ea cõtineantur, quæ alias non comprehenderentur.*

182 *Verba geminata maiorem habent vim, quam vniuersalia.*

183 *Imperator in concedenda Regimenti potestate, verbis non tantum generalibus, sed vniuersalibus ac geminatis vtitur.*

184 *Verbis* Recht Handhaben/ *quid significetur.*

185 *Regimento iurisdictionem contentiosam diserte cõcessam locis aliquot constitutionum ostenditur.*

186 *Cum in dispositione eximenda quædam reseruantur reliqua concessa intelliguntur.*

187 *Exceptio & reseruatio declarant concessionem.*

188 *In specie reseruatio in casibus non reseruatis concessam iurisdictionẽ ostendit.*

189 *Exceptis causis Ducatuum & Comitatuum Regimento iurisdictionem expresse reseruari aliquot Decretorum locis probatur.*

190 *Sicut species detrahitur de genere, ita exceptio de regula.*

191 *Posteriores constitutiones à Regimenti iurisdictione causas saltem iudiciales eximentes prioribus omnimodam iurisdicendi potestatem concessam arguunt.*

192 *Quæ lege noua specialiter non exprimuntur veterum regulis relinquuntur.*

193 *Ingens Informatoris Ambergensis error, quod Regimentum ob euitandos sumptus à principibus & Ordinibus sponte abrogari permissum arbitratur.*

194 *Vera Regimenti primi instituti, & postea abrogati causa enarratur.*

195 *Quomodo Regimenti potestas à Carolo paulatim accisa ac diminuta sit.*

196 *In oligarchia Aristocratia & Democratia ex plurium suffragiis statuitur.*

197 *Falsum quod scripsit Autor* deß gründtlichen Vnterrichts / *in Ferdinandum Regem Romanorum Regimenti potestatem translatam.*

198 *Magnus quoq; error, quod Senatum aulicum præsentem in Regimenti locum ita suffectum putat Autor* deß gründtlichen Vnterrichts / *vt de vtroq; idem statuendum sit.*

199 *Regimenti veteris & Senatus aulici differentia.*

200 *Ad Argumentum à natura iurisdictionis per contractum delata.*

201 *Præter mandatum inter Cæsarem & Camerales de iurisdictione nihil actum & conuentum.*

202 *Cameræ iurisdictio reuera delegata, quo respectu ordinaria dicatur.*

203 *Mandatæ iurisdictionis natura.*

204 *Ab eo quod Imperator Ordines in societatem cooptandorum Adsessorum receperit, ad abdicationem vniuersalis iurisdictionis nihil infertur.*

205 *Renunciationes sunt stricti iuris etiam iuramento firmatæ.*

206 Argu-

252 Argu-

252 Argumenta quibus in omnibus Cæsaris & Cameræ iurisdictio exæquata videtur.
253 Regularis in iure definitio nulla constans & perpetua.
254 Cæsarea Cameræ iurisdictionem in multis superat.
255 Impar Cæsaris & Cameræ potestas quoad ius constituendum.
256 Secundo, quoad iuris reddendi facultatem, etsi secundum vulgatam definitionem Cameræ quoque iurisdictio sit ordinaria, differt tamen à Cæsarea, quod hæc sit propria, illa mandata.
257 Cæsaris iurisdictio non nisi morte & aliis modis, quibus vsusfr. Iure ciuili, & imperium politicum iuregentium finitur Cameræ ad nutum imperii reuocabilis.
258 Cæsar iurisdictionem mandare, Cameræ non integrũ vnius, vel causarum aliquot iudicium, sed actus solummodo quosdam iudicii particulares delegare potest.
259 Tertio, quo ad ordinem iudicii liberior Cæsaris quam Cameræ iurisdictio. Cæsar enim summarie & de plano, leuato velo non tantũ ipse cognoscere, sed & causas ita delegare: Camera non nisi ordine ac forma ordinatione præscripta eaq; deficiente, solennitate à iure cõmuni requisita iudicare cogitur.
260 Causarum ordinariarum & extraordinariarum in Camera exigua differentia.
261 Æquiparatio generalis non habet locum in iis, quæ competunt iure speciali.
262 Plenior quoq; partium essentialium iurisdictionis, notionis nimirum & imperii in Cæsare, quam in Camera est conditio.
263 Cæsar quocunque modo à iure permisso in ius vocat & punit contumaces, Cameræ tam in prima, quam secunda instantia ea in re certa forma præscripta.
264 Cæsaris rerum iudicatarum executio liberior, Cameræ restrictior.
265 Si banni executionem circulus vnus pluresue detrectat, res ad Cæsaris prouisionem per Cameram deferenda est.
266 Cæsari & libera condemnandi & absoluendi potestas in Camera, si de proscriptione Principis quæstio incidat, vt inconsulto Cæsare ad ban-

ad banni declarationem non perueniatur, moribus introductum.

267 Ne Camera in causis maioris momenti ad banni absolutionẽ inconsulto Cæsare procedat, diserte cautum.

268 Constitutionis restrictio ad delicta atrocia ac Reipub. perniciosa.

269 Si ex priuilegiis primæ instantiæ inter Principes reos, & in inferioris ordinis actores via cõmissarii impetrandi, eligitur Delegatus ex ordine prælatorum vel comitum à Cæsare, non à Camera petendus.

270 Si iudices ordinationis, consensu partium electi, inter se dissentiant, iis præsidem adiungere, ad Cæsarem spectat.

271 Appellationes à Cæsare absque certæ quantitatis consideratione recipiuntur, Cameræ certa summa præscripta.

272 In recipiendis appellationibus ab interlocutoria liberior quoque Cæsaris quam Cameræ potestas.

273 Item in decernendis inhibitionibus.

274 Cæsaris iurisdictio ἀνυπεύθυνος: Cameræ Reuisioni syndicatui, ac totum collegium reformationi Deputatorum obnoxia.

275 Restitutio in integrum non per calumniã vel ex causis antea deductis, aut ex aliis non legitimis & non satis releuantib. postulata Cameræ iurisdictionem sistit, Cæsaris non item.

276 Quo ad subiecta quoq; territorii personarum & causarum Cæsaris, quã Cameræ in multis amplior est potestas.

277 Quod ad territorium excipitur primo Italia, ex qua neq; in primo, neque secundo iudicio causæ ad Cameram deferuntur, sed in aula vel per Delegatos expediuntur.

278 Secundo iudicium Rotvvilanum appellatione in qua Camera cũ Cæsare concurrit, excepta.

279 Renunciatio stricti iuris.

280 Renunciatio vnius remedii ad alterius remissionem non porrigitur.

281 Appellationis remissio ad nullitatem non extenditur.

282 Nisi nullitas cum appellatione coniungatur.

283 Remota appellatione, quantumuis generali dispositione, suspecti quæstio non tollitur.

284 Quoad personas, Cæsaris, quo ad omnes directo imperio parentes generaliter fundata est iurisdictio: In Camera quo ad primam instantiam priuilegiati excipiuntur.

285 Qui

285 *Qui habeant priuilegia primarum instantiarum.*

286 *Quibus casibus priuilegia primæ instantiæ locum non habeant.*

287 *In his quoq; restrictior Cameræ, quam Cæsaris iurisdictio.*

288 *Apud Cæsarem propter vim & turbationem qualemcunque agere permissum: In Camera certa vis illatæ qualitas requiritur.*

289 *In aula Cæsarea promotoriales absq; discrimine, in Camera non nisi subditis concedi possunt.*

290 *Typographos ac pictores libellos, ac picturas famosas contra constitutionem diuulgantes. solus Cæsar extra ordinem coercet.*

291 *Idem & circuli, nummos & obulos præter circulorum permissionem excusos interdicere, confiscare & iure monetæ citra causæ cognitionem, in eo peccantes priuare potest.*

292 *In negligentes in agendis conuentibus exploratoriis solus Imperator animaduertit.*

294 *De peccatis in re numaria ac pecunia illegitime cusa Cæsaris per vicinos circulos tanquam suos ea de re delegatos, est cognitio.*

295 *Idem cum Electoribus Rhenanis per commissarios suos in mercatibus Francofurtensibus, ne quid in leges monetales delinquatur, prospicit.*

296 *Idemq; solus in reliquis imperii ciuitatib. facit Imperator & Electorib. Saxonico & Brandenburgico, vt de iisdem in ciuitatibus sibi subiectis prouideant, mandat.*

297 *Contra extraneos, & qui in imperio domicilium non habent, Camera absq; consensu Cæsaris processus decernere nequit.*

298 *Cæsaris in collegium ipsum est iurisdictio, cui etiam causas committere solet & potest, Cameræ vero in Cæsarem nulla potestas.*

299 *Cæsar ex recepta interpretũ sententia, nisi Aureæ Bullæ constitutione prohibeatur, iudicat in causa propria, quod de Camera nusquam relatum est.*

300 *An in causis quoq; feudalibus Camera cum Cæsare concurrat?*

301 *Exceptio infirmat Regulam in casibus exceptis, in non exceptis confirmat.*

302 *Renunciatio omnis odiosa & stricte intelligenda.*

303 *Dispositio & contractus generalis non corrigit aut tollit specialia.*

304 *Speciale: quod est exemptum à regulis communibus.*

305 *Specialis iurisdictio quæ?*

306 *In generali conceßione non veniunt Regalia & principi reseruata.*

307 *Verba in dubio proprie accipienda.*

308 *Iurisdictio Cæsarea ordinaria, ab ea quæ morib. feudalib. ei tanquam Domino competit plane diuersa.*

309 *Causæ Principatuum, Ducatuum, Comitatuum* in tit. 7. §i Ord. par. 2. *non excipiuntur, ut feudales, sed ut maiores & illustres per se forensi magnitudine digna.*

310 *Vt Domini & pariũ sit cognitio, non sufficit cõtrouersiam esse de feudo, sed quæ ipsam feudi naturam respiciat.*

311 *Si agitur alia via, quam ad constitutionem vel priuationem feudi, causa feudalis non censetur, & cognitio non ad iudicem feudalem, sed ordinarium pertinet.*

312 *Subrogatum sapit naturam eius in cuius locum subrogatur.*

313 *Fallit regula de concurrente Cameræ iurisdictione in causis Principatuum & Comitatuum.*

314 *Idem etiam ad Baronatus & alia feuda regalia, & ad partes quoq; Principatuum & Comitatuum extendi, Schraderi sententia.*

315 *Secundo in causis Fiscalibus Ducatus, Comitatus, territoria, Oppida, arces concernentibus, absque mandato Cæsaris Camera non iudicat.*

316 *In causis seßionum, inter status, qui suos non habent ex conuentione iudices, ab actore querela in aula proposita & meritis causæ ternis vtrinque scriptis explicatis, solus Cæsar pronunciat.*

317 *Si consensu iudices constitutos habent, coram iis vsq; ad causæ conclusionem procedunt, cognitione ac definitione Cæsari reseruata*

318 *In causis moderationum, si quid circa processum dubii oritur, Cæsar consulendus.*

320 *Si a moderatorum sententia ad Deputatos sit prouocatum, ac Electorum & Principum Legati pari numero dissenserint, Cæsareorum Commissariorum est definitio.*

321 *An in causis quoque criminalibus Camera cum Imperatore concurrat.*

322 *Camera casibus præmißis exceptis, in reliquis omnibus cum Imperatore concurrit, ita vt præuentioni vtrobique locus sit.*

323 *Præ-*

323 *Præuentio in omnibus qui pares sunt: in iurisdictione locum habet.*
324 *Præuentio per solam in ius vocationem expeditur.*
325 *Præuentionis vis & effectus, vt per eam consolidetur iurisdictio.*
326 *Præuentio in quibus casibus de iure communi locum non habeat.*
327 *Cæsaris iurisdictio ipsa origine ac iure Electionis propria & vniuersalis, extra quam, si priuilegio expresso vel tacito aliquid sit remissum.*
328 *Cameræ à Cæsare & Ordinibus mandata ac certis legibus ac finibus circumscripta.*

De Cameræ Iurisdictione hic à me dicturo, ne quis expectet de apicibus ac formulis impetrandorum processuũ, vel iudiciorum rationis & formæ omnis persecutionem: Sed breuiter tantũ hæc tria † explicabuntur: Primo, definitio iudicii Cameralis. Secundo, quo autore sit institutũ. Tertio, quæ & quanta tam quoad νομοθεσίαν, quã δικαιοδοσίαν Cameræ tributa sit iurisdictio, & in quibus ea à Cæsarea potestate differat. 1

Iudicium Cameræ imperialis definiuit Rodingius Pandectar. Cameral. *libro 1. titul. 2. in princip.* litium solennem disceptationem in Camera imperiali constitutam, quod de iudicio proprie accepto in Pandectis, accipiendum est, vt quoq; † verbum Cammergericht vsurpatur, *titul. 35. & 36. Ord. part. 2.* Hic vero κατὰ † efficientis Metonymiam accipitur, pro personis Camerali iurisdictione præditis *titul. 1. 50. 70. 81. part. 1. titul. 1. 2. & à titul. 12. vsque ad titul. 17. item à titul. 19. vsque ad titul. 22. & à titul. 25. vsque ad titul. 31. part. 2. & titul. 53 part. 3.* quibus in locis omnibus Verbum Cammergerichte / pro *collegio iudicum & Adsessorum* ponitur: Quod describo imperii iudicum consistorium. Consistorii † verbum generis loco posui, quod de quocunque Senatu vel consessu dicitur. Vnde Consistoriani, qui militaribus consistoriis, cum militares causæ disceptarentur, interesse solebant dicebantur. De quibus Marcellin. *libro 15.* Lazius *Reipubl. Romanæ libro 4 folio 485. numero 40.* Principatus autem † tempore hoc nomine Prætorium Principum ab Augusto in Palatio suo initio ædificatum dicebatur, in quo Imperator solus sedebat in sella curuli, quem cir- 2 3 4 5

cumſtabant conſiliarii. Vnde poſtea generaliter conſilium intimum Cæſaris, in quo Legatos & quoſcunque ſe adeuntes admiſit & audiuit, de cauſis cognouit, ac conſulentib: de iure reſpondit, quos ſtetiſſe præſente Cæſare ex Ambroſii 5. *Epiſt.* 135. apparet: Vel ſimpliciter conſiſtorium, vt *l. fin. C. de offic. diuerſ. iud.* Vel intimum conſiſtorium, vt ait Firmian. Marcellin. Vel ſacrum cōſiſtorium, quod θεῖον συνέδριον vocat Suidas, dictum fuit *in l. humanū. C. de legib.*

6 Hinc Comites † Conſiſtoriani, qui ex primoribus ciuibus & eminentioribus Iuriſperitis lecti fuerunt, qui ab Auguſto conſiliarii, ab Alexandro Seuero teſte Lampridio ſcriniorum Principes & doctiſſimi viri dicti fuerunt. *l. iuriſperitos. de excuſ. tut. & cur. l. proxime de his, quæ delent. in teſtam.* quos Principes ſecum duxerunt, vt Adriano adfuiſſe memorat Spartianus Iulium Celſum, Saluiū Iulianum, & alios relatos ab eo in Adriano. Inprimis vero Ale-
7 xandri † Seueri conſilium, quod teſte Lampridio reliquorum Principum conſiſtoria prudentia & vtilitate publica longe ſuperauit, frequentiſſimum fuit, in quo Iuriſconſulti non pauciores viginti, in iiſque nobiliſſimi Fabius Sabinus, Cato ſui temporis appellatus, Domitius Vlpianus, ac Iulius Paulus legum Vertices dicti, Pomponius legum peritiſſimus Calliſtrat. Hermogenes Venuleius, Celſus, Alphen. Florentin. African. Martian. aliique complures iuris profeſſores, diſcipulique Papiniani, qui iuris aſylon appellatus eſt, quorum conſilio & iudicio res imperii tractatæ fuerunt Autor *com. ad Edict. Reg. Galliar.* Anno 50. pro-
8 mulgatum. *gloſſ 12. num.* 5. Hos ſpectabilibus proconſulibus † adæquarunt Arcad. & Honor. *l. 1. C. de Comitib. Conſiſtorianis li. 12.* Alhis quoque priuilegiis fuerunt donati, vt nimirum à ſordidis & extraordinariis muneribus excuſarentur. *l. maximarum. C. de excuſ. muner. l. 1. C. Theodoſ. qui à præb. equor. l. 1. C. Theodoſ. qui cond. re priuat.* Aliud quoque priuilegium conſtitutione Anaſtaſii additum, vt in excipiendis dictandiſque actionibus, tam ipſi, quam coniuges & liberi, ſerui ac coloni eorum, priuilegiis Principibus Magiſterianorum conceſſis vterentur, *l. vltim. de comitib. conſiſt.* Cuiac. *ad d. tit. C. eod.* Petr. Gregor. Tholoſan. *Syntag. iur. vniuerſi. libr. 6. cap. 8. in fin.*

*in fin.* In eos quoq; conſpirantes Maieſtatis reos eſſe debere, Honor. & Arcad. reſcripſerunt Eutichiano *in l. quiſquis* §.*1. C. ad l. Iuliam Maieſt.* Autor *com. ad Edict. Reg. Anno 50. gl 12 nu. 3.* Ad cuius imitationem † & ſenatus Cardinalium conſiſtorium quoq; dici- 9
tur Petr. Gregor. Tholoſan. *Syntag. iur. vniuerſi. lib. 15. cap. fin. num. 5.* Et cauſæ eodem pertinentes conſiſtoriales & ſacri palatii. Item Aduocati conſiſtoriales Octau. Veſtr. *libr. 2. introduct. in aul. Rom. act. cap. 18.*

Porro mos ille Principum † ex conſilio conſiſtorii, quod eos 10
quocunque irent comitari ſolebat, cauſas in aula tractandi, ac de iure reſpondendi, non tantum integro imperii principatu, ſed diuiſo etiam ab oriente occidente, ab imperatorib. Germanicis ſeruatus fuit, vt de Friderico 1. relatum eſt à Radeuuico *libro 2. cap. 5.*

Quod adhibitis in conſiliũ Bulgaro Martino, Iacobo Hugone I.C. eius temporis eminentiſſimis, plane eodem modo, quo antiqui Imperatores conſiſtorialium miniſterio vti ſolebant, negotia & cauſas ſubditorum audiuerit ac terminauerit, vſque ad imperium Maximiliani primi. Is enim † ſecutus rationem tem- 11
porum, quibus attenuata Imperatoris poteſtas legum ac iudiciorum ſeueritate adſtringenda videbatur, cum rebus publicis ad priuatas rationes fere omnibus redactis, Cæſares non niſi in regnis ac prouinciis ſuis patrimonialibus, longe ab imperii centro remotis domicilium conſtituere liceret, vt in medio aduerſus vim & iniuſtitiam præſidium & aſylon eſſet, vniuerſale Imperii dicaſterium, quod quo ad cauſarum iudicialem diſceptationem concurrentem cum imperatore poteſtatem haberet conſentientibus Electoribus, Principibus & ordinibus reliquis in publico Wormaciæ indicto conuentu, anno *1495.* inſtituit, conſtitutis *16.* Aſſeſſoribus partim nobilitate, partim publico doctrinæ teſtimonio ornatis, iiſque Prætorem principali vel ad minimum Comitum vel Baronum dignitate conſpicuum præfecit, quod poſtea eodem anno Francofurti præſente imperatore introductum fuit. Qui iudicum † numerus poſtea rebus ita exi- 12
gentibus auctus & amplificatus fuit, vt ex Decretis Comitiorum

Anno 1507. & 1512. 1530. & 1548. 1557. Anno 66. relatis *in addition: ad tit. 2. Ord. part 1.* videre licet.

Ad differentiam vel formam quod attinet, verba Iudicum imperii posui, Iudicum verbo proprie disceptatores significantur, in quibus publica iudicandi, ac iudicata exequendi potestas est. Donell. *comm. iur. ciuil. libro 17. cap. 6. folio 16. num. 20.* quo & imperii verbo † distinguitur, primo à Principum veterum consisto-
13 riis, quæ non tantum circa disceptationes iudiciales, sed omnia, quæ ad summam Reipub. potestatem pertinebant, versabantur,
14 vt antea iudicauimus. Deinde, quo ad nostra tempora † eodem verbo iudicum à consilio imperii Noribergensi, quod & Regimentum appellatur, à Maximiliano 1. Imperatore cum consen-
15 su † Ordinum Anno Saluatoris nostri supra millesimum quingentesimo primum instituto distinguitur, illi enim plena potestas, non tantum diiudicandi causas priuatorum, sed etiam de pace & bello, ac omnibus aliis negotiis ad summam imperii potestatem pertinentibus deliberandi ac statuendi potestas concessa fuit, vt constat ex ordinatione Regimenti promulgata Augustæ anno 1500. §. *tit.* Von den zwantzigen / so in der Königlichen May. vnd deß heyligen Reichs Regiment geordnet / vnnd jhrem Gewalt. Item / §. Dergleichen Decreti Nürnberg / anno 1524. Decreto Ecligensi anno 1526. Ratisbonensi anno 27. Reform. Cam. anno 1531. Quod, quomodo potentia & autoritate Caroli V. à primo instituto mutatum & labefactatum sit, videatur ex constitutione eiusdem in Comitiis Wormatiensibus anno 1521. Decreto Spirensi anno 1529. §. Item / als die Keyserliche Regierung Decreto Nurnberg. 1521. §. Doch ob sich. Caroli vero & sequentium Imperatorum tempore plane in desuetudinem abiit.

16 Secundo à consilio † quoque aulico nostri temporis, cui non tantum causarum ad iurisdictionem Cæsaream pertinentium disceptatio: sed & aliorum ferme omnium negotiorum, ad Regalem Cæsarum, non autem totius imperii potestatem spectan-
17 tium deliberatio committitur. A Rotvvilensi † quoq; iudicio eodem verbo imperii distinguitur, quod illud non totius imperii, sed Cæsaris solummodo loco incerto ac particulari districtu

causis

causis & personis iurisdicendi potestatem Cæsaris ac Cameræ reformationi obnoxiam habeat, Reformatione dicti iudicii Maximil. II. *part. 2. tit. 1. 4 & 5.* Decreto imperii Spirensi, anno 70. §. Vnd nach dem vns fürkommen. Gail. *lib. 1. obs. 40. nu. 2;4.* Roding. *iur. Cam. lib. 1. tit. 23. num. 9.* Idem est de reliquis tam vicinorum Regum, quam Principum quoq; imperii Senatibus vel parlamentis.

Quantum ad causam † efficientem huius iudicii, etsi priori editione in ea me sententia esse memini, quod quam exercet Camera iurisdictionem ac potestatem nō soli Cæsari, sed Ordinib. simul & coniunctim acceptam ferret ex Decreto Wormatiensi tempore Maximiliani I. anno 1495. cum hac inscriptione promulgato, Handhabung deß Friedens Rechtens/ vnnd der Ordnung: Damit das H. Reich/ vnd seine Stände vnd Vnterthanen/ sich solches Friedens Rechtens vnd Handthabung/ desto frölicher versehen/ vnd frewen mögen/ haben wir vns mit jhnen/ als Römischer König/ von deß Reichs/ vnd auch sonderlich vnser/ auch deß Hochgebornen Fürsten Philips/ Ertzhertzogē zu Osterreich/ Burgund/ vnsers lieben Sohns vnnd Erblanden wegen/ verwilliget/ vereiniget/ vnnd verpflichtet/ den gemeldten Frieden vnd Recht/ mit Ernst zu forderst zu handthaben verhelffen vnnd verschaffen. Id est: Vt Sacrum Romanum imperium eiusq; Status & subditi Pace ac Iustitiæ administratione plene gaudeant, inter nos tanquā Regem Romanorū imperii, & in specie nostro, ac Generosissimi Principis Philippi Archiducis Austriæ, Ducis Burgundiæ, filii nostri dilectissimi nomine ratione prouinciarum nostrarum hæreditariarū, de pace ac iustitiæ administratione grauiter tuenda conuentū & statutum est. Item eodem Decreto *tit.* Das Cammergericht an einem stäten Ende zu halten, ibi: Wir wöllen auch vnser Königlich Cammergericht/ wie das jetzt durch vnser vnd deß H. Reichs Churfürsten/ Fürsten/ Prælaten/ vnnd gemeine Versamblung deß H. Reichs zu halten/ fürgenommen vnnd verordnet ist/ an eine bleibende Statt im Reich zu halten/ bestimmen vnnd verordnen. Id est: Regiæ nostræ Cameræ iudicium, quemadmodum iam à nobis & sacri Romani Imperii Electorib. Principib. Prælatis & Ordinib. vniuersis institutum 18

tutum & ordinatum est, certo ac fixo loco in imperio esse statuimus. Idem Caroli V. tempore, anno 1529 in Comitiis Spirensibus constitutum est, §. Vnd haben wir sampt Churfürsten/ Fürsten vnd Ständen / auß beweglichen Vrsachen / gemeldt Regiment vnnd Cammergericht / allhie gen Speyer verändert. Id est: Nos Carolus cum Electoribus, Principibus & Ordinibus, ex causis grauissimis dictum Regimentum & Cameræ iudicium Spiram transtulimus. Idque magis diserte exprimere videtur renouata ordinatio Cameræ, anno 1555. à Ferdinando Romanorum Rege nomine & autoritate Cæsaris Augustæ edita, tam inscriptione, quam ipsa dispositione. Inscribitur enim Cæsaris & Ordinum conuentio, & acceptata Cameræ ordinatio. Item in proœmio in verbis: Vnd darauff mit Rath Zuthun vnd Vergleichung/ bemeldter Churfürsten / Fürsten / vnnd Stände / ernewerte Ordnung. Id est: Cum consilio & consensu Electorum, Principum & Ordinum renouata ordinatio.

Idem affirmat autor informationis Donawertensis *fol. 153.* vbi ex Ordinat. *part. 3. tit. 35.* Daß dem Cammergerichte sein starcker Lauff gelassen werden solle/ sic infert. Weil in dicto titulo gemeldet wirdt/ daß die Keys. May. mit sampt den Churfürsten/ Fürsten/ vnnd Ständen / das Cammergericht bewilliget / zugeben vnnd zugelassen/ vnd also demselben die Ordnung/ Macht/ vnd Gewalt/ nicht nur jrer May. allein / in Krafft einer Vniversal Jurisdiction / sondern viel mehr mit den Ständen / sämptlich gegeben vnnd anbefohlen haben: Darauß vber voriges noch weiter zu schliessen/ da diese concessio cumulatiue zu verstehen were/ so müste die concurrentia nicht der Keyserlichen May. sondern auch den Ständen / als gesampten concedentibus gehören/ vnd solche vnter jhnen nicht getrennet / sondern gemein seyn: Ja es köndten jhre May. solche iurisdictionem concessam à Camera *avocirn*/ vnd wider an sich nemmen / welches aber angeregter Disposition/ *part. 3. tit. 35.* vnnd deren vberal in ordinatione beygesetzten so scharffen clausulis obligatoriis & derogatoriis è diametro zuwider were / auch bißhero von jhrer May. niemaln begehret worden. Id est: Cum illo titulo referatur Cæsarem cum Electoribus, Principibus ac Ordinibus in Cameræ constitutionem consensisse,

sensisse, eique potestatem & munus quod sustinet, non à solo Cæsare, sed cum Ordinibus coniunctim datum esse. Et Autor deß gründtlichen Vnterrichts. *fol.* 56. Wann man sich schon allein wegen einer Form deß Gerichts verglichen hette / so ist doch solche forma substantialis & perpetua auch Krafft derselben die administratio der Keys. Jurisdiction / in iudicialib. so zu Speyer gehalten wird / allein committiret vnd auffgetragen worden. Id est: Etiamsi de forma saltem iudicii conuentum esset, ea tamen est substantialis & perpetua, & vi eius administratio iurisdictionis Cæsareæ Cameræ Spirensi commissa est. Et *fol.* 48. Wie dann in der Cammergerichts Ordnung / außtrücklich gemeldtet stehet / daß die Beysitzer von der Keys. May. Churfürsten / Fürsten / vnd Ständen deß Reichs / an solche Hohe Justicien verordnet / vnnd an jhrer statt sitzen. Ord. *part. 1. tit. 8.* Id est: Quemadmodum in ordinatione Cameræ diserte relatum est, Assessores à Cæsare, Electoribus, Principibus, ac Ordinibus imperii excelso illo loco iustitiæ cõstituti, & vicem eorum sustinent.

A quo non dissentire videntur Mynsing. *cons. 24. nu. 3. dec. 3. versi. præmitto pro indubitato*, quod Camera alias habeat iurisdictionem ordinariam non delegatam, tum quia eam obtinet à lege scripta, nempe constitutione Statuum, tum quia à Romano Principe. Et Gail. *obs. 42. nu. 3.* Sed Camera est Consistorium summi Principis, nimirum Imperatoris, habens cum eo ex contractu publico, & conuentione Statuum concurrentem iurisdictionem.

His tamen nihil obstantibus, iurisdictionem ipsam Cameræ à solo Imperatore, & non coniunctim ac simul ab ipso & Ordinibus tributam esse statuo, idque potissimum ex eo, quod iurisdictio mandari non possit, nisi ab eo, qui habet, vt generaliter non nisi de rebus, quæ in cõtrahentium sunt potestate vtiliter disponi potest. *l. sed Celsus in princip. de contrahen. empt. l. inter. §. sacram. de verb. oblig. l. nemo. de reg. iuris.* & in specie de iurisdictionis mandato *l. more. de iurisd. l. 1. §. qui mandatum. de officio eius, cui mandata est iurisdictio.*

Cum igitur Ordines tanquam pares in sese mutuo nullam habeant iurisdictionem, à solo Imperatore datam esse necesse est.

Ac licet Imperator in eo iuri suo ex causa illa renunciarit, quod cum, vt in aula sua solus consiliarios, sic etiam iudices & Assessores constituere posset Ordinibus nominationem quorundam permiserit † *Ord. part. 1. titul. 1.* §. Nemblich wöllen. Decreto Augustano Anno 1566. §. So setzen / ordenen / & Spirensi Anno 1570. §. 50. Dieweil dann auch. Quia autem renunciationes stricti sunt iuris, & vltra casus expressos non extendendæ, ac neque in ordinatione, neque aliis imperii Decretis aut constitutionibus Ordines simul iurisdictionem Cameræ concessisse relatum sit, iurisdictionem Cameræ à solo Cæsare concessam esse manifestum est. Indeque est, quod Cameræ consistorium summi Principis esse dicatur, ipsumque repræsentet, & vice sacra iudicet Mynsing. *cent. 4. obs. 5.* Gail. *lib. 1. obs. 1. n. 7. & obs. 42. nu. 3.* Rescripta ac Decreta omnia Cameralia sub nomine & sigillo Imperatoris expediantur Gail. *obs. lib. 1. obs. 14 nu. 1.* Ordin. *par. 3. tit. 12.* §. Vnnd solche. Pet. Heigius *quæst. 9. par. 1.* Pet. Denais. *Iuris Cameral. tit. 225. verbo processus emanatio. n. 4.* Wilhelm. Roding. *Pandectar. Cameral. lib. 1. tit. 3* § *3.* Item quod officiales Cancellariæ Cameralis omnes in Cæsaris & eius vice collegii non vero in Ordinum verba iurent Ord. *par. 1.* Pet. Denais. *iuris Cameralis. tit. 6. verbo Cancellaria officia. nu. 4.* Prætorem etiam siue iudicem Cameræ ac Fisci Procuratorē solus Cæsar constituat Ord. *par. 1. tit. 4 in prin. & tit. 5. in prin. &* §. *1.* Die Röm. Key. May. Iudices & Assessores quoque Cameræ puniat Ordinat. *part. 3. tit. 53* §. 5. Ob sich aber. Pet. Denais. *iuris Cameralis. tit. 27. verbo diuisio actorum. num 9.* Sceptrum præterea imperiale in signum exercitæ iurisdictionis Cæsareę à iudice Camerę teneatur, & singulis imperatoribus mandatum de iurisdictione Cameræ renouetur, vt de Ferdinando, quod post eiurationem imperii à Carolo V. factam, literas ad iudicē & Assessores Camerę Spirensis dederit, quibus vt in iudiciali munere autoritate sua fungantur, mandat & Caroli V. sigillo donec nouum transmittatur, vtantur refert Thuan. *histor. lib. 21.* Et si quando Spiram veniat Cæsar, Iudex & Assessores illud Maiestati eius, debita cum reuerentia offerant eo ipso testantes iurisdictionē sibi à Cæsare mandatam sub eo administrari. Quemadmodum simili ritu, quando liberam

liberam imperii ciuitatẽ ingreditur, Senatus ei occurrentes claues portarum offerre solent.

Quantum enim ad ea † quæ vt præmisimus dubiam hanc decisionem facere videntur. Primo, Decreto Wormatiensi Maximiliani I. an. 1495. **Handhabung Friedens vnd Rechtens** / non probatur iurisdictionẽ à solo Cæsare Cameræ mandatam, sed tantũ de tuenda pace & ad effectũ perducendis iudicatis conuentum esse, imo cõtrarium, & quod à solo Cæsare iudicium Cameræ sit institutum inferri videtur his verbis: **Als wir auß mercklichen anligenden Nohtsachen / zu gemeinen der Christenheit deß Reichs / vnnd aller Ständte Nutz vnnd Förderung / einen gemeinen Frieden im Reich / vnnd vnser Cammergericht auffgerichtet.** Id est: Cum ex causis grauibus ac necessariis bono publico imperii & Ordinum omnium, pacem publicam & iudicium Cameræ constituerimus, *titul.* autem **das Cammergericht an einem stäten Ort zu halten** / tantum de loco iudicii, non vero de iurisdictione Cameræ mandata loquitur. 20

Similis ratio est inscriptionis renouatæ ordinationis & dispositionis, quod nimirum dicta renouatio cum consilio & consensu ordinum facta sit. Ibi enim nihil noui statuitur, sed quod antea sit sancitum ac denuo repetitum refertur.

Ac licet tam in relato, quam referente generaliter fiat mentio ordinationis non à solo Cæsare, sed simul ab Ordinibus factæ sub qua etiam iurisdictio Cameræ data intelligi possit. Cum tamen dispositio omnis secundũ ius accipienda sit, eam à solo Cæsare concessam esse necesse ex iis, quæ adduxi supra.

Falsa quoque est illatio Informatoris Donawertensis ex *tit. 35. Ordin. part. 3.* **Daß dem Cammergericht sein starcker Lauff gelassen werden sol** / quo Imperator solum renunciauit iuri auocationis, vt suspensionis iurisdictionis in Camera iam cœptæ, minime vero præuentioni in litibus nondum inchoatis. Actus autem agentium vltra eorum intentionem operari non debet. Bertrandus *consi. 119. numer. 1. vol. 6* Socin. Iun. *consi. 94. num 21. vol. 3.* And. Knich. *in tractat. de vestiturarum pactis, part. 3. cap. 5. numer. 75.* & alias renunciationem omnem, tanquam odiosam stricti iuris esse

tralatitium est Tiraq. *in pr. nu. 174 versi. addo, & quod scripsit. C. de reuocat. don.* Natta *cons. 78. num. 5. vol. 1.* Fuluius Pacian. *cons. 132. num. 87. & 88.*

Mynsingeri *in cons. 24. n. 2. deca. 3.* verba etsi ambigua sunt, dum dicit Cameram obtinere iurisdictionem cum constitutione Statuum, tum ab ipso Imperatore Romano. Et in principio consilii Cameram Cæsaris consistorium vocet, & paulo post dicat Cæsarem causam ad suam Cameram imperialem remisisse. Gail. quoque *obs. 42. lib. 1. nu. 3.* Cameram Cæsaris consistorium vocat, ac etiamsi adiiciat habere concurrentem iurisdictionem ex contractu publico & conuentione Statuum: id tamen nullo constitutionum loco diserte probatur, ac præterquam, quod dicta Doctorum nihil allegantium nullius sint momenti Bal. *in l. Respublica 4. nu. 2. C quib. ex caus. maior. in integr. restit.* Surdus *consi. 141. nu. 33. vol. 1.* Berous *consi. 9. nu. 12. vol. 3.* Et in dubio verba dispositionum ad ius referenda sint *l. fin. C. ad l. Falcid.* Alciatus *de verb. signif. lib. 1.*
21 *num 28.* Iuris etiam est manifesti † conuentionem quantumuis generalem intelligendam esse secundum naturam rei & negotii in contractum deducti Stephanus de Federicis *in tr. de interpretatione iuris part. vers. qualiter lex restringatur ex mente. num. 128.* Item secundum legis præsumptionem *l. cum acutissimi. C. de fideicomm. l. precib. C. de impub. & aliis substit. l. ex facto. § fin. l. illud. C. de sacros. Eccl. l. si vnquam. C. de reuoc. dona.* Ea autem natura mandati iurisdictionis, vt fieri nō possit, nisi ab eo, qui eam suo iure obtineat. quemadmodum supra à nobis ostentum est. Item, quod nemo in aliis ita etiam iurisdictioni renunciasse, nisi de eo diserte appareat præsumatur iuribus vulgatis. Ergo quæ de conuentione ac consensu Cæsaris cum ordinibus in ordinationem Cameræ dicuntur κατὰ συνεκδοχὴν membri de aliis, in quibus Cæsar in constituenda Camera iuri suo aperte renunciauit, vt nimirum non ipse solus, sed Ordines quoque ius nominandorum, siue præsentandorum Assessorum haberent, item de nō auocandis causis iam cœptis & suspendendis sententiis Cameræ, de loco & forma iudicii non ipsa iuris reddendi potestate Cæsari iure electionis soli competente, accipienda sunt.

Quod

Quod ad locum iudicii Cameralis, † etsi vetus consistorium 22
Principum, antequam Camera institueretur, olim secutum sit aulam Imperatoris, vt memini videre acta Wartislauiæ in Silesia, & Graicii in Carinthia celebrata Anno 1420. certisque tantum pateret anni temporibus: Hodie tamen licet initio certa sedes ac domicilium nō esset designatum, sed in genere, vt in commodo imperii loco celebraretur. Ordin. Cameræ Wormatiensi Anno 1495. *titul.* Wo das Cammergericht gehalten werden soll / vt statarium ac fixum sit in vrbe Spira, eo nomine toto orbe clarissima, indeq; exceptis belli ac pestis temporib. nisi graues ob causas & iniussu Cæsaris & ordinum transferri non debeat, cōstitutum est Decreto Comitiorum Augustanor. Anno 1530. §. Darzu meynen vnd wöllen wir. *Ord. par. 2. tit. 34.* Memoriali Visitat. Anno 1556. §. 12. Dieweil.

Quantum ad modum iurisdictionis † ac potestatis Cameræ 23
tributæ, ante ostendimus, iudicibus omnibus simpliciter concessam iurisdictionem accipi solummodo de δικαιοδοσίᾳ, vel iuris reddendi, secundum leges latas facultate ac munere, exclusa, non tantum legum ferendarum potestate, sed libera etiam & nullis legibus & moribus adstricta disceptatione, qualis populo tantum Romano, Senatui, Principi & aliis summam potestam obtinentibus competebat, quorum iudicia neque lege certa, neque formulis alligata, sed libera dicebantur ad differentiam legitimorum, teste Cicerone & Quintiliano. Baro *princip. instit. de offic. iudic.*

Alieno autem † imperio ac summæ potestati subiectæ tam sin- 24
gulares personæ, quam collegia & corpora in potestate iuris cōstituendi nihilo plus possunt, quam à Principe vel Republ. sibi concessum probent. *l. ἀξίωσις. ad l. Rhod. l. vlt. § 1. C. de legib.* Ex quo sequitur, Cameram nihil † sibi in potestate legum ferendarum 25
vendicare posse, nisi ab imperio sibi tributum ostendat. Vt autem olim Prætoribus Romanis vna cum δικαιοδοσίᾳ etiam totius iuris ciuilis, tam eius, quod cuiusque est, quam eiusdem obtinendi ratione, constituti, temporaria duntaxat potestas adiuuandi, supplendi, vel corrigendi concessa fuit, *l. ius autem ciuile. de legibus.*

Non tantum enim legum custos, sed etiam si res ita suaderet, interpres & emendator fuit Prætor Cic. *de legib. & princip. Instit. de bonor. poss. leg. 2. §. eodem tempore. de orig. iur.* Baro *in l. ius ciuile. de legibus.*

Sic quoq; publicis imperii decretis permissum est collegio, si
26 quæ circa processum † decernendum, ac fundandam iurisdictionem ordinatio dubia & manca videatur, eam necessitate vrgente declarare, corrigere, ac supplere, & quod in ea reformanda placuerit, vsq; ad tempus ἀδύνων, siue visitationum annuarum (quibus hæc & alia comprobanda aliterue ordinanda deputatis sunt proponenda) seruari iubere possit Ord. *part. 2. tit. 36. in princ.* Decreto Comitiorum Spirensi anno 70. §. Darmit aber. Quæ cum mandata sit Cameræ, ex natura mandati primo sequitur. Etsi hãc* interpretandæ ac declarandæ ordinationis potestatem non suo iure, sed nomine imperii, à quibus mandata est, exerceat. Quicquid tamen à Camera ita sit constitutum tempore definito, eandem obtinere autoritatem, ac si ab ipso Imperatore Ordinib. vniuersis consentientibus sit sancitum *l. quod quis per alium. de reg. iur.*
27 cum nihil intersit, † per se summa potestas aliquid decernat vel constituat, an vero aliis, decernendi & constituendi negotium dederit, *l. item. §. 1. quod cuiusque vniuer.* id quod olim in plebiscitis Senatusconsult. Principum constitutionibus Prætorum aut ædilium edictis apud Romanos sic obseruatum fuit. Secundo,
28 cum à finibus † mandati deflectere non liceat, sed forma eius diligenter tenenda & obseruanda sit. *l. diligenter. §. mandati. ff. mandati. l. cum mandati.* 12. *C. eod.* quæ de obtinendi solummodo iuris quod cuiusque est ratione, vel de ordine iudiciorum ac processu corrigendo ac declarando Cameræ permissa sunt, ad alteram legum ferendarum partem, quæ de iure quod cuiusque est, siue quod ad definitionem causarum pertinet, porrigi non posse, certum est.

29 Quantum ad iuris reddendi † facultatẽ attinet, in vniuersum constitutum est, causas & personas omnes, quæ Cæsaris iurisdictioni subsunt, Cameræ quoque subiici Ordin. *part. 2. tit. 27.* Sed circa ea, quæ hactenus de Imperatoris & Cameræ iurisdictione dixi-

ne diximus magna hoc tēpore & ipsa † Reipublicæ fundamenta 30
attingens quæstio est, an Cameræ concessa iurisdictio ita tributa esse intelligatur, vt Cæsar eam, excepto vno atque altero casu à se prorsus abdicarit, an vero ita communicata, vt eam non prorsus amiserit, sed per modum coniunctionis, vterque tam Cæsar, quā Camera saluo præuentionis iure iudicare possit? tacta quoque ab aliis antea Schradero *in tract. feud. part. 10. sect. 2 in fine.* Pet. Heig. *quæst. lib. 1 quæst. 9. num.* 12. Rosenthal. *de feudis. cap. 12. num. 32.* sed leuiter ac perfunctorie: Ac licet eandem quoq; editione priore synoptice perstrinxerim, quia vero paucis ab his annis in præiudicium grauium ac illustrium controuersiarum magna contentione in vtranq; partem disceptari cœptam videam, accuratius ac plenius hoc loco de ea differendum duxi.

Vt autem certis quasi lineis eam determinemus peruulgata hac methodo interpretum vtemur.

Primo, cū, vt ait Aristoteles de cœlo & mundo relatus à Corneo *consi. 5. in prin. lib. 3.* Opposita iuxta se posita magis elucescant, nouæ & erroneæ illa opinionis argumenta ac rationes, qua decet fide & candore omnes enumerabimus.

Secundo, veteris & orthodoxæ sententiæ fundamenta exponemus.

Tertio, φαινόμενα ista contraria adducta diluemus.

Obseruandum est autem quæstionem de argumento nō vno modo concipi. Secundum veterum enim interpretum (Angeli, Baldi, Alexandri, Felini, & aliorum adductorum à Ludolpho Schradero *de feud. par. 10. sect. 1. nu. 128.*) loquendi consuetudinem primo quæritur an iurisdictio concessa sit Cameræ priuatiue vel cumulatiue.

Secundo, an Camera cum Imperatore habeat concurrentem iurisdictionem, vt loquuntur Mynsing. *consil 94. numer. 5.* Et Gail. *obs. lib. 1. obs. 42. nu. 3.* Quocirca tamen obseruandum est præpostere & improprie quæri an Cæsar cum Camera concurrat, quod Cæsaris sit prior generalis ac propria, Cameræ autem posterior mandata ac certis limitibus circumscripta iurisdictio Mynsing. *consi. 24. nu. 4.*

Alii

Alii subtilius ac ciuilius, vti videri volunt, de Cæsaris ipsius iurisdictione non ambigi, (quippe quam per Cameram integram retineat & exerceat) sed id tantum quæri & in controuersiam venire affirmant: Ob der Keys. Hoff-Rath / mit vnd neben dem Keys. Cammergericht zu Speyer / concurrentem iurisdictionem, in allen vnd jeden Sachen / ohne Vnterschiedt habe. Id est: An Senatus aulicus Cæsaris, cum Camera imperiali in causis vniuersis ac singulis concurrentem iurisdictionem habeat Autor deß gründtlichen Vnterrichts. in principio. Et *fol. 46.* vbi, So ists auch allhie in Warheits-Grunde nicht vmb der Keys. May. sondern vmb deß Keys. Hoff-Raths Reputation vnd Hochheit zu thun / sintemal die Frage allhie ist / ob wolgemeldtem Keys. Hoff-Rath / die Administratio deß Justitz Wesens / von Römischen Keysern vnd Königen / gleich dem Keys. Cammergericht / jemals mit Consens / Vorwissen vnnd Belieben der Churf. Fürsten / vnd Stände / in gemein gebührender Massen / committiret vnd anbefohlen worden. Id est: Reuera hic non Cæsaris, sed consiliariorum eiusdem agitur autoritas. Id enim in quæstionem venit: An Senatui aulico æque vt Cameræ cum consensu Electorum Principum & Ordinum administratio iustitiæ legitime commissa sit? Hi modi loquendi, etsi aliquo modo inter se differre videantur, quæstio tamen reuera omnis eo redit: An Imperator iurisdictionem in Cameram ab aula remotam, ita transtulerit, vt eam à se prorsus ita abdicarit, vt nõ per se, vel cõsiliarios aut alios delegatos Camerã, si velit præuenire, sed non nisi per eam iudicare possit, solis causis Ducatuũ & Comitatuũ, & concursu cum Camera in causis fractæ pacis exceptis: hoc quidam affirmant his rationibus & argumentis:

## RATIONES DVBITANDI.

11 Primo, eam esse † præsentis nostræ Reipublicæ Statum, vt eius cognitio non ex iure Gentium Romano, vel veteri Latino, vt loquuntur eiusq; vulgatis interpretibus Bartolo & Baldo, sed moribus ac nouis imperii constitutionibus petenda sit Autor informationis Donawertensis *fol. 121* Hierauß erscheinet / daß ein Vnterscheidt sey / zwischen den Alten vnd Lateinischen / vnnd jetzigen Teutschen

Teutschen Keysern sey / vnnd daß demnach ipsa totius Reipublicæ Germanicæ forma, nicht auß dem Lateinischen Rechten / oder Bartolo & Baldo, sondern viel mehr auß den Reichs vblichen Herkommen / vnd dahero rührenden alten Verfassungen der Gülden Bulla / Keys. vnd Königlichen Capitulationen deß Reichs Abschieden vnnd Constitutionibus, vnnd daß so wol deß Obersten Haupts im Reich / als deren Glieder compactata iuramenta, vnnd gegen einander verfaste Ordnung / auch andere vnter den Ständten selbst hergebrachte löbliche vnd redtliche Gewonheiten / vor allen Dingen in acht zu haben / vnd solchen nach zu procediren sey. Id est: Magnum esse discrimen inter veteres latinos & hodiernos Germanicos Imperatores, ideoque ipsam Reipublicæ totius formam non ex iure latino Bartolo & Baldo, sed ex morib. & constitutionibus imperii, Aurea Bulla Cæsareis ac regiis capitulationib. Decretis & constitutionibus imperii, & quod tam supremi capitis, quam membrorum inter se inita pacta & iuramenta & consuetudines laudabiles spectandæ ac secundum eas procedendum sit. Informatio Donawertensis *part. 1. fol. 121. 138. & 155.* Et quod ex nouis imperii cõstitutionibus de iurisdictione Imperatoris Romani & aliorum magistratuum officio & potestate sit statuendũ Autor deß gründlichen Berichts / Ambergæ editus *in præfat. & fol. 6.* Item *fol. 41. & 42.* vt tralaticium sit in decisionibus causarum Statum præsentem spectandum, ita vt ius antiquum per nouum correctum citra falsi crimen ne allegare quidem liceat ex Glossa Bartolo & aliis Doctoribus citatis ab eodem Autore deß gründtlichen Berichts / *fol. 7.* Pro certo autem in facto præsupponunt, iam à centum annis ita nouis imperii legibus ac Decretis & pactis vltro citroque initis inter Cæsarem & Ordines, de certo modo ac forma administrandæ iustitiæ esse conuentum, & constitutum, vt imposterum iurisdictio omnis Imperatoria vel regia exceptis solummodo causis Ducatuum & Comitatuum, & concursu cum Camera in causa violatæ pacis publicæ, non nisi per nouum Cameræ iudicium statariũ, sub nomine tamen ac sigillo imperatoris expediri possit Autor Informationis Donawertensis *fol. 145.* Daß ihre May. in administranda iustitia, anders nicht procediren

Cæſareæ, ne verbo fiat mentio. Et quod Cæſari ſola cognitio cauſarum Ducatuum, Comitatuum, vt imperii Feudorum alterutri parti definitiue abiudicandorum relicta ac reſeruata ſit. Item cauſæ violatæ pacis publicæ non tantum, vt præmiſſum eſt in Camera, ſed & coram Cæſare diſceptandæ, & ſic in vnico hoc caſu iuriſdictionem cum Camera concurrentem extra controuerſiam habeat. Idem *folio* 155.

Eam autem † vim eſſe ſubrogati, vt ſapiat naturam eius, in 32
cuius locum ſubſtituitur *leg. ſi ex Lapidicinis. de iure dot. leg ſi ipſa. de eo quod metus cauſa. leg. ſi donatæ res. §. ſi ſponſus. de donat. inter vir. & vxor.* Ial. *in l. ſi grege. de legat. 1. leg Titia. §. Titia. de condit. & demonſtr.* Tiraquellus *dict. tractat. de vtroque retractu. folio 407. numero vigeſimo quinto.* Schrad. *in tract. feud. part. 2. cap. 3. numero 56. & 61. part. 10. ſect. 9. numero 206. part. 10. ſect. 5. numero 216.* Goddæus *leg. 98. numero 10. de verbor. ſignificat.* Purpurat. *conſilio 13. numero 10. conſilio 390. numero 16. conſilio 489. nu.* .. Ioan. Marca. Iacob. Riminald. *conſil. 29. num. 11. conſi. 141. num. 3. & conſi. 573. nu. 18.* Rolan. à Valle *conſi. 2. nu. 31. lib. 4.* Abbas *conſi. 62. num. 28.* Fab. de Anna *conſi. 3. num. 14.* Natta *conſi. 346 num. 3. tom. 2.* Menoch. *conſi. 650. num. 9. conſi. 716. num. 4. conſi. 784 num. 6* Fab. Turretus *conſil. 91. in princip.* Imo vnum & idem cum eo, in cuius locum ſubrogatur, cenſetur *l. g. 1. §. iniuriarum, ſi quis caut. iud. ſiſten. leg. 1. §. 1. Cod. de rei vxor. act.* Tib. Decianus *conſilio 27. numero primo. volum. 1.* Socinus *in leg filia. §. Titia. de condit. & demonſtrat.* Tib. Decianus *conſilio 52. numero tertio. volum. 1.* Menoch. *conſilio 97. numero 157. conſilio 95. numero 157. conſilio 52. numero 68. conſilio 99. numero 48. conſilio 75. numero. 18.* tam quoad commoda, quam incommoda, Menochius *conſilio 70. numero 11.*

Item fruitur omnibus priuilegiis eius, in cuius locum ſubrogatur Menoch. *conſi. 99. nu. 48.* Raud. *conſi. 18. nu. 32. conſ. 33. n. 7.* Anton. Gab. Rom. *lib. 1. com. opin. tit. de reg. concl. 2.* Purpur. *conſ. 13 n. 10. conſi. 390. nu. 16. conſi. 489. n. 1. conſi. 557. n. 31. conſ. 587. n.* 8. Tib. Decian. *conſ. 52. n. 33. vol. 1. conſ. 9. n. 25. vol. 1. conſ. 27. n. 1. vol. 1. conſ. 9. n. 2. vol. 2. conſ. 43. n. 15. vol. 3.* Menoch. *conſ. 400. n. 4. li. 4.* Burſat. *conſ. 300. n. 53. lib. 3.* Ac dicitur fieri ſubrogatio cum omnibus qualitatib. Burſat. *conſi. 302.*

*n.51.lib.3.* Cephal. *consi. 615.n.2.& seq.lib.5.* Dec. *consi.* 120. Tib. Dec. *cons.7.n.90.li.1.* Schrad. *in tr. de feud par.10.sect.9.n.188.* Botta *consi 87. n.51.* Et locū tenens & gerens vices Principis, omnia potest, quæ ipse Princeps *l. 2. C. de officio eius, qui vic. alt. ger.* Natta *consi 84. n.4.* Fab. Turret. *consi.91.num.2.* Et in specie quod iurisdictio subrogata induat naturam eius, in cuius locum subrogatur Purpurat. *cons. 404.nu.1.* vbi agit de Principe Sabaudiæ, ex concessione Ducatus & Vicariatus, quoad iurisdicendi potestatem in locū Cæsaris subrogato.

Quod autem iudicium Cameræ anno 1495. Wormatiæ primo institutum, non nouum iudicium vel Parlamentum, sed illud ipsum quod antea à Cæsare ipso, vel alio quodam Principe præcipuo præsidente, vel in aula, vel in Comitiis, vel aliis locis, prout commodum visum, agitatum fuit, liquere videtur ex Ordinatione prima Wormatiensi anno 1495. *in prin.* Wir haben auß beweglichen Vrsachen/einen gemeinen Landtfrieden/durch das heylige Römische Reich vnd Teutsche Nation auffgerichtet/vnnd zu halten befohlen/vnd nach dem derselbige ohne Redtlich/Erbar/vnd förderlich Recht/schwerlich im Wesen bestehen kan/darumb auch gemeinem Nutz zu Beförderung/vnd zu Notturfft ewer aller vnser vnd deß heyligen Reichs Cammergericht/mit zeitigem Rath ewer/der Churfürsten/Fürsten/vnd gemeinen Versamblungen/auff vnserm/vnnd deß heyligen Reichstage/zu Wormbs/auff zurichten vnd zu halten/fürgenommen vnd geordnet/Autor deß gründlichen Vnterrichts/*foli.7. 8.& 9.* Id est: Ex causis grauibus, constitutionem de pace & tranquillitate publica promulgauimus, quæ cum sine æquabili iustitiæ administratione cōsistere non possit, ad vniuersorum ac singulorum vtilitatem, cum consensu Electorum & Ordinum communium nostrum, & sacri Romani imperii Cameræ iudicium, Wormatiæ instituendum ac celebrandum curauimus. Idq; maxime inde confirmari videtur: Quod Imperator Maximilianus Primus finitis Comitiis VVormatiensibus anno 1495. quibus iudicium Cameræ institutum erat, die vltima mensis Octobris, rem ipsam iuxta modum & formam præscriptam ad effectum perduxit, & Francofordiæ ad Mœnum in æde sacra Braunfels nuncupata,

cupata, iudicem Cameræ Comitem Fridericum à Zöllern, in tribunal tradito iustitiæ baculo, solenniter collocarit, Adsessores aliasque iudicii personas constituerit, & ab iisdem iuramentum ratione officii receperit. Postea aliquoties Augustæ anno 1502. iudiciali cognitioni tanquam Prætor adhibitis 35. aulæ suæ Proceribus præsederit, Christianus Barth. *in præfat. ad sententias Camerales. folio* 1. Inter alias quoque causam Fisci contra Episcopum Leodiensem ipsum audiuisse, Decreta ad libellos quosdã supplices subscripsisse, narretur. Summa autem primi huius ex natura subrogationis petiti argumenti hæc ita declaratur, quod in constituenda Camera mens & intentio Cæsaris & Ordinum fuerit, vt vetere iudicio aulico remoto in nouum ac separatum hoc consistorium omnis potestas & autoritas iudicandi Cęsari competens non ex parte, sed in totum transfunderetur, vt Cæsari per se vel consiliarios suos de nulla re iudicare imposterum sit integrum per *princ. Ordinat. Cam.* VVormat. anno 1495. Handhabung deß Friedens Rechtens / vnnd der Ordnung. Eodem anno VVormat. *in princ. Ordinat. Cameræ. part* 2. *tit.* 27. Autor deß gründtlichen Vnterrichts/ *fol.* 12. *&* 13. Quemadmodum igitur in iudicio veteri aulicum nullum iudicium vel Senatus concurrere, idque præuenire potuit, ita nec huic Camerę iudicio loco solummodo à veteri distanti regimentum vel Senatum aulicum præiudicare posse Autor deß gründtlichen Vnterrichts/ *fol.* 9. 41. *&* 62. Addunt pręterea tãtum abesse, vt hac ratione iurisdictio Cæsarea infringatur aut diminuatur, vt etiam magis stabiliatur & confirmetur per Cameram, quę nomine Imperatoris sceptrum iudiciale in audientiis omnibus teneat, citationes, mandata, processus, sententię & omnia alia edicta, sub nomine ac sigillo eiusdem expediantur, non secus ac eo tempore quo aula & Camera in vno loco coniuncta fuerunt; vt quemadmodum olim per Senatores aulicos sic nunc omnia perficiantur per iudicem, Pręsides & Adsessores, qui non suo, sed Imperatoris nomine & vice sacra, iustitiam administrarent. Quæ autem titulo & nomine Cæsaris diffiniantur ab ipso Cæsare definita dici, & quod per per Deputatos Cæsaris fiat per ipsum Cæsarem factum censeri Informatio Do-

navvertensis *folio* 145. Autor deß gründtlichen Vnterrichts / *fol.* 47. Et Informatione Donavvertenti *part.* 1. *folio* 137. ait Autor Die Keys. Hochheit werde dardurch nicht / wie man sich verlauten lesset / gesucht / viel weniger erhalten / sondern viel mehr labefactiret vnnd geschwächet. Id est: Maiestatem & autoritatem Cæsaream, per concurrentem iurisdictionem non augeri, sed diminui. Nec esse hoc in imperio nostro singulare, sed cum aliorum regnorum & rerumpublicarum institutis commune, in quibus similia sint vniuersalia suprema & vltima iudicia, vt cōsilia in Hispania Neapoli & Rota Romæ.

Quemadmodum itaque regum & Principum aliorum iura imperii loquuntur in regnis ac principatibus suis obtinentium, ac superiorem nullum agnoscentium potestati ac autoritati nihil derogat, quod in regnis ac prouinciis suis per Parlamenta, consilia & senatus iustitia administretur, imo nec illud, quod illi ipsi Parlamentis istis subiecti causam dicere cogantur, etiamsi regna ista ac Ducatus sint hæreditarii, in quibus dominatum absolutum habeant. Sic quoque Maiestati Cæsareæ nihil præiudicare, quod in imperio iudicia per Cameram exerceantur.

Etsi res penitius introspiciatur non agi de Cæsaris, sed senatus aulici eminentia & autoritate, cum id præcipue in controuersia ponatur: An Senatui aulico administratio iustitiæ æque, vt Cameræ ab imperatoribus ac Regibus Romanorum cum consilio & adsensu legitime demandata sit, id plane negare Decreta & constitutiones imperii, in quibus nulla fiat mentio eiusmodi Senatus aulici Autor deß gründtlichen Berichts / *folio* 43. 44. 45. *&* 46.

Intempestiue quoque & inepte quæri, an iurisdictio Cameræ priuatiue vel cumulatiue concessa sit. Nec enim vel priuatiue, vel cumulatiue Cameræ tributam iurisdictionem, sed eam esse & manere Cæsaris, cuius nomine ac sigillo omnia expediantur. Quod enim per Cæsaris fit deputatos per ipsum Cæsarem factum censeri per *§. hoc igitur à nobis. in proœmio Digestorum. leg.* 1. *in fine. de officio præf. prætor.* Zas. *consilio* 10. *num.* 2. *&* 3. *libro* 2. Autor deß gründtlichen Vnterrichts / *folio* 47. *&* 48. Imo qui contrariam sen-

tentiam tueantur, potestatem ac maiestatem Cæsaream imminuere, cameram, quoad iurisdicendi facultatem exęquando, dum Cæsari tantum concurrentem cum camera saluo vtrinque prçuentionis iure tribuant, quam tamen vt olim in aula ita & hodie integram solus retineat, camera nihil proprium in iurisdictione, sed autoritate nomine ac sub sigillo Cęsareo omnia administrante Autor deß gründtlichen Unterrichts/ *folio 43.* Et male hic fingi præuentionem: cum ea sit quædam priuatio iurisdictionis, quæ hic cesset *leg. vltim. Cod. de condit. insertis* Autor deß gründtlichen Unterrichts. Ac vt rem in pauca conferam, ea autorum opinionem hanc nouam tuentium est sententia. Cæsarem Ivrisdictionem Sibi Ivre Electionis Competentem, quam antea per se, vt consistorium aulicum aut commissarios speciales exercere potuit: in nouum hoc cameræ iudicium & ab aula remotum, quod cum veteri vnum & idem sit numero, quod maxime idem esse dicitur Aristoteli *Top. libro 1. cap. 8.* μαλιστὰ δ' ὁμολογουμένως τὸ ἓν ἀριθμῷ λέγεσθαι, ita transtulisse, vt ea extra camerę ministeriũ nec per se vel Senatũ aulicum vel alios delegatos amplius vti, nec velit nec possit, Autor deß gründtlichen Unterrichts/*fol. 56.*

Ac vt rem similitudine aliqua explicemus: Eodem iure, quo quis in colonum creditorem commodatarium naturalem possessionem ita transtulerit, vt perpetuo per eos possideat, nec in perpetuum ab iis repetere, vt relocata, commodata pignori data per se reuera vti frui possit ciuiliter possidere: Sic quoque Cæsarem, qui iurisdictionis vsum naturalem à se prorsus abdicarit, & ita in Cameram transtulerit, vt ille nusquam per se vel alios delegatos de ea quicquam vsurpare possit, ciuilem quoque iuris redi dendi possessionem retinere censeri.

Secvndvm argumentum petitur ex Regimenti veteris cum Senatu aulico comparatione: post Cameram Imperialem sic restauratam & certo loco constitutam aiunt Maximilianum primum Turcico & aliis bellis distentum Regimenti ordinationem, & sic duos imperii Senatus instituisse, ita vti adserunt diuisis officiis, vt hic quæ ad Status publici salutem & tranquillitatẽ, Camera

Camera vero causas iudiciales ad Cæsaris cognitionem pertinentes tractarent, ex eo primo inferunt errare Paurmeisterum & alios qui publice affirmare audeant, Regimentum quoque iudicandi potestatem habuisse Autor deß gründtlichen Unterrichts *fol.* 15. secutus Informatorem Donawertensem *part.* 1. *fol.* 113. vbi ait: So hat der Keys. zu Nürnberg verordnete Rath/welcher das Regiment genennet worden/ die limites præscriptos vberschreiten/ vnd sich auch bißweilen im Namen der Keyserl. May. der Gerichtlichen Processen / zwischen den streitenden Partheyen annemmen vnd decidirn wöllen / nach dem aber solches jhnen niemals von den Ständen eingeräumet / sondern vielmehr die Ordnung deß Cammergerichts allerseits verglichen worden / so haben sich die Stände solchem newen Gericht opponirt / vnnd auff die Ordnung referirt: Ist auch Anno 1524. §. Förder soll vnser: verabschiedet vnnd abermal befohlen worden / daß Statthalter vnd Regiment / alle Gerichtliche Proceß vnnd Rechtfertigung / für das Cammergericht / vnd andere ordentliche Gerichte weisen sollen. Id est: Senatus Noribergensis, qui Regimentum indigitatur, limites pręscriptos excedens interdum causas iudiciales inter partes litigantes decidere non dubitauit, cum vero id ei nusquam ab ordinibus permissum, sed de ordinatione Camerę conuentum sit, Ordines nouo huic iudicio iuxta tenorem Ordinationis intercesserunt. Et Anno 1524. §. Förter soll vnser: decretum, vt causę omnes iudiciales ad Cameram & alia iudicia ordinaria à Regimento remittantur.

Quemadmodum igitur eo tempore duorum istorum Senatuum expeditiones distinctę fuere, ita nec hodie cōtra mentem & intentionem Cęsaris & Ordinum, quæ ab initio in progressu fine separata fuerunt perniciose confundi debere, Autor deß gründtlichen Unterrichts / *dicto loco.*

Secundo, Senatum aulicum pręsentem suffectum esse in locum Regimenti, anno 1500. à Maximiliano Primo cum consensu Electorum, Principum, & Ordinum instituti, & Anno 1530. finiti Autor deß gründlichen Unterrichts / *folio.* 23.

Vt igitur Regimentum pristinum vigore recessuum imperii & Ordinationis Camerę iuris in causis priuatis dicendi potestate omni

te omni fuerit destitutum, eique vt causas iudiciales omnes ad Cameram remitteret iniunctum, sic nec hoc tempore Senatum aulicum in præiudicium Cameræ ius dicere & falcem in alienam messem immittere posse Autor deß gründtlichen Unterrichts / *folio 23.*

TERTIO, à natura † conuentionis arguunt: Quod nimirum iurisdictio Cameræ non simpliciter mandata, sed per viam contractus vltro citroque obligatorii inter Cæsarem & Ordines initi tributa sit Autor informationis Donawertensis *part. 1. folio 127.* per modum contractus zwischen jhrer May. vnnd den Ständen / einmal getroffene Ordnung vnnd Pragmatica sanctio, *& folio 151.* Sey eine reciproce mit den Ständen deß Reichs / cum clausula derogatoria in futurum, daß es nicht anders gehalten werden solle / fide Principis bestättigte sanctio, id est reciproca cum ordinibus, cum clausula derogatoria fide Principis confirmata conuentio, idem *folio 120. 150. & 151.* Item Autor deß gründtlichen Unterrichts / *folio 50.* Eine Reichs-Verfassung / vnnd Pragmatica sanctio; idque probari videtur, *Ordinat. part. 3. capit. 54.* Solches alles vnnd jedes / haben wir König Ferdinandus / vns mit der Churfürsten Rathe / erscheinenden Fürsten / Stäänden / vnnd der Abwesenden Bottschafften vnnd Gesandten / vnnd sie hinwider mit vns also zu halten / vnnd zu vollnziehen vereiniget vnd verglichen. Id est: de præmissis omnibus firmiter seruandis inter nos Regem Ferdinandum ac Electores, Principes & Ordines, Præsentes & absentium Legatos, vltro citroque conuentum est, iurisdictio autem ex conuentione data non cumulatiue, sed priuatiue tributa intelligitur Iacob. Menoch. *de præs. lib. 2. præs. 18. num. 23.* Ludo. Roman. *consi. 193. num.* 11. Crauetta *consi. 411. nu 31.* Schrad. *de feud. part. 10. sect. 2. num. 72. & sect. 1. nu. 131. 133 & 135.* Rosenthal. *de feudis. cap. 12. nu. 34.* Informatio Donawertensis *part. 1. fol. 150.* Autor deß gründtlichen Unterrichts / *fol. 56.* Vnnd wann man sich schon allein wegen einer gewissen Form deß Gerichts verglichen hette: So ist doch solche forma substantialis & perpetua, auch Krafft derselben / die Administratio der Keys. Jurisdiction in iudicialib. dem Cammergericht / so anjetzo zu Speyer gehalten wird / einig vnd allein commit-

tiret / ja es nicht allein die Forma processus, sondern auch der Personen / vnd Sachen / so an das Cammergericht allein gehörig / wie auch ratione loci, ein perpetua, & substantialis forma, & norma, ein Reichs-Verfassung / vnd sanctio pragmatica, welche ohne Einwilligung vnnd Zuthun gemeiner Ständte deß Reichs / nicht immutiret werden kan. d est: Licet de Ordine, seu modo, & forma & iudicio tantum esset conuentum, forma tamen illa substantialis ac perpetua est, eiusque vi administratio iurisdictionis Cæsareæ, in iudicialibus Cameræ Spirensi soli delata & commissa: Imo non tantum de Ordine iudicii, sed de personis quoq; & causis, ad Cameræ iurisdictionem pertinentibus, perpetua ac substantialis forma, & norma, per publicam imperii constitutionem, siue pragmaticam sanctionem, introducta, quæ absq; consensu Ordinu imperii mutari nequit.

35 Quibus QVARTO addit † Schraderus *de feudis: part. 10. sect. 2. numero 72.* argumentum ex natura verborum præcisorum & geminatorum ex *part. 2. ordin. titul. 35.* Daß dem Cammergericht sein freyer stracker Lauff gelassen werden solle: & *titulo 27. part.* vbi verba sunt præcise imperantia, quæ eius dicuntur efficaciæ, vt exceptiones omnes, & sic præuentionem quoque excludant, per ea quæ tradunt Bald. Card. Felin. Iason, Tiraquell. & alii ab eo allegati Fab. Turret. *consilio 22. num. 34. & consilio 47. num 72.* Informatio Donawertensis *part. 1. fol. 148.* maxime, quod sint geminata, quibus nihil opponi possit, Fab. Turret. *consi. 22. nu. 34 & consi. 47. num. 72.*

36 QVINTO à natura † exceptionis, quod illud, quod in specie de iure regulari detrahitur, eiusmodi sit, vt huius rationem in detractis sequi non possimus, cæteras autem causas ad ius prius esse remittendas, vtpote non exceptas, præsertim dissimiles, ac diuersas *leg. quæsitum. §. idem respondit domo instructa. de instructo vel instrum. legat. l. nam quod liquido. § final. de penu leg.* Decius *ad leg. 1. de regul. iur.* Gratus *consilio 155. numero 6. libro secundo.* Cagnol, *in leg. 1. de regul. iur.* Paris *consi. 8. num. 9. consilio 19. num. 6. consi. 93. numer. 44. cons. 606. numer. 2. libr. 1. cons. 12. numer. 185. consil. 43. numero 15. libro 2.* Crauetta *cons. 214. num. 13.* Angelus *cons. 239. num. 2.* Alexand. *cons.*

*216.num.20.lib.* Et quod reseruatio in vno, censeatur abdicatio aliorum. Ergo in cæteris sola Camera iudicat. Decian *consilio 5.nu. 92.volu. 2. & responso 55.num.10.vol.2.* Purpuratus *consi.1.numer.17. consi.256.nu..5.consi.177.nu.6.conf.494.nu.9.* Natta *conf.159 nu.31.vol. 1.* Menoch.*conf.1146.numer 8.* Imperatori vero lites saltem vt de Ducatibus, & Comitatibus soli, in causis violatæ pacis publicæ, cum Camera concurrendo, ius reddere possit, reseruatum esse. Ordinat *part.2.tit.7 & 9.* Informat. Donawertensis *parte 1.fol. 146.* Quodque ea indubitata mens constituentium fuerit, ex geminatione istius exceptionis apparere, relata Ordinatione Regimenti Wormatiæ, Anno 1521. §. Ob auch Sachen vorfielen / Fürstenthumb / Hertzogthumb / Graffschafften / rc. belangendt / so vom Reich zu Lehen rühren / so einem Theil gäntzlich vnnd endtlich abgesprochen werden sollen / derselben Erkändtnuß wöllen wir Vns hierinn auch vorbehalten haben / doch sonsten andern Sachen / diesem vnserm Regiment vnd Cammergerichts Ordnung vnabbrüchig. Id est: Si causæ incidunt de Principatibus, Ducatibus, Comitatibus Imperii Feudis, alteri parti finaliter abiudicandis, earum determinationem nobis reseruamus, salua in aliis Regimenti & Cameræ Ordinatione. Quæ verba geminata, & prægnantia, non tantum enixam voluntatem constituentium, quod nimirum in casibus non exceptis solam Cameram iudicare voluerint, ostendunt, *l. balista ad Trebellian.* Menoch.*conf.328.numer.16. libr.4.* Cephal.*conf.684.num.31.& conf.744.numer.12.libr.3.* Natta *consi.63. numero 15. conf.159.num.31.tom.1.* Fabius Turretus *consilio 99.num.10.* Purpuratus *consi.3.consi.21.num.3.& 6.& conf.456.num.21.* Cacheran.*conf.16.num.4.* Surd.*conf.10.num.54.conf.75.num.64.* Alex. Raudensis *conf.18.nu.219.conf.54.n.20.* Sed etiam præcedentem dispositionem augent, ac tantum operantur, vt ea ad omnem casum, etiam ad quem natura sua trahi non possent, extendantur Ruin. *consi.117.nu.7.lib.1.* Cephal.*conf.40.* gl.& Bolognetus *in l.cum pœna, de arbitris.* Angel.§ *fin.Instit.de empt.& vendit.* Rol.à Valle *conf.54. num.39.vol.3.* Cacheran.*conf.16.num.4.& conf.18.num.29.* Et geminatio mentem disponentis exuberantius ostendit, Bartol. *in leg. somnus. Cod. de Agricol.& censitis.* Natta *consilio 63.numero 15.* Idque

Oooo 2 po-

Recht/ nicht verhindert werde/ mit einmühtigem zeitigen Rath vnnd Willen/ auch Zugeben vnnd Annemmen/ der Ehrwürdigen/ Hochgebornen/ Ehrsamen vnnd Edlen/ vnsern lieben Neuen/ Ohmen/ Andächtigen/ vnnd deß H. Reichs lieben Getrewen Churfürsten/ Fürsten/ Geistlichen vnd Weltlichen/ Prælaten/ Graffen/ Freyherrn/ vnnd andern Ständten deß heyligen Römischen Reichs/ haben wir auff gegenwärtigem/ deß heyligen Reichstage/ versamblet vnnd beschlossen/ wo Vnser/ vnnd deß heyligen Reichs Gericht/ hinführo sol gehalten/ auch Vrtheil vnnd Erkandtnuß daselbsten außgangen/ vollnzogen/ vnnd beyde Friede vnnd Recht gehandelt werde. De eodem fine instituti, tam Regimenti, quam iudicii Cameræ, testatur quoque Carolus Quintus Imperator in Ordinatione Regimenti Wormatiæ Anno 1521. *in princ.* Dann wie andern vnsern Königreichen/ Landt vnnd Leuten/ zu Versehung desto besser außwarten mögen/ auch in vnserm Keyserlichen Gemühte betrachtet/ daß das heylige Römische Reich/ durch keine andere füglichere/ vnnd bessere Weise/ dann gut Regiment/ Friede/ Recht/ vnd gute Ordnung vnnd Policey/ darauff dann als Grundtvesten/ alle Recht vnnd Gewalt beruhen/ in Auffnemmen bracht/ geholffen/ vnnd das/ so dem heyligen Römischen Reich entzogen/ widerumb darzu gebracht werden möge. Item Caroli Quinti Ordinat. Cameræ Anno 1521. *in princip.* Recessu August. Anno 1566. §. Nach dem der gemeine Frieden im Reich/ Teutscher Nation/ in Religion vnnd Prophan-Sachen/ ohne beständiges/ gleichmässiges Recht/ nicht zu erhalten: Derowegen vnser Keyserlich Cammergericht/ anfänglich/ darmit menniglich mit wenigster Beschwernuß/ zu seinem Rechten verhoffen werden möchte/ geordnet vnnd auffgerichtet. Si itaque in omni contentiola iurisdictione aulæ Cæsareæ cum Cameræ sit concursus, nulla ex institutione huius iudicii, vel Cæsari & consiliariis, vel partibus à sumptibus & viæ laboribus subleuatio, sed vt magis, quam ante diuersis in locis litibus vexentur futurum, sed illud consecuturum videretur, vt Principes & Ordines duplici onere, tam sustentandæ Cameræ, quam subeundis crebris ex aula emissis delegationibus grauentur.

*princ.* Der Röm. Keys. May. vnsers lieben Bruders vnnd Herrn/ Cammergerichts Ordnung. Ibidem: Derowegen / vnnd zu noch mehrer deß Keyserlichen Cammergerichts Erkündigung. Et paulo post. Das Keyserlich Cammergericht. §. Dieweil auch. Ibi: Fünff viertel Jahr das Keyserliche Cammergericht bestellet. §. Vnnd sol nichts destoweniger deß Keys. Cammergerichts Procurator Fiscal. §. Ferners am Keyserlichen Cammergericht nicht angenommen werden. §. Vnd nachdem an diesem Keyserlichen Cammergericht. §. Zu dem sollen Advocaten vnd Procuratorn/deß Keys. Cammergerichts. Recessu 1559. § Wann wir nun die Justitien / vnd vnser Keyserlich Cammergericht betreffendt. Recessu Augustan. Anno 1566. §. Wir setzen. §. Erstlich. §. So setzen. §. Vber das setzen. §. Wir ordnen. & §. Wir setzen vnd wöllen auch. §. Dieweil auch Rechthängige Sachen. §. Vber jetztgesetzte Puncten. §. Darmit aber die jenigen. Recessu Ratisbon. Anno 1567. §. Wir befehlen vnnd gepieten auch. Recessu Spirensi Anno 1570. §. Sintemal dann. §. Als wir dann auch. §. Vnnd nach dem. Et §. *seq.* Dieweil auch §. Damit aber. §. Weiters wöllen. Et §. Auß sonderm. Recessu Ratisbon. Anno 1570. Darwider auch an vnserm Keys. Cammergericht. §. Als wir dann auch. §. Ob wol auch §. Wie/ vnd welcher massen. §. Neben diesem. §. Demnach wir ferrner. §. Bey Berathschlagung anno 1582. §. Wann dann/ *in fine.* §. Damit auch. §. Wiewol wir. §. Im Fall auch. Recessu Spirensi an. 594. § Darwider auch. §. Weiter vnd als wir. § Wann aber. §. Was vnnd so viel. Et Bartholomeus Blarerus *ad l. diffamari, c. 6. n. 40.* Cameram Imperialem in decernendo plane Imperatoriam maiestatem, dignitatem, & autoritatē habere ait, Guil. Roding. *Pandect. Cam. li. 1. de iurisd. tit. 3. n. 6.* Ord. Cam. an. *1507. in pr.* Wie vnser Cammergericht anfänglich/ auff vnserm erstgehaltenem Reichstage zu Wormbs / geordnet. Et *tit.* Daß der Fiscal. *Tit.* Daß eines jeden Jahrs. Ibi, Vnser Königlich Cammergericht. Recessu Ratisbon. Anno *1557.* §. Nach dem deß Keys. Cammergerichts. Ord. *part. 3. tit. 12.* §. Als auch nach Brauch deß Keys. Cammergerichts. *Tit. 10. part. 2. §. final.* An dem Keyserl. Cammergericht ohne Mittel vorgenommen. Gail. *1. obs. 11. & obs. 22. num. 2. & obs. 42. num. 3. & obs. 41. num. 8. obs. 84. numer. 5. obs. 121. num. 3.* Schwanman.

*obs.*

*obs. pract. Cameræ Imper. obs. 4. num. 2. 3. & 6.* Benderus *dicto loco.* Tilemannus de Benignis *Decad. 4. Syntag. 4. nu 39.* Item nomine ac sigillo Imperatoris, quod ab Electore Moguntino Cancellariæ Præfecto demandatur. Ord. *part. 1. tit. 27.* §. So viel auch. Pet. Denais. *iur. Cam. tit. 62. nu. 5.* Ordin. *par. 3. tit. 12* §. Vnd so solche. Myns. *obs. 5. cent 4.* Gail. *obs. 1. num. 7. obs. 29. numer. 2 obs. 41. num. 42. libro 1.* Guil. Roding. *Pandect. Camer. libro 1. de iurisdictione. tit. 3. numero 6.* omnia expediuntur Ordinat. *part 3. titul. 12.* §. Vnnd so solche. Mynsing. *obs. 5.* Gail. *cent. 4 obs. 1. n. 7. obs. 29. nu. 2. obs. 41. & 42.* Guil. Roding. *Pandect. Camer. libro primo. tit. 3. numero sexto.* Item iudicium Cæsaris & sacri Romani imperii Recess. August. Anno 1500. *in princip.* Wie vnnd wo Vnser / vnnd deß heyligen Reichs Gericht hinführo soll gehalten / auch Vrtheil vnnd Erkandtnuß daselbsten außgangen / vollnzogen / vnnd beyde Friede vnnd Recht gehandelt werden. Id est: Quomodo & vbi nostrum & sacri imperii iudicium imposterum celebrandum, ac sententiæ ab eo latæ exequentur, & pax & iustitia conseruari debeant.

40 OCTAVO Camera † dicitur summum & vltimum imperii iudicium, das Höchste vnnd letzte Gerichte. Informatio Donavvertensis *part. 1. folio 134. & folio 150.* Dieweil nun das Oberste vnnd letzte Gerichte. Ordinat. *part. 1. titul. 3. in princip.* Et in Præfatione Reformationis Rotvveiliani iudicii Maximiliani Secundi, die Höchste Iustitia im Reich. Raphael Sailer in argumento selectissimarum sententiarum Cameræ præfationi præmisso, Verordneten der Obersten Justitien deß Höchsten Schatz vnnd Werths im Reich / Teutscher Nation / deß Hochlöblichen Keyserlichen Cammergerichts. Item *in Præfatione* daß in Camera das Oberste Archiuum publicum im heyligen Reich sey. Informatio Donavvertensis *folio 134. & folio 150.* Summum autem dicitur, quod est altissimum extremum & maximum Virgilius *4. Æneid.*

*Summoque vlularunt vertice Nymphæ.*

Idem Virgilius ad Iouem:

*——Summe Deum.*

*Venit summa dies & ineluctabile fatum.*

Cato

Cato *apud Cic. de Senectute.* Nisi consilium ratio & sententia esset in Senibus, non summum consilium maiores nostri appellassent Senatum. Et supremus dicitur quem nemo sequitur. *l. qui filia 0. §. 1. de leg. 1. l. 1. §. 1. de bonor. possess. secund. tab.* Alciatus *in l. proximus. de V. S.* Virg. *lib. 3. Æneid.*

*Nec minus Andromache digressu mæsta supremo*
*Fert picturatas auri sub tegmine vestes.*

Et *eod. lib.*

*Sanguinis & sacri pateras animamq; sepulchro*
*Condimus, & magna supremum voce ciemus.*

Et qui nec superiorem vel eiusdem potestatis socium habet, Bodin. *de Republ. lib. 1. c. 10.* Item supremum nec crescere nec minui potest Natta *consil. 40. nu. 13. lib. 3.* Et in genere ea superlatiui † natura est, vt non habeat locum inter paria Valla *elegant. Latinæ linguæ lib. 1. ca. 13.* & rem certam designat, & quæ vni soli competit. *l. vbi autem non apparet de V. O.* Gl. *in c. Metropolitano 63. distinct.* Eberhard. *in loco à vi comparatiui n. 1.* Ergo non est æquale vel concurrens, aut superius Camera judicium in Imperio. 41

Nono quod Camera † in locum veteris iudicij aulici sit substituta, nullo reseruato concursu, inde etiam arguitur. Quod cũ districtus Rotvveilensis Jurisdictioni Cęsareæ ἀμέσως, ac simpliciter sit reseruatus Ord. Rotvveilensi Maximil. II. *tit. 5.* vbi Nach dem das Hoffgerichte zu Rotweil/ vns als Röm. Keysern ohne Mittel zuständig/ vnd jederzeit von vnsern Vorfahren regierenden Keysern oder Königen/ vber die/ so in obbestimbten vnsern Keyserlichen Hoffgerichts Bezirck gesessen/ Ordinariam Jurisdictionem empfangen. Et antea Recessu Wormat. Anno 1521. §. Vnnd nach dem. vbi Imperator iudicium Rotvveilense appellat vnsern Stul zu Rotweil. Et Recessu Ratisbon. Anno 1532. *tit.* Rotweilisch Gericht betreffend. Item, vnser Rotweilisch Gericht. Item, vnser Hoffrichter vnd Vrtheilsprecher. Recessu Spirensi Anno 1570. §. Vnd nach dem vnser Keys. Hoffgericht zu Rotweil. Appellatio autem ab eo cui iurisdictio concessa est ad concedentem interponenda est. Joh. Andr. *in addit. ad Speculat. tit. de iurisd. om. iud. versic. vidisti duas col. vlt.* Angel. *in l. 1. §. si quis mandatum. de officio eius cui* 42

*mand. est iuri, dictio*, Felin. *in c. Pastoralis, de offic. ord.* Mynsing. *cent. 6. obs 99. num. 3.* Et ordinate ac gradatim interponenda est. Purpuratus *cons. 404 num.* 4. Ordin. Wormat. anno 1495. *tit.* Von der Appellation vbi: Item, Es soll keine Appellation angenommen werden/ die nicht gradatim geschehen were / das ist / an das nechst ordentlich Obergericht. *l. Imperatores, de appellat. l. præcipimus, 32. C. eod. c. dilecti, de appellat. c. Romana, eod. tit. lib. 6. c. ad Romanam, 2. q. 6.* Natta *cons 82. n. 7. lib. 1.* nec valet ad parem vel inferiorem interposita. *l. 1. §. si quis, de appellat.* Abbas, Felin. & alij *in c. in rebus, de appellat.* Gloss. *in c. 2. de consuetud.* Maranta *part. 6. tit. de appellat. n. 3. & n. 117.* Gail. *1. obs. 41. n. 9.* Appellationes tamen à sententiis iudicij Rotvveilensis non ad tribunal Cæsaris aulicum, sed ad cameram fieri debere, constitutum est à Maximil. II. Ord. Rotvv. *part. 3. tit. 17. in pr.* Wenn einer durch Ende/oder Beyvrtheil/so Krafft einer Endvrtheil hette/ sich beschwert befunden / mag er incontinenti, vnnd in Fußstapffen Mündlich/oder innerhalb zehen Tagen/von Zeit der gesprochenen Vrtheil an zurechnen / vor einem Notario vnnd zweyen Zeugen/ an das Keys. Cammergericht zu Speyer appelliern/vnd sich beruffen. Idem Gail. *lib. 1. obs. 119.* Idq; etiam ante multos annos factitatum refertur, *in Præfatione* Maximil. II. in Ordinat. iudicij Rotvv. Dieweil aber neben berührtem Cammergericht/ nicht die wenigsten Sachen an vnserm Keys. Hoffgericht zu Rotweil gerechtfertiget/vnd folgends durch den Weg interponirter Appellation/in grosser Anzahl an bemelt vnser Cammergericht / gebracht. Et Recessu Spirensi, anno 1570. §. Vnd nach dem daher von vnserm Keys. Hoffgericht zu Rotweil/viel appellationes an vnser Keys. Cammergericht erwachsen. Idem repetitur Ord. *part. 2. tit. 29. in pr.* Guil. Roding. *Pand. Cam. lib. 1. tit. de iurisd. 20. n. 3.* Idem constitutum est de appellationibus à sententiis iudicum Ord. *part. 2. tit. 61. & tit. 28. in princ.* Gail. *1. obs. 21. in pr.* Denaiſ. *in verbo appellationis interpositio.* Wilh. Roding. *Pand. Cam. lib. 1. tit. de iurisd. n. 1.* Cum tamen quando Electores, Principes, iisq; pares sese mutuo conueniunt res per solos delegatos Cæsareos expediatur. *ti. 2. par. 2. §. 1.* vbi. Als Keys. Commissarius in Krafft der Commission/ die wir als Röm. König an statt der Keys. Mayestet in Krafft Ihr Liebden/ vnd Keys. Mayestet vns

gegebenen

gegebener Vollmacht vnd Heimstellung/hiemit einem jeden gegeben haben wollen.

Sententias quoq; à Commissariis Cæsareis latas camera exequitur, Ord. *par. 2. t. 8.* §. Vnd so das Vrtheil. Imo præiudicia referuntur à Gailio, quod generaliter à Commissariis ad partium instantiam per meram delegationem à Cæsare datis, appellationes in camera sint receptę ac processus decreti *d. obs. 121. n. 3.* vt in causa Haller contra Leiptzig/ 25. Aug. anno 67. Item in causa Honstein contra Schweinfurt/ Braunschweig contra Stifft Hildensheimb/ Nassaw contra Hessen. Etiam in causa Halberstadt contra Anhalt/ anno 1570. Cum appellatum esset à sententia interlocutoria à Commissariis Cæsaris, appellatio in Camera periculo partis recepta est, Tilem. de Benignis *obs. Cameræ Pentecoste. 8. n. 42.*

Ergo Cæsarem ipsum repræsentat Camera, eiusque cum aula vnum & idem iudicium esse censetur.

Decimo, Si mens † constituentium fuisset, vt generaliter aula Cæsaris cum camera in iurisdictione cōcurreret, inepte toties id exprimeretur in causa speciali fractæ pacis. vbi *part. 2. tit. 9.* §. So jemand/ in verbis: Durch die Keyserliche Mayestet/ vns als Römischen König/ oder das Keyserliche Cammergericht: Per Cæsarem nos vel cameræ iudicium. Et *eodem* §. *versic.* So bald auch der/ oder dieselben Thäter vnnd Friedbrecher/ als durch die Keyserliche Mayestet/ vns als Römischer König/ oder das Keyserliche Cammergericht. §. Vnd ob es sich schon zutrüge/ sollen vnd wollen die Keyserliche Mayestet als dann/ oder in Ihrer Liebden/ vnd Keys. May. abwesen/ wir als Römischen König/ oder aber das Keys. Cammergericht. §. *seq.* Durch die Keys. May. vns als Röm. König/ oder das Keyserl. Cammergericht. Et *vers.* Vnd neben solchem mehr/ nichts desto minder Ihr Liebden/ vnd Keys. May. wir als Röm. König/ oder das Cammergericht. Item, Purgationis ex ea talionis *tit. 10. ead. part. 2. in pr.* Vor seinem/ deß Verdachten ordentlichen Richter/ oder aber vor der Keys. May. vns als Röm. König/ oder dem Keys. Cammergericht. Et §. Wir sollen vnd mögen auch die Keys. May. wir als Röm. König/ oder das Keys. Cammergericht *tit. 11. in pr.* Daß alsdann die Keys. Mayestet/ wir als Römischer König/ oder das Cammergericht.

Receptionis proſcriptorum eorundemq; bonorum. *tit. 13. in fine:* Vnd darauff in die Acht vnnd Pœn deß Landtsfriedens / durch die Keyſ. May. vns als Röm. König / oder das Cammergericht erkläret / verkündet / vnnd denuncieret werden ſoll. Rebelliumve alterius ſubditorum *tit. 14. in fine:* Vnd gegen Ihr vor der Keyſ. Mayt. vns als Röm. König / oder dem Keyſ. Cammergericht. Reſtitutionis proſcriptorum. *tit. 18. in pr.* Der ſoll von dem Keyſ. Cammergericht / oder durch die Keyſ. May. oder vns als Röm. König abſoluiret werden. Cum autem leges & conſtitutiones ſint virorum ſapientum & Prudentum conſulta Papinianus *in leg. 1. de legib.* quod potiſſimum in publicis illis Cęſaris, & Ordinum vniuerſorum imperij Decretis locum habet, magis eſt, vt ita accipiatur ſecundũ naturam exceptionis, vt in reliquis caſibus non exceptis, Cæſar iuriſdictionem omnem à ſe abdicaſſe, & in Cameram tranſtuliſſe intelligatur, quam vt toties inutiliter concurſus Cæſaris & Ca-
44 meræ inculcatus cenſeatur: cum etiam generaliter in ambigua legis oratione ea interpretatio capienda ſit, quæ vitio ineptitudinis & inconuenientiæ careat. *l. in ambigua. de legib.* Donell. *comm. iur. ciuil. lib. 1. c. 15.*

Vndecimo, in cauſis † omnibus, quæ vel per viam ſimplicis querelæ, per quam dupliciter iuriſdictio fundatur Cameræ, vel ratione perſonarum quæ enumerantur à Guil. Roding. *Pand. Cameralium, lib. 1. tit.* vel cauſarum. 1. Fiſcalium. 2. Pignorationum. 3. Arreſtorum. 4. Mandatorum cum vel ſine clauſula. 5. Relaxationis ad effectum agendi. 6. L. Diffamati. 7. Denegatæ vel protractæ iuſtitiæ. 8. Litigioſæ poſſeſſionis. 9. Ex conſtitutione de pace Religionis Receſſu Auguſtano 55. §. Wir befehlen. Item, Nullitatis, continentiæ cauſæ Receſſu Deputat. Anno 1600. de quibus Geil. *obſ. lib. 1.* Petr. Denail. *iuris Cameralis, tit. 163.* Guiliel. Roding. *Pandect. Cam. libr. 1. à tit. 5. vſq. ad tit. 9.* Schvvanemann. *Pract. obſ. 25.* vel viam appellationis ab ordinariis iudiciis proxime ſub Camera conſtitutis, de qua *tit. 28. Pand. in princ.* ſolius tantum Cameræ nuſquam autem Cæſaris fit mentio quod veriſimile eſt non fuiſſe prætermiſſum, ſi de reſeruanda Imperatoris concurrente in omnibus cum Camera iuriſdictione voluntas fuiſſet.

Circa quæ Duodecimo, † etiam obseruanda est differentia 45
inter verba de concursu Cameræ & Aulæ, & quibus soli Cameræ iurisdictio demandata est. In illis enim ponuntur verba liberam electionem designantia Ord. *part. 2. tit. 9.* Daß von wegen Vberfahrung deß Keyserlichen Landfriedens / am Cammergericht geklagt möge werden. Id est, Quod de violata pace publica in Camera agi possit: In his vero imperatiua ac necessitatem præcisam importantia. *tit. 27. ead. part. 2.* Daß alle Personen vnd Sachen / die ohne Mittel der Keyserlichen Iurisdiction vnderworffen / vnnd von derselben nicht durch sonderliche Außträge / außgenommen / an dem Cammergericht fürgenommen werden soll. Id est, Omnes qui Iurisdictioni Cæsareæ principaliter subiiciuntur, si non exempti nominatim priuilegiis, consuetudine ordinatione reperiantur, in Camera conueniri debent. In specie quoad causas Fiscales. *tit. 20. part. 2.* Daß alle vnd jede Fiscalische Sachen an dem Keys. Cammergericht gerechtfertiget werden sollen. Id est, Quod causæ omnes Fiscales in Camera iudicari debeant. Et *in princ.* Jederzeit an dem Keys. Cammergericht mit Recht vorgenommen / vnnd vermög gemeiner Rechten vnd deß Cammergerichts Ordnung / tractirt werden sollen. Id est, Semper in Cameræ iudicio, secundum iuris communis & ordinationis dispositionem tractari debent. Et §. Item nach: So wollen wir daß der Fiscal / vermöge vnd Inhalt solcher Policey vnd Ordnung / gegen den Vberfahrern derselben / jederzeit / wie sich gebüret / auff die darin verleibte Pœn am Keys. Cammergericht handeln vnd procedirn soll. Id est, Procuratorem Fisci vigore ordinationis Politicæ, contra violatores eiusdem, ad pœnam in ea præscriptam agere ac procedere volumus. Et *§. fin.* Vnd in gemein / sollen vber oberzehlte / auch alle Sachen an dem Keys. Cammergericht ohne Mittel fürgenommen werden. Et generaliter præter enumeratas, causæ omnes in Camera agitari debent. Item *tit. 21. part. 2.* Daß die Sachen der streittigen Possession zwischen den Parthen / so dem Reich ohne Mittel vnderworffen / am Keys. Cammergericht gerechtfertiget werden sollen. Id est, Quod causæ litigiosæ possessionis inter partes immediate imperio subiectas, in Camera iudicari debeant. Et *tit. 28.* Von welchen

Richtern an das Keyserl. Cammergericht appelliert werden soll: Id est, à quibus iudicibus ad Cameram appellari debeat. Recessu Spirensi, anno 1570. §. Wann auch die arresta. *vers.* Daß alsdann solche Arrestirten am Keys. Cammergericht / auch mandata ohne Clausul contra, sollen vnnd mögen gebetten werden: Id est, Quod tunc ab arrestato in camera mandata absque clausula vna cum citatione ad docendum se paruisse, vel ad videndum peti debeant ac possint. Informatio Donavvertensis *part. 1. fol. 148.* Verba autem præceptiua necessitatem præcisam imponunt, & omnem electionem excludunt. Informatio Donavvertensis *part. 1. fol. 134.* Et in specie DEBET, verbum necessitatis est. *l. 1. Quod quisq. iur. in al. stat.* Gloss. ordinaria *in l. 3. §. 1. in verb. ostendere, de exhibit. reor. cap. præposui. in verb. debet.* & ibi Panorm. *de appellat.* Gloss. *in Clem. attendentes in verbo debeant, de statu Monach.* Albericus *in l. vnum ex familia, de leg. 2.* Ruin. *consil. 110. colum. vltim. libr. 2. l. Prætor. de edendo.* Bart. *in l. 3. C. de pignoribus.* Felin. *in cap. exceptionem, de exceptionib.* Informatio. Donavvertensi, *fol. 147. & seq.* Et quod in specie verbum, soll / æquipolleat verbo, *debet*, tradit Schraderus *tractat. Feudali, part. 10. sect. 20. numero 26.*

46 Decimotertio, non potest † quis retinere vel reseruare, quod non habet. Non entis enim nullæ sunt qualitates, & quod caret subiecto, siue substantia caret quoque accidentibus. *l. 2. de vsufr. l. eius qui, 41. vers. quod si stipulatus.* & ibi Alex. & Jason. *si cert. petatur.* Bald. *in l. cum oportet, C. de bonis, quæ lib. l. si seruus. §. si modus, de contrah. empt.* Schrader. *tractat. Feudali, part. 10. in præamb. num. 8.* Et nihil magis inefficax est, quam non esse. Cacheran. *consil. 53. num. 13 & 17.* Solum autem Imperatorem iurisdictionem in manu sua non habuisse inde constare: Quod ab initio præsens cameræ iudicium, item Judices, Præsides & Adsessores, cum consilio & consensu Ordinum sint constituti. Ordin. VVormatiensi, Anno millesimo quadringentesimo nonagesimoquinto. *in princ.* Wir Maximilian von Gottes Gnaden / Römischer König [illegible] vnser vnnd deß Heyligen Reichs Cammergericht / mit [illegible] Raht der Churfürsten / Fürsten / vnnd gemeiner Versamblung

samblung/ auff vnserm/ vnd deß Heyligen Reichstages zu Wormbs auffzurichten / vnnd zu halten fürgenommen / vnd geordnet in Form vnnd Maß / als hernach folget: Nos Maximilianus Dei gratia, Rex Romanorum nostrum, & sacri Imperij Cameræ iudicium cum consilio Electorum, Principum, & Ordinum in Comitiis VVormatiensibus ordinare constituimus, modo ac forma, quæ sequitur. *Titul.* Wie das Cammergericht mit Richtern vnnd Vrtheilern besetzt werden soll. Zum ersten / das Cammergericht zubesetzen mit einem Richter / der ein Fürst / Geistlich oder Weltlich / oder ein Graff / oder Freyherr sey / vnnd Sechtzehen Vrtheilern / die alle wir mit Raht vnnd Willen der Samblüng / kiesen werden. Id est, Quomodo iudicium Cameræ per Judices & Adsessores constituendum sit. Primo constituatur Judex ex Principum Ecclesiasticorum vel Secularium, aut Comitum & Baronum ordine, & sexdecim Adsessores à nobis, cum consilio & adsensu Ordinum cooptandos. *Titul.* Wie nach abkommen deß Cammerrichters vnnd der Vrtheiler / andere gesetzet werden sollen. Item, So der Vrtheiler einer oder mehr abkommen / so wollen wir zu jederzeit mit Raht vnnd Willen der Churfürsten / Fürsten / vnnd der Samblung / die desselben Jahrs zusammen kommen werden / oder jhre Anwalt an deß / oder derselben statt / andere tügliche Personen setzen: Id est, Quomodo in locum decedentium Judicum & Adsessorum, alij sint subrogandi: Item, si vnus vel plures Adsessorum discedat, cum consilio & consensu Principum & Ordinum eo anno conuenientium alios idoneos substituemus. Item, *tit. fin.* Wie sich Cammerrichter in Declaration halten soll. Item, Wo hernach am Cammergericht vorfiel / daß ferrner Versatzung / vnser Ordnung Satzung / oder Declaration bedörffen würde / dasselbe soll Cammerrichter vnd Vrtheiler jegliches Jahrs an vns / auch vnser Churfürsten / Fürsten / vnnd Versamblung / die desselben Jahrs durch sich selbst / oder jhre Anwaldt / zusammen kommen werden / bringen / damit wir mit Rath vnnd Willen derselben Samblung ferrner darin handeln / zu Förderung vnd Auffnehmung deß Cammergerichts / vnnd Erfindung Rechtens vnnd Gerechtigkeit. Id est,

si imposterum mutatione ac declaratione ordinationis opus fuerit, id collegium Cameræ ad nos & Electores, Principes & Ordines eo anno per se, vel Legatos suos congregatos referant, quo cum consensu & consilio eiusdem, ea quæ ad litium & iustitiæ expeditionem pertinere videbuntur, statuere possimus. Item Ord. August. Anno 1500. *in princ.* Weiter nach dem unser Königlich Cammergericht etliche Zeit/ auß zugefallenen Mängeln / stillgestanden/ vnd nit ganghafft gewesen ist/ hierdurch vns / vnd die Stände deß Reichs dieser Versamblung für mercklich / gut / nütz vnd notdürfftig angesehen / dasselbe widerumb in Wesen zustellen / vnd auffzurichten. Id est, Porro cum Regium iudicium nostrum Cameræ aliquandiu ex causis incidentibus cessauerit, ideoq; nobis & Ordinibus vtile ac summe necessarium visum fuit, vt in locum pristinum restitueremus. Et *tit. fin.* Ordnung vnnd Proceß am Cammergericht dem Regiment befohlen. Item, Was ferrner Ordnung vnd Proceß halben/ deß Cammergerichts nottürfftig/ vnd hierin nicht geordnet vnd versehen ist / befehlen wir hiemit vnserm Reichs Regiment / mit sampt vnserm Cammerrichter vnnd Beysitzern / mit der Zeit nottürfftiglich/ jhres besten Verständnüß zu ordnen / für zunehmen/ zu setzen vnd zu machen. Id est, Quæ porro ad Cameræ & ordinem iudicij hactenus non satis definita, necessaria fuerint, committimus imperij nostri Regimento, cum iudice & Adsessoribus Cameræ prouidendum. Ac licet tam Judicis, Præsidum & Adsessorum constitutio ita sit mutata, vt non à toto collegio imperij cooptentur, sed Cameræ iudice mortuo, vel munere à se abdicato, Cæsar alij munus hoc per se conferat Ord. *part. 1. tit. 4. in princ.* Petr. Denais. *verbo iudicis Cameræ creatio, num. 1.* Ac interim si neminem defunctus adsessorum consensu sibi successorem destinauit, penes Adsessores est ex Comitibus vel Baronibus collegij eligere, qui eo dum munere, dum alius alia vice sufficiatur, vel ipse in officio cõfirmetur fungatur. Ead. Ord. *part. 1. tit. 4.* Quoad Adsessores Cameræ Cæsar duos ex Comitum vel Baronum ordine, qui quod cum iudice Cæsaris præsidendo vices gerant Præsides appellãtur Ord. *part. 1. ti. 1.* §. Nemblich. Pet. Denais. *iur. Cam. tit. 12. verbo Adsessorum nominatio, num. 1. & tit. 2. nu. 24.*

verbo

*verbo Præsidum officium.* Item duos ex Jurisconsultis & respectu hæreditariarum prouinciarum, totidem nobiles Electores singulos, circuli sex binos æquato nobilium & Doctorum numero. Adhæc Electores duos ac circuli sex insuper alios. Recessu August. *1560. §. 79.* So setzen/ordnen/ *& seqq.* Præterea Cæsar ex Comitibus & Baronibus vnum, Electores duos, sex circuli singulos admissis tamen per vices Austriæ & Burgundiæ prouinciis d. Recessu Augustano *66. §. 5.* Dieweil dann auch / *& seq.* licet non pleno iure vt Imperator Judicem, sed & Adsessoribus penes quos est electio instituendos saltem commendent, nominent ac præsentent: Quia tamen ea Electio & institutio nomine, & mandato Cæsaris & Ordinum fit, perinde est ac si vt antea in Comitiis ab vniuerso imperij collegio constituerentur. Quod enim quis per alium facit, idem fecisse videtur, *l. qui iussu, de reg. iur.* Ac nihil interest per se quid Respubl. decernat & constituat, an vero ij quibus decernendi vel constituendi negotium datum est. *l. item. §. 1. Quod cuiusq; vniuers. nom.* Don. *com. iur. ciuil. lib. 1. cap. 6. in fine.* Adsessorum vox hoc loco non de iis intelligitur, quorum consilio tantum Administratores & Præsides vtebantur, sed & ipsi principes (vt Alexandri Adsessorem Vlpianum fuisse legitur apud Lampridium) Baro. *l. 5. de Adsessoribus.* qui & ideo Consiliarij dicebantur, *d. leg. 5. §. hoc à Paulo. de offic. Adsessor. l. 13. C. eod.* De quibus *tot. tit.* & ibi Bart. Paul. de Castr. Alb. de Rosate, *de Adsessor.* & alij infiniti adducti à Schrad. *intit. Feudali, part. 10. sect. 13. in verbo Adsessorum, num. 2.* Sed qui cum iudice mandata Cameræ iurisdictione funguntur. Non tantum enim Judici assident, sed iuris quoq; dicendi ac decernendi potestatem habent, ex legibus constitutionibusque publicis & probatis consuetudinibus. Ord. *part. 1. tit. 13. in princ. & §.* Weiter setzen. Petr. Denais. *iuris Cam. tit. 10. verbo Adsessorum munus.* Idem habet forma iuramenti Judicis & Adsessorum. Ordin. *part. 1. tit. 57.* ita quod maiori eorum parti videatur, vel si inter se æquali numero dissentiant, cui parti iudex adstipuletur, ius faciat, ideoq; non Beysitzer / sed Vrtheiler / non Adsessores, sed Judices principio appellati sint. Ord. Wormat. Anno 1495. *tit.* Wie das Cammergericht mit Richtern/

vnd Vrtheilern/vnd Beysitzern. Et Ord. *part. 1. d. §.* Weiter sollen: Etiam indistincte Vrtheiler & Beysitzer appellantur, *part. 1. Ord. ti. 13.* §. Nach dem. Et generali nomine Judicum, der Vrtheiler/ tam iudex quam Adsessores appellantur Ord. *par. 1. ti. 51. in pr.* Item *tit. 535.* Darauff sollen. & *§ seq.* Cuiusmodi non Adsessores tantū sed collegæ Judicum vel Prætorum, quos vulgo Scultetos indigitamus, sunt Scabini in iure nostro Saxonico, de quibus *art. 39* & ibi gl. *art. 69. art. 81. art. 82.* Landrecht. *li. 3.* Item in iure municipali, vulgo Weichbildt & iuris feudalis locis adductis à Schrad. *d. part. 10. sect. 13. verbo Adsessor. in fin.* Inde etiam est quod Cameræ iudicium perpetuo non solius Imperatoris, sed Cæsaris & imperij iudicium nuncupetur. *Ord.* 1. Worm. an. 1495. Vnser vñ deß H. Reichs Cammergericht/ Handhabung Friedens/ Rechtens/ vnd der Ordnung. Et eod anno *tit.* Der Königlichen May. Verbindung/ ibi: Als wir vnser/ vnd deß H. Reichs Cam̃ergericht. Idem habetur capitulatione Cæsaris Rudolphi II. §. Wir sollen vnd wollen/ vbi: Nach Außweisung deß H. Reichs in obbemeltem 55. Jahr/ reformirter Cammergerichts Ordnung. Cui adde quod & communi sumptu & contributione Ordinum Imperij sustentetur collegium, Ord. *part. 1. tit. 42.* Gail. *1. obs. 41.* Praeterea non tantum διχαιοδοσία, sed & νομοθεσία de ordinatione & processu cameræ. Item, Visitatio, Syndicatio personarum, Reuisio sententiarum cameræ non ad solum Imperatorem, sed cum eo ad Ordines coniunctim pertinet, Ordinat. Worm. an 1495. Wie sich Cam̃errichter in Declaration halten sollen. Item Ordin. Aug. an. 1500. *tit.* Ordnung vnd Proceß am Cammergericht dem Regiment befohlen. Ord. anno *1555. tit. 35.* Von Reuision vnd Besichtigung der Acten / vnnd gesprochenen Vrtheil am Keys. Cammergericht auch Syndicat der Vrtheiler. De plerisq; his replicant quoq; Legati Electorum Politicorum, Palatini, Saxonis & Brandenburgici in Grauaminibus Rudolpho II. an. 1590. propositis his verbis: Daß auß der Cam̃ergerichts Ordnung vñ Reichs Constitution / auch dem kündlichen herbringen offenbar / daß Herrn Cam̃errichter vnd Beysitzern jhre Jurisdiction von E. K. May. auch Churf. Fürsten vnd allgemeinen Ständen deß Reichs/ samptlich haben. Jnmassen dieselben von E. Keys. May. vnd den Ständen/ wie die

in vn-

in vnterschiedlichen Kreissen gesessen/ præsentiret vnd erhalten haben/ vnd jhrer Ordnung nach/ visitirt werden/ auch ermelte Cam̃errichter vnd Beysitzer/ jederzeit jhre gehabte dubia an E. Keys. May. vnd gesampte Stände/ als statuentes gelangen lassen/ vnd Außschlages begeret. Id est, Ex Ordinatione Cameræ & Imperij constitutionibus ac re ipsa manifestum est, Judicem & Adsessores cameræ iurisdictionem à Maiestate tua, ac Electoribus, Principibus & Ordinibus vniuersis coniunctim tributã habere, vtpote qui à Maiestate vestra, & Ordinibus vniuersis præsentantur, sustentantur & ordine visitantur, semperq; Judices & Adsessores dubia quæ obuenerunt, ad Maiestatem tuam, & Ordines simul tanquam statuentes retulerunt, eorumque Decreta expectarunt. Quæ etiam confirmari videntur iis quæ scripsit Mynsingerus *consil. 24. numero secundo, versic. præmitto pro indubitato*, quod Camera alias habeat iurisdictionem ordinariam non delegatam, tum quia eam obtinet à lege scripta nempe constitutione Statuum imperij, tum quia à Romano principe. Et Gail. *obser. 42. n. 3. vers. Sed Camera est consistorium summi Principis, nimirum Imperatoris, habens cum eo ex contractu publico & conuentione Statuum concurrentem iurisdictionem.* Idem affirmat autor Informationis Donavvertensis *parte prima, fol. 154. ex titulo trigesimoquinto, parte secunda, Ordinatio. Cameræ*, ex quo sic infert: Weil in dicto titulo gemeldet wird/ daß die Keyserliche May. mit sampt den Churfürsten/ Fürsten vnd Ständen/ das Cammergericht bewilliget vnd zugelassen/ vnnd also demselben die Ordnung/ Macht vnnd Gewalt/ nicht nur Jhre Mayestet allein/ in Krafft einer Vniuersal Jurisdiction/ sondern vielmehr mit den Ständen samptlich gegeben/ vnnd anbefohlen haben: Darauß vber voriges noch weiter zuschliessen/ da diese concessio cumulatiue zuverstehen were/ so müste die concurrentia nicht der Keyserlichen Mayestet allein/ sondern auch den Ständen/ als gesampten concedentibus gehören/ vnd solche vnter jhnen nicht getrennet/ sondern gemein seyn/ Ja es köndten Jhre Mayestet/ solche iurisdictionem concessam à Camera auocirn/ vnd wider an sich nehmen/ welches aber angeregter Disposition *parte tertia, titulo 35.* vnnd denen overall in ordinatione hingesetzten so scharpffen

clausulis obligatoriis & derogatoriis è diametro zu wider were/ auch bißhero von jhrer Mayestet niemaln begert worden. Id est, Cum illo titulo referatur, quod Cæsar cum Electoribus, Principibus, ac Ordinibus in cameræ constitutionē consenserit, eiq; potestas & munus quod sustinet non à solo Cæsare, sed cum Ordinibus coniunctim data sit. Et Autor deß gründlichen Unterrichts. *fol.* 5. Wenn man sich schon allein wegen einer Form deß Gerichts verglichen hette/ so ist doch solche forma substantialis & perpetua, auch Krafft derselben die administratio der Keyserlichen Jurisdiction/ in iudicialibus so zu Speyer gehalten wird/ committirt vnd auffgetragen worden. Id est, Etiamsi de forma saltem iudicij conuentum esset, ea tamen est substantialis & perpetua, & vi eius administratio iurisdictionis Cæsareæ cameræ Spirensi commissa est. Et *fol.* 48. Wie dann in der Cammergerichts Ordnung außtrücklich gemeldet stehet/ daß die Beysitzer von der Keys. May. Churf. Fürsten vnd Ständen deß Reichs/ an solche hohe Justitien verordnet/ vnd an jhrer statt sitzen. Ord. *part.* 1. *tit.* 8. Id est, Quemadmodum in ordinatione cameræ diserte relatum est, Assessores à Cæsare, Electoribus, Principibus ac Ordinibus imperij excelso illo loco iustitiæ constituti, & vicem eorum sustinent. Cum igitur ea sit natura iurisdictionis & imperij Regij, vt Rex non solum id per se exercere, sed & aliis absq; populi vel Optimatum consensione mandare possit: Jurisdictionem autem cameræ non à Cæsare tantum, sed ordinibus coniunctim tribui ex præmissis manifestum esse videatur. Quantumuis respectu concedentium cumulatiue data censeatur iurisdictio Cameræ, cum ea concursum iure communi reseruatum, non ad solum Imperatorem, sed vniuersum collegium pertinere videtur.

47. Idq; Decimoquarto inde † etiam confirmatur, quod in constitutionibus imperij, quando fit mentio iustitiæ, & iudiciorum imperij, ea de sola camera accipiatur nulla fere addita tribunalis aulici memoratione, vt Ordinat. 1. Maximiliani I. Wormatiæ Anno *1495. in princ.* Wir haben auß beweglichen Ursachen einen gemeinen Landfrieden/ durch das H. Römische Reich vnnd Teutsche Nation auffgerichtet/ vnd zuhalten gebotten/ vnnd weil derselb ohn

redlich

redlich Ehrbar vnd fürderlich Recht / schwerlich im Wesen bestehen mag / darumb auch gemeinem Nutz zu Beförderung / vnnd zu Notturfft ewer aller / vnser / vnd deß H. Reichs Cammergericht / mit zeitigem Rath / ewer der Churf. Fürsten / vnd gemeiner Versamblung auffgerichtet. Et in constitutione eiusdem Maximiliani I. inscripta, Handthabung deß Friedens. Wormatiæ eodem Anno 1495. *in princ.* Wir Maximilian / ꝛc. Als wir auß mercklichen anligenden Nothsachen / zu gemeinem / der Christenheit / deß Reichs / vnd aller Stände / Nutz vnnd Förderung / einen gemeinen Frieden im Reich / vnd vnser Cammergericht auffgerichtet. Item Ordin. Regimenti August. Anno 1500. *in princ.* Wie vnd wo vnser / vnd deß H. Reichs Gerichte hinfüro soll gehalten / auch Fried vnd Recht soll gehandhabt werden. Pet. Denais. *tit. 54. num. 1.* vbi pacem imperii publicam, iusq; & iustitiam Cameræ tribunali dehinc contineto. Item quando fit mentio iudicij imperij, ea tantum ad iudicia ordinaria inferiora & cameram, & non ad iudicium aulicum refertur. Recessu Colon. Anno 1512. §. Vnd nach dem. *vers.* Darumb vbi. Daß die Kläger oder Beschuldiger / macht vnnd recht haben sollen / dem Verdachten sein zuschieben / vnd Enthalter an das verdacht ordentlich Gericht / oder an vnserm Keys. Cammergericht / vnverhinderlich vorzunehmen. Item §. Wo aber jemand den andern beschuldigen / vnnd jhnen deß weisen wolte / daß mag er auch an ordentlichem Gericht / dahin solche Sache gehöret / fürnehmen / daselbst jhm auch förderlichst geholffen werden solle / wo aber jhm solches versaget / vnd jhm nicht geholffen werden wolte / soll er macht / solches an vnserm Keys. Cammergericht zu suchen / vnd vorzunehmen / haben. Item §§. *aliquot. seqq.* Item Ordin. Cameræ Caroli V. Wormatiæ, Anno 1521. *in princ.* Recessu Augustano, Anno 1559. §. Wann wir nun allbereit vorgemeldten Punct vnd Articul halben / die Justitien / vnd vnser Cammergericht betreffendt. Recessu Ratisbon. anno 1576. §. Als wir dann auch vbi. von deß H. Reichs Justitz / an vnserm Keys. Cammergericht / Autor deß gründlichen Vnterrichts / *fol. 21. & 26.*

Decimoquinto, Si duo ista † iudicia in imperio admittantur, 48
neminem sibi de iure suo obtinendo polliceri posse, cum Camera secundum ordinem & formam præscriptam iudicare cogatur,

tur, Senatus aulicus vero ad eam non est adstrictus, & si aliquo ordine diuerso tamen à Camerali vtitur, ac de simplici ac plano sine aliquo strepitu iudicij leuato velo procedere potest. Autor deß gründlichen Berichts/*fol.* 39.

49 Decimosexto, Cameram † eiusque ordinationem inferioribus iudiciis, tanquam speculum proponi: Ergo non Senatum aulicum, sed cameram potissimum spectandam ex Recessu deputat. Spirensi anno 1600. §. Dieweil aber hiebey. *fol.* 8. Autor deß gründlichen Berichts/*fol.* 19.

50 Decimoseptimo, Denique perire sumptus † & impensas omnes in cameræ sustentationem collatas, si Senatui aulico concursus ita affectatus, cum ea in iurisdictione permittatur. Autor deß gründlichen Berichts/*fol.* 40. & 41.

51 Decimooctauo, Controuersiæ † de pace Religionis, secundum notorium cameræ stylum ita tractantur, vt ad eas tractandas vtrique Religioni addicti pari numero adhibeantur, quod in aula fieri non potest: Ergo non ferendum iudicium aulicum. Autor deß gründtlichen Unterrichts / *folio trigesimo-quarto.*

52 Decimonono, Allegatur † Articulus Grauaminum Germanicæ nationis, contra Pontificem Cæsari exhibitorum, Anno millesimo quingentesimo quinto, qui testatur cameræ iudicium ad iuris & iustitiæ administrationem in imperio constitutum his verbis: Nun gesetzet / Es seyen in Teutschland mehr vnd grössere Einkommen auß dem Feldtwercke / auß dem Bergwercke / vnnd Zöllen / so haben doch Ihre Keyserliche Mayestet vnnd andere Fürsten / auch vonnöhten einen Schatz vnd Ader zum Krieg / wider jhre Feinde / sonderlich die Ungläubige Heyden vnd Türcken / vnd zu Erhaltung Fried in Teutschlandt / vnd letztlich auch zu Handhabung der Gerechtigkeit / daß sie jederman widerfahre / dazu dann deß Reichs Cammergericht mit grossem Unkosten / selig vnd heilig auffgerichtet / gar dienstlich vnd nützlich. Id est: Vt habet Goldasti versio *in rationali constitution. Imperialium, folio centesimo vigesimo.* Esto quod in Germania maiores essent, ex agris, ex mineris, ex telonijs obuentiones, indigeret tamen Cæsarea Maiestas & cæteri

cæteri Principes thesauro & neruo belli, contra hostes præcipue infideles, & ad conseruandam in Germania pacem atque ad iustitiam cuique, ad quod Consistorium Regalis Cameræ cum magnis impensis sancte institutum maxime deseruit. Ex qua clarissima dispositione Cæsaris & Ordinum hanc quæstionem in terminis definiri aiunt. Et cum hic habeamus certum & publicum testimonium Statuum, coniecturis scrupulosis nihil opus esse, contra expressam enim legem insurgere nihil aliud esse, quam ex errore in errorem duci *Argumento leg. Sancimus, Cod. ad Trebellian.* Decisiones autem quæ sunt in terminis esse securiores, & ibi cessare omnia argumenta in contrarium. Ideoque laborandum vt inueniamus decisionem in terminis: quia talem inuenire esse eius qui per fundum vadit, & non circa ripas hæret, ex Alberto Bruno *in tractatu Statutorum, artic. 6. quæst. 2.* Homero à Justiniano allegato *in §. æque, Instit. de Act.* Alex. *in l. sed etsi quis, §. si quis caut.* Felin. *in c. cum ordinem de præscript.* Verba sunt omnia Autoris deß gründlichen Unterrichts / *fol. 17. & 18.*

Idque Vigesimo testari † obseruantiam ordinationem secutam, quotiescunque post institutum hoc cameræ iudicium aliquid, quo ordinationi derogari videtur tentatum ei perpetuo contradictum fuisse, eiusque rei memorabile exemplum extare *in consilio* Zasij *10. libr. 2.* Quod nempe vigore huius ordinationis cameralis Secretarius Cæsaris, eo tempore regnantis à camera in ius vocatus, & per sententiam condemnatus. Et licet post latam sententiam varia mandata contra hunc cameræ processum, per sub & obreptionem obtinuerit: Cæsarem tamen plenius de causæ statu informatum loco Secretarij sui solutione summæ alicuius pecuniæ ipsum paruisse, & sic omnia acta & actitata ratificasse & confirmasse, idque verisimiliter factum non fuisse, si in aula aliud iudicium coram quo Secretarius ille conueniri potuisset, extitisset, idem Autor deß gründlichen Unterrichts / *fol.* 40. 53

Cum iis quoq; † Vigesimoprimo, consentire decretum Rudolphi II. ad Senatum aulicum, Anno *1596.* quo absq; discrimine 54

personas

personas & causas omnes ad aulam trahi maxime improbasse dicitur. Idem Autor deß gründlichen Vnterrichts/*fol.* 40.

55 Quanquam Vigesimosecundo, negare † non possint, post institutum cameræ iudicium multas causas ordinationi non reseruatas in aula Cæsarea iudicatas, & etiam hodie ibidem tractari, adserunt tamen id vel tacita vel expressa partium prorogatione factum: Nemini autem iurisdictionem Cæsaream prorogare esse prohibitum. Autor deß gründlichen Vnterrichts/*fol.* 51.

56 Vicesimotertio, Ad id † quod *libr.* 2. *cap.* 5. *num.* 32. diximus, ideo quoque Cæsarem à se iurisdictionem non abdicasse intelligi, quod post institutum & remotum ab aula iudicium cameræ in multis, ac inter alia priuilegia de non appellando concedendo præiudicarit. Respondet Autor ex diuersis nihil inferri: Maius enim & amplius quid esse concessionem priuilegiorum, quam iurisdictionem. Hæc enim & alia huiusmodi reseruata & superioritatis iura, quæ Maiestatis propria sunt, Cameræ communicata non esse. Autor deß gründlichen Vnterrichts/*fol.* 25.

## RATIONES DECIDENDI.

His tamen non offendentibus, Cæsarem iurisdictioné cameræ concessam à se non abdicasse, sed ita reseruasse, vt semper cum ea præuentione concurrere possit statuo. Ac vt rem quod in accuratis tractationibus doctissimi plerique faciendum censent à capite arcessamus. Certum est: Quod Imperatores & Reges Romanorum vi ac iure ipso Electionis habeant intentionem fundatam de omnimoda iurisdictione imperij. Primo enim iurant Electores constit. Carolinæ *tit.* 2. *de electione Regis Romanorum.* Ego N. Archiepiscopus Moguntinensis, Sacri Romani imperij per Germaniam Archicancellarius, iuro ad Sancta Dei Euangelia, quod per fidem qua Deo & sacro Romano imperio sum obstrictus, secundum omnem discretionem, & intellectum meum Dei adiutorio eligere volo temporale caput populo Christiano, Regem videlicet Romanorum in Cæsarem promouendum. Et ita perpetuo habet initium capitulationum Cæsarearum. Wir Carl/Ferdinand/Maximilian/Rudolphus, Matchias

thias, Erwehlter Röm. Keyser/ zu allen zeiten Mehrer deß Reichs / in Germanien/ zu Hungarn vnd Böheimb/ Dalmatien / Croatien vnd Sclauonien / König / etc. Et post: Nach dem wir durch ordentliche Wahl/ der Ehrwürdigen / Hochgebornen N. N. allen deß Heyligen Römischen Reichs Churfürsten / zu der Ehr vnnd Würde deß Königlichen Namens vnnd Gewalt erhaben seyn. Nos Carolus, Ferdinandus, Maximilianus, Rudolphus, Matthias, &c. Electus Romanorum Rex, semper Augustus, Germaniæ, Hungariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatiæ, & Sclauoniæ Rex, hisce literis publice testatum facimus, posteaquam Electione ordinaria ac legitima Reuerendorum & generosorum N. N. sacri Romani imperij Electorum, ad dignitatem regij nominis ac potestatis euecti sumus.

Rex autem proprie † dicitur, vt loquitur Philosophus *polit. lib. tertio, capite decimotertio, in fine*, ὅταν πάντων κύριος ᾖ εἷς ἰὼν, quando 56
penes vnum est rerum omnium potestas. Rex enim † κατὰ νόμον, 57
qui legibus definitum ac circumscriptum solummodo habet imperium, οὐκ ἔστι εἶδος πολιτείας. Idem Aristot. *cap. 16. lib. 3. in princip.* In omni autem dispositione verba ipsa, quæ teste Platone
† *in Cratylo* sunt rerum picturæ ac tesseræ spectanda, nec ab 58
eorum proprietate recedendum, nisi de alia mente disponentium constet. *leg. non aliter, de leg. 3. l. cum vnus, de conditio. & demonstratio.* Alciatus *in leg. nepos, verbo sensit. numero nono, de V. S. l. quæ liberis. §. hac verba, de vulg. & pupill.* Menochius *de præsumptio. libro quarto, præs. 178. numero tertio, præs. 62. numero decimotertio, præs. 76. numero octauo, eodem libro.* Et verba in potentiori significatu † ac proprie accipienda esse. Socinus senior *consil. 25.* 59
*colum. 3. versic. non obstat, vlt. libr. 3.* Menoch. *de præsumpt. libr. 3. præs. 39. num. 9.* Et à verbis claris conuentionum † non receden- 60
dum, eaque pro textu ac lege habenda esse *cap. in ciuitate, in verbo ex forma contractus, de vsur. leg. 1. si certum petatur, l. ad probationem, de probat.* Bald. *consil. 343. colum. 2. in fine.* Crauetta *consil. 105. num. 2.* Botta *cons. 48. num. 31. & cons. 89. n. 11.* Et talis conuentio præsumitur, qualis ex verborum forma apparet. *l. fideiussores magistratuum, §. 1. de fideiuss. l. 2. §. vlt. ad Trebellian, l. qui saxum, de donat.* &

 Menoch,

61 Menoch. *de Præs. lib. 3. præs. 105. n. 1. & 2.* Et qualitas † verborum conciliat formam contractus. *l. quoties. C. de suis & legitimis hæredibus. l. si quando. de leg. 1.* Lancelottus Gallia *consil. 84. num. 115.*
62 Magon. *decis. 15. num. 7. cum seq.* Et non tantum † in vltimis voluntatibus, sed etiam in contractibus & legibus idem est expressisse & intellexisse. *l. Titia. §. item respondi. de verb. obligat, l. quemadmodum. §. vltim. ad l. Aquil.* Cuiacius *consult. 15.*

63 Etsi autem secundum formam † Reipublicę præsentem Imperatores non *παμβασιλείαν*, siue Regnum plenum & absolutum, sed in multis partim legibus in creatione dictis quas capitulationem vulgo vocant, partim moribus restrictum obtineant, iurisdictionem tamen vt & alia quædam iura regia ei plane adempta, & in cameram translata Constitutionibus & Actis imperij nus-
64 quam relatum. Imo leges Imperatoribus † ab Electoribus præscriptæ, diserte stipulatum ostendunt, vt ius æquabiliter administret Electus. Schleidan. *de pactis inter Carol. V. & Electores initis lib. 1.* Goldast. *in rationali constit. Imperialium. f. 141.* Idem cautum est capitulatione Rudolphi II. an. *1575.* §. Zum ersten / daß Ihr May. in dem H. Reich / Frieden / Recht vñ Einigkeit pflantzen / auffrichten vnd verfügen sollen / vnd wollen / daß die jhren gebürlichen gang / dem Armen als dē Reichen gewinnen vnd haben / auch gehalten werden soll. §. Was auch die Zeit hero einē jeden Churf. Fürsten / Herrn / vnd andern / oder dero Voreltern oder Vorfahren / Geistliches oder Weltliches Standes / dergestalt / ohn Recht gewaltiglich genom̃en oder abgetrungen / sollen vñ wollen wir der Billigkeit / wie sich zu Recht gebürt / wider zu dem seinen verhelffen / bey solchem auch so viel er recht hat / handhaben / schützen vnd schirmen. Quod Electus Rex in sacro Romano imperio pacem, iustitiam & tranquillitatem procurare & conseruare, quo iis absq; discrimine pauperes ac diuites frui possint. Et, quæ hactenus Electoribus, Principibus ac aliis Ordinibus, vel eorum parentibus, vel Antecessoribus, Secularibus & Ecclesiasticis, sunt vi erepta, dabimus operam, vt secundum iuris ordinem restituantur, & quatenus iure debent defendantur. Et quid opus fuit cautione vel exceptione illa capitulationi Carolinæ, anno *1519.* inserta: Extra fines imperij nullum ordinē in ius vocet:

nisi

nisi in totius imperii territorii personas & causas omnes ius dicendi Imperatori datum, vel id antea in Cameram abdicatiue translatum fuisset.

Quod etiam ante institutam hanc nouam † formam iudicii 65
Anno *1495.* Imperatores ius per consistorium suum antiquum reddiderint, quod & cameræ Cæsareæ vel Regiæ iudicium nuncupatum fuit: in specie Fridericum Tertium, Maximiliani Primi parentem, diuersis locis ac temporibus præsertim Anno *1459. 1463.1464.1465.1471.1473.* Neustadii, Lincii, Viennæ, & alibi illud exercuisse, ac tandem magis solenniter pluribus illustribus viris, præsidibus & iudicibus ad 25. additis quoque Fiscalium & aliarum causarum Patronis vltra 18. Anno *1492.* constituisse, eique paulo ante obitum præsedisse. Maximilianum quoque primum defuncto parente, idem iudicium camerale ordinato iudice Episcopo Patauiensi, & nouem Adsessorib. constitutis, Ratisbonæ habendum cōstituisse, idq; postea variis in locis Spiræ nimirum Coloniæ, Mechliniæ, Traiecti & Antuerpiæ celebratū fuisse, ex Historiis refert Christianus Barth. *in Epistola Dedicatoria præmissa sententiis Cameralibus.* Et memini me in actis Illustrium quondam Principum Hennenbergensium, videre sententias in iudicio camerali Vratislauiæ & Graicii anno *1420.* latas.

Id quoque in genere † confirmatur Decreto Comitiorum 66
Augustanorum anno 1566. §. Vnd nach dem. Vbi Imperator vocatur das Ober Haupt im heyligen Reich. Supremum Caput Imperii. Et Decreto Spirensi anno 1544. §. Als wir aber / vbi: Daß wir für Vns selbst/ vnd auß vnserer Keys. Macht/ Vollkommenheit. Id est: Ex Cæsarea potestate ac plenitudine. §. Als wir nun. *Versic.* Wir wöllen als Römischer Keyser/ vnd das Ober Haupt im heyligen Reich. Id est: Tanquam Imperatorem & supremum imperii caput ratione officii Cæsarei pacem Religionis & publicam defensurum & ius suum cuique saluum & integrum maneat curaturū effecturumq; esse.

Quod si ad duos tantum casus, violatæ nimirum pacis publicæ, & Ducatuum & Comitatuum Imperii feudorum iurisdictio Imperatoris restricta esset, tunc mens Ordinum fuisset hanc nō

tantum generalem, sed in specie maxime præiudicialem, de iure nimirum in causis ad pacem Religionis pertinentibus, reddendo dispositionem Decretis publicis inseri proculdubio non fuissent passuri.
67 Idem probatur † in Cæsaris & Ordinum declaratione, deß Landtfriedens/ Norībergæ edita Anno 1522. *Tit.* Wann jemandts einen von Schult erlangter Rechte/ in verbis: Oder daß sonst den Vrtheiln/ Executorialn Mandaten/ vnd Gebotten/ so rechtmässiger vnnd gebührlicher Weise/ von Vns/ vnserm Regiment/ oder Cammergericht außgehen. Quæ dispositio generalis de exequēdis sententiis executorialib. & mandatis Cæsaris Regimenti. & Cameræ plane inepta, & superuacanea fuisset, si Cæsar post institutum & remotum ab aula Cameræ iudicium, extra causas violatæ pacis publicæ, & Ducatuum, & Comitatuum nullam iurisdicendi potestatem habuisset.
68 Certum est autem mutationem, † vt accidens quoddam non præsumi, *l. 1. §. qui pro rei qualitate, qui satisd. cog.* Menoch. *libro 4. præs. 165. numero tertio. & præs. seq. numer. 27. & consil. 1. numero 121.* Et talis quoque hodie quis esse præsumitur qualis olim fuit. Ex
69 præteritis enim æstimantur † præsentia, vt ait Quintil. *libro 5. Instit. Orator. cap.* 10. & Cicero *in Orat. ad Senatum post reditum.* Non potest. quisquam repente vita mutari aut natura conuerti, Menochius *libro primo. præs. 32.* Et res in dubio potius præsumitur retinere suum esse, quam de nouo in nouam qualitatem mutari, *leg. patre furioso. de his. qui sunt sui vel alien. iuris.* Zasius *in leg. mora. de iurisdict. omn. iudic.* Mynsing. *consilio 24. numero 16. decis. 3.* Cuiacius *consultat. 4. lit. E.* Et dominium vel ius, quod quis olim habuit, etiam hodie habere præsumitur, Baldus *in leg. minorem. in fine. Cod. de in integr. restitut. minor.* Idem *in leg. ex persona, numero 6, Cod de probat. leg. qui adulterii Cod. de adult.* Corn. *consilio 9. consi. 24. numero quarto. libro tertio.* Ruin. *consilio 14. numero 10. libro 4.* Alciatus *de præsumpt. reg. 2. præs.* 20. Menochius *de præs. libro sexto. præs. 62. numero secundo. & seq.*

Imo, quod eo ipso anno, quo postea præsens forma iudicii introducta est, more veteri iudicium aulicum habitum sit ab eodem Maximiliano Wormatiæ, refert Christianus Barth. d. præ-

fatione

ſatione ad ſententias Cameræ. Et præterea, quod tempore inſtituti † iudicii Cameræ præſentis, iuriſdictio omnis apud imperatorem fuit, argumento eſt, quod eatenus tantum illi renunciarit, ne videlicet cauſas à Camera iam cœptas auocaret & inhiberet, item ne inde per appellationem ad ſe deuoluerentur, Receſſu Wormat. An. *1521. Tit.* Daß dem Cammergericht ſein ſtracker Lauff gelaſſen werden ſol/ curſum Cameræ non ſiſtendum, vbi diſerte dicitur: Ihre May. haben ſich deſſen begeben. Id eſt: Cæſarem in eo iuri ſuo renunciaſſe. 70

Renunciatio autem & priuatio † præſupponit habitum, & nihil eſt in priuatione, quod non prius fuit in habitu *princip. Inſtitut. de libertinis. leg. Titio vſusfructus. de condit. & demonſtrat. leg. Iulianus. de diuortiis. cap. ad diſſoluendum. de deſpons. impub. leg. decem. de verborum obligation leg. manumiſſiones. de iuſtitia & iure.* Carentia enim ſunt habentium, vt dicit Baldus *in l. licet. in 3. oppoſit. Cod. locati.* Et reuocatio præſupponit præexiſtentiam *deciſ. Pedamont. 85. numero 12.* Mynſing. *reſp. 24. numero 20. decad. 3.* Menoch. *de præſ. libro 4. præſ. 83. numero 12. & libro 6. præſ. 61. numero 4.* Natta *conſi. 373. numero 25. tom. 2. tit. 1.* Decianus *conſilio 10. numero 8. volum. 1. & conſilio 31. numero 3. volum. 2.* Surd. *conſilio 51. numero 57.* Schrad. *conſi. 13. nu. 272.* Etſi autem à Maximiliano Primo Anno *1495.* cum conſilio Electorum & Ordinum iudicium Cameræ inſtitutum, ad hæc vſque tempora continuatum, eique potiſſima pars iuriſdictionis Cæſareæ conceſſa ſit, id tamen non alio, quam mandati iure factum eſſe conſtitutiones † omnes imperii de eo latę oſtendunt, & ſi vlla de eo eſſet ambiguitas, infinitis receſſuū imperii locis probari poſſet. Et ſatis de eo conſtat, ex *part. 1. ord. tit. 123. & 4.* Pet. Denaiſ. *iuris Cameræ, verbo Adſeſſorum 12.* Guilielm. Roding. *Pand. Cam. lib. 4. tit. 2. & 3.* 71 72

De mandata autem iuriſdictione † ius vetus, quo nimirum concedens iuriſdictioné, non totam, vel quoad primum iudiciū à ſe abdicaſſe, ſed ita communicaſſe intelligatur, vt non tantum ſumma poteſtate priuatus eſſe non cenſeatur, ſed etiam cum iis quibus mandata eſt iuriſdictio, ſiue anticipando, ſiue concurſu, ſiue auocatione concurrere poſſit, etiam hoc tempore obtinere 73

supra *lib.1.cap.29* prolixe ostendimus. Ex officii enim concessione
74 nullum † transfertur ius aut possessio, sed nudum tantum exercitium & administratio loco ac nomine mandantis, vt nec inter-
75 dicta possessoria † in eo locum habeant, itaq; mandantes cum mandatariis concurrere, eamque pro arbitrio ab iis auocare possunt, textibus & autoritatibus à nobis deductis, *d. cap. 29. numer 9.*
76 Et nisi mandatum † expresse priuet Ordinarium, vterque procedit & locus est præuentioni, vt is præferatur, qui prius præoccupauit cognitionem *l. si quis postquam. de iudic.* Castrens. Berous *cons. 22. num. 26. vol. 1.* Bossius *in tit. de foro compet. num. 79* Roland. à Valle *cons. 80. num. 1.* Decius & Cagnol. *in leg. in toto iure, de reg. iur.* Surdus *cons. 56. num. 19.* Autor ad Edictum Regis Franciæ, *de iurisdictione iudicum præsidialium Anno 1550. promulgatum,* in verbo, *subalternis num. 2.* Cum iurisdictio inferiori tribuitur, non fit causa minuendę potestatis iurisdicendi, quæ est in magistratibus, quin id fiat per modum coniunctionis, hoc est, vt vterque possit iudicare, ideo alter alterum potest præuenire ex Bal. *consi. 253.* incip. *visis actis*, adeo vt si sit ambiguum à quo præuentio sit facta, superioris potior sit causa propter dignitatis præcellentiam, *c. si à sede. de praeben. lib. 6.*

77 Imo, quod magistratus † in genere mandando iurisdictionem etsi velint prorsus à se non abdicent & amittant, probat eleganti hac ratione Donell. *com. iuris ciuilis. lib. 17. cap.* 8. Quod magistratus ita sit honor, vt etiam sit administratio Reipublicæ munus in se continens, quod vt ab initio detrectare non habeat ita semel susceptum non liceat deponere, cum facilius aliquid repudietur re integra; quam semel constitutum soluitur, *l. pater. de his, qui sunt alieni iuris.*

78 Et quod ea, quæ personæ † cohærent, cuius generis sunt magistratus & iurisdictio omnis magistratui attributa ex eo, quod in magistratu eligatur prudentia æquitas virtus nemo à se abdicare possit. *§. finitur. Institut. de vsufructu. §. 1. & seq. Institut. de vsu & habit.*

79 Et de Imperatore † in specie, quod cum Augustus denominetur augere debeat imperium nō imminuere, non possit potesta-
tem

tem, quam habet à sese abdicare, sed communicare saltem assumendo alios in partem solicitudinis post Baldum, Alexandrum, Paulum de Castro, Angelum, & alios Natta *consilio 040. numero sexto.*

Cæsar autem, vt antea diximus concurrenti† iurisdictioni suę 80
cum Camera non vniuersaliter, sed certis casibus communicatæ non in totum, sed quantum ad lites in iudicio Camerali iam motas & inceptas renunciauit *tit. 35.* Daß dem Cammergericht sein stracker Lauff gelassen werden solle/ desumpta ex tit. Ordina. Wormatiensis an. 1495. *Tit.* Das Cammergerichte sol seinen stracken Lauff haben. Et vitiosa est lectio pro stracker / starcker Lauff / vt est in vulgatis exemplaribus: id est, vt explicatur in nigro: Daß dem Keys. Cammergericht/ vnverhindert einiger Restitution/ Supplication/ Revocation/ oder anderer Suspension vnnd Auffschlag / sein freyer/ stracker/ vnverhinderter Lauff gelassen / vnnd darwider nichts gegeben werden solle/ vnnd ob etwas dem zuwider / außgehen oder erlanget würde / dasselbe sol Vnbündig / Krafftloß/ vnd Nichtig gehalten werden. Id est: Ne qua ratione ac via restitutionis, supplicationis, auocationis, vel alterius impedimenti, cursus Cameræ turbetur: Quicquid porro aduersus ea edicetur elicieturve, id irritum, cassum nullumque esto. Et quod tantum de litibus iam currentibus, non autem de nondum incœptis sint intelligenda manifeste declaratur Recessu Ratisbonensi anno 1541. §. Vnnd was betrifft / die Acten vnd Proceß / so bißhero in Religions- vnd andern Sachen/ an vnserm Keys. Cammergericht/ anhängig gemacht/ vnd ergangen seyn/ dieselben Acta vnnd Proceß wöllen wir zu Erhaltung Friedens Recht / vnnd Einigkeit im heyligen Reich / Teutscher Nation/ vnd auß vnser Keys. Macht / Vollkommenheit / so lang biß das gemeine National Concilium, oder dieser Sachen ein gemeine Reichs Versamblung/ wie obstehet/ gehalten werden/ suspendiret vnd eingestellet haben/ wie wir dann dieselben hiermit suspendirn vnnd einstellen. Et §. Vnd damit ausserhalb obgemelter suspendirter Sachen ein jeder gegen dem andern Rechts bekommen möge: So meynen vnd wöllen wir/ daß vnser Keys. Cammergericht im heyligen Reich/ vnnd wie das durch Vns/ gemeine Stände. Id est: Quantum ad acta &

pro-

processus in causa religionis, & aliis in imperiali Cameræ nostrę iudicio inchoatos pacis ac tranquillitatis publicæ in sacro imperio Germanicæ Nationis conseruandę causa, ex plenitudine potestatis nostrę Cæsareæ, vsque ad concilii Nationalis, vel vniuersalis imperii conuentus indictionem suspensos esse voluimus, & hoc ipso suspẽdimus. Et vt ex cœptis causis hisce suspensis, quilibet ius suum consequi possit, statuimus, vt Camerę nostræ iudicium, quemadmodum à nobis & ordinibus in proximis comitiis institutum est, suum obtineat vigorem, illique ab Electoribus, Principibus, & Ordinibus pareatur, nec cursus eiusdem sistatur. Non aliter quoq; hos textus intelligunt Ordinationis interpretes: Quod nimirum nec imperator ipse, lites in Camerali iudicio pendentes, ad se auocare, neque camerę iurisdictionem & processum impedire possit. Gail. *obs. lib. 1. obs. 41. num. 3.* Quod imperator nõ possit causas in iudicio camerę imperialis Spirę pendentes, ad se auocare, & eis mandare, vt porro in causa non procedant, quia obstat Ordinatio, daß dem Cammergericht sein stracker Lauff gelassen werden sol / id est: ne cursus iudicii Cameralis impediatur, Guil. Roding. *Pandect. Cameral. de iurisd. lib. 1. tit. 3. nn. 8. & 9.*

81 Certum est autem, exceptione facta † in vno casu, & secundũ certas qualitates, in aliis omnibus seruari regulam generalem *l. 1. de reg. iur. l. in his. l. quod vero. & l. ius singulare. de ll.* Roman. *consil. 377. n. 8. & consi. 165.* Dec. *in l. 1. n. 23. de reg. iur. & consi. 656. n. 6. & 7.* Socin. Iun. *consi. 34. lib. 1. & consi. 50. nu. 13. lib. 3.* Menoch. *consi. 14. num. 29. & cons. 148. nu. 32.*

82 Et quod renunciationes † sint strictissimi iuris, & stricte, non extensiue interpretanda, Tiraquell. *in l. si vnquam. in princ. num. 174. vers. adde & quod scripsit. C. de reuocat. don.* Natta *consi. 78. num. 5. volum. 1.* Hieron. Gabriel. *consi. 605. num. 5. lib. 4.* Tib. Decianus *consi. 21. num. 75. lib. 1.* Riminald. Iunior *consi. 393. nu. 2. lib. 4.* Fab. Turret. *consi. 62. num. 22. in fine.* Boccius *consi. 106. num. 45.* Surdus *consilio 172. num. 15.* Et in ea non veniant, nisi expressa, Calderinus *consi. 5. An habens beneficium curatum. circa fin.* gl. *in c. sane, in verbo sustinere. in fi. de renunciat.* Nemo enim præsumitur donare, & iactare suum, præcipue

cipue Imperator *l. si quis delegauerit, de nouat. leg. cum indebiti. de probation.* Natta *consilio 78. numero 5.* Surd. *consi. 73. numero 15. consil. 133. numero 28.* Fuluius Pacian. *consi. 133. num. 87.* Menoch. *consi. 197. numero 71.* Et maxime contra eum, qui illi innititur interpretanda Hieron. Gabr. *consi. 60. num. 6. & 7.* Botta *d. consi.* Ita vt potius nihil operetur; quam vt fiat interpretatiò contra voluntatem renunciantis Felin. *in c. solitæ. col. 4. vers. in quantum.* gl. & Dd. *de maioritate & obed.* Ful. Pacian. *cons. 133. nu. 93.*

Cum itaque Imperator iurisdictioni concurrenti cum Camera in vno saltem casu, litium nimirũ ac processus in Camera iam cœpti, renunciarit, ad causas nondum cœptas, quin in eis liberũ actori vtrubi agere velit, salua præuentione, extendi non potest. Cui etiam adminiculatur Ord. Wormat. Anno 1495. *versi. fin. tit.* Wie Prælaten/Graffen/Freyherrn/vnd andere/ vbi dicitur, mit diesen Ordnungen vnnd Satzungen/ sol sonst niemandt sein Obrigkeit/ Priuilegia, vnd Freyheit benommen/oder abgeschnitten/ sondern vorbehalten seyn. A qua reseruatione † cuius ea natura est, vt tueatur 83
& conseruet ius reseruantis, Cephal. *cent. 441. nu 99. lib. 3.* Cacher. *cons. 3. num. 7.* Beccius *cons. 34. nu. 23.* Quæ tacite etiam, absque vlla verborum † expressione, Principum & aliorum concessionibus 84
inesse censetur Alb. de Rosate *in l. quæcunque. nu. 34. de offic. eius, cui mandata est iurisd.* Sola *ad constit. Sabaud. in proœmio gl. 3. nu. 37.* Natta *cons. 487. numer. 12.* Surdus *cons. 47. numer. 38.* Knich. *de iure territorii. cap. 3. num. 306. & seqq.* Imperatorem (qui est & dicitur † supre- 85
mus Dominus Principum, & Ordinum, & caput imperii, der Oberste Herr im Reich/ Reformatione Friderici Anno 1442. Auch Vns/ als einem Römischen Könige/ vnnd einem Obersten Herrn. Ordinat. Constantiens. Anno 1507. *Titul.* Wann gegen Mächtigen Gewalt. Ibi: Vns/ als das Oberste Haupt vnnd Herrn. Anno 1566. Als Wir nun. *Versic.* Wiewol als Röm. Keysern/ vnnd das Ober-Haupt im Reich. Recessu Deputat. Erphord. Anno 1567. §. Vnd als darneben bedacht. *Versic.* Daß sie im Namen/ vnd von wegen Vnser/ als Röm. Keys. vnnd das Ober-Haupt/ excludi, nemo sani iudicii affirmabit.

Etsi de veteribus Imperatoribus, an nimirum iurisdictionem à

86 sese abdicarint, vel retinuerint, aliquo modo † ambigeretur: Passauiensis tamen transactio, Anno 1555. de constanti suæ aulæ Cæsareæ iurisdictione, luculentum præbet testimonium §. Demnach sol die Erledigung. Ibi: Daß der Keyserliche Hoff-Rath/ so deß Reichs/ vnd der Stände gemeine vnd sonderbahre Sachen berathschlagen/ vnd erledigen. Senatus aulicus, qui in publica imperii negotia, & causas singulares statuum deliberat, & diiudicat.

87 Idem diserte † ostenditur Ordinatione Politica Anno 1577. *Tit. 35.* Von Buchtruckern/ Schmeheschrifften/ schmehelichen Gemählten/ Gedichten/ vnd Anschlägen. §. Wo aber einige Obrigkeit/ wer die were/ oder wie sie Namen haben möchte/ in Erkündigung solcher Dinge/ oder so es jhr angezeiget/ darinnen Fahrlässig handeln/ vnnd nicht straffen würde/ als dann wöllen wir Keyser Maximilian/ selbst wider dieselbe/ auch den Dichter/ Trucker/ oder die Buchführer vnd Händeler/ vnd Verkauffer/ Ernstliche Straffe vornemmen lassen/ auch den Dichter/ Trucker/ oder die Buchführer/ Händler/ vnd Verkauffer Ernstlich straffen/ oder aber sol vnser Keyserlicher Fiscal/ Amptswegen/ dargegen auff gebührliche Straffe procediren/ welche Straff nach Gelegenheit vnd Gestalt der Sachen/ vnser Keys. Cammergericht zu setzen vnd zu moderiren Macht vnnd Befehl haben sol. Id est: Si magistratus, quicunque ille sit, in talium rerum inquisitione, vel facta denunciatione, negligentius agat, nos ipsi eos autores, Typographos, Bibliopolas grauiter puniemus, vel Fiscalis noster, officii ratione, in eos animaduertet, cuius pœnæ tamē, pro vt res videbitur, Cameræ nostrę iudicio moderationem permittimus & committimus.

Et quid opus est, operose conquisitis aliis argumentis, cum consistorium, siue Senatus aulicus Imperatoris, eiusque iurisdi-
88 ctio vigore Capitulationis † inter Imperatorem præsentem & Septemviros 18. Iunii, Anno 1612. initæ, aperte approbetur *Articulo 37.* Wir wöllen vnnd sollen auch deß heyligen Reichs Churfürsten/ Fürsten/ vnnd Ständen/ so wol jhren Bottschafften/ oder Gesinde/ jederzeit schleunige Audientz/ vnnd Expedition ertheilen/ insonderheit aber vnsern Geheimbten vnd Reichs Hoff Rath/ mit Fürsten/

Graffen/

Graffen/ Herrn/ vom Adel/ vnd andern ehrlichen Leuten/ so im Reich Teutscher Nation erzogen vnd geboren/ darein begütert/ deß Reichs-Sachen wol erfahren/ gutes Namens vnnd Herkommens seynd/ also bestellen/ damit menniglich schleunige vnd vnpartheyische iustitia administrirt werden möge. Id est: Electores, Principes, & alios imperii Ordines, eorumque Legatos, absq; mora audiemus, & ad eorum postulationem respondebimus. Inprimis vero Senatum nostrũ secretiorem & consistorium aulicum, receptis in ea Principibus, Comitibus, Nobilibus, & aliis honestis viris, qui in Germania nati, ac possessiones habeant, ita constituemus, vt omnibus & singulis ius & iustitia absq; mora administretur.

Dicta quoque sententia, † quod nimirum iurisdictio Ca- 89
meræ non priuatiue, sed cumulatiue, tributa sit, ita vt in arbitrio sit actoris, vtrubi in aula, vel Camera reum conuenire velit, ac præuentioni locus sit, probatur autoritate omnium, qui ab initio de Cameræ iurisdictione scripserunt, in eaque ætatem ferme cõtriuerunt. Sic primus Commentator in Ordinat. Cameræ
Iulianus † Magenhorst. *in commentariis ad Ordinationem Cameræ,* 90
*part. 2. tit. 27.* Viglii Zwichemi † sententiam probat, existiman- 91
tis, Imperatorem non esse per Cameram, cum ambo habeant iurisdictionem concurrentem, ita vt præuentioni locus sit, per *l. vnic. de offic. cons.*

Idem Ioachimus Mynsingerus, † qui per aliquot annos Ca- 92
meræ imperialis Assessor, & duorum Principum primariorum imperii, Henrici Iunioris, Patris, & Iulii filii Ducum Brunsuic. Cancellarius, *consilio 94. numero 5. dec. 10. & consilio 24. decad. 3. numero 20.* Hartmannus Hartman. † ab Eppingen *practic. obseruat.* 93
*de feudis. obs. 43.* Andreas Gail. † *obs. 11. numero sexto, libro primo. &* 94
*obs. 29. numero secundo.* Bartholomæus Blarer. † *in leg. diffamari. cap.* 95
*8. num. 30. & cap. 10. num. 19.* Ludouicus Benderus † *in tr. de reuis. in* 96
*præfat. num. 16. conclus. 1. num. 27. & conclus. 9. nu. 17.* Guil. † Roding. 97
*Pandect. Cam. lib. 1. tit. 3. §. 5.* Christophorus Schwaneman. † *pract.* 98
*obs. obs. 4. num. 1. 2. 3. & 6.* Otto Melander. † *comment. Camer. part. 1.* 99
*folio 9.* Petr. Friderus † Mindan. *in præf. 1. ad libr. 1. de mandatis.* 100
*versicul. eadem ratione.* Bernhardus Græuęus † *conclus. practic. Cam.* 101

102 *Imp. conclus. 29. consid. 1. numer. 2.* Gylman. † *Symph. supplicat. tom. 3. decis. lit. C. numero 1. tom. 4. part. 1. not. 30. numero 1. & tom. 6. cap. 8 folio*
103 19. *titul. de commissariis* von Hoff auß. Idem alii † ætatis nostræ
104 IC. clarissimi, Ioan. Borcholt. † *de feudis, cap. 10. numero tertio &*
105 *quarto.* Hermannus Vulteius † *in titul. Cod. de iurisdictione & foro*
106 *competenti. & de feudis. libro 2. cap. 8. numero nono.* Nicolaus Reulne-
107 rus † *libro quarto. decis. 21. numero 30.* Exacte † Andr. Knich. *de iure*
108 109 *territorii. cap. 6. numero 22. & seq.* Petr. Heig. † *quæst. 9. numero 1. &*
110 *seq.* Zang. † *de except. capit. 3 numero tertio.* Fridericus † Pruckman.
111 *consilio 38. numero 68.* Matthias Stephanus † *de iurisdictione libro 2. parte 1. cap. 3. membro 2.* Hanc quoque sententiam communem
112 esse attestatur Rosenthal † *in tract. feudali. conclus. 1. numero 32.* licet ex rationibus illis vulgatis, suspenso tamen iudicio, de ea am-
113 bigere videatur. Idem Clariss. ac praxeos Cameralis † peritiss. Dn. Iohannes Meichsnerus *decis. tom. 2. libro primo. decis. 6. numero octauo.* in genere de interpretatione iurisdictionis, ab imperatore vel expresse, vel tacite, per concessionem, vel inuestituram dignitatis, administrationem habentis, tributa, quod semper sic debeat exaudiri, vt in communicante maneat maior potestas ea, quæ communicata est, secundum bellissimum illud Baldi dictum, imperatorem alios sumere in partem solicitudinis, sed non in plenitudinem potestatis, nihil sibi per id absorbendo, de suprema iurisdictione, quæ, quia perfectum quiddam sit, neque crescere, neque minui possit, ex *consilio* Baldi *333. colum. 2. libro primo.*

Addens illud Thomæ Grammatici, quod semper in concedente maneat maior iurisdictio & potestas, quam in alium transferatur. Et in specie de concurrente Cameræ cum imperatore, eiusque iudicio aulico, iurisdictione, idem Meichsner. *decis. Cameræ tom. 4. decis. 6 num. 23.* siue imperator iuste, siue iniuste, iudicialiter, vel extraiudicialiter procedat, competens sit, vel non nos in illum, neque per viam simplicis querelæ, multo minus per viam appellationis, iurisdictionem habemus. Et paulo post: Nam etsi concurrentem in contentiosis habeamus iurisdictionem, illa tamen in ipsum, scilicet imperatorem, & peculiare eius tribunal,

tribunal, exerceri nequit. Et *eadem decis. numero 16.* recte ad Cameram, veluti concurrentem cum Cæsare iurisdictionem habentem, appellatum esse.

Idem quoque communem † semper opinionem fuisse, Cæsarem cum Camera in iurisdictione concurrere, apparet ex consilio circiter annum 1545. in causa & controuersia grauissima, de iure suffragii in Senatu imperii ciuitatum liberarum, à Clarissimo quodam Cameræ Aduocato conscripto, nuper cum *consilio* duorum itidem clarissimorum IC. Ludovici Grempii, & Hieronymi zum Lamb / Responsis iuris, in eadem causa celeberrima publice Francofordiæ edito, vbi in quæstione de iudice competenti istius controuersiæ *folio 10.* dicit: Richter haben die Erbarn Stätte / die Keys. vnnd Königliche May. das Cammergericht / oder andere Vnpartheyische Außländische commissarios: id est, Iudices competentes scilicet Electorum & Principum, sunt Cæsarea, vel Regia Maiestas, Cæsare nimirum absente, vel extranei ac suspicionis expertes commissarii. Idem *folio seq.* Das bezeugen die zuvor / der Keyserlichen vnnd Königlichen Mäiestät offerirte Libell / vnnd Supplicationes von 24. Jahren hero. Id est: Ostendunt hoc Cæsareæ & Regiæ Maiestati ab annis 24. oblati libelli, & supplicationes. 114

Ludovicus quoque Grempius † & Hieronymus zum Lamb / in memorato *consilio*, quæstione *de iudice competenti.* §. Daß aber: Ob wol die Keyserliche May. im Reich Teutscher Nation / kein Ordentlicher / oder Höher Gericht / dann das Cammergericht: Et paulo post: Dieweil sich dann dieser Zeit / auß erzehlten Vrsachen / zu der Keyserlichen oder Königlichen May. als der Erb. Freyen Reichs-Stätte / einigen vnnd ordentlichen Herrn / mehr Gnädiges / dann zu den jetzigen Beysitzern günstiges Willens / zu getrösten / derhalben concludiren wir / wie gehöret / daß die Sachen allein bey der Keyserlichen vnnd Königlichen Majestät / als dem Rechten / Obersten Haupt / fürzunemmen. Id est: Licet imperator in imperio Germanico non habeat superius, & melius dispositum iudicium: quia tamen hoc temporis statu, plus spei sit positum in Cæsare, vero & ordinario superiore ciuitatum, quam in Adsessorum

præsentium, beneuolentia, concludimus, litem hanc apud solum Imperatorem, vel Regem Romanorum, tanquam Ordinarios superiores, intentandam esse. Idem probatur luculentissimo amplissimi collegii Cameræ, de obseruationibus Gailii testimonio, quibus in eo genere, ad exercitationem iuris, & inprimis iudicii Cameralis vsum, nihil doctius, nihil elaboratius, nihil exquisitius, ante ea tempora in lucem emissum, & quod in collegii sui dignitate tuenda, augenda, ornanda, nihil eum prætermittere dicit Epistola operis editioni præmissa; quod si toties eiusdem de concurrente Cameræ cum Cæsaris iurisdictione sententiam improbasset, tantis proculdubio eum laudibus non extulissent.

116 Extat quoque ea de † re decisio Cameralium, relata à Gylmanno. *rerum iudicatarum Cameræ libro 2. decis. 54.* in causa Wittenberg. contra Osterreich/1. & 2. Mandati der Pfändung. Vbi *numero 37.* Iurisdictio Cæsaris diuiditur in communicabilem, & in incommunicabilem: communicabilem expediri posse aiunt, per Prætoria, & auditoria ab Imperatore constituta: incommunicabilem & reseruatam in curia Imperatoris, quæ sit ciuitas, & locus, vbi Imperator, cum Electoribus, Principibus, & Ordinibus, vel cum suis consiliariis, & aliis, qui lateri eius adsistunt, in propria persona commoratur, eum in finem, vt ei consulant, quid agendum sit, in executione iustitiæ, & administratione totius imperii. Et paulo post *num. 40.* CAMERA EST INFERIOR IMPERATORE, CVM VTATVR IVRISDICTIONE COMMVNICABILI, IMPERATOR VERO, TANQVAM FONS, ET ORIGO OMNIS IVRISDICTIONIS, NON TANTVM COMMVNICABILI, SED ETIAM RESERVATA. Idem quoque diserte refertur ab eodem Gylmanno *in decis. siue Præiudiciis Cameræ. tom. 3.* in verbis *Cæsaris cum Camera concursus.* vbi ambo, Imperator scilicet & Camera, habent iurisdictionem in solidum, & locus est præuentioni, & inchoatio processus impedit alium, vt procedere non possit, quia omnis potestas, præuenti dicitur exclusa.

117 Inter summa † quoque illa & maximi momenti grauamina,

na, quæ etiam bello causam dederunt, Ferdinando Regi Romanorum, Maximiliano Regi Bohemiæ, & aliis Cæsaris Caroli Legatis, Passauii, orante ipso Mauritio Electore, proposita ab Ordinibus, tum pro vindicanda, vti ferebatur, Germanica libertate, sociatis, nulla de iniusta vsurpatione iurisdictionis aulicæ est querimonia, sed hoc solummodo de aulæ, & Cameræ iurisdictione, vt refert Sleidanus *commentarior. libro 24.* Iurisdictionem minui, dum illos, qui prouocant ab ipsis, contra morem antiquum, Camera recipiat, Ordinum imperii controuersias augeri consulto, neque prius componi, quam vtrobique sit acceptum incommodum: IN AVLA CÆSARIS difficulter impetrari audientiam, neque rem exacte cognosci, fere propter imperitiam linguæ, neque sumptus modo, sed & temporis ibi magnam fieri iacturam. Idem Thuanus *Historiar. libro 10.* his verbis: *Septemuirorum iurisdictionem eneruari Camera Spirensi, prouocationes, quæ ab ipsis fiant, contra morem maiorum admittente, in aula Cæsaris per moras affectatas priuatos sumptibus exhauriri difficulter impetrata audientia, neque re, quæ proponatur, propter linguæ imperitiam exacte pensitata aut cognita.* Subiecta eadem de Camera querela, Spiræ institutum Tribunal, à quo Augustanæ confessionis socii excludantur, & à longo sufflamine litium à iudicibus, ex proposito protelatarum, damna multa accipiantur. De quibus Passauii ita transactum est.

Demnach sol die Erledigung / daß der Keyserliche Hoff-Rath / so deß heyligen Reichs / vnnd der Ständte gemeine / vnnd sonderbahre Sachen / berathschlagen / vnnd erledigen / also stadtlich mit Teutschen Räthen besetzet / auch die Teutschen Sachen / durch Teutsche gehandelt werden / daß darob menniglich ein billiges Genügen haben / vnnd tragen / daß auch Keyserliche May. der Teutschen Nation / Ihres geliebten Vatterlandtes / Wolhergebrachte Freye Libertet / vnnd Freyheit / nicht allein nicht zu schmälern / oder zu schwechen / sondern auch nach jhrem Vermögen zu erhalten / zum höchsten geneiget seyn. Id est: Ad consilium Cæsaris aulicum, quod imperii publica & Ordinum priuata negotia & causas tractabit,

ctabit, ac definiet, consiliarios Germanicos adhibebit, & Germanica negotia, non nisi per Germanos tractari sinet. Libertatem vero Germaniæ, patriæ suæ, non imminuet, sed viribus omnibus conseruare, & augere studebit. Chytræus *Chronici Saxon. lib. 17.*

Aliud est autem de personis, & vitiis iudicum, à Cæsare datorum, ac prætermisso officio, & diligentia, in cognoscendis ac discutiendis causæ articulis, de qua ita cautum est à Constantino *in leg. iudices. Cod. de iudiciis.* Iudices, inquit, oportet, inprimis rei qualitatē plena inquisitione discutere. Aliud est imperatorem de iniuste, ac præter leges, & pacta conuenta, ac iurata, vsurpata iurisdictione, à se abdicata, & in Cameram translata, tanquam Tyrannum, accusare. Tyranni enim non tantum sunt illi, qui absque legitima populi, vel Optimatum, Electione Respublicas inuadunt: Sed &, qui metas à populo, vel principibus legitimæ concessæ, ac definitæ potestatis, excedunt Aristotel. *Politic. libro quinto. capit. 10.* αἳ μὲν γὰρ τοῦτον τὸν τρόπον κατέστησαν, τῶν τυραννίδων ἤδη τῶν πόλεων ηὐξημένων: αἳ δὲ πρὸ τούτων ἐκ δὲ τῶν βασιλέων παρεκβαινόντων τὰ πάτρια καὶ δεσποτικωτέρας ἀρχῆς ὀρεγομένων. Id est: Hæ namque Tyrannides hoc modo constitutæ sunt, auctis iam ciuitatibus: aliæ ante has ex Regibus, maiorum instituta violantibus, & imperium herile plus iusto concupiscentibus, extiterunt. Quod si ea qua autores contrariæ opinionis, fuissent sententia Principes & Ordines Germaniæ Cæsarem nimirum contra Cameræ Ordinationem, & alias imperii constitutiones, ac Decreta iuramenta Cæsareas & Regias Capitulationes Auream Bullam pacta & compacta, Cæsar vna cum Camera per se, vel consiliarios & cōmissarios iurisdicendi potestatem Cæsarem vsurpasse, id in tanta animorū exulceratione ab iis dissimulari potuisse non præsumitur.

118 Idem † de sua Cæsari semper constante iurisdictione patet ex scripto quodam nomine Electorum, Principum, Ordinum, ac Ciuitatum Augustanæ confessionis in Comitiis Ratisbonensibus 13. Maij, Anno 1541. contra Henricum Iuniorem, Ducem Brunsuicensem edito, vbi sic concludunt. Vnnd im Fall/ daß

Hertzog

Hertzog Heinrich von Braunschweig solches in Wegerung stehen wolte/auß Keyserlicher Macht vnnd Gewalt / in Ansehung solcher hochsträfflichen / vnd zuvor im Reich Teutscher Nation / vnerhörter Händel vnd Thaten/als der oberste Voigt vnd Keyser/selbst verschaffen vnd befehlen lassen / wie dann E. Keys. Mayestet / das nach gelegenem Fall zu Recht vnd aller Billigkeit zu thun/ befügt.

Dann ob wol Hertzog Heinrich sagen möchte / Er wolte dieses theils Ständen vnnd Menniglich / gegen seinen Amptleuten/ Vnderthanen vnd Dienern/ gebürliches Rechtens verstatten/ so haben doch E. Keys. Mayestet auß hohem Keyserlichen Verstand gnädigst zuerwegen / weil Hertzog Heinrich diß theils Widerwertigkeit/ vnnd derhalben / vnd sonst mercklich verdacht ist / was gleichmessigen Rechtens diesem Theil/ wider dieselbigen bey Hertzog Heinrichen zugewarten: Darumb auch E. Keys. Mayestet in dieser Sachen/nach Gelegenheit vnnd allen Vmbständen derselben/ billich Richter seyn vnd bleiben. Id est: Si Henricus Dux Brunsuicensis hoc recuset, Cæsarea vestra maiestas tanquam supremus Præses & Imperator, quoad coercitionem grauium & enormium istorum in Germania antea inauditorum criminum, ea mandabit, quæ ratione officij & æquitatis decerni debeant. Nam etsi Dux Henricus Brunsuicensis promittit, se Ordinibus hisce contra accusatos istos ministros, & subditos, ius æquabiliter administraturum: facile tamen æstimare poterit Maiestas vestra, cum sit aduersarius horum Ordinum, ideoq; suspectus, quid de æquo iure hisce partibus ab ipso sit sperandum. Ideoque merito harum causarum iudex competens est, & manet Cæsarea vestra Maiestas.

Ac si vllum esset dubium vel ambiguitas de iurisdictione Imperatoris salua & integra conseruata, iuris est minime controuersi, quod obseruantia secuta dispositionum † omnium optima 119
sit interpres, vtpote quæ ab effectu descendit *l. si de interpretatione, de Ll.* Menoch. *consil.* 390. *num.* 15. *& consil.* 451. *num.* 1. *& seq.* Anton. Gabr. *com. conclus.* 101. *num.* 49. Lancelottus Gallia *cons.* 63. *num.* 17. *cum seq.* Elbert. Leonin. *cons.* 101. *num.* 3. *vol.* 1. Natta *cons.* 147. *in fine.* Peregrinus *de iure Fisci, lib.* 1. *cap.* 2. *num.* 99. Crauetta *cons.* 06. *& cons.* 201. *num.* 11. *&* 12. Pacian. *cons.* 101. *num.* 14.

Tiber. Decian. *consil. 124. num. 15. lib. 3. & consil. 87. num. 2. lib. 2.* Riminald. iunior *cons 214. num. 36. lib. 2.* Cephal. *consil. 331. num. 31. lib. 3.* Bursatus *consil. 225. num.* 17. Rol. à Valle *cons. 85. num. 10. libr. 4.* Fabius Turretus *consil. 99. num. 2.* Decius *consil. 441. num. 13.* Alciatus *de præsumpt. reg. 2. præs. 30. num. 2.* Crauetta *consil. 19. nu. 2. consil. 158. num. 1. consil.* 101. *num. 4.* Menoch. *consil. 104. num. 23. consil. 189. num. 19. & 27.* Lancellottus Gallia *consil. 63. nu. 17.* Surdus *consil. 140. num. 43.* Anton. Gabr. *com. conclus. libr. 6. tit. de consuetud. conclus. 1.* Beccius *consil. 101. num. 17.* Alban. *consil. 59. num. 9.* quæ etiam præscriptione non indiget Aretin. *consil.* 11. *col. 3. vers. sed tamen ex superabundanti.* Socin. *cons. 141. lib. 1.* Crauetta *cons. 101. num. 4. & cons. 18. num. 2. cons. 211. in fine.* Menoch. *cons. 49. num. 21. & 22. lib. 1. cons. 75. num. 97. eod. libro.*

110 Non tantum autem illis † temporibus, quibus interruptum aliquandiu cessauit iudicium cameræ (de quo expresse Ordinat. Augustan. anno 1500. *in pr.* Nach dem vnser Königlich Cammergericht etliche Zeit / auß zugefallenen Mängeln / still gestanden. Id quod primo anno 1499. 1501. & postea, anno 1503. restauratum, cum vix integrum annum constitisset denuo collapsum, vsque ad annum 1507. iterum iacuisse refert Christianus Barth. *in Præfatione ad sententias Camerales,* & aliquot recessuum loca aperte testantur Wormat. anno 1545. §. Vnnd wiewol wir vns versehen. Ratisbon. anno 1546. §. Vnd nach dem. Augustan. anno 1548. §. Vnd dieweil ein beständiger Fried. & §. Vnd wollen.) Imperium absq; iure & iustitia fuisse cogitatu ac dictu absurdum est. Sed & Cæsarem iis casibus more maiorũ ius reddidisse diserte relatum est dicto Recessu Ratisb. anno 1546. Als aber allerley vnerörterter Rechtlicher Sachen / welche zu sonderlichem Nachtheil eine solche Zeit / vnd so lange / nicht wol ferrner verschoben / vnnd vnerlediget gelassen / vnnd aber nachmalen an vnserm Keyserlichen Cammergericht / von wegen mangel der Personen / so laut vnser vnnd deß Heyligen Reichs Ordnungen / zu Verfassung einer Endvrtheil erfordert / nicht erlediget werden mögen. Demnach wollen wir zu Beförderung der Gerechtigkeit / auff anruffen der Recht begerenden Partheyen / in solchen Sachen auch Mittler weil solche Verordnung

nung vnnd Fürsehung thun / wie bey vnsern Vorfahren am Reich Römischen Keysern vnd Königen / bräuchlich gewesen / vnnd herkommens ist. Id est: Cum causæ complures iudiciales indecisæ pendeant, quæ absque singulari partium incommodo ac detrimento vlterius differri, propter defectum autem personarum vigore Ordinationis ad sententiam definitiuam concipiendam requisitarum decidi nequeant: Nos pro iustitia promouenda rogati à partibus antecessorum nostrorum Imperatorum ac Regum consueto more, de iis interea prouidebimus.

Ac toto illo tempore quo ab anno 1503. vsque ad annum 1507. quieuisse scribit Barth. *dicta Præfatione* nouum cameræ iudicium, ius & iustitiam in imperio ab eodem Maximiliano, per consistorium suum aulicum Ratisbonæ peculiariter à se solo constitutũ, vsq; ad conuentum Constantiensem, anno 1507. quo non tantum de priori, & anno 1495. instituta cameræ Ordinatione reuocanda, sed modis etiam compluribus firmanda, ac stabilienda constitutum fuit, ius dixisse, sententiæ ab anno 1504. 1505. 1506. à Raphaele Sailero, & Christiano Barth. relatæ ostendunt: sed & vna cum illo iudicio ordinario in aula causas receptas esse, apparet ex supplicatione Electorum ad eundem Maximilianum Primum, anno 1502. qua petunt cassari citationem, & mandata ad instantiam senatus ac ciuitatis Coloniensis contra Hermannum Archiepiscopum & Electorem Coloniensem, contra Ordinationem cameræ Wormatiæ editam, emissa reuocari. Cui tamen nouę ac peculiari iudicij cameralis institutioni, & à priore quoad personas, exactionem sportularum & alia discrepanti ab Electoribus intercessum, ac vt res ad terminos prioris Ordinationis reuocaretur petitum fuit, vt patet ex eorum literis. Sed & stante ac vigente cameræ iudicio causas iudiciales in aula Cæsarea tractatas esse, diserte narratur † à Maximiliano Primo, Reces- 121
su Coloniensi, anno 1512. §. Zum dritten / Nach dem täglich der Partheyen Händel vnnd Sachen / auß dem Reich an vnsern Keyserlichen Hoff erwachsen / die man zu Zeit mit Freundschafft vnd guten Willen in der [illegible] ablehnen vnd richten / vnd sie ausserhalb deß Keys. Cammergerichts / so die Partheyen etwa selbest deß

Verzugs vnnd Kostens halben schewen / vertragen möchte / dieweil auch wir ohn vnderlaß mit so schweren Kriegßgeschäfften beladen seyn / vnnd angefochten werden / daß wir solchen Partheyen Händeln nicht statlich genug außwarten mögen / als wir / wo wir nicht so treffentlich bemühet weren / gern theten. Id est: Cum quotidie passim ex imperio partium litigantium causæ ad aulam nostram deferantur, quæ interdum si partes sumptibus parcere vellent amice absque iudicio componi possent, & nos continuis bellorum negotiis distineamur, quo minus partium hisce litibus diiudicandis vacare possimus, quod nisi ita impediremur libenter
122 facturi essemus. Idem Rescripto quodam eiusdem † Maximiliani ad Ordines imperij, anno 1505. relato ab Antonio Benbellona *in Com. ad Edictum Diocletiani. de malefic. & Manichais in Cod.* Hermog. *part. 2 c. 15.* vbi: Wir geben euch zuvernehmen / daß wir Probst / Dechant vnnd Capittel deß Thumbstiffts zu Trier / gebeten haben / die Rechtfertigung / damit sie den Edlen vnsern / vnd deß Reichs lieben getrewen Philips / Graffen zu Viernburg / zu Rom fürgenommen / abzustellen / vnd sich gebürliches Rechtens vor vnsern / oder vnser / vnd deß Heyligen Reichs Cammerrichtern / als seinem ordentlichen Gericht / begnügen lassen. Id est: Notum vobis esse volumus, quod Præposito, Decano & Capitulo Metropolitanæ Ecclesiæ Treuirensis, mandauerimus, vt liti quam nostro & sacri Romani imperij dilecto Philippo, Comiti à Virnburg, in curia Romana intenderunt, renuncient ac nostrorum & cameralium sacri imperii Judicum sententia sint contenti. Et ab illo tempore pro arbitrio sæpe causas in aula recepisse Imperatores notius est, quam
123 vt vlla probatione indigeat. Et obseruasse, † ait Julianus Magenhorst, *in comment. ad ord. camera, part. 2. tit. 27.* Imperatorem multas partes ad tribunal citasse, deinde causas & partes ad Cameram remisisse.

124 Quibus etiam † adstipulatur Ordinum vniuersorum Augustanæ confessionis, libellus supplex oblatus Maximiliano II. Ratisbonæ 29. Junij, anno 1576. relatus ab autore Autonomiæ *part. 1. f. 59.* quo non tantum iniuriæ & grauamina communia, sed singulorum etiam quorundam Ordinum Joachimi Comitis Ortenbergi,

bergi, Guilielmi Bergensis, ordinis Equestris, Eisfeldensis, & ciuitatum Wormatiensis, Fuldensis & Geitensis querelæ ad Cæsarem referuntur. Ad quæ Imperator per Decretum ab eodem autore ibidem relatum *folio 94.* quantum ad communia respondet, se audita parte altera quod æquum sit statuturum, quantum ad singulorum querelas mandasse Senatui vel consilio aulico, vt reorum exceptiones in Cancellaria iam productæ actoribus cõmunicentur, reliquorum actorum querelę reis edantur, & vt quam celerime ad eas respondeant iniunctum esse. Huc quoque pertinet cassatio transactionis inter Episcopos Bambergensem, Würtzburgensem, & Albertum Brandeburgicum, & mandata ad eundem Episcopum Würtzburgensem Caroli V. Imperatoris, relata à Goldasto inter Statuta & Rescripta Imperialia, *fol. 191. 192. 193. & 194.* Item Decretum eiusdem contra Albertum *fol. 197.* Simile mandatum pœnale Caroli V. generale ad omnes imperij subditos, anno 1548. Bruxellis datum extat in decisionibus seu præiudiciis camerę, Gylmanni *to. 3. in verb. Imp. Rom.*

Rerum quoq; in causa petitę † hæreditatis à Carolo V. Imperatore, anno 1544. 1547. & 1548. iudicatarum exempla refert collegium Doctorum Louaniensium, de controuersiis illis consultum inter consilia Claudij Cantiunculæ *Resp. 8.* subscripto à Michaele Drincio, Gabriele Mudæo & Volmaro Bernart. Ac delegationũ † duarum ab eodem Carolo V. Reuerend. Episc. Argentinensi & Augustano, datarum Brugis in Castilia, anno 1524. cum clausula appellatione remota, ac vt procedatur de simplici & plano meminit idem Claud. Cantiun. *cons. 10.* De simili delegatione † non vigore Austregarum, nec in casibus reseruatis facta tribus Episcopis Argentinensi, Constantiensi & Augustano, sed iure ordinario, vt habent verba commissionis: **Daß wir als Röm. Keyser/ vnd jhr beyder ordentlicher Richter/** ac vt procedatur, nõ iuxta formam ordinationis Cameræ præscriptam, vt de Commissario vigore Austregarum impetrato constitutum est, sed appellatione remota, ac reiectis exceptionibus omnibus dilatoriis consuluit Nicol. Rückerus inter consilia Cantiunculæ *cons. 11.* Idem de iisdem delegatis Cæsareis, num sententiam à se latam extra fines imperij

125 126 127

exequi possint, respondit *cons. 12.* De commissione in causa petitionis vniuersalis hæreditatis inter Comites Nassouienses, & Landgrauium Hassiæ motu proprio ex certa scientia data Episcopis Argentinensi, Constantiensi & Augustano, ita vt causæ audientia sit apud Episcopum Augustanum, qui post factam conclusionem cum reliquis delegatis facta diligenti actorum discussione sententiam ferat. Anno 1580. idem Ruckerus *cons. 13.* In eadem commissionis causa, an delegatio extra fines imperij facta valeat, eiusdem Nicolai Rückeri *Respons. 14.* inter Cantiunculæ consilia, idem an recusatio Judicum delegatorum locum in hac causa habeat. *cons. 15.*

128 De simili commissione Cæsarea, respondit Florentinus à Venningen, sacri consistorij Aduocatus, & Palatinatus Cancel-
129 larius *consil. 16.* inter eadem consilia. Et de lite pendente † coram Imperatore idem Claudius Cantiuncula *consil. 17.*

Item de sententia 25000. florenorum super vectigali, vel Portorio in Lyns pronunciata *consil. 18.*

130 Et de causa hæreditatis coram consiliariis Cæsareis pendente consultus respondit *consil. 19.*

131 Item de sententia ab ipso Cæsare & consiliariis in puncto castra & prædia quædam concernente lata *consil. 20.*

132 Et *consilio vigesimoprimo*, in puncto partis hæreditatis petitæ à Comitibus Nassouiensibus contra Landgrauium Hassiæ, Anno 1548.

Ac licet in Responsis præmissis multa quę contra delegantem, ac delegatos obiici possint, discutiantur: vt exceptio iurisdictionis iam à camera præuentę, vel per latam sententiā finitę, prohibitę auocationis. Item quod Imperator extra fines imperij agens commiserit, quod commissiones contineant clausulas exorbitantes, & alia contraria constitutionibus & moribus imperij, & aliæ complures: nusquam tamen de defectu iurisdictionis ordinarię in Cæsare delegante exceptum esse reperitur. Sed quod in Imperatore omnis sit iurisdictio & potestas, idem *consil. 14. nu. 3.* Quod sit ordinarius & supremus omnium Judicum, *cons. 16. n. 13.* Et Dominus omnium prouinciarum habens generalem iurisdictio-

dictionem *num.* 17. Quod Imperator ex ordinaria iurisdictione possit causam committere summarie, & de plano cognoscendam ac decidendam *cons.* 8. *num.* 7. Quod Imperator sit fons iustitiæ apud quem omne sit imperium & iurisdictio, *consil.* 9. *num.* 16. *& consil.* 16. *num.* 50.

Tempore quoque Zasij † iurisdictionem aulicam non cessasse, diserte liquet ex *consilio* eiusdem 10. *libr.* 2. *in princip.* vbi post sententiam in camera latam, decretam & emissam, executionem in causa Doctoris Ambrosij V. contra Secretarium Joannem T. die 4. Nouembris, Anno 1509. Mandatum pœnale ex aula sub pœna 20. Marcarum auri, & banni contra actorem effulminatum refert. Plura item alia mandata consecuta addit. Ac licet ea controuersia postea translatione Treuirensi sit sopita, Cæsaris quoque (ad quem negotium illud magis quam Secretarium ex literis suspensiuis, Item, banni, & mandato die 3. Martij, Anno 1510. emisso constitisse refertur) confirmatione accedente: Tamen nulla habita ratione istius compositionis aliud mandatum pœnale Bruxellæ emissum esse Anno 1512. 26. Julij, qua dicta sententia cameræ iterum fuerit cassata. Tandem mortuo Maximiliano Primo actorem ab Imperatore Carolo Quinto, Maximiliani successore iterum Executoriales, cum inserta citatione contra reum obtinuisse, Reum in termino comparentem, exhibuisse defensiones in quibus totum negotium principale cameræ sententia definitum refricare, ac denuo agere conatum fuisse, actorem contradixisse, & rei iudicatæ constanter inhæsisse, inde ad acta eius negotij de quibus *in dicto consilio* respondet, peruentum fuisse, refert idem Zas. *dict. cons.* 10. *lib.* 2. *in princ.* 133

Exemplum quoque causæ † à Cæsare ab arbitris ad consilium vel consistorium aulicum auocatæ, refert Schurphius *consil.* 53. *cent.* 2. 134

Mynsingerus † *consilio vigesimoquarto*, *Decade tertia*, Nobilem quendam alium coram consiliariis Cæsareis conuenisse refert, & ante Ordinationem nouam qua nobilibus immediate subiectis iudices Austregarum quoque dati sint, concurrisse duas ordinarias 135

dinarias potestates Cæsarem & cameram, ac præueationi fuisse locum.

136 Idem Mynsing. † *consilio 94. dec.* 10. Comitem quendam Mandatum in aula obtinuisse, anno 1547. 3. die Februarij, cui ab aduersario obiectum, se prius mandatum in camera die 7. Maij impetrasse, & sic Cæsaris iurisdictionem esse præuentam concludi-
137 tur. Ergo causam in camera retinendam. Commissarios † quoq; in aula Cæsarea extra casus ordinationis & priuilegij, primæ instantię, per meram delegationem fuisse datos in causa Bosch contra Joannem de Perfert. Et in causa Haller contra Leipzig/ refert Gail. *obs. lib.* 1. *obs.* 121. Et ad instantiam Illustrissimorum Principum Anhaldinorum contra capitulum Cathedralis Ecclesiæ Halberstadensis, in causa non ad solius Cæsaris, sed & Cameræ iurisdictionem ex ordinatione pertinente executionis, nimirum adserti laudi siue arbitramenti, ab Ottone Archiepiscopo Magdeburgensi, inter partes pronunciati, sæpe Commissarios per meram delegationem ab Imperatoribus datos esse acta demonstrant. Ac primo Carolus Quintus, Joachimum Electorem Brandenburgicum, & Georgium Episcopum Lubeccensem, postea Joannem Marchionem Brandenburgicum, & Philippum Ducem Pomeraniæ. Et anno 1556. 17. Januarij, Julium Episcopum Naumburgensem, & Philippum Ducem Pomeraniæ, eosdem quoque in eadem causa iudices delegauit Ferdinandus Rex Romanorum, 15. Martij, anno 1557. Maximilianus II. Joannem Episcopum Naumburgensem, & Joannem Fridericum Ducem Pomeraniæ, 12. Maij, anno 1568. anno 159;. Rudolphus Imperator causam in aula iam cœptam inter Illustrissimum Principem meum Henricum Julium, & ciuitatem Brunsuicensem, Joachimo Friderico Marchioni Brandenburgico, Administratori Magdeburgensi ita delegauit, vt causa vsque ad sententiam audita & discussa acta completa ad aulam pro ferenda definitiua remitteret, vt patet ex forma commissionis relata *pa: t.* 2. Braunschweigischer Historischer Handel/ *fol.* 732. Quæ omnia non amissę & abdicatæ, sed retentæ vniuersalis iurisdictionis signa & effecta esse nemo dubitabit.

Quod

Quod etiam † non nouum, sed tempore Maximiliani Primi 138 & Caroli aulicum Dicasterium siue Consistorium vna cum Camera fuerit, eorundem Imperatorum diplomata ac priuilegia de non appellando ad se vel aulicum consistorium, manifeste ostendunt. Sic enim habent verba priuilegij Maximiliani I. de non appellando, Episcopo Leodiensi dati anno 1518. ne liceat ad nos vel successores nostros Romanorum Reges & Imperatores, eorum consistorium vel cameram prouocare, & appellare. Eadem sunt verba Caroli Quinti in priuilegio eidem Episcopo Leodiensi concesso anno 1521. Vtque nullæ appellationes à quibusuis sententiis Judicum, seu Justitiariorum, Maiorum vel Inferiorum censualium, feudalium, seu allodialium, aut aliarum quarumcunque dictæ patriæ possint, ad nos aut successores nostros Romanorum Reges & Imperatores eorumve consistorium seu cameram imperialem, aut alios commissarios datos vel dandos interponi, deuolui, &c. Est præterea retentæ à Cæsare post institutum cameræ iudicium, infallibile signum & argumentum concessio priuilegiorum de iurisdictione omnibus fere Electoribus, Principibus & Ordinibus summis ab Imperatoribus precibus efflagitatæ & obtentæ. Inter quæ primum est priuilegium Maximiliani Primi, anno 1495. 20. die Augusti, post promulgatam, paulo ante 7. Augusti nouam cameræ Ordinationem Eberhardo Duci Wirtenbergensi, datum & subscriptum à Berchteldo Archiepiscopo Moguntino Archicancellario, quo eum & omnes ipsius subditos & ministros à sua & aliorum Judicum iurisdictione eximit, iisque iudices primæ instantiæ, Aulæ præfectum & consiliarios constituit, nullum ac irritum pronuncians quidquid contra priuilegij tenorem ab aliis iudicibus attentatum fuerit, cum clausula derogatoria Statutorum consuetudinum ac priuilegiorum contrariorum. Cum hac tamen conditione & reseruatione, vt in casu denegatæ iustitiæ vel coram ipso vel in camera Dux & Subditi eius libere conueniri possint, indicta quoq; Electoribus, Principibus, Ordinibus ac subditis vniuersis mulcta centum Marcarum auri puri, dictum priuilegium sancte non obseruantibus. Sic etiam priuilegium

primæ instantiæ dedit senatui Noribergensi, vt neq; coram ipso Imperatore vel in aula vel delegatis Cæsareis, aut camera imperiali in causa ciuili vel criminali, sed solum apud ciuitates Winsheimium & Weissenburgum cōueniri debeant, additis similiter clausulis annullatoriis ac derogatoriis, & pœna 5. Marcarum auri puri, contra priuilegij violatores. Ad eundem modum priuilegia de nō appellando diuersis modis à Cæsaribus data fuerunt. Quibusdam enim generalissime ne ad Cæsarē vel cameram vel alios quoscunq; prouocetur, quale est ciuitatis Coloniensis à Maximiliano I. anno 1514. Vbi, An vns vnser Nachkommen am Reich/oder jemand anders/auch nicht an vnser vnd deß Reichs Cam̃er: noch kein ander Gericht/ vel simpliciter nec ad Cæsarē vel alios quoscunq;, vt est ciuitatis Winsheimensis tributum ab eodem Maximiliano I. an. 1499. §. Das haben an vns/noch vnsere Nachkom̃en am Reich/ noch jemand anders nit geweigert/gedingt/appellirt noch supplicirет/ quale est ciuitatis Coloniensis ab eodem Maximiliano I. an. 1514.

Quibusdam prohibetur in specie appellatio ad Cæsarem & cameram. In plerisque ne ad Cæsarem aut personam Cæsaris vel cameram appellatur, vt in priuilegio Electoris Coloniensis, anno 1570. à Maximiliano II. Comitis Palatini, anno 1541. à Carolo V.

Electoris Saxoniæ à Ferdinando, anno 1559.

Brandenburgici, anno 1586. à Rudolpho II.

Domus Austriæ à Carolo V. anno 1530.

Idem in priuilegiis Archiepiscopi Magdeburgensis, Episcopi Brixensis, Würtzburgēsis, Halberstadensis, Metēsis, Leodiensis, an. 1518. in quo hæc sunt verba, tandē licet partibus in casu grauaminis in causis quarū capitalis summa in prima actione in bonis realibus & immobilibus, summam 600 in bonis vero mobilibus & personalibus 300. florenorū Rhenensium auri seu illorum valorē excedit, ad nos vel successores nostros Romanorum Reges & Imperatores eorumq; consistorium vel cameram imperialē prouocare & appellare. Itē Ducum Bauariæ, Marchionum Brandenb. Ducum Brunsuicensium, Juliacensium, Comitum Mansfeldensium, ac ciuitatum Augustanæ, Francofordianæ, Hamburgensis. Quibusdam ne ad cameram vel alia iudicia, minime vero ad Cæsarem,

ſarem, vel iudicium aulicũ appellare prohibetur, vt eſt in priuilegio Epiſcopi Metenſis, Ducum Holſatiæ & Pomeraniæ, Comitũ in Neuenar. Item ciuitatis Colonienſ. Bremenſ. Monaſterienſis.

Conſtat ex priuilegiorum iſtorum conceſſione mentem & intentionẽ Imperatoris & Statuũ non fuiſſe in conſtituendo & ab aula ſeparando iudicio cameræ, vt Cęſar iuriſdictionem ſibi tam in primo quam ſecundo appellationis iudicio competentẽ à ſeſe abdicaret. Si enim nõ retinuiſſent iuriſdictionem Imperatores in cauſis appellationũ, ſed eam omnẽ in camerã tranſtuliſſent, nihil de ea remittere potuiſſent, priuatio enim præſupponit habitũ *l. decem, de V.O.* Bald. *in l. licet, C. locati, & in l. conuenticula, C. de Epiſcop. & Cler.* Oſaſc. *deciſ. Pedemont. 95. n. 12.* Tib. Decian. *conſ. 10. n. 8. vol. 1. & conſ 31. n. 3. vol. 2.* Nec poteſt perdi vel amitti, quod non habetur. *l. Titio vſufr. de cond. & demonſt.* Ang. Aretin. *in §. Seruus, Inſt. de cap. diminut.* Fulu. Pacian. *conſ 4. n. 82. & conſ. 30. n. 55. 61. & 62.* Ac certum eſt qui iure communi tutus eſt priuilegio (quod proprie dicitur prærogatiua & indultum Principis contra leges generales. *c. priuilegia 3. diſt.* Guiliel. Bud *in annot. prioribus ad Pand in l. virtus.* And. Knich. *de Saxon. non prouoc. iure verb. priuil. c. vnico, n. 3.*) nõ indigere. *l. in cauſa. 2. de minor. l. 1. C. de theſaur. l. 10. l. quadã, de edendo. §. 1. in auth. vt action. inſt. dot. l. 1. in fin. ad municipalem, l. Imperatores. de priuileg. credit.* Modeſt. Piſtor. *conſ. 30. n. 20.* Sixtin. *de regalib. li. 2. c. 14 n. 39.*

Neminem autem præſumi exercere actum fruſtratorium, & in ſpecie petere liberationem vel immunitatem fruſtratorie. Ruin. *conſ. 42. n.* Ioan. Pet. Surd. *conſ. 307. n. 15.* Si igitur ea mens in ordinãda camera Cæſaris & Ordinũ fuiſſet, vt Cæſar omni iuriſdictione priuaretur, & non niſi ad cameram appellationes impoſterũ interponi deberẽt, & ſic ipſo iure à Cęſaris iuriſdictione eſſent immunes incredibile eſt ſummos ac prudentiſſimos Principes, id prece vel precio impetraturos fuiſſe. Quia autem iure ſingulari quoad certã tantum quantitatẽ à ſe ac iudiciis ſuis non prouocaretur, à Cæſare obtinuerint aperta eorũ confeſſione Cæſari iuriſdictionem iure Electionis tributã non ablatam, & extra perſonas & caſus priuilegiatos ſaluam & integram eſſe conſtat. Per gratias enim & libertates factas probatur iuriſdictio, Alban. *conſ. 64. n. 14.*

Mascard. *in tract. de probat. conclus. 946.* Illius autem iurisdictio esse probatur, ad quem appellationes interponuntur, *cap. si ex duobus, §. Denique, de appellat. cap. Romana, de appellat. n. 6.* Alban. *consil. 62. n. 8. & in dict. cons. 64. n. 8. & cons. 111. num. 29.* Mascard. *d. conclus. 946.* Crauetta *cons. 209. nu. 9. & 10.* Anton. Quetta *cons. 71. nu. 2.* Riminal. iun. *cons. 396. nu. 5. lib. 4.* Andr. Knich. *de iure superioritatis eiusq; poss. vel quasi. c. 3. num. 291.* Confessio quoq; facta in precibus Principi porrectis tantæ est efficaciæ, vt reuocari nequeat Riminald. iun. *cons. 233. n. 31.* Beroius *Resp 144. n. 1. vol. 3.* Alban. *cons. 778. n. 10.* Syluan. *cons. 57. n. 15.* probetq; contra eos & successores Capyc. *decis. 71. num. 1.* Peregrin. *cons. 2. num. 51 in fine.*

139 Et non tantum † ex remissa & retenta appellatione, sed inde quoq; Cæsarem non abdicasse iurisdictionem apparet, quod quibusdam vt Duci Wirtenbergensi eiusq; subditis, idq; statim die 14 post publicationem Ordin. Wormat. anno *1496.* Item senatui ac ciuitati Noribergensi, anno *1540.* Wormatiensi *1514.* Judices primæ instantiæ dederit. De Argentinensi & Memmingensi, & aliis

140 quoq; meminit Gail *obs. l. 1. obs. 1. n. 22.* Judices autem † constituere vel delegare non possunt, qui iurisdictionem non habent, *l. nemo plus iuris, de R. I. l. obseruare, §. fin. de off procons.* Vant *in tr. de nullitatib. f. 121. n. 4.* Alex. Raud. *cons. 18. n. 181.* Imo diserte testatur Imp. Carolus V. in priuilegio Episcopo Leodiensi, dato an. *1521.* se priuilegia eiusmodi primę instantię pro tuenda & conseruanda iurisdictione imperiali concedere his verbis: *Nos igitur Carolus cupientes Iurisdictionem, & statum Secularem nostræ gubernationi & protectioni imperiali à Deo commissam in sua conseruare integritate, & abusibus, inconuenientiis, & admodum periculosis consequentiis obuiam ire & remederi, motu nostro proprio, ex certa scientia ac plenitudine potestatis, & autoritatis nostræ imperialis ad perpetuam rei memoriam, ordinamus & statuimus per præsentes, quod de cætero omnes & singuli subditi & incolæ dictæ patriæ, ac dominorum Episcopi & Ecclesiæ Leodiensis, &c.*

141 Deinde in omnibus † ferę diplomatibus Cæsaris Maximiliani Primi, Caroli Quinti, Ferdinandi, Maximiliani Secundi, & Rudolphi Secundi, edicta pœnalia, sententiæ ac Decreta irritantia inseruntur. Per quæ naturalis & actualis possessio iurisdictio-

dictionis probatur, eiusque exercitio manifeste euincitur. Alex. Raudensis *consil. 2. num. 241. & cons. 3. num. 55. versic. Respondetur.* Ceph. *consil. 458. num. 48.* Ioan. de Amicis *consult. 149. numero decimo.* Decius *consil. 694. numero 12.* Rom. *consil. 70. num. 13.* Knich. *de iure superioritatis eiusque possession. vel quasi cap. 3. n. 297. & sequent.* Eiusmodi quoque Edictum pœnale est in constitutione Maximiliani Primi, anno 1498. Friburgi Brisgoiæ edita. *Tit.* **Pœn vber die so vberfährig gefunden werden.** Et Decreto comitiorum Augustanorum, anno *1518.* §. **Wir Maximilian Römischer Keyser / wollen auch / damit männiglich sehe / daß wir das Recht zu fördern geneigt seind / vnd deßhalben vns kein Mangel möge zugemessen werden / vnser Geleitsbrieff auff alle / die so jhr Anschläg zu Vnderhaltung gedachtes vnsers Cammergerichts noch schuldig / außgehen lassen.** Id est: Nos Maximilianus Imperator quo omnibus studium nostrum promouendæ iustitiæ innotescat, & ne quid in nobis requiratur mandata de soluendo contra omnes qui pensione indicta relinquantur emittemus. Non sunt hæc verba Principis iurisdictionis expertis.

Conuenit quoq; hæc sententia † moribus gentium omnium 141 qui Respub. constitutas habuerunt, siue ab vno, siue pluribus gubernatas. Quibus in omni quantocunq; magistratibus imperio concesso persona Principis vel populi concedentis semper excipitur, ita vt semper rerum quarum Magistratibus curatoribus attribuit cognitionem, siue anticipatione, siue concursu, siue euocatione suscipere possit, vt tam Græcorum quam Romanorum historiæ testantur. Bodinus *de Republica libr. 1. cap. 8.* Vnde nec Dictatorem apud Romanos, nec Harmosten apud Lacedæmonios, nec Ælymnetes Thessalorum, Archontes Melitensium & alios, quantumuis summa potestate præditos non ita datum habuisse imperium quo minus cum iis concedentes, vel concurrere, vel potestatem omnem datam pro arbitrio eripere potuerint, refert idem Bodinus *de Republica lib. 1. capite octauo.* Vnde recte quoque dicit Autor eruditissimi Commentarij ad Edictum iurisdictionis Judicum præsidialium, promulgatum in Curia Parisiens. die 15. Februar. Anno 1550. in verbis: *Auons*

*dit & declare, num.* 2. Arbitraria iurisdictionis magistratuum semper fuere penes eos apud quos fuit rerum summa. Et *num.* 5. Apud Principem summum ius est iurisdictionis summaque potestas. Ac licet etiam hoc tempore in Europa insignes sint Judicum Curiæ litium iudicandarum summa cum potestate constitutæ: Vt in Gallia Parisiensis, Tolosana, Rhotamagensis, Burdegalensis, Diuimonensis, Grationopolitana, Aquæsextia, quos vulgo Parlamenta vocant, licet κατὰ ἐξοχὴν Parisiensis, sine loci adiectione ita appelletur Bodinus *de Republica, libro tertio, capite primo.* Vnde Consistorium aulicum Regis Franciæ, non tantum tempore erectionis & fundationis prius, sed etiam autoritate potestate gloria & honore maius & excellentius Parlamentis esse, scripsit Nicolaus Boer. *in tractat. de ordine & praecedentia graduum vtriusque fori, part. 2. num.* 11. Per ea tamen Reges ac Principes ipsos à iurisdicendi potestate excludi nusquam imo contrarium multis locis relatum est. Sic enim de Judicibus Parlamentorum Francicorum Consistorij regij, siue aulici, idem Boerius loco iam allegato & cedere debere senatores togatos Parlamentorum Assessoribus Consistorij Regij sicut arma Togæ *num.* 35. & *num.* 38. Oportet quod Reges Franciæ, & magnum eorum consilium sint supra Parlamenta, cum habeant in toto Regno superioritatem & potestatem supremam. Et *num.* 50. dicit, Regem Parlamenta sumpsisse in partem solicitudinis, sicut Petrus Apostolorum princeps adiutorem sibi adiunxerit Linum & Cletum. Igitur non debere conqueri Parlamentorum Dominos de reuocationibus factis per regiam Maiestatem, & eius magnum consilium, alias esset dicere ipsum Dominum nostrũ Principem non habere supremam in regno suo, & supra deputatos iudices potestatem, & negare illum posse commissam & delegatam iurisdictionem reuocare, aut potius dicere ipsum coronam vel sceptrum & imperium, quod à nomine tenet ab ipsis Parlamẽtis quę deputauit & instituit habere, quod falsum esset. Asinus enim intumescit dum per comparem se videt apprehendi. Idem Joan. de Montaigne *de Parlam. part.* 1. *n.* 4. Quod non abdicatiue Parlamentis iurisdictionẽ concesserit Rex Franciæ, sed reseruata causa-

causarum auocatione, & ibi *in additione* Boerius *num.* 5. Vbi Parlamenta aliquid possunt, sacrum & magnum consiliũ regale Franciæ consistorium maiorem in his habet potestatem, ac in cæteris omnibus regimen & bonum publicum concernentibus quam ipsa Parlamenta. Idêm de concurrente Regis & Regij consistorij cum Parlamentorum, & aliorum Judicum iurisdictione præclare autor Commentarij, ad Edictum iurisdictionis Judicum præsidialium, anno 1550. publicatum *n.* 6. Verum vt redeamus in sermonem sacri consilij regis Galliæ, hoc constat Principe eius necessariis & propinquis & delectis proceribus & antistitibus cum Cancellario. Hoc res Regni, rerumque summam tractat, raro causas audit, iudicat tamen nonnunquam causas præcellentes, de iisdem Galliæ Parlamentis Connanus *comment. iuris ciuil. lib.* 1. *c.* 11. *n.* 9. *vers. sed vtrum hoc tantum potestatis.* Idem Menoch. *de arbitrar. iud. quæst. libr.* 2. *cent.* 1. *casu* 68. *num.* 31. Didacus Couarruuias *pract. quæst. cap.* 1, *num.* 4. Bodinus *in methodo Histor. c.* 6. Heig. *quæst.* 9. *num.* 28.

In HISPANIA etsi similes quatuor quoq; sunt conuentus iuridici, vnus in Oppido Pincia, quod Villadolip appellant, alius in Vrbe Granatæ, tertius apud Callecos, quartus in Nauarra, curia tamen regia quam concilium iustitiæ vel regale vocant, facultatem habet cognoscendi in toto regno, in secunda & prima instantia de omnibus causis criminalibus & ciuilibus, vti narrat Lucius Marinæus Siculus *de reb. Hispan. l* 4. *c. de Pontificibus & Magnatibus Hispaniæ & officiis in curia regum. Historiæ Hispanicæ tom. fol.* 321. Idem affirmat Didacus Couarruuias *practicarum quæst. c.* 4. *de summa Regis iurisdictione.* quam Maioriam dicimus, quamq; regio nomine exercent suprema auditoria: vbi sic ait: Quamuis rex ob egregia belli vel pacis facinora in Reipublicæ vtilitatem præclare gesta, aliave ex causa, nobilibus ciuitates Villas aut Oppida regio beneficio contulerit, cum iurisdictione mero & mixto imperio, adhuc in amplissimo territorio exercendis, eam tamẽ iurisdictionem quæ apud Regem summa est, cuiusq; iure, vel querelæ vel prouocationes, aut appellationes à Judicibus inferioribus aliæq; causæ ad Regem, vt supremum Reipublicæ patrem deferuntur, nequa-

nequaquam videtur transtulisse, etiamsi vsus fuerit verbis hac in re quoad significationem vberrimis. Et quod suprema iurisdictio sit ipsa forma Maiestatis Regiæ, & ideo impossibile quidem erit in regno & de regno aliquem esse exemptum, vel exceptum ab illo.

In ANGLIA etsi Parlamenti nomine non conuentus iuridici, sed Ordinum cum Rege comitia intelligantur, vt testatur Polydorus Vergilius *Hist. Angl. li 9 f. 188.* Guilielmum tamen conquæstorem constituisse, idem Polydorus autor est, vt quater quotannis iudicum conuentus celebrentur, quibus ius populo dicatur, Item alios quoq; iudices instituisse, qui sine prouocatione iurisdictionem ac iudicia exerceant, à quibus vti à sinu Principis cuncti litigatores eo confluentes iura petant, & ad eos suas controuersias referant, ita tamen iurisdictionē à se abdicasse, vt nec præuentione, vel auocatione cum iis concurrere possit Rex potentissimus nusquam in Historia Anglia relatum. Idem est de aliorum Europæ Regnorum & Rerumpublicarum Dicasteriis vel Parlamentis.

143 Ac tametsi alibi aliter † esset constitutum: In toto tamen imperio Romano etsi multa passim ab Electoribus, Principibus & Ordinibus sunt instituta Judicū collegia, quæ vulgo Regierung/ Cantzley/ Hoff- vnd Cammergericht appellantur, quibus plerisq; absq; prouocatione ad mandantes iurisdictio amplissima commissa est, nullius tamen Comitis, Baronis, Abbatis, aut Prælati Dicasterium reperias in quod omnis Ordinum ab imperio dependens iurisdictio ita sit transfusa, vt non concursu vel auocatione eam impedire vel tollere liceat. Imperatori autem ordinario ordinariorum, & iudici iudicum, Bald. *in proœm. Decretorum, verbo Rex Pacificus, num.* 18. *l. si quis de curia, C. de decurionibus, lib.* 10. à quo omnes iurisdictiones tanquam à fonte profluunt & refluunt. Et cuius proprium est iustitiam exercere, *Auth. vt liceat matri & auiæ*, negare quod inferioris subsellij dicasteriorum Dominis licitum ac permissum est, absurditatem redolet, *Auth. multo magis, C. de Sacrosanctis Ecclesiis, cap. cum in cunctis, de electione.* Florentinus de Venningen inter consilia Claudij Cantiunculæ *consil.* 16. *num.* 45. Knich. *de iure territorij, cap.* 6. *nu.* 14. *& 18.*

*& de*

*& de iure non prouoc. verbo Ducum Saxoniæ cap. 1. nu. 1. & seq. & de iure superioritatis, cap. 6. num. 17.*

## RESPONSIO AD CONTRARIA.

Postquam veram de interpretatione iurisdictionis cameræ ab Imperatore concessæ, sententiam certis ac solidis fundamentis firmauimus, eo nos propositæ diuisionis methodus deduxit, vt argumenta quibus nituntur illi qui cõtrariam opinionem tuentur, dissoluamus, quod vt accuratius fiat, eo quo sunt relata ordine, quantum quodque ad id quod volunt probandum valeat, quantum que iustum sit vnum quodque, videamus.

Quantum itaq; ad primum quo non ex iure veteri Latino, sed nouis imperij constitutionibus & moribus Reipubl. Germanicæ formam petendam esse dicitur. Etsi iuri ciuili † non omnes vt diuinis, naturæ ac gentium legibus, sed eos tantum parere necesse est, quibus id statutum est: Vt iure ciuili Atheniensiũ Athenienses, Romanorum Romani: id tamen locum quoq; habet in exteris iis, qui ius peregrinum pro suo receperunt, vt olim Romani leges 12. Tabularum Pomponius *l. 2. § exactis deinde Regibus. de orig. Iuris*, Et Romanum † prope omnes nationes Europæ, qui Turcæ non seruiunt, in causis omnibus, quibus propriis legibus non vtuntur receperunt Don. *com. iur. ciuil. l. 1. c. 5. & c. 16.* Forst, *in Historia iuris ciuilis in vita Irnerij*, vbi dicit; *Hoc iure tanquam amussi quadã quæ æquitati & honestati publicæ accommoda est, omnes Regiones Europæ nunc vti.* Idem prolixe tradit Francisc. Zoannettus *de imperio Romano quæstione, Num adhuc sit Romanum vel potius Germanicum Imperium*. Quantum autem ad hodiernum imperij statum prçterquã quod vt olim à Romanis ad Græcos sic in persona Caroli Magni ad Germanos imperium Romanum translatum refertur, eiusq; dignitas & potestas vt indiuidua, etiam in partibus veteris imperii reliquis retineatur, eiusq; insignibus Imperatores etiamnũ vtantur (de quibus prolixe & neruose Franc. Zoan. *de Rom. Imp. in qu. Num hodie sit Romanum vel potius Germanicum*) Sic ius quoque Romanum † ab ipsis Germanicis Imperatoribus expresse receptum & approbatum esse manifestum est. Et in specie Lotharius

147 148 149

Xxxx † Saxo

150 † Saxo lege sanxit, vt deinceps ex iure ciuili iudicia fierent, Sigonius *de regno Italiæ, lib. 11.* & alij adducti à Petro Hegio, *qu. 7. n. 49.*
151 *& 50.* Idque præcipue ductu † & auctoritate Irnerij siue Werneri, qui occasione belli Italici in Apulia gesti ex direptione vrbis Malesitanæ à Pisanis repertas Pandectas legerat, & Lothario, vt Romæ & Bononiæ enarrarentur autor fuerat eundem ad modum, quo olim ius Romanum in Græciam translatum, & in scholis Constantinopoli & Beryti publice expositum fuit, quod deinde à Friderico 1. & 2. cuius tempora Accursius attigit Carolo 4.
152 cuius ætas † Bartolum, qui & Consiliarius eiusdem fuit, celebrat, & sequentibus Imperatoribus ad hunc vsq; diem continuatum, & publice in scholis pro iure traditum fuit, vt ex ordine & successione Jureconsultorum Bartolum secutorum liquet. Forst. *in li. de origine iuris in vita Irnerij.* Peuc. *in complemento Chronici Philippi li. 4. f. 438.* Etsi autem multa non tantum in iure publico pro forma ac statu Reip. præsenti, sed etiam priuato, partim moribus, partim expressis Imperatorũ & Ordinum Constitutionibus sint immutata, in iis tamen quibus mutatum non est ius commune, etiã hodie seruandum esse nemo est qui ambigit. Quodq; ius commune
153 † non sublatum in casibus quo vel moribus, vel posterioribus cõstitutionibus non mutatum est seruari debeat, diserte refertur §. *strenuus, de Feud. cognitione.* Aliis etiam locis mentio fit legum Romanarum in Placitis Feudalibus *§. fin. de iis qui Feudum dare poss.*
154 Imo non tantum veterum Imperatorum † constitutionibus ius ciuile seruandum præcipitur, constit. Friderici *de pace tenenda, §. si quis vero.* ibi. *Damnum passo secundum leges restituat.* Item §. *Iniuriæ:* ibi. *Furtum legitime puniatur.* Idem Frideric. 2. constit. *de Statutis & consuetudinibus, §. item statuimus:* Statuimus vt nullus Ecclesiasticam personam in criminali quæstione vel ciuili trahere, ad iudicium seculare præsumat, contra constitutiones Imperiales & Canonicas sanctiones. Et princ. constitutionis Henrici Septimi, ad reprimenda, quomodo in crimine læsæ Maiestatis procedatur, ibi legitime comparere, & lite legitime contestata, & paulo post legibus & constitutionibus non obstantibus. Idem *de Pace Constantia, §. sententia:* Sententiæ quoque quæ de iure, & secundum

dum leges, & consuetudines, contra aliquos, vel aliquem de societate, latæ sunt, teneant, sicut de iure contra eos tenerent, si gratiam nostram non habuissent. Sed nouissimis quoque imperii Decretis & constitutionibus idem repetitur: Ord. *part. 2. tit. 3. §. fin.* Wir ordnen vnnd setzen auch / daß es mit den Appellationen in allen Fällen vnnd Sachen / darvon in dieser Ordnung nicht sondere Versehung geschicht / vermöge der gemeinen Recht / gehalten werden sol / id est: in causis Appellationum, quibus de rebus nihil Ordinatio cauit, ius commune seruatur. Et generalius Ordin. *part. 3. tit. 51. in princ.* Daß in allen / vnd jeden Fällen / die hieoben nicht sonderlich / vnd außtrücklich in dieser Ordnung / deß Gerichtlichen Proceß halben versehen / das gemeine Reichsstätte haben / vnnd vermöge derselben gehandelt / vnnd procediret werden sol / id est: Processus etiam iuris communis, extra quam, si quid Ordinatione mutatum, abrogatumque reperiatur, per omnia locum habeto. Iuramento quoque iudicis † & Adsessorum Cameræ, diserte continetur, 155
quod secundum iura communia, & imperii constitutiones, ac Decreta iudicare debeant: Ordin. *part. 1. tit. 54. in princ.* ibi: Nach deß Reichs gemeinen Rechten. † Decreto 70. Spirensi, §. Nach 156
dem auch: vbi Procuratores ea agere debere, quæ iuris communis, & Cameræ Ordinatione continentur. Ordin. *part. 2. titul. 28. §. 1.* Vnd dieweil: vbi si quis Appellationi sponte renunciauerit, siue ex priuilegio, vel alia causa illicita, sic Appellatio, ius commune, & Ordinatio locum habet. Ord. *part. 3 tit. 11.* §. Was aber die dilationes probatorias, vbi pro rerum, personarumque qualitate statuendas, secundam & tertiam, nisi causa cognita & demonstrata diligentia decernendam, in quarta ius commune spectandum. Decreto Ratisbon. Anno 94. §. So sollen auch / in mandatis sine clausula decernendis, narrata constitutionibus, iurique communi conuenire debere. Decreto Augustano Anno 1555. §. Doch sol hiemit: vbi tum reliquæ constitutiones, tum iuris communis remedia sarta tecta manere debere. Et amplius Decreto veteri Wormatiensi Anno 1521. *Tit.* Dieser Landtfriedt sol den andern Rechten nicht abbrechen / vbi Edicta pœnalia de violatoribus pacis publicę, iuri communi, & anterioribus constitu-

tionibus, nisi expresse mutatis, non derogare, sed ea augere debere: Quibus & aliis locis quam plurimis Cæsarem, & Ordines ius ciuile non tantum pro suo, & sacri imperii iure agnoscere, idque non tantum in casibus, nouis constitutionibus, & moribus generalibus, vel particularibus locorum definitis, sequendum: Sed etiam Decreta & constitutiones omnes secundum illud interpretandas, ac declarandas esse: idque iuri veteri conuenit, quo diserte cauetur: Quod legibus posterioribus ius vetus abrogatum non intelligatur, nisi nominatim id cautum sit; ne leges priores valeant, nisi posteriores sint contrariæ *leg. sed & posteriores. de legib. l. vltim. de constit. pecun.* Donel. *com. iur. ciuil. libro 1. cap. 12.*

Et quicquid noua lege specialiter non est expressum, id veterum legum constitutionumq; regulis cōstitutum intelligi, *l. præcipimus. in fine. C. de appellat.*

156 Cum igitur ea, quæ de natura † mandatæ iurisdictionis iure communi constituta sint, Ordinatione Cameræ, vel aliis imperii constitutionibus mutata non reperiantur, & quæ in iis in specie definita non sunt, in his ius commune sequendum esse, diserte
157 præcipiatur. Secundum illud iurisdictionem omnem † Cameræ mandatam, cumulatiue, non priuatiue, respectu imperatoris,
158 accipiendam esse minime ambigi potest. Ineptum quoque † & ἀπολίτευτον est, quod scripsit idem Autor informationis Donawertensis non ex Bartolo, & Baldo iuris publici cognitionē hauriendam esse.

159 Etsi enim † præstantissimorum duorum istorum IC. tanta sit existimatio, vt hunc omniscium, quod nihil ignoraret in iure, illum κατ' ἐξοχήν, Commentatorem, Angelus Perusinus Lucernam iuris, Andreas Barbatias opiniones eius Apollinis Oracula, & lumen ardentissimum, Bartholomæus Seuerinus, nullum ei numen abfuisse Bartholomæus Socinus Aurigam *in iure ciuili*, & Iason quod eius vestigia veneretur, & adoret, tanquam terrestris numinis, illuminatorem iuris, & lucem cæcorum vocet, & si quando errare videatur, ideo fieri, quod acumen ratiocinationum eius assequi nequeamus. Antonius de Prato eius opinionem

nem pro lege haberi, & in Hispania & Lusitania moribus receptum, in diuersis Doctorum opinionibus, Bartoli opinionem sequi: Thomas Diplomarius ex Baptista Seuetino *in tract. de modo studendi.* Zwingerus *in Theatro vitæ humanæ, volum. 3. libro tertio. folio 683.*

Bartolus quoque in vmbra † semper non delituerit, sed in luce Reipublicæ versatus, Carolo Quarto Imperatori à consiliis, ab eoque insignibus, & priuilegio legitimandi, & veniæ ætatis concedendæ, ornatus fuerit, vt ipse refert in tractatu *de insignibus & armis, & super extrauagante ad reprimendum.* Eos tamen Magistros doctrinæ politicæ habendos, nemo vel leuiter in studiis politioribus versatus, arbitrabitur: licet vnam eandemque, imo iuris prudentiam politica generaliorem, imperiti rerum æstimatores putent, eodem errore, quo Aristoteles Theologiam subiecto quidem nobilissimam, ac præstantissimam, at ordine docendi discendique specialissimam, & vltimam, logica generaliorem, & artium omnium πρωτιστικωτάτην esse sibi persuasit.

Quam vero addunt hypothesin, † primo à centum annis inter Cæsarem, & Ordines de certo modo, & forma reddendi iuris vltro citroque ita esse conuentum, vt Cæsar post iurisdictionem Cameræ communicatam, excepto vno atque altero casu, nulla in re, per se, vel consiliarios iudicare velit, possit, ita vt in nouum & statarium Cameræ iudicium iurisdictio Cæsarea omnis abdicatiue transfusa sit, id vero falsissimum esse affirmo, quod ius vetus nullis imperii Decretis, vel recessibus abrogatum, vel mutatum reperiatur. Etsi enim inter Cæsarem & Ordines, de forma & Ordine constituendi & exercendi iudicii, & quod antea aulam secutum, imposterum statarium esset, conuentum est, Cæsarem tamen solum iurisdictionem Cameræ tribuentem, eam ita à se abdicasse, vt præter causas reseruatas ei, de nulla re ius reddere sit integrum, ne vnico quidem verbo vsquam relatum esse, ostendi potest. Erubescere itaque debent, quicunque id sine constitutionum authoritatibus affirmare audent, 162

iuxta grauissimum præceptum Iustiniani *in auth. de triente & semisse. §. consideremus. l. si vero. §. de viro soluto matrimonio. l. si seruum. §. non dixit Prætor. de acquir. heredit. l. dissentientis.* ibi: *Nulla præcipit iuris constitutio. de repud. l. certa forma. C. de iure fisci. lib. 10. cap. 15. qui.* ibi: *cum non sit expressum in iure. de sententia excommunicationis.* Euerhar. *in loco à cessante lege. num. 1.* Cum itaque non sint contraria iuris illa communis dispositio: Iurisdictionem à quocunque ita tributam intelligi, vt is qui dedit eam, magis cum aliis communicasse, quã à se abdicasse censeatur, vel quod iurisdictio tributa nõ minuendæ eius, quæ est in magistratu concedente, quin id fiat per modum coniunctionis, vt nimirum saluo præuentionis iure iudicare possit, præsertim à summo principe Natta *consil. 487.* Roland. à Valle *consi. 5. numer. 136. libr. 2.* Baldus *in capit. vnico. §. quod ad hac. de pace firmanda.* Surd. *consi. 211. num. 56. l. quisquis delegauerit.* & ibi Bald. *de solut.* Dd. *in l. postquam liti. nu. 15.* & ibi Curtius Iunior *nu. 5. C. de pactis.* Alexand. *consi. 206. col. 2. in fine. libri 7.* Rota Genuensis *decis. 22. num. 8.* Menoch. *consi. 1. nu. 224 & consi. 37. nu. 126.* Menoch. *de arbit. iud quæst. lib. 1 quæst. 40. nu. 2* Mulcorn. *de iurisd. nu. 34.* Peregrin. *de iure fisci lib. 1. cap. 3. nu. 33.* Milan. *decis. 19. lib. 2.* Bodin. *de repub. li. 3. cap. 9.* Et quæ adduxi pro hac sententia supra *lib. 1. cap. 29.* De adiunctis iurisdictionis. Abertus Brunus *consi. 47. num. 3.* vbi dicit, licet Imperator Fridericus concesserit ciuitati Albæ iurisdictionem, ac merum & mixtum imperium, non tamen priuatiue, sed cumulatiue cõcessisse, & *ibid.* Imperatorem posse in cognoscendo ciuitatem præuenire. Et quod nouis imperii Decretis constitutum, ac inter Cæsarem & Ordines conuentum, vt iudicium Cameræ, antea mobile, iam statarium, & certo loco affixum, eiusque Assessores non à solo Imperatore, sed ab Electoribus & Circulis simul nominentur, ius quoque non simpliciter, & de plano, leuato velo, sed ordine ac forma ordinatione præscripta, mandato & nomine Cæsaris, dicatur iudiciumque semel cœptum auocatione, vel vllo aliis modis suspensiuis impediatur, & sic posterioribus ius vetus Regium vel Cæsarium de iurisdictione saltem quoad adiuncta quædam declarent, ipsam vero naturam à solo Cæsare mandatæ iurisdictionis nec mutent, nec corrigant, Falsum

sum enim est primo, quod affirmat † Autor deß gründtlichen Vnterrichts / quod mens & intentio Cæsaris, & Ordinum fuerit, vt vetere iudicio aulico sublato, in nouum ac separatum hoc consistorium omnis potestas & autoritas iurisdicendi, non ex parte, sed in totum, transfunderetur. Allegatis enim constitutionum locis ne verbum de eo reperitur. In pr. enim Ordinationis Wormatiensis. Item constit. Handhabung deß Friedens/ Cæsarem cum consilio Ordinum, instituisse iudicium Cameræ. *Part.* autem *2. Ordinat. titul. 27. in rubro & nigro* disponitur, causas & personas omnes iurisdictioni Cæsareæ principaliter subiectos, si non exempti priuilegiis, moribus, Ordinatione in Camera iudicandas. 163

Aliud est autem iudicium † Cameræ institutum, in eoq; personas, & causas, specialiter non exceptas, iudicari debere: Aliud ea mente & intentione Cameram institutam, in eamque Cæsaream iurisdictionem omnem ita transfusam, & à Cæsare abdicatam, vt in nulla re amplius ius dicere possit, ac debeat. 164

Eiusmodi enim renunciatio † non præsumitur. Menoch. *in tr. de præs. lib. 6. præs. 41. num. 2. & lib. 3. præs. 45. num. 11. l. si domus. de seruit. vrb. præd.* Grauetta *consi. 200. nu. 10.* Bursatus *consi. 32. num. 28. cap. super hoc. de renunciat.* Bald. *in l. vlt. C. de Edicto Diui Adriani toll.* Lib. Decian *consi. 52. num. 23. vol. 1.* Et in specie, quod Principes ne † possint quidem iurisdictionem à sese prorsus abdicare. *cap. in imperialem. de prohibita feudi alienat. per Frid.* Abbas *in c. sicut. de iureiuran.* Bal. *in proœm. feud. versi. expedita. n. 32.* Calderin. *consi. 3* Natta *cons. 614. n. 8. & 11.* Bodin. *de repub. lib. 1. c. 10. & lib. 3. c. 6.* Didac. Couar. *pract. quæst. q. 4.* 165 166

Ac licet ante separatum † ab aula Camerale iudicium, alio ac duplici consistorio, vel Senatu aulico opus non esset: liberum tamen fuit imperatoribus, iure gentium, & ciuili, vel per se ipsos, vel alios delegatos, causam vnam, vel plures iudicare, eoque iure vsos fuisse, extra controuersiam est, cum ius suum nemo remisisse præsumatur Decius *in l. postquam liti. num. 15. C. de pactis.* latissime Tiraquellus *in repetit. leg. si vnquam. in verbo donatione. numero 172.* 167

*C. de*

*C. de reuocandis donat.* Menoch. *in tr. de præsumpt. lib. 3 præs. 112. numero* 28.

168 Quantum autem † ad argumentum à natura SVBROGA-
169 TIONIS sciendum est. Primo ὁμώνυμον esse † verbum subroga-
170 tionis. Aliquando enim accipitur pro substitutione † in alterius locum, plane extincti, sic subrogare consulem dicitur apud Ciceronem, qui in demortui consulis locum alium sufficiebat ad Brutum *Epistola* 5. Viuo Pansa celeriora omnia putabimus: statim enim sibi collegam subrogasset: Deinde ante Prætoria Sacerdotum Comitia fuissent Liuius *2. ab vrbe condita.* Regnum eũ affectare fama ferebat, quia nec collegam subrogauerat in locum Bruti. In iure exempla sunt in actione ex stipulatu sublata rei vxoriæ actioni substituta *§. hic erat. Instit. de action. l. 1. §. sed et si C. de rei vxor. act.* Idem est in pecunia redacta ex re dotali vendita, quæ eius naturam per omnia imitatur. *leg. si ex lapidicinis. de iure dot.* & in die intercalari, mensi intercalari substituta *leg. suffecti.* & ibi Gœddæus *de verbor. significat.* Item *l. mortuo. l. si iudex. & l. proponebatur. de iudiciis. leg. cum debere. de seruitut. vrb. præd. leg. qui fundum. §. qui filios. ad l. Falcidiam. l. generali. §. hæredis instituti. de vsu & vsufr. leg.*

Huius quoque subrogationis exemplum ponit Tib. Decian. *consi. 19. nu. 136. & seq. vol. 3.* in Duce Florentinæ Reipublicæ plane extinctæ, à Carolo V. subrogato, & alia Menoch. *consi. 742. num. 12. & 13.* Item Natta *cons. 638. nu. 44.* Sic quoque accipitur in iure Canonico, constitutione Bonifacii *c. 2. vt lite pendente in 6.* Duaren. *de sacros. Eccles. minist. & benef. lib. 7. c. 13.* De hoc genere subrogationis, agunt Crauet. *cons. 102. nu. 3. 4. & 5.* Socin. *cons. 36. lib. 3.* Alciat. *in lib. 1. de verb. signif. fol. 542.* Gœddæus *in l. cum bisextum. nu. 1. de verb. sign.* Menoch *cons. 168. nu. 1. & 2. cons. 189. n. 17.* In hærede in locum testatoris subrogato Menoch. *cons. 362. n. 31.* & Alex. *in l. si quis priorem. C. ad Treb.* Hier. Gabr. *cons. 116. num. 1.* in quarta, loco legitimæ à statuto subrogata. Idem Menoch. *consi. 280. num. 12.* in vsufructu, loco proprietatis succedente *consi. 211. num. 70.* In primogenito, loco parentis subrogato, *consi. 235. num. 148.* in nepte loco parentis subrogata. Idem *consi. 235. nu. 27. consi. 650. n. 9.* in pecunia ex pretio ex ven-

ex venditione bonorum immobilium Mirandulæ redacto, Menoch. *consi.784.num.* 5. in professore in alterius locum substituto. Plura eiusmodi exempla adferuntur à Menoch. *consi.97.num.158. cons.95.nu.50.* in rebus permutatis Menoch. *cons.70.nu.10.* Purpurat. *cons.489.nu.1.*

Interdum autem subrogatum † dicitur, quod in locum alterius plane extincti substituitur: Exempla sunt in subvasallis, Menoch. *consi.148.nu.16.* vbi ait: Subinfeudatio nihil aliud est, quam quædam substitutio, vel subrogatio *consi. 140. num.* 40. In iudicibus per delegationem subrogatis *consi. 320. num. 39.* in iudice delegato à Rota Romana, in Legato loco ordinarii constituto Menoch. *consi. 52. num. 67. consi.99.* in Domino Zanetino ab Andrea Auria, classis Cæsareæ Præfecto, in locum suum substituto *consil. 99. num.* 50. In ciuitate Brixia, quoad Regalia, Imperatori Henrico II. subrogata. Menoch. *consi.75. num.18.* Idque interdum per omnia, & simpliciter, & indefinite, vel generaliter, & vniuersaliter, & absolute in omnibus, subrogatum dicitur, Ioan. de Imola *consi.106.num.15.& seq.vol.5.* Ioan. Pet. Surdus *consi. 166. num. 23. & consi.523.nu.11.* Raphael. *com. concl. 35. col. 2. versic. nec obstant allegata.* Calcan. *consi.85.colum.4 num.9.* Decius *consi.39.in fine.* Aliquando κατὰ συνεκδοχὴν partis, pro iis quæ non ἁπλῶς, sed κατά τι, in alterius locum substituta sunt, de quibus Decius *in cap ex ratione. colum. 12. versic. non obstat quod terminus. de appellat.* Anton. Gab. Rom. *libr. 6. reg. iuris. concl. 2. num.* 77. Cacheran. *consi.20.num.19. lib.* 1. Riminal. *consi.111.nu.56.lib.2.* Dec. *d. consi.39. in fine.* Fabius Turretus *consil.99. num.35.* 171

Subrogare † quoque veteribus IC. dicitur, aliquid fingere, & subiungere veteri legi, Vlpian. *in fragmentis* relatus à Cuiacio *in leg.102.& 103. de verbor. significat.* de hoc acceptu est *in l. non est nouum 26. & l. seq. de legib.* Ioan. Gœddæus *in l. cum bisextum.nu.10. de verb. signif.* 172

Prius subrogatorum Genus, in quo tamen solo proprie subrogationem fieri, post Bolognet. *consil.68.* Socin. Iun. *consil.33. num.18.* tradit Tib. Decianus *consi.19. numer. 137.* Vt & tertium ad quæstionem propositam nihil attinet. In secundo vero regula,

primo non habet locum, quando quid non in totum, sed in partes subrogatum est, Calcan. *cons. 85. colum. 4. num. 9.* Ioan. de Imola *cons. 106. nu. 15. & seqq. volum. 5.* Decius *cons. 39. in fine.* Ioan. Pet. Surd. *cons. 166. num. 23 & cons. 32 num. 41.* Raphael. Cum. *consi. 35. colum. 2. vers. non obstant allegata.* Fabius Turretus *cons. 99.* Ioan. Gœddæus *l. 98, nu. 10 de verb. signific.* Surdus *cons. 523 num. 11.* Tunc enim in iis tantum, in quibus est facta subrogatio, non autem in aliis, locum habet Decius *cons. 38.* Menoch. *cons. 88 num. 23. consi 97 num 157. & seq.* Tiraq. *de contractu. §. 1. glo. 10. num. 8.* Bec. *cons. 101. num. 58.* Surd. *cons. 53 num. 13. & 14.* Menoch. *cons. 52. num. 108.* Et quoad id tantum, propter quod subrogatum est. Idem Surdus *consi. 311. num. 51. & cons 152. nu. 31.*

Secundo quoq; fallit, quando sunt diuersæ rationes, & qualitates: tunc enim subrogatum non sapit naturam eius, in cuius locum subrogatur, sed aliud ac diuersum quid censetur, Felin. *in c. super his. in 5. col. de accus.* Bart. *in l. 1. §. hac actio. si quis testam. lib.* Bald. *in l. certum. C. unde legitimi.* Menoch. *in tr. de arbitr. iud. quæst. 54. nu. 30. & q. 8. nu. 110.* Cephal. *cons. 20.* Riminal. *cons. 133 nu. 27. lib. 2.* Fab. Tur. *consi. 340. num. 43. & consi. 68. num. 22. cons. 230. nu. 45. & 46. consi 235. nu. 27. consi. 427. num 8. cons. 784. num. 12.* Beccius *consi. 101. num. 59.* Surd. *cons. 32. nu. 41.* Purpurat. *cons. 13. nu. 10.* Tib. Decian. *cons. 19. nu. 235. vol. 3.* Et quando plus vel minus in subrogato reperitur dispositum Gomez. *§. fuerat. n. 73. Instit. de action.* Bertazol. *cons 84. nu. 32. ciuil.* Knich. *de Saxonico non prouocandi iure verbo ius. cap. 5. num. 136.* Et in specie, quod subrogatio per concessionem Principis non extendatur ad reseruata, & ea quæ habet ratione vniuersalis iurisdictionis, & imperii Menoch. *cons. 88. num. 23.* Beccius *consi. 101. num. 58.* Surd. *consi. 53. n. 13. & 14.* Beccius *cons. 101. nu. 58.* Surd. *cons. 152. n. 31.* Item quod regula subrogatorum non habeat locum in argumento iurisdictionis, quando diuersa est ratio, & forma commissionis, communiter tradunt interpretes *in l. eum qui. §. iniuriarum. si quis cautio. iud. sist. causa. §. fuerat. Inst. de action.* Menoch. *consi. 340. num. 43.*

Iurisdictionem autem Cameræ Cæsareæ non toti, ac vniuersæ tollendæ, & extinguendæ, sed tantum in ciuilibus & contentio-

his.

sis, per concursum adiuuandæ, & litium celerius & commodius expediendarum causa, subrogatam esse. Item Cæsaris iurisdictionem ipso iure Electionis, propriam & perpetuam, Cameræ vero mandatam, ex antea deductis manifestum est.

Friuola quoque † ac nugatoria sunt, quibus Imperatorem persuadere conatur Autor deß gründtlichen Unterrichts / iurisdictionem & potestatem eius nimirum magis minui & infringi, si cum Camera in iure dicendo concurrat, quam Cameram solam eam, sub nomine ac sigillo suo exerceri patiatur. Et quod intempestiue, & inepte quæratur, cumulatiue, vel priuatiue iurisdictio Cameræ tributa intelligatur, cum neque priuatiue, neque cumulatiue, Cameræ data, sed sit, ac maneat Cæsaris iurisdictio. 173

Extra enim controuersiam est, si ea mente ac intentione Cameræ iurisdictionem suam mandasset, vt amplius ea vti per se, vel alios non possit, eam à se plane abdicasse, & amisisse intelligi: Quemadmodũ de possessione in genere definitum est, quod ea amittatur eo ipso, quo naturalis facultas tenendi amissa est. Eam enim eatenus tenere † censemur, quatenus si velimus, naturalẽ, 174 id est actualem possessionem, nancisci possimus, vbi autem desinimus nancisci posse, ea priuatos non esse certum est *l. 3. §. Nerua. de acquir. poss.* Donel. *com. iuris ciuil. lib. 5. cap. 10.*

Aliud enim est nomine † saltem per alium, vt hoc casu, aliud 175 re ipsa possidere: cum enim re priueris, nec nomen habere mereris, secundum vulgare dictum Glossæ *in cap. Cor. Episcopi. §. quod autem 68. distinct. in verbo nomen habent.* Euerhard. *in loco ab Etymologia nominis. num. 12.* Nec semper in rebus euenit, quod in nominibus, παρὰ τὸ συλλογισμὸν, καὶ ἔλεγχος παρὰ τὸ ὄνομα... Aristot. *de Sophisticis Elenchis. c. 1.* vt argumentũ Friderici aduersus Adrianum Pontificẽ fuit, ex Radeuici Historia, si vrbis Romæ Dominus non sum, Romanus imperator nõ sum, cũ diuina, inquit, ordinatione ego imperator Romanus & dicar, & sim, speciẽ tantũ denominationis effingo, & inane vtiq; porto nomẽ, ac sine re, si vrbis nostræ potestas fuerit excussa. In eandem sententiam Cic. *de Tarquinio.* Non fuisse regem, qui nec se, nec suos regere potuit. Et *in Bruto.* Cum

honos sit præmium virtutis, iudicio, studioque ciuium delatum ad aliquem, qui cum sententiis, qui suffragiis adeptus est, is mihi & honestus & honoratus videtur, qui autem malis artibus imperium nactus est, hunc nomen honoris adeptum, non honorem puto, Hotom. *Dialect. Instit. libro tertio. cap. de loco ... orationis. in fine.*

176 Quantum ad argumentum † à differentia Regimenti veteris & Cameræ, potestatis item eiusdem Regimenti, cum consilio, vel Senatu aulico præsente, comparatione. Primo aperte falsum 177 est, quod † affirmat autor, Regimenti potestatem, exclusis causis iudicialibus, ad aliam Status publici curam saltem restrictam fuisse. Est enim dispositio, qua Regimento administratio Reipublicæ, per verba non tantum generalia, sed vniuersalia committitur, clara & diserta Ordinat. Regimenti Augustæ edita anno 1500. *Tit.* Von den Zwantzigen/ so zu der Königlichen May. vnd deß heyligen Reichs Regiment geordnet/ vnd jhrem Gewalt. §. Vnd nach dem. *Versic.* Sonderlich von Vns Macht vnnd Gewalt haben sollen/ den wir jhnen auch/ Krafft dieses Brieffes/ geben/ alle vnnd jede vnsere/ als Röm. Königs/ vnnd deß heyligen Reichs Sachen/ Recht/ Friede/ vnd daß jhr beyder Vollziehung vnnd Handthabung/ auch Widerstandt wider die Vnglaubigen/ vnnd andere Anfechter der Christenheit/ deß Reichs/ vnd das an dem Frieden Rechten/ jhrer Handthabung/vnd dem Widerstandt obgemeldet/ hanget/ oder darzu dienstlich/ oder erspriesslich seyn mag/ antreffen/ vnnd wie die von deß Reichs Vnterthanen/ oder andern an sie langen/ vnnd entstehen werden/ in solchen vorgeschriebenen Artickuln zuverhüten/ für sich zu fordern/ zu handeln/ mit Fleiß zu berathschlagen/ vnd endtlich zu schliessen/ nach jhrer besten Verständtnuß/ auff jhre nachgemeldte Pflichte/ zu Vnserm vnnd deß heyligen Reichs Nutz/ vnnd Mehrung: Id est; Plenum ac liberum mandatum, ac potestatem damus, (Regimenti Præsidi & Assessoribus) omnia nostra, tanquam Regis Romanorum, & sacri Romani imperii negotia, & causas, ad iuris & iustitiæ administrationem, ac contra hostes Christianæ fidei, ac religionis, & quæcunque ad iuris, & pacis defensionem pertinent, quæ ad ipsos, à subditis, vel aliis deferuntur, tractandi, deq;

iis

iis deliberandi, ac statuendi. Certum est autem,† dispositionem 178 generalem generaliter & ita intelligendam, vt tantum operetur ad quamlibet speciem sub ea comprehensam, quantum operatur specialis dispositio, quoad speciem in ea expressam, *l. Gallus. §. instuuens* & ibi Bald & Alexan. *de lib. & posthum. instit. l. si duo.* & ibi Bartol. *de administratione tut. l. si chorus. de leg. 3. l. omnes.* & ibi Bald. & Ang. *C. de praescr. 30. vel 40. annor.* Schrad. *cons. 3. num. 30. libr. 1.* Botta *cons. 54. num. 20.* Fab. Turret. *cons. 44. num. 23. l. si duo. in fine. de administrat. tutor.* Crot. *in l. filius familias. §. Diui. num 96. de leg. 1.* Rolan. à Valle *cons. 62. numer. 38. volum. 2.* Surdus *cons. 391. num. 42.* Pacian. *consi. 126. n. 10. & cons. 36. nu. 254.* Raud. *cons. 48 nu. 32.* Cacher. *cons. 11. num. 15.*

Idque magis locum † habet, quando verba dispositionis sunt 179 vniuersalia. Haec enim maioris sunt efficaciae, quam generalia Bart. *l. generali. §. vxori. de vsufr. legato.* Crauetta *cons. 86. numer. 6 & cons. 194. col. antep. versi. 4* Roman. *cons. 44.* Laurentius Syluan. *cons. 95. num. 19.* omniaque comprehendunt, quae excogitari possunt, nullo penitus excepto, *l. à Procuratore. C. mandati.* Crauetta *cons. 105. num. 2.* Decius *cons. 19. colum. 2. in fine.* Frid. à Sen. *cons. 48.* Laurent. Syluan. *cons. 95. num. 19.* Surd. *cons. 393. nu. 7.* Bald. *cons. 326.* incip. *Rex Romanorum. col. 3. lib. 1.* vbi ait, verba vniuersalia omnia adeo comprehēdere, vt nulla persona, nullus casus, nullusq; locus exceptus intelligatur.

Potissimum autem,† accedente geminatione, cuius ea est na- 180 tura, vt claram & enixam constituentis voluntatem ostendat, Purpuratus *cons. 21. num 3. & 6.* Bursat. *cons. 184. num. 8. cons. 186. nu. 27. l. fin. C. ad leg. Falcid.* Alciatus *de verb. signif. lib. 1. fol. 48. numer. 89.* Pacian. *cons. 9. num. 15. l. balista.* & ibi Dd. *ad Trebell.* Menoch. *consilio 328. nu. 12. lib. 3.* Fab. Turret. *cons. 99. num. 10.* Tiberius Decian. *cons. 29. num. 50. vol. 2.* Paris. *cons. 89. num. 23. lib. 3.* Crauetta *cons. 105. num. 4.* Crot. *cons. 104. num 5.* Natta *cons. 159. num. 11.* Capic. *decis. 88. num. 5.* Ruin. *cons. 109. num. 6. vol. 5.* Cephalus *cons. 144. num. 19* Surd. *consil. 369. num. 16* Cacheran. *cons. 18. num. 29. & cons. 67. num. 10.* vbi verba geminata & conculcata rescripti enixam & latissimā rescribentis mentem ostendunt.

181 Et quod ampliet dispositionem † ac efficiat, vt sub dispositione contineantur, quæ alias non comprehenderentur, Ruin. *cons. 98. num. 12. lib. 2.* Guilielmus Bened. *cap. Raynutius. verbo catera bona. nu. 8. de testam.* & vt comprehendantur etiam non verisimilia, & maiora expressis, Menoch. *consi. 289. num. 25. & consi. 282. nu. 17.* Et nullam patiantur restrictionem, Laur. Sylua. *cons. 88. n. 4.* Corn. *cons. 324. col. 6. lib. 1.* Crauet. *cons. 290. nu. 4. versi. nono considero.* Socin. *cons. 297. nu. 6. lib. 2.*

182 Ac maiorem habent † vim & efficaciam, quam verba vniuersalia simplicia: & habent vim specialis expressionis. Franciscus Curtius *consi. 48. colum. 14. & cons. 49.* Corlet. *in tr. de verb. geminat.* Paris. *cons. 9. num. 20. lib. 3.* Laur. Syluan. *cons 95. nu. 17.* Menoch. *cons. 320. nu. 2.* Et in specie geminatio causarum positarum à Principibus, multum operatur, ad denotandam amplissimam eorum voluntatem Tib. Dec. *cons. 41. nu. 36. vol. 2.*

183 Cum itaque Imperator † & Ordines in concedenda potestate Regimenti, principio facta, quoad iuris reddendi facultatem, non tantum verbis generalibus, & vniuersalibus, **alle vnnd jede Sachen/ Recht betreffende.** Sed etiam geminatis, ac toties iteratis vtantur, vt *d. §. & versic.* **Vnd daß alle/ vnd jede Sachen / Recht vnd Friede/ vnnd Handthabung desselben betreffende: Item / was an dem Frieden/ Rechten vnd jhrer Handhabung hanget:** quin eorum mens & intentio fuerit, non solum in negotiis extraiudicialib. de plano, & leuato velo, sed etiam iuris ordine seruato, edito nimirum libello, litis contestatione, publicatione & conclusione, & aliis solennitatibus iuris in iudicio requisitis, quantum per alia negotia publica licuit, ius reddere voluisse, extra omnem dubii aleam

184 positum est. Quod autem verbis, **Recht handhaben/** † generaliter iuris reddendi potestas, tam in iudicialib. quam extraiudicialib. comprehendatur, manifeste probat titulus, & subiectum constit. Maximiliani. an. *1495.* **Handhabung Friedens/ vnd Rechtens/** vbi in nigro verba, **Friedens / vnd Rechtens /** explicantur, **einen gemeinen**

185 **Frieden im Reich vnd Cammergericht.** Etsi de concessa † Regimento iurisdictione, etiam contentiosa, vlla esset ambiguitas, ea aperte tollitur Decreto Wormat. an. *1521.* §. **Ob auch vorstehen Fürstenthumb/**

thumb/Hertzogthumb/Graffschafften/belangendt/so vom Reich zu Lehen rühren/so einem Theil gäntzlich vnd endlich abgesprochen werden sollen: derselben Erkändtnuß wir vns hierin auch vorbehalten haben/doch sonsten andern Sachen/diesem vnserm Regiment/vnd der Cammergerichts Ordnung vnabbrüchig: id est: Si controuersiæ incidant de Principatib. Ducatibus & Comitatibus, alterutri parti abiudicandis, de iis nobis cognitionē reseruamus, salua in cæteris causis Regimenti & Cameræ iurisdictione, ac potestate. Et eadem constitutione, sub *Tit.* Wie alle Sachen bey dem König für deß Reichs Regiment gehandelt werden/ auch Brieff außgehen sollē/ in verbis, alle vnd jede Vnser/als Römischen Königs/vnnd deß H. Reichs Sachen/Recht/Fried/vnd jr beyder Vollziehung vnd Handhabung. Idque, si nullum ea de re esset dubium, eiusdem Decreti an. 1500. *Tit.* Von deß Reichs Regiment/Macht/vnd Gewalt/aperte declaratur, *versic. ss.* Daß nun hinführo das verordnete Regiment/ alles/vnnd jedes zu handlen/ zu thun/ vnnd zu lassen haben sol/ das die Jährliche Versamblung zu thun gehabt/oder haben solle: Id est: Eadem quæ ante Cæsaris & Ordinum Comitiis regimento agenda permissa sunto: Quibus verbis Regimentum Comitiis Cæsaris & Ordinum per omnia subrogatur.

Cæsarē vero & Ordines, si voluerint, & per alia negotia licuerit, causas etiā iudicialiter audire, ac definire, exemplo Comitiorum Romanorum centuriatorum, tributorum, & curiatorum, in quibus omnib. iudicia quoq; exercita fuerunt, non potuisse, cogitatu ac dictu absurdum est. Iuris autē manifesti est, quod quando † in dispositione quædam eximuntur, reseruando, reliqua cō- 186
cessa intelliguntur. Exceptio enim & reseruatio † declarant cō- 187
cessionem, *l. in his. l. quod vero. & in l. ius singulare. de legib. l. quæsitū 12. §. denique. de fundo instructo.* Brunus *cons. 35. nu. 6.* Surd. *cons. 152. nu. 30.* Barsatus *cons. 4. nu. 7.* Paris. *cons. 8. num. 8.* Menoch. *de præsumpt. lib. 3. præs. 07.*

Et in specie † reseruatio in casibus non reseruatis, concessam 188
iurisdictionem ostendit Vincent. de Franc. *decis. 116. n. 11. versi. item reseruatio par. 1.*

Et quid coniecturis † vel præsumptionibus opus est, cum ex- 189
presse

presse Regimento in cæteris causis iurisdictio reseruetur, Decreto Wormatiensi Anno 1521. §. Ob auch Sachen vorfilen. *Versicul.* Doch sonsten in andern Sachen.

Idem quoque, quod nimirum causarum iudicialium cognitio prima Regimenti ordinatione collegio concessa sit, aperte colligitur ex Decreti Noribergensis Anno 1524. §. Deßgleichen / vbi disponitur, dictam ordinationem Regimenti, Wormatiæ principio constitutam, saluam ac firmam esse debere, exceptis capitibus sequentibus, inter quæ etiam refertur §. Förter sol vnser Statthalter / vnd Regiment / alle Gerichtliche Proceß / vnnd Rechtfertigung / für das Cammergericht / vnd andere ordentliche Gerichte weisen / id est: Vicarius noster, & Regimentum, causas iudiciales ad Cameram, & alia iudicia ordinaria remittant. Exceptiones enim sunt de regula Bart. *in l. cum. §. qui iniuriarum. Si quis cautionibus iudicio sisti.* Sicut enim species detrahitur de genere; ita exceptio de Regula, sub qua continetur. Bart. *in l. quæsitum. §. denique. de fund instruct. legato.* Euerhard. *in loco ab exceptione ad regulam, nu. 9.* Alexand. *consi. 28. numer. 11. volum* 1. Tiraquel. *in tract. de vtroque retract. ligna. ad finem titul. numer. 4. vers. 34.* Pacianus *consilio 141. num. 14.*

191 Et quod causæ tam iudiciales, † quam extraiudiciales, ad Regimentum sint delatæ, idque in iis ius reddiderit, per se, vel Legatos, exemplis compluribus ostenditur dicti Decreti §. Item Als etwan: Vbi posteriori hac constitutione causæ tantum iudiciales excipiuntur, prioribus Decretis omnimodam iurisdictionem Regimento concessam manifesto arguitur. Quicquid enim in specie de iure priori detrahitur, noua lege, & in quo ius nouum constituitur, eiusmodi est, vt huius iuris rationem in aliis causis sequi non possimus, sed cæteras causas ad ius prius esse remittendas, id quod dicitur *in l. fin. C. de appellat.* quicquid noua le-
192 ge † specialiter non est expressum, id veterum legum, constitutionumque Regulis relictum intelligitur. Cum igitur ordinatio vetus in iudicialibus tantum sit correcta, quin in causis extraiudicialibus summarie etiam, post nouam constitutionem correctoriam iudicare potuisse regimẽtum, dubium nullum relinquitur.

Imo

Imo quod magis est *dicto* §. Item als etwan. Remissionem causarum iudicialium ad Cameram respectu Regimenti non priuatiue, sed cumulatiue, mandatam esse, haud obscure colligitur. Quæ omnia, cum claris ac disertis imperii Decretis & constitutionib. referantur, qua fronte autor informationis Ambergensis errare eos, qui Regimentũ in causis priuatorũ iudicandi potestatem habuisse, affirmant, mirari licet. Fæde quoque labitur † idem 193
Autor deß gründtlichen Unterrichts. *folio 22.* dum existimat, Regimenti administrationem, eam ob causam, ab Electoribus, Principibus, & Ordinibus, vt sumptibus & operæ in visitandis conuentibus parcerent, sponte abrogari, ac Regi Romanorum Ferdinando deferri permissum esse. † Aristocratici enim Regiminis 194
istius destructi, solo à Carolo cõsueti, in aliis regnis ac prouinciis hæreditariis, affectati imperii Monarchici causa fuit. Cum enim vt grauiter hac de re differit Julius Pflugius, Episcopus Naumburgensis, in eleganti Oratione *de Republica Germaniæ*, siue imperio constituendo, tempore interregni, q̃ post excessum Friderici Secundi, vsque ad Electionem Rudolphi Primi, per totos 18. annos ferme fuit, ad ἀναρχίαν, vel saltem eo redactum esset imperiũ, vt Principes cum non haberent à quo defenderentur, opes suas quibuscunque rationibus possent, firmarent, & pleraque ad ærarium & mensam imperatoris pertinentia, ad se transferrent, vt cum quilibet in sua prouincia munus imperatoris obiret, neruis quoque & viribus eiusdem vteretur. Et licet creato Rudolpho Respublica statum pristinum receperit: opibus tamen ac viribus imperatoris ita attenuatis vigorem veterem obtinere nequiuit, ideoque eam rationem iniri oportuit, vt quas forte officii atque disciplinæ quasi habenas relaxarit, attenuatio imperatoriæ potestatis eas legum seueritas constringeret, itaque lata primum lex de imperatoris Maiestate non lædenda, primo à Friderico II. deinde succedentibus imperatoribus renouata. Deinde ne nobilitas, in cuius virtute magnum semper Reipublicæ præsidium fuit, licentia deterior fieret, non neglectis quoque legibus censoriis, statutum fuit, vt quicunq; nobilium grauibus se flagitiis contaminassent, in certaminibus illis more Olympiadum Græcorũ

instantis, publice infamia notarentur. Factum quoque est, cum Imperatoris solius non ea esset autoritas, vt omnes potentiores præsertim, in officio continere, & alia ad salutem, pacem, & tranquillitatem reipub. pertinentia, ad effectum perducere posset, vt non tantum leges *de pace publica*, & Ordinatione Cameræ, cōmuni Cæsaris, & Ordinum consensu sint constitutæ, vt Ordines, eo quod ipsi sciuerant iure, & de quo cum Imperatore pacti fuerant, libentius vterentur: sed etiam à regia gubernandi ratione eatenus declinatum sit, vt quæ non tantum ad pacis publicæ, ac sententiarum ab Imperatore, & Camera latarum, executionem, & vniuersæ Reipublicæ gubernationem, pertinerent, maiori autoritate peragerentur, inter Cæsarem & Ordines in Comitiis Wormatiensibus publice statutum sit, vt Cæsar, Electores, Principes, & Ordines quotannis, in Vigilia Purificationis Mariæ, Francofurti per se, vel legatos suos, conuenirent, de tuenda pace publica, executione sententiarum, & aliis ad publicam salutem pertinentibus, deliberaturi, diem quoque conuentus sequentis indicturi, Decreto Comitiorum Wormatiensium in scripto. Handthabung Fried vnd Rechtens/ vnd der Ordnung./ Anno 1495. *in pr. versic.* Darumb ordnen/ setzen/ vnnd wöllen wir/ daß auff vnser lieben Frawen Abendt Purificationis, nechstkommendt/ Wir vnnd vnser Churfürsten/ Fürsten vnd Prælaten/ Graffen/ Freyen/ Herrn/ vnd deß Reichs Stände/ gen Franckfurt Persöhnlich kommen/ aber ob Wir oder jhr einer auß redtlichen Vrsachen/ derhalben Wir/ oder sie in jhren offenen Brieffen/ bey Glauben entschuldigen/ Persönlich nicht erscheinen möchten: Als dann Wir/ oder sie/ jhre Treffentliche Bottschafften/ mit gnugsamen Gewalt/ schicken wöllen/ vnd sollen/ daselbst zu rathschlagen/ handlen/ vnd endtlich beschliessen/ Wege vnd Weise/ dardurch die Friedenbrecher zur Straff/ vnnd Kehrung der Schaden/ bracht würden/ auch erkandten Vrtheilen/ ob jemands denen Folge zu thun/ sich freventlich wider setzet hette/ Gnůge beschehe/ vnnd was die Christenheit deß heyligen Reichs/ gemeinen Nutz/ vnnd anders das anbringen wirdt/ betreffen zum besten/ fürzunemmen/ auch sich zu betragen/ Tag vnnd Malstatt/ deß nechstkünfftigen Jährlichen Zusammenkommens: Id est, Idcirco ordinamus, constitui-

mus,

mus, & volumus, vt in Vigilia Purificationis Beatæ Mariæ Virginis. Nos, Electores, Principes, Prælati, Comites, Barones, & Ordines Imperii, in persona Francofurti conueniant, si vero Nos, vel aliqui ex ipsis, ex causis legitimis, cuius rei literarũ suarũ documento fidem faciant, personaliter se sistere nõ possint, Legatos idoneos mittamus, cum mandatis sufficientib. de omnib. agendi, deliberandi, ac statuendi, quibus violatores pacis publicæ, ad resarcienda damna illata cogi, & sententiæ latæ, si quis se iis opponat, ad executionem perduci possint, aliaque omnia ad vtilitatem ac tranquillitatem publicam pertinentia peragendi, ad diem ac locum quoque sequentis conuentus indicendi.

Postea cum Cæsar, Electores, Principes, & Ordines, absque magno sumptu & incommodo, toties ipsi coire non possent, in Comitiis Augustanis Anno 1500. placuit, præter Imperatorem vel eiusdem impediti Legatum 20. personas eligi, qui essent loco Senatus Imperialis, qui Regimentum sunt appellati. dicto Decreto Augustano *Tit.* Von den Zwantzigen / so zu der Königlichen May. vnnd deß heyligen Reichs Regiment geordnet / vnd jhrem Gewalt. Quia vero ea gubernandi ratio ab imperio Regio per Electionem delato aliena videretur Carolo, isque plus virium ac potentiæ, quam Antecessoribus ad Maiestatem Cæsaream per se tuendam suppetere sibi existimaret, de ea statim initio Magistratus, cum prorsus abolere non posset, modificanda ac re ad Statum Monarchicum reducenda cogitauit. Idque primo sub ipso † Regimenti veteris instituta reformatio, multis in locis o- 195
stendit. Cum enim vetus ille Senatus aulicus generaliter ad gerenda negotia imperii, tam absente, quam præsente Imperatore esset constitutus Ordinat. Regimenti Augustæ Anno *1500. Tit.* Von den Zwantzigen/ so zu der Königlichen May. vnnd deß heyligen Reichs Regiment geordnet / vnnd gewehlet seyn. *Versic.* Die auch mit sampt Vns: id Ordinat. Regimenti VVormatiensis Anno 1521. prima ad absentiam Cæsaris restringitur, ibi in principio verbis finalibus, wie in vnserm Abwesen regieret werden sol/ idem § vnd soll & §. vnd nach.

Secundo à generali illa ac comitiali plane concessa potestate dicto primo Regimento fœderum conuentio, & feudorum Regalium collatio excipitur, §. So auch der Statthalter / *in fine. &* §. *seq.*

Tertio, prima Regimenti institutione potestas, non à solo imperatore, sed ab Ordinibus coniunctim, non ad Cæsaris tantum, sed publica imperii negotia tributa refertur, *dicto titul.* Von den Zwantzigen. *in* §. Vnd dieweil Wir. In Caroli vero constitutione à Cæsare tantum, & ad Cæsaris solius, non imperii negotia mandata regimento data esse, dicitur: Vnser / als eines Römischen Keysers.

Quarto, veteri Ordinatione Regimenti constitutum est, vt ex plurium collegarum suffragiis statueretur. *Tit.* Das Regiment mag die Sechs Churfürsten / vnnd die andern Zwölff Geistliche / vnd Weltliche Fürsten / zu jhn fordern. Id quod tralatitium est, in omni

196 non † solum Democratico, sed etiam Aristocratico imperio, vt est apud Aristot. *Polit. lib. 4. cap. 8.* τὸ δ' ὅτι ἂν δόξῃ τοῖς πλείοσιν ἐν πάσαις ὑπάρχει· καὶ γὰρ ἐν ὀλιγαρχίᾳ, καὶ ἐν ἀριστοκρατίᾳ, καὶ ἐν δήμοις ὅτι ἂν δόξῃ τῷ πλείονι μέρει τῶν μετεχόντων, τῆς πολιτείας, τοῦτο ἐστὶ κύριον: Hoc est; Id autem valere & ratum esse, quod pluribus probetur hoc in omnibus Reipublicæ administrandæ formis inest. Etenim in Oligarchia & Aristocratia, & in ciuitatibus popularibus, & liberis, quod visum fuit maiori parti eorum, qui Reipublicæ administrationis sunt participes, hoc ratum est. Idem *cap 4. eodem lib. in fine. & c. 2. lib. 6.* In Decreto autem Carolino Anno *1521.* quædam solius Vicarii Cæsarei arbitrio permittuntur. Denique, vt de intentione Cæsaris Aristocraticum illud regimen, plane destruere cupientis apertius constaret, forma quoque expediendorum, & subsignandorum diplomatum vetus, ad mandatum Domini Regis IN CONSILIO IMPERII, sic mutata est. §. Vnnd dieweil: ibi: Vnter vnserm Keys. Titul vnnd Siegel / in der besten Form vnnd Maß / Wir als Römischer Keyser / zu thun sollen vnnd möchten / durch gemeldt / Vnser Statthalter vnd Regiment gefertiget / vnnd mit einem Zusatz etlicher Wort / vnterschrieben werden / nemblich also: Ad mandatum Domini Imperatoris, in consilio imperiali, quo voce postrema

non

non ipsius Reipublicæ, sed Cæsaris solius consistorium etiam hodie intelligitur.

Falsum quoque est, quod scribit † in Ferdinandum Romanorum regem, potestatem regimenti collapsi translatam esse, eo enim soluto iurisdictio quidem & alia iura regia, de quibus supra *in tit. de regalib.* ad imperatorem. Reliqua ad ἀρχὴν κυρίαν πάντων, vel politicam potestatem vniuersam pertinentia, vt sunt hodie fere ordinaria, de firmanda, ac tuenda pace publica, tam in ciuilibus, quam Ecclesiasticis, ac religionis negotiis, de legibus & Ordinatione iudicii Cameræ, de impositione collectarum & munerum; de moderatione indictarum pensitationū, de re monetaria; de matriculæ imperialis redintegratione; ac recuperatione auulsorum ab imperio, ad solennem Comitiorum deliberationem & cōstitutionem redierunt, quod vero imperator ipse non habuit, ad regem vel alios transferre nō potuit, vulgata *l. nemo. de reg. iuris.* 177

At posito, ab initio regimenti potestatem ita fuisse restrictam vt causarum iudicialium disceptationem suscipere non potuerit, inde tamen nihil ad consilium & Senatum aulicum inferri potest. Ingens enim est error; quod Senatus aulicus præsens in locum regimenti ita sit suffectus, vt de vtroque idem ius statuendum sit. Quod enim inter ea magnum sit discrimen notum est omnibus, quibus Reipublicæ præsentis forma perspecta est. Regimentum enim tanquam Senatus Aristocraticus, non à solo imperatore, sed simul ab Electoribus, Principibus & Ordinibus coniunctim institutum est eo fine, vt Comitia anniuersaria Cæsaris, & omnium Ordinum repræsentaret. Decreta quoque Regimenti non solius Cæsaris, sed imperii nomine expedita fuerunt dicto Decreto Augustano Anno 1500. *Tit.* Wie alle Sachen bey dem Könige / vor deß Reichs Regiment gehandelt / auch Brieff außgehen sollen / vbi suscriptio Diplomatum, sic refertur ad mandatum Domini Regis in consilio imperii, & vt Elector ipse adsit collegio regimenti primam literam, nominis sui quoque subsignet P. vel F. subscripsit, & non tantum consiliarii imperii, sed Regentes quoque imperii appellandos constitutum est, sæpe

d. Decreto Augustano *tit.* Deß Reichs Rath sollen hinführo Regenten geheissen werden. Imperator vero etsi Regimen certis officiis distinctum, iam inde à Philippi Burgundici, eius Ordinationis primo autore, vt refert Meteranus *in Historia Belgica, libro primo,* præclare institutum habet, ac Palatinorum eo in genere, non minor est dignitas & amplitudo, quam Consistorianorum veterum Principum, qui ex Primariis Ciuibus & eminentioribus Iureconsultis, lecti & Senatoribus præcelluerunt. *leg. Iurisperitos. de excus. tut. & curat. leg. proxime. de his, quæ delentur testamento.* De quibus Honorius & Arcadius in hæc verba scripserunt: Quisquis cum militibus vel priuatis, vel Barbaris scelestam inierit factionem, aut factionis ipsius susceperit Sacramentum, vel dederit de nece etiam virorum Illustrium, qui consiliis & consilio nostro intersunt, Senatorum etiam (nam & ipsi sunt pars corporis nostri,) vel postremo cuilibet, qui nobis militat, &c. *leg. quisquis. Cod. ad leg. Iul. Maiestat.* Autor commentarii ad Edictum iurisdictionis iudicum præsidialium promulgatum in Curia Paris. die 15. Feb. Anno 1550. in verb. consil. Princ. Consiliarii tamen aulici (etsi ex pactis quoque inter Cæsarem & Electores conuentis, non tantum in sanctiorem & interiorem illum, qui vulgo, der Geheime Rath / sed etiam in alium iustitiæ Senatum, den Reichs Hoffrath/ ex Principum, Comitum, Baronum, & Equitum Ordine honoratiss. & eruditione & vsu rerum peritissimi quique cooptantur) non ab imperio, sed à solo Cæsare pro arbitrio constituuntur. Ac licet consiliarii imperiales, Reichs Hoff Räthe quoque appellentur, & Senatus ipse, vt diximus, der Reichs Hoff Rath/ tamen non ab imperio, & ad tractanda negotia vniuersæ Reipublicæ, quemadmodum de regimento dictum est sunt constituti, sed ad differentiam consiliariorum, & Ministrorum Regni Hungariæ, Bohemiæ, & Prouinciarum aliarum hæreditariarum ita appellantur.

100 TERTIO, quod exceptionem † ex natura contractus attinet, præterquam, quod peremptoriam non esse, ostendimus supra *libro primo, cap. 29.* Certum est inter Cæsarem, & Camerales nullam de dando aliquo vel faciendo conuentionem, (quam

proprie

proprie † contractum dici docuimus, *eodem libr. 1. cap. 33. numero* 201
*14.* & quem intelligunt ii, qui sententiam contrariam tuentur.) intercessisse, sed partem iurisdictionis ad tempus, his ab illo mandatam vel delegatam esse. Et licet Cameræ iurisdictionem ordinariam esse contendunt interpretes, Gail. *obs. libr. 1. obs. 41. num. 5.*

202 Id tamen generaliter, quo respectu subiecti scilic. † & caussæ efficientis ordinaria iurisdictio dicitur, quando alicui generaliter iurisdictio ab Imperatore, lege, vel vniuersitate concessa, est ad differentiam eius, quæ vel ad vnam, vel ad certas aliquot causas delegata est, accipiendum est, vt prolixe ostendimus *libro primo, cap.* 10. *num. 8. & seqq.* Non autem respectu modi habendi, quo nimirum ius aliquod proprium in eos translatum sit, Gail. *dict. obs. 41. numero quinto.* vbi patet Cameram habere ordinariam iurisdictionem ab Ordinatione imperii, quæ legis vim obtinet.

203 Est autem † siue generaliter, siue specialiter mandatæ, vel delegatæ iurisdictionis ea natura, vt nihil in mandatarium iuris transferat, sed solum officium ac vices administrandæ iustitiæ nomine concedentis tribuat, *leg. 1. qui mandatam. de officio eius, cui mandat. est iurisdictio.* vbi, qui mandatam iurisdictionem suse c pit, nihil proprium habet: sed eius, qui mandauit, iurisdictione vtitur. Item *leg. 3. titul. eod.* Etsi Prætor sit is, qui alienam iurisdictionem exequitur, non tamen pro suo imperio agit, sed pro eo, cuius mandato ius dicit, quoties partibus eius fungitur.

Si autem dicatur inter Cæsarem & Ordines, de seruanda Ordinatione contractum interuenisse per §. Solches alles. *part. 3. titul.* 54. vbi Solches alles vnnd jedes so ob geschrieben stehet / haben wir König Ferdinandus / Vns mit der Churfürsten Räthe / erscheinenden Fürsten / Ständten / vnnd der Abwesenden Bottschafften vnnd Gesandten / vnnd sie hinwider mit Vns also zu halten / vnnd zu vollnziehen / vereiniget vnnd verglichen: Id est; De his omnibus firmiter seruandis inter nos Regem Ferdinandum & Ele-

& Electorum consiliarios, Principes & Ordines præsentes, absentium Legatos pactum & conuentum est. Certum est ex his, non conuentionem synnallacticam, de qua, vt diximus interpretes sentiunt, sed solummodo Cæsaris cum Ordinibus pro forma Reipublicæ consensionem, quam πόλεως συνθήκην κοινὴν vocat, ex Demosthene Marcianus *l.2.* Nam & Demosthenes, & communem reipub. sponsionem Papinianus *l.1.de legib.* appellat. Et populari & Optimatum imperio in legibus, & aliis ad remp. perti-
204 nentibus sanciendis necessaria est. Licet † autem Maximilianus Primus, penes quem, vt & antecessores olim omnis imperii iurisdictio, & iudicii eiusdem constitutio fuit, à principio temporum rationem secutus, tantum de iure suo remiserit, vt deinceps non per se, & imperatores solos, sed coniunctim per Principes Electores, reliquosque imperii Ordines & circulos, iudices & Assessores constituerentur, ac per illos simul in abeuntium, ac morientium loca, alii nominati substituerentur, quo ita maior autoritas in iudicatis exequendis, summo huic imperii Dicasterio conciliaretur. (Præterea enim nihil iis tributum esse, ex reseruatione Anno 1548. Augustæ, dum eo tempore Carolus confecto, vt videbatur feliciter bello Germanico, elatior sibi toti Cameræ constitutionem sumeret: apparet ex §. Vnd dieweil / ibi: Derwegen Wir dann auß beweglichen Vrsachen / sonderlich auch / vmb Beförderung willen der Justitien / gemeine Stände gnädiglich ersuchet / Vns die Besatzung vnsers Cammergerichts / auff dißmal Vollkomlich heimzustellen / doch jhnen den Ständen / so zu præsentiren jhre Gerechtigkeit künfftiglich / gäntzlich vorbehalten / id est: Ex causis grauissimis præcipue, vt quisque ius suum facilius obtineret, ab Ordinibus petiuimus, vt hac vice nobis solius iudicii constitutionem permitterent, saluo suo in posterum præsentandi iure. Et §. Doch meynen vnd wöllen Wir / daß obgemeldte vnterthenigste Heimstellung / gedachter Præsentation / Churfürsten vnnd gemeinen Ständen / solcher Præsentation halben / künfftig kein Nachtheil gebähren sol / id est: Volumus tamen, quod hæc remissio Electorum, Principum & Ordinum, præsentandi iure imposterum nullum generare debeat præiudicium: Ab ea remissione ad abdicationẽ

tota-

totalem iurisdictionis nihil recte infertur. Renunciationes † e- 205
nim sunt stricti iuris, & stricte non extensiue interpretanda. Cagnol. *in l. 1. C. de pact.* Tiraq. *in l. si vnquam, in pr. n. 174. vers. adde & quod scripsit. C. de reuocat. donat.* Natta *consil. 78. n. 5. vol. 1.* Pacian. *cons. 133. nu. 87.* Etiam iuramento firmatæ Oldrad. & Ripa *in l. 1. C. de pactis.* Castrens. *cons. 449. in fine.* Imola *in c. cum inter. de renunciat.* Pacian. *d. cons. 33. num. 88.*

Quantum Qvarto ad † argumentum Schraderi, à vi ver- 206
borum præcisorum geminatorum, stracker vnnd freyer. *in tit. 25. part. 2.* Daß dem Cammergericht sein stracker Lauff gelassen werden soll Præterquam quod voces Liber, oder Frey / in loco Tiraquelli relato † non reperiatur, verba quoque præcisa in genere legiti- 207
mas exceptiones ac defensiones remoueant, *l. stipulatus sum damnam, de verb. oblig. l. ita pudor, C. de adult.* Ias. *in l. omnes populi, n. 55. de iustitia & iure.* Nulla quoque hic fit sententiæ geminatio, sed tantum accumulatio nominum & vocabulorum stracker / freyer / vnverhinderter Lauff / quæ maiorem & diuersum effectum non producunt, Paris. *cons. 110. num. 45. 46. vol. 1.* Certum est etiam † di- 208
ctum titulum non inducere generalem renunciationem, & abdicationem totius iurisdictionis Cæsareæ, sed tantum auocationis & suspensionis litium & causarum in Camera iam inchoatarum, vt diserte ostendunt verba: sein stracker Lauff gelassen werden soll / metaphora ducta à præcipitatione gradus ad causarum agitationem, idque maxime declarant exempla actuum, quibus à Cæsare cursus litium cameralium impediri ac sisti prohibetur. Restitutio, supplicatio, auocatio, vel alij modi suspensiui qui omnes litē iam cœptā præsupponunt. Certi enim † iuris est, quod 209
exempla licet non restringant, tamen declarent regulam, & ostendant in quibus terminis loquatur dispositio, vt est textus expressus *in l. fin. §. cui dulcia, de Tritic. vin. & oleo leg.* aperte probatur *in clem. non potest. de procurator. l. regula, de iuris & facti ignorant.* Paris. *cons. 110. num. 62. vol. 1.* Et generaliter sequentia † decla- 210
rant præcedentia *l. si seruus plurium, §. fin. & l. qui filiabus, de legat. 1. l. vtrum, de petit. hæred.* Paris. *dict. cons. 157. vol. 4. num. 16.* Natta *cons. 409. nu. 7.* Cum igitur † renunciationes strictissimi sint iu- 211

ris, & inclusio vnius alterius sit exclusio, *cap. nonne, de præsumpt. l. cum Prætor, in princ. de iudiciis.* gl. *in c. postulasse, in verbo prouenitibus, de rescript.* Paris. *consil. 33. num. 5. vol. 1.* Pacian. *consil. 100. nu. 43.* Purpuratus *consil. 2. num 15. consil. 464. num. 1. & consil. 557. num. 20.* Botta *consil. 13. num. 29. & consil. 81. num. 49.* Natta *consil. 430. nu. 27. vol. 2.* ad causas & lites nondum currentes & cœptas extendi non potest.

212 QVINTO argumento † à natura exceptionis vel reseruatio-
213 nis respondetur. Quod exceptio omnis † de regula esse censeatur. *l. nam quod liquida, de penu legata,* & ibi Dec. *n. 22.* Bart. *in l. 1. de reg. iur. l. in his, de legib.* Crauetta *in locis communibus ab exceptione ad regulam, c. 3.* Bursatus *cons. 171. nu. 43.* Et quod exceptio debeat esse de corpore Regulæ, & de contentis sub ea Bar. *in l. eum qui, §. iniuriarum, nu. 6 in fine. Si quis caut. iud. sistendi causa.* Iason *in leg. nummis, num. 11. 12. & 13. de in litem iur.* Dec. *consil. 44. n. 4. & cons. 351. n. 7.* Botta *cons. 26. num. 27.* Causæ autem Ducatuum & Comitatuum non excipiuntur à generali Imperatoris iurisdictione, sed tantum à concurrente cameræ concessa iurisdictione Ordinat. *tit. 27. part. 3.* Ergo non Cæsaris vniuersalem, sed Cameræ limitatam iuris reddendi potestatem restringunt. Ac licet ab vniuersali iurisdictione Cæsarea essent exceptæ: Iuris tamen est
214 explorati, † ficti non maiorem esse vim quam veri *§. minorem. Instit. de adopt. l. filio quem pater, de liber. & posth. hær. institut.* Menochius *consil. 100. 125.* Per reseruationem autem certorum casuum reliqua finguntur in genere concessa: cum igitur expressa generalis & vniuersalis concessio ad ius relata non operetur abdicationem, sed solummodo communicationem iurisdictionis, vt paulo ante ostendimus, multo minus per fictum & subauditum intellectum effectus priuatæ concessionis induci potest.

215 Quæ de vi geminationis † addita sunt locum non habent, quando in dispositione iterata idem est defectus qui fuit in prima Crauetta *consil. 1. num. 133.*

216 Quantum ad SEXTVM † argumentum à fine instituti iudicij cameræ, vt nimirum lites celerius expediantur: tantum abest, vt

con-

concursus iurisdictionis aulicæ cum camera contrarium effectum inducat, vt etiam expeditius & commodius ciues imperij ius suum consequi possint: cum res ipsa ostendat, propter multitudinem causarum, lites in camera fere immortales fieri, & cum in arbitrio actorum sit vtrubi lites introducere velint, minori quoque sumptu aulæ, quam cameræ viciniores litigare possunt.

In argumento † Septimo quo camera Imperatorem repræsentare dicitur, παραλογισμὸς quoque est παρὰ τὸ κυρίως τὸ δὲ ἢ πῆ, ἢ πῶ, ἢ πῶς, ἢ πρός τι λέγεσθαι, καὶ μὴ ἁπλῶς. Et quod ea quæ aliquatenus, & quodammodo in camera esse dicuntur, quasi omnino & in totum pronunciata accipiantur. Et quod repræsentatio illa & appellatio iudicij Cæsaris nihil aliud quam concursum cum Imperatore, ita vt præuentio vltro citroque locum habeat, operetur, egregie explicat Gailius *obseruat. libro primo, obseru. 29.* vbi conclusum esse ait: Quod camera per modum contractus ex ordinatione concurrentem iurisdictionem habeat, adeoq; ipsum Cæsarem in causis ciuilibus repræsentet, voceturque iudicium Cæsaris, das Keys. Cammergericht. 217

Nihil quoque Octavo ad † recentiorum sententiam confirmandam facit, quod camera summum vel supremum imperij iudicium dicitur: Præterquam quod verba † *optimus, maximus, supremus*, vel *summus* non semper sint notæ comparationis, vt refert Licinius Ruffin. *in l. proximi.* & Paulus *in l. illa verba, de V. S.* Joan. Gœddæus *in l. proximus, de verb. significat*, cameræ iudicium, quod hoc loco, non vt proprie id definit Cuiac. *tit. 1. l. 2.* Decretalium litium iudicialem disceptationẽ, sed κατὰ μετωνυμίαν adiuncti pro collegio disceptatorum iudicialium, vt & verbum iustitia more Gallico eodem tropo pro effectu iudicij, accipitur, hic non cum ipso Imperatore vel senatu eius aulico qui non solis iudicialibus, sed & aliis negotiis publicis ad ἀρχὴν πολιτικὴν, siue κυρίαν πάντων pertinentibus est destinatus) sed cum iudicio Rotvveilensi & aliis principum & ordinum iudiciis solennibus confertur. Ideoque is dignitate & amplitudine cameræ collegio minime cedit. Vt etiam de veteri senatu Romano quem Cicero ideo summũ consilium

lium appellasse scribit, quod consilium ratio & sententia esset in senibus consistorianis dignitate non præcelluisse constare ex *l. quisquis*, arguendo ab ordine scripturæ *l. quoties, de vsufr. l. hæredes mei, §. fin. ad Trebellianum*. dicit Autor ad Edictum Regium *de iurisdictione Iudicum præsidialium*, anno 1550. promulgatum verbis *conseil. princ. num. 3. & 4.*

In argumento NONO, quod à sententiis iudicij Rotvveilensis ad cameram appellandum esse constitutum est, error est παρὰ τὸ μὴ αἴτιον ὡς αἴτιον. Non enim sequitur permissum est à iudicio Cæsareo Rotvveilensi appellari ad cameram. Ergo camera Cæsare superior vel par est. Ostensum enim est quicquid cameræ concessum, id non abdicatiue sed communicatiue tributum esse, sic quoq; appellandum ad cameram nõ extinguendæ iurisdictionis Cesareæ, sed aulæ à multitudine litium subleuandæ causa cõstitutum est, ac Cæsari nõ tantum appellationes à iudicio Rotvveilensi recipere, sed cognitionem quoque iam cœptam à camera ad aulam auocare vel aliis committere permissum. Quod enim de cursu iurisdictionis non sistendæ relatum est, sæpe allegato *ti. 35. part. 2.* ad cameram tantum pertinent, sed tributa. Non autem ad illa quæ in solius Cæsaris potestate sunt relicta, quale est iudicium Rotvveilense ex locis allegatis ex Ordinatione Rotvveilensi Maximiliani II. *tit. 5.* Recessu Wormatiensi, anno 1521. §. Vnd nach dem. Recessu Ratisbonensi, anno 1532. *tit.* Rottweilisch Gericht betreffend. Recessu Spirensi, anno 1570. §. Vnd nach dem. abunde manifestum est, extenditur. Sic etiam cameræ executio sententiarum à Commissariis vigore Ordinationis datis concessa cumulatiue non priuatiue intelligenda est ex fundamentis antea deductis.

21. Quod DECIMO in specie † violatæ pacis publicæ solummodo fit mentio concursus cameræ cum Cæsare in reliquis cameræ concessis eiusdem concursum non remoratur, quod is tacite et-
22. iam ac iure ipso reseruatus censeatur. Satis autem expressa † etiam dicuntur, subaudita à lege vel quæ coniecturis, vel ex interpretatione iuris colliguntur, Socin. iun. *cons. 136. num. 19. libr. 1.* Menoch. *de præs. lib. 3. præs. 134. num. 36. & cons. 1141. num. 10. & 14.*

*l. licet*

*l. licet Imperator. de legib.* & ibi Jason. Ang. *in §. Seuero expressum in Auth. de hæred. & Falcid.* Afflict. *decis. 44. num. 15.* Angel. Rom. Iason. *in leg. Prætor ait in princ. de operis noui nunc.* Bald. *in l. cum proponebatur, in princ. de leg. 2.* Et satis expresse † cautum dicitur in 223
quo idem ratio reperitur etiam in argumento odioso. *l. his solis; C. de reuocat. don. l. vlt. C. de indict. viduit. tol.* Baldus *cons. 433. in fine.* Paul. Paris. *cons. 83. col. 2. num. 2. vol. 2.* Tiber. Decian. *cons. 111. n. 11.* Quæ enim rationis nexus † coniunxit dispositio iuris non se- 224
parat, idem Decian. *dict. cons. 111. num. 10.* Etsi enim Imperator cameræ concursum in causis fractæ pacis nominatim concessit, nihil tamen de iuris communis generali dispositione qua iurisdictio omnis cumulatiue nō priuatiue concessa intelligitur mutauit, sed se cum ea conformare voluisse censetur *leg. cum hæredes mei, §. cum ita.* vbi late Ripa *num. 74.* Ad Trebell. Jason. *consil. 215. col. 6. vers. 3. principaliter, lib. 2.* Menoch. *cons. 357. num. 28.*

Notandum præterea † non limitandæ iurisdictionis Cæsareæ 225
causa sed ideo non Cæsari cum camera, vt inepte inuertitur, sed cameræ cum Cæsare concurrentem iurisdictionem in causis fractæ pacis publicæ nominatim concessam esse, quod Banni † im- 226
perialis pœna à nullo nisi à Cæsare vel Rege Romanorum iure communi imponi possit. *l. 1. §. hi quibus, de leg. 3.* vbi Jurisconsultus dicit, Deportandos esse accipiendos quibus Princeps Insulas annotauit, vel de quibus deportandis scripsit *l. 6. & 7. de interdictis & relegatis.* Duaren. ad dictum *tit. c. 1. & 2.* Restaurus Castald. *de Imperatore quæst. 110. n. 310.* (Inferiorum enim à Principe † ban- 227
na vltra eorum territoria non extenduntur, ideoque non proprie banna, sed relegationes ac proscriptiones appellantur per text. *in l. relegatorum. §. interdicere. de interd. & releg.* Gail. *d. c. 6. nu. 12. & lib. 2. c. 1. num. 27.*). Idque vi iurisdictionis in imperio vniuersalis & protectionis cuius ratione Dominus mundi dicitur, vt loquuntur interpretes *in l. deprecatio ad l. Rhod. de iactu, & l. bene à Zenone, C. de quadr. præs.* Cum igitur † concessione generali *tit. 27.* 228
*part. 2. ord.* non comprehendantur reseruata principi Petr. Anton. de Petra *in tract. de iure quæsito non tollendo cap. 9. in fine. & cap. præceden.* [illegible] ale est banni imperialis inflictio Gail. *de pace publica,*

*cap. 6. lib.* 1. & quæ tradit Restaurus Castald. *de Imperatore, quæstio. 110. num.* 239. Gail. *de pace publ. lib.* 2. *c.* 1. *in fine:* speciali expressione cameræ iurisdictionis hic opus fuit, sine qua ius in hisce causis dicendi sibi vindicare non potuisset, *d. l.* 1. *de pace publ. c.* 11. Inepte igitur & vitiose colligitur, in causis fractæ pacis iurisdictionis Cæsareæ fit mentio. Ergo cum inclusio vnius sit exclusio alterius reliquę causę omnes ad camerę solius decisionem pertinent. Non enim iurisdictionis vniuersalis Cæsareę restringendę, sed camerę mandatę ac certis limitibus circumscriptę potestatis augendę, causa exprimi, ex iis quæ diximus manifestum est.

229 Eadem responsio est † ad ea quæ VNDECIMO de omissione concurrentis Cæsareę, cum camera in causis ferme omnibus, quæ vel per viam simplicis querelę, vel appellationis ad cameram deferuntur, inutilis enim & superuacanea est expressio eorum quę tacite insunt dispositioni *leg. hac verba.* & ibi interpretes communiter *de leg.* 1. Alex. *consil.* 88. *colum.* 2. *consil.* 202. *colum.* 2. *eodem vol.* Ruinus *consil.* 127. *colum. penultim. volum.* 2. Tiberius Decianus *consil.* 184. *num.* 50. Menochius *consil* 922. *num.* 12 Et in Tractat. *de præs. lib.* 4. *quæst.* 45 *num.* 3. *consil.* 941. *num.* 15. *cons.* 974. *num.* 4. *consil.* 374. *num.* 26. *cons.* 776. *num.* 23. Bursat. *cons.* 32. *nu.* 62. exacte Tiber. Decian. *Responso* 43. *num.* 12. *vol.* 2. Cum igitur vt antea satis demonstratum est, ex natura tributę iurisdictionis ipso iure concursus Cæsari cum camera generaliter reseruatus sit, speciali expressione in singulis opus non fuit. Nec omissa di-
230 cuntur † quę sunt expressis similia & eandem rationem habent, vt egregie hunc locum explicat Curtius sen. *consil.* 52. *col. vltim.* Paris. *consil.* 54. *colum. vltim.* & *consil.* 72. *num.* 58. *lib.* 2. fuse Tiraquell. *in repetit. leg. si vnquam in verbo libertis, num.* 45 *C. de reuocat. donat.* Gozadinus *consil.* 45. *numero* 16. Menochius *consil.* 652. *numero* 18.

231 Argumentum † DVODECIMVM à differentia verborum præcisorum & liberam Electionem designantium, nullius quoque momenti est. Præterquam enim quod absque discrimine, tam in causis fractæ pacis, quam aliis casibus quibus ... electionem Cameræ priuatiue concessam esse arbitra...

mögen vnnd sollen/ vtantur, vt patet ex *tit. 10. ord. part. 3.* vbi *in Rubrica* verbum soll/ *in nigro*, daß der beschädigt gut fug vnd macht haben soll/ den der also der That oder deß zuschiebens oder zusehens verdacht/ vor seinem/ deß verdachten ordentlichen Richter/ oder vor der Keyserlichen Mayestet/ vns als Römischen König/ oder dem Keyserlichen Cammergericht/ fürzunehmen. Item *eodem titulo*, §. Es sollen vnd mögen auch die Keyserliche Mayestet/ wir als Römischer König/ oder das Keyserliche Cammergericht/ nicht allein auff anruffen der Partheyen/ oder deß Keyserlichen Fiscals/ sondern auch auß eigener Bewegung/ vnd von Ampts wegen/ solche Purgation vnd Entschuldigung vornehmen. Item §. *& seq.* Es soll auch einem jeden. Et *tit. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18.* vbi Sollen vnd mögen. indifferenter ponuntur. Verba quoque præcisa, † quæ secundum 232 subiectam materiam sunt intelligenda ex iis quę tradit Bald. & Raphael Cumanus *in leg. Gallus.* & ibi Jason. Joan. Vincent. de Anna *in rubr. de vasallo decrep. ætat. nu. 174.* Lancelottus Galliaur. *in repetit. num. 13. & 14. de liber. & posthum. hæred. instit.* Schraderus *in tractat. Feud. part. 10. sectio. 20. num. 197.* exceptiones ac restrictiones legitimas non tollunt *leg. stipulatus sum damam, de verbor. obligationib. l. ita pudor, de adulteriis.* Et alias verba † etiam 233 communia & indeterminata ad naturam rei in conuentionem deductæ sint accommodanda ac determinanda, Borellus *consil. 58. num. 12.* Tiberius Decianus *consil 86. numero 61. libro 4.* Fabian. Turret. *consil. 61. numero 6.* Mynsingerus *consil. 73. num. 30.* Surdus *consil. 127. num. 9. cum sequentib libr. 1.* Fuluius Pacianus *consil. 36. numero 41.* Et quod potius verborum debeat impropriari natura, quam vt rerum indoles offendantur Crauetta *consil. 472. numero 10 vers. quinto.* Andreas Knich. *de vestit. pactis, part. 1. cap. 11. num. 58.*

Argumentum † Decimvmtertivm nititur duplici falsa 234 hypothesi primo quod tempore instituti iudicij Cameralis iurisdictio Imperatori fuerit cum Ordinibus communis. Id enim quod Cæsares iurisdictioni ex Decreto Electionis sibi competenti renunciauerint, eamque cum Ordinibus communicarint, nec pactis inter Regem & Septemuiros initis, nec vlla imperij consti-

constitutione relatum est, nec etiam quod maxime vrgent Cæsarem nimirum non solum vi vniuersalis iurisdictionis sibi tanquam electo Imperatori competentis, sed æquata cum Ordinibus potestate reddendi iuris Cameræ potestatem dedisse. Etsi enim tempore instituti iudicij Cameralis forma ipsa & personæ cameræ (cuius dispositio antea penes solum Imperatorem fuit) primo cum consilio & consensu Ordinum vniuersorum à Maximiliano Primo, anno 1495. constituti fuerunt, postea vero quo maior autoritas iudicio crearetur, exequendis, non tantum per Imperatorem, sed Electores reliquosque imperij circulos, Judices & Adsessores suo ordine & modo dandos præsentandos & eligendos, subindeque in locum morientium vel abeuntium sufficiendos esse sancitum est: Tamen ex conuentione ea de forma & personis iudicij, qua Imperator temporum rationem secutus nonnihil de iure sibi tanquam Regi competente remisit, contra naturam renunciationis quam odiosam, & non nisi ad expressa solummodo referendam esse, ad nauseam vsque toties iam demonstratum est, ad omnimodam iurisdictionis abdicationem nihil recte infertur, sed vt in omnes imperio subiectos, sic etiam in cameram à solo Imperatore perenni iurisdictionis fonte cameralis iurisdictio promanat post Bart. & Alex. *in l. more. de iurisdict.* Schvvanmannus *pract. obs. 3. in princ.* Idq; pluribus ostendimus infra *cap. 6. fol. 445.* vbi de causa efficiente iudicij cameræ agitur. Estque insignis error in eo quod illud, quod κατά τι vel aliquatenus & quodammodo verum permittitur ἁπλῶς, & quasi omnino & in totum concessum accipiatur. Aliud enim est de certa iuris reddendi forma, litium iam cœptarum cursu non impediendo, & Adsessoribus quibusdam à circulis & statibus præsentandis. Judicem enim siue Prætorem qui iudicij caput, & norma atq; ordinationis est custos *ord. part. 1. tit. 9.* Pet. Denais. *Iuris Cameralis tit. 135. verb. Iudicis Cameræ munus*, præsides item Cæsar etiamnum solus creat, quod ideo potissimum fieri constat, quo imperij ciues omnes, quod sint in numero Judicum & Adsessorum, qui statutorum & consuetudinum localium sint periti de causarum suarum expeditione melius sperare possint. Ord. *par. 1. tit. 3.*

*tit.* 3. ac de curatoribus & magiſtratibus omnibus imperij generaliter capitulationibus cautum eſt, his verbis: Wir ſollen vnnd wollen auch vnſer Königliche/ vnd deß Reichs Empter am Hoff vnd sonsten im Reich mit keiner andern Nation/ dañ gebornen Teutſchen beſetzen vnd verſehen. Id eſt: Regiis noſtris & ſacri imperij Officiis Palatinis & aliis, non niſi in Germania natos præficiemus: Aliud iuriſdictionem omnem à ſe abdicare ac ordines in eius ſocietatem accipere, vt nihil prorſus, quod & omnibus etiam infimis de iuriſdictione ſua aliquid concedentibus & mandantibus ipſo iure reſeruatum eſt, retinuiſſe intelligatur.

Reliqua ab autore Informationis Ambergenſis collata argumenta magis numero, quam pondere cenſenda ſunt. Quantum enim ad DECIMVMQVARTVM † circa reformandam iuſtitiam & corrigendos defectus iudiciorum ſolius, cameræ nulla conſiſtorij Cæſarei fit mentio excepta tranſactione Paſſauienſi. Ergo tollendum vel ſublatum videri iudicium aulicum. Item DECIMVMQVINTVM, quod ideo in aula ius ſuum quis obtinere non poſſit, quod Ordini & formæ iudicij cameræ præſcriptæ Cæſarea iuriſdictio non ſit adſtricta: eſt in vtroque ἔλεγχος falſæ cauſæ. Plane enim ἀνακόλουθα ſunt, de aulico proceſſu nullę querelæ, nulla grauamina audita. Ergo non fuit, vel tollendus aulicus Senatus, & quod ea forma iudicij quæ in camera obſeruatur, in aula locum non habeat. Non enim in mora & ambagibus litium, ſed in iuſta & æqua cauſæ cognitione & executione iuſtitiæ adminiſtratio poſita eſt. Quemadmodum veteres quoque Imperatores non quidem de omnibus cauſis, ſed de quibus viſum erat, & cum liberet, nunc Prælatorum loco & in ipſorum tribunalibus nunc in Senatu aut domi iudicare ſoliti ſunt. Et Julium Cæſarem laborioſiſſime ac ſeueriſſime ius dixiſſe ſcribit Suetonius. Auguſtum quoque aſſidue ius dixiſſe, & in noctem nonnunquam, ac ſi parum valeret lectica pro tribunali collocata, vel etiam domi cubantem, vt & de Tiberio refert Tacitus. Item Adrianus Imp. vt autor eſt Dion Caſſius ius dicebat aſſidue cum primoribus ciuitatis, aliquando in Palatio, nonnunquam in prandio, interdum pro tribunali. Idem cur Impe-

ratoribus nostris per se, vel consiliarios aulicos non liceat, causa nulla apparet.

236 Idem παραλογισμὸς † est in argumento DECIMOSEXTO. Etsi enim cameræ iudicium quoad ordinem & formam iudicij inferioris subsellij iudicibus merito præferendum, ac eo loco habendum sit, quo illud Imperator & Ordines vniuersi esse voluerunt. Inde tamen Cæsari & sacro eius consistorio dignitate ac potestate antecellere minime sequitur.

237 In DECIMO quoq; † SEPTIMO, ἔλεγχος est, falsæ causæ, quasi ideo perirent sumptus in cameræ sustentationem, imo recte collocantur, quod ad celeriorem expeditionem litium in camera fere (vt est communis querela) propter causarum multitudinem immortalium, hæc duorum iudiciorum coniunctio faciat.

238 Quod ad DECIMVM † OCTAVVM. Etsi graue est nostræ Religionis hominibus, quod nō sicut in camera Adsessores, sic quoque in aula pari numero vtrique Religioni addicti in consilium Cæsaris adoptentur, propterea tamen status publicus nisi fiat consensu ἀρχόντων vel συναρχόντων mutari ac dissolui non potest.

239 In Argumento DECIMO † NONO, quo tanquam in terminis inuenta decisione adeo magnifice se effert autor deß gründlichen Unterrichts/ nihil est quo Cæsarem iurisdictionem à se abdicasse probetur. Etsi enim vt habet iste articulus negari non potest cameræ iudicium eo fine maxime institutum, vt in eo ius suum cuique æqua lance tribuatur, inde tamen non sequitur idem à Cæsare & sacro eius consistorio fieri non posse. Ea enim natura est verborum implicatiuorū vt implicent, importent seu designent idem esse in casu contrario Glossa *in l. illud. in verbo existimari, ad l. Aquil. l. quod si minor. § restitutio, super verbo in venditione, de minor. c pertuas.* & ibi Panormitan. & Joan. Andr. *de Simonia.* Euerhard. *in loco à natura dictionum implicatiuorum, nu. 1. l. 2. C. ne filius pro patre.* Tiberius Decian. *cons. 55. nu. 19. vol. 1.*

240 Quantum ad † VIGESIMVM argumentum adserit quidem autor Ordines Cæsari iurisdictionem retentam vsurpare volenti contradixisse: id etiam si probari posset tamen non sufficeret nisi Cæsarem huic ordinum intercessioni acquieuisse, & iuri suo de reser-

reseruata cõiuncta iurisdictione renunciasse doceri posset. Multa enim petuntur ac tractantur quæ non perficiuntur. *l. sciendum. § edictum, de Ædilitio edicto.* Bald. *in l. cum allegas in 3. col. C. de usuris.* Alex. *consil. 28. & consil. 13. n. 17. 1. vol.* Tiber. Decian. *consil. 56. nu. 19. lib. 2. l. si ex causa, §. nunc videndũ, de minor. c. dudum, de reb. Eccl. nõ alien. n. 6.* Bald. *in l. 1. C. plus valet quod agitur, l. si quis cum aliter, de V. O.* Riminald. *cons. 383. n. 11.* Quod vero adducit exemplum ex *cons. 10.* Zas. *li. 2.* minime probatur Cæsarẽ eo tempore per se vel consiliarios aulicos iurisdictionem nõ exercuisse, vel vt infert autor nullum eo tempore fuisse iudicium aulicum coram quo Secretarius Cæsareus conueniri potuerit. Sic enim factũ narrat Zasius, Doctorem quendam Ambrosium, Joannem T. ratione mercedis vt loquitur deseruitę in camera conuenisse, reum autem in contumaciam in summam postulatam cum refusione expensarũ condemnatũ fuisse, executorialibus subsecutis contra quas cum reus exceptiones negotium principale concernentes obiecisset, iis reiectis arctiores executoriales decretas, tandem tamen Treuiri rem ita esse transactam, vt Cæsar mille florenos pro Secretario se soluturũ promiserit, & actor liti & causæ renunciauerit. Etsi autẽ iuste ac recte fecit Imperator, vti his verbis narrat Zas. *d. cons. n. 26* Quia ante aliquot annos cũ Principibus, Proceribus ac Statibus SS. imperij dũ conuentus Worm. haberentur constitutionem & ordinationẽ fecerit: Quod statũ & processum iudicij cameræ in eius sententiis non impedire, nec ad se auocare, irritare, aut alia via siue appellationis, supplicationis ad se trahere & rescindere velit, ꝙ præuentam à camera iurisdictionem impedire noluerit: Tantũ tamen abest inde nullũ eo tempore dicasterium aulicum fuisse ostendi, vt etiã contrarium & quod nimirum Cæsarea cum camera cõcurrens iurisdictio nõ cessauerit, manifeste probetur. Narrat enim Zas. Decretis à camera contra Secretarium executorialibus, ex aula Cæsaris Maximiliani die 4. Nou. an. 1509. mandatum pœnale emanasse, in quo sub pœna 20. marcarũ auri præceptum sit, dicto D. Ambros. vt obtentis in camera sententiis cederet, quas & Cæsarea Maiestas de plenitudine potestatis & ex certa scientia cassarit, ac rem eo deuenisse, tantaque seueritate

contra eum processum, vt & Bannum imperiale Cæsaris nomine contra eum fulminaretur.

Post initam vero transactionem Cæsarem denuo iura, & sententiam in camera à dicto D. Ambrosio obtentam cassauisse, nulla de concordia facta mentione mandato pœnali in eam rē Bruxellis expedito, die 26. Julij, anno 1512. Non sunt hæc Cæsaris iurisdictione omni destituti & nomine tantum imperium gerentis.

241 Nihil quoque Cæsaris † concurrenti cum camera iurisdictioni derogat, quod affertur VIGESIMOPRIMO Decretum Imperatoris Rudolphi Secundi, anno 1596. quo absque discrimine caussas omnes in aula recipi improbasse scribitur. Eo enim fine institutum est iudicium cameræ ne consilium aulicum multitudine litium obrueretur, ac in tractatione aliorum negotiorum publicorum retardetur. Liberum enim est Cæsari & consiliariis quas volunt ipsi causas in aula definire, retinere vel ad cameram iudicandas remittere.

242 Nullius quoque est momenti † quod VIGESIMOSECVNDO affertur ab autore cōtra manifestam ac notoriam obseruantiam, quod nimirum id ex prorogatione & consensu reorum ad aulam vocatorum nulla iuris necessitate factum sit. Vt enim de Cæsare
243 tanquam summo Principe ac fonte † æquitatis & iustitiæ non præsumitur iniuste & contra morem maiorum & pacta conuenta Electores ac Principes in ius trahere, & sic Tyrannorum more plus iuris ac potestatis sibi sumere voluisse, quam ipsa Reipublicæ forma (quæ non est παμβασιλεία, sed Regnum κατὰ νόμον certis concessi imperij limitibus circumscriptum) patitur (talis enim præsumitur voluntas & intentio Principis qualis legis & rationis Decius *consil.* 33. incip. *viso puncto versic. & talis præsumitur*, *colum.* 3. *in fine*. Lancellottus *in Templo iudicum, libr.* 1. *cap.* 1. *de Imperatore*. Jason *in l. ex facto, de vulgari ac pupillari*. Bald. *in leg. si duo, num.* 2. *de acquir. hæreditat*. Pacian. *consil.* 7. *num.* 156. *& consil.* 29. *num.* 73. Et Principem tanquam fontem æquitatis & gratiæ §. *omnes*, *Auth. de Iudiciis* non præsumi velle præiudicare iuri quæsito, Natta *consil.* 268. Riminald. *consil.* 46. *num.* 130. *libr.* 1. Tiberius Decianus *consil.*

*consil. 38. num. 46. lib. 4.* Bursatus *consil. 234. num. 60.* Fab. Turret. *consil. 13. num. 12. & 13.*) Sic nec Reuerendissimos † ac Illustrissimos Electores, Principes, Prælatos, Comites, Barones, Nobiles ac Ciuitates vel expressa conuentione, vel ipso facto omissa fori præscriptione iura ac priuilegia sua si habuissent remisisse: probabile est. Cum enim remissio nihil aliud sit quam donatio *l. hoc iure, §. 1. de donationib. l. si quis obligationes, de reg. iuris. l. si quis delegauerit, de nouationibus.* Bart. & alij interpretes *in l. Modestinus, de donat.* Guid. Panciroll. *consil. 59. num. 89.* Rol. à Valle *consil. 64. numero 20. vol. 1.* Ea autem non præsumitur, sed probanda est *l. cum de indebito de probat. l. Campanus, de oper. libertorum.* Roland. à Valle *consil. 51. num. 15. vol. 1.* Bursatus *consil. 32. num. 38. vol. 1.* Tiber. Decian. *consil. 32. num. 82. lib. 1.* Riminald. iun. *consil. 276. num. 22. li. 3.* Bursat. *consil. 307. num. 78. lib. 3.* Osasch. *decis. Pedemont. 112. n. 3.* Tib. Decian. *consil. 3. num. 118. lib. 1.* Fab. Turret. *consil. 65. num. 13.* Menoch. *consil. 46. n. 9. Et consil. 290. n. 179.* Paris. *consil. 49. num. 39.* Ruin. *consil. 127. n. 19. vol. 3.* ac late Tiraq. *in repetit. l. si vnquam in præf. n. 128. & seq. C. de reuoc. donat.* Ceph. *consil. 25. num. 47. & 48.* Mascard. *de probat. vol. 3. concl. 1262.* 244

Quantum ad Vigesimvm tertivm † argumentum, quo autor ideo Cæsarem iurisdictioni cameræ non præiudicasse arbitratur, quod maius & amplius ius sit iuris singularis, siue priuilegij concessio. Non negatur quidem ad summa Reipub. & Regum potestatem pertinere νομοθετεῖν quę iuris reddendi potestate amplior & augustior est: sed si camerę ita vt autor & qui cum eo sentiunt, per contractum inter Cæsarem & Ordines initum iurisdictio ita abdicatione sit tributa, vt Cæsar non nisi solo nomine ius dicentis vti possit, quo iure in pręiudicium camerę eiusmodi priuilegia cameræ, ad quam maior pars causarum per appellationem deuoluitur de non prouocando concedere possit non videmus. Certum est autem † de iis tantum posse constitui ius singulare, quæ sunt in potestate constituentium. Sic enim definitur priuilegium † ius quod contra communem ciuilium ordinationum tenorem propter naturalis æquitatis rationem certa constitutionum autoritate introductum Paul. *in l. ius singulare, de legib.* 245 246 247

Oldendorp. *in tr. de iure singulari in principio.* De iure singulari recte definiendo. Idque generale est de omni νομοθεσίᾳ, tam vniuersali quam particulari. Est enim ius † constitutio iubens in publicum, permittens quæ recta sunt prohibensve contraria, iis quibus posita est necessitatem imponens: Necessitas autem ea ex duobus proficiscitur, pœna legi addita & constituentis autoritate, Donell. *com. iur. ciuil. li. 1. c. 5. in fin. l. vlt. C. de legib.* Præterea certi & manifesti iuris est, Principem † ius & Dominium non tantum iure gentium, sed etiam ciuili quęsitum per concessionem priuilegij auferre non posse, Bart. & Jas. *in l. ex hoc iure de iustitia & iure.* Bald. *in l. 1. C. de iur. aur. annul. & in l. rescripta, de precib. Imp. offerend.* Menoch. *cons. - - - n. 136. & cons. 181. n. 54.* Ruin. *cons. 98. n. 4. & 23. l. 4.* Tapia *in rubr. de constit. Princip. c. 1. n. 49.* Etiamsi sit supremus & absolutus *l. nemo, C. de temporib. appellation.* ibi Bartolus & Paulus de Castro. Anton. Gabr. Rom. *concl. 1. de iure quæsito non tollendo.* Fab. Turret. *consil. 76. num. 23.* Idque autor Informationis Donavvertensis ipse vt res est fatetur *part. 1. fol. 151.* vbi ait: Ne quidem Princeps † contractui à se facto contrauenire nec ius quæsitum alteri auferre potest. Et in specie contractui secum inito contrauenire non potest etiam ex plenitudine potestatis. Roland. à Valle *consil. 13. num. 33. libr. 3.* Riminaldus *consil. 91. num. 5.* Anton. Gabr. Roman. *conclus. 5. De iure quæsito non tollend.* Menoch. *consil. 201. num. 138. lib. 3.* Cephal. *consil. 617. num. 103. lib.* Franc. Beccius *consil. 45. num. 26.* Bertazoll. *consil. 163. num. 12. lib. 1. crim.* Fabius Turretus *consil. 4. num. 17.* Si itaque vti adserunt Princeps iurisdictione omni in cameram translata sese abdicasset, de re in sua potestate non consistente vel leges vel priuilegia ferendo disponere non posse, minime ambigitur.

248 249 250

251 An autem † concursus iste ita cameræ ac præmisimus concessus ἁπλῶς, & κατὰ παντὸς, ac ita simpliciter sit accipiendus, vt qualem & quantamcumque in quibuscunque locis causis, & personis iurisdictionem habet Imperator, ea quoque cameræ communicata intelligatur. Et quod sic videtur expressa *tit. 27. ord. part. 2.* vbi diserte ac generaliter disponitur: Daß alle vnd jede Sachen/ die ohne Mittel der Keyserlichen Jurisdiction vnterworffen/ vnd

vnd von derselben nicht durch sondere Außträge außgenommen / an dem Cammergericht fürgenommen werden sollen / id est, *quod causæ & personæ omnes Cæsareæ iurisdictioni subiecta ad Cameræ iudicium pertineant.* Quæ dispositio cum sit generalis imo vniuersalis ex natura sua, quæ est, vt quod vniuerso generi conuenit, singulis quoque speciebus conuenire necesse sit. *l. fin. in fine. C. de dot. promiss. l. 1. §. Generaliter de leg. præstand.* Item æquiparatorum idem ius statuuntur. *l. illud. ad l. Aquil. l. à Titio, de verbor. obligat.* Petrus Belluga *in spec. princip. Rubr. 1. num. 1.* Alexand. de Imola *in l. 1. in princ. de leg.* Vbi quod adæquata post adæquationem eadem censeantur. Fulu. Pacian. *in tract. de probat. cap. 27. nu. 22. lib. 1.* Vnde consectarium videtur, † quo in territorio personis & causis Cæsarea, 25 iisdem quoque cameræ iurisdictionem circumscriptam esse: Ac qui nouerit, quod sit territorium imperij ac Cæsaris, quæ causæ & personæ iurisdictioni eius attributę, de quo constat ex *c. præcedenti*, simul qui & quomodo in camera vel agere vel conueniri debeant, nouerit. Idq; crebriori Pragmaticorum calculo comprobatur; Sic enim habent verba Gail. *lib. 1. obs. 41. n. 8. & obs. 29. n. 2. & 3. & obs. 41. n. 3.* Quod camera Imperatorem repręsentet, ac eadem priuilegia quoad Processum, quę Imperator habeat. Idem Mynsinger *cent. 4. obs.* Gilman. *rer. iud. Cam. lib. 5. decis. 46. n. 94.* Et sit consistorium non tantum summi Principis, sed etiam totius imperij Joan. Tilem. de Benig. *decis. Cam. Syntag. 4 fol. 213. n. 39.* Ludouic. Bender. *in proœmio, tract. de reuis. n. 13. & conclus. 9. n. 17.* in quo prætermisso iuris ordine sola veritate facti inspecta procedatur. Tileman. de Benig. *d. syntag. 4. decis. Cam. fol. 213. n. 38.* Imo quod in decernendo, statuendo & iudicando summa, ac plane Imperatoria vtatur autoritate, siquidem vt Cæsar iurisdictionem omnimodam habet, & fons sit iurisdictionis. Sic quoque camera insolidum iurisdictionem cum Imperatore habeat, Blar. *in l. diffamari. cap. 6. num. 4. & cap. 8. num. 30.* Wilh. Roding. *Pandect. Cameral. lib. 1. tit. 3. n. 6.* Vbi cameram in decernendo & iudicando plane Imperatoriam Maiestatem, dignitatem & autoritatem obtinere affirmat. Et quod camera obtineat vices Imperatoriæ Maiestatis Ludolph. Schrader. *in tract. Feud. part. 10. sect. 2. n. 71.* Item quod Imperatorem

Oldendorp. *in tr. de iure singulari in principio.* De iure singulari re-
cte definiendo. Idque generale est de omni νομοθεσίᾳ, tam vniuer-
248 sali quam particulari. Est enim ius † constitutio iubens in publi-
cum, permittens quæ recta sunt prohibensve contraria, iis qui-
bus posita est necessitatem imponens: Necessitas autem ea ex
duobus proficiscitur, pœna legi addita & constituentis autorita-
te, Donell. *com. iur. ciuil. li. 1. c. 5. in fin. l. vlt. C. de legib.* Præterea certi
249 & manifesti iuris est, Principem † ius & Dominium non tantum
iure gentium, sed etiam ciuili quęsitum per concessionem priui-
legij auferre non posse, Bart. & Jas. *in l. ex hoc iure de iustitia & iure.*
Bald. *in l. 1. C. de iur. aur. annul. & in l. rescripta, de precib. Imp. offerend.*
Menoch. *cons. - - - n. 136. & cons. 181. n. 54.* Ruin. *cons. 98. n. 4. & 25. l. 4.*
Tapia *in rubr. de constit. Princip. c. 1. n. 49.* Etiamsi sit supremus & ab-
solutus *l. nemo, C. de temporib. appellation.* ibi Bartolus & Paulus de
Castro. Anton. Gabr. Rom. *concl. 1. de iure quæsito non tollendo.* Fab.
Turret. *consil. 76. num. 23.* Idque autor Informationis Donavver-
tensis ipse vt res est fatetur *part. 1. fol. 151.* vbi ait: Ne quidem
250 Princeps † contractui à se facto contrauenire nec ius quæsitum
alteri auferre potest. Et in specie contractui secum inito con-
trauenire non potest etiam ex plenitudine potestatis. Roland. à
Valle *consil. 13. num. 33. libr. 3.* Riminaldus *consil. 91. num. 5.* Anton.
Gabr. Roman. *conclus. 5. De iure quæsito non tollend.* Menoch. *consil.*
*201. num. 138. lib. 3.* Cephal. *consil. 617. num. 103. lib.* Franc. Bec-
cius *consil. 45. num. 26.* Bertazoll. *consil. 163. num. 12. lib. 1. crim.* Fa-
bius Turretus *consil. 4. num. 17.* Si itaque vti adserunt Princeps iu-
risdictione omni in cameram translata sese abdicasset, de re in
sua potestate non consistente vel leges vel priuilegia ferendo di-
sponere non posse, minime ambigitur.

251 An autem † concursus iste ita cameræ ac præmisimus conces-
sus ἁπλῶς, & κατὰ παντὸς, ac ita simpliciter sit accipiendus, vt
qualem & quantamcumque in quibuscunque locis causis, & per-
sonis iurisdictionem habet Imperator, ea quoque cameræ com-
municata intelligatur. Et quod sic videtur expressa *tit. 27. ord.*
*part. 2.* vbi diserte ac generaliter disponitur: Daß alle vnd jede Sa-
chen/ die ohne Mittel der Keyserlichen Jurisdiction vnterworffen/
vnd

vnd von derselben nicht durch sondere Außträge außgenommen / an dem Cammergericht fürgenommen werden sollen / id est. *quod causæ & personæ omnes Cæsareæ iurisdictioni subiectæ ad Cameræ iudicium pertineant*. Quæ dispositio cum sit generalis imo vniuersalis ex natura sua, quæ est, vt quod vniuerso generi conuenit, singulis quoque speciebus conuenire necesse sit. *l. fin. in fine. C. de dot. promiss. l. 1. §. Generaliter de leg. præstand.* Item æquiparatorum idem ius statuuntur. *l. illud. ad l. Aquil. l. à Titio, de verbor. obligat.* Petrus Belluga *in spec. princip. Rubr. 1. num. 1.* Alexand. de Imola *in l. 1. in princ. de leg.* Vbi quod adæquata post adæquationem eadem censeantur. Fulu. Pacian. *in tract. de probat. cap. 27. nu. 22. lib. 1.* Vnde consectarium videtur, † quo in territorio personis & causis Cæsarea, 252 iisdem quoque cameræ iurisdictionem circumscriptam esse: Ac qui nouerit, quod sit territorium imperij ac Cæsaris, quæ causæ & personæ iurisdictioni eius attributę, de quo constat ex *c. præcedenti*, simul qui & quomodo in camera vel agere vel conueniri debeant, nouerit. Idq; crebriori Pragmaticorum calculo comprobatur; Sic enim habent verba Gail. *lib. 1. obs. 41. n. 8. & obs. 29. n. 2. & 3. & obs. 41. n. 3.* Quod camera Imperatorem repręsentet, ac eadem priuilegia quoad Processum, quę Imperator habeat. Idem Mynsinger *cent. 4. obs.* Gilman. *rer. iud. Cam. lib. 5. decis. 46. n. 94.* Et sit consistorium non tantum summi Principis, sed etiam totius imperij Joan. Tilem. de Benig. *decis. Cam. Syntag. 4 fol. 213. n. 39.* Ludouic. Bender. *in proœmio, tract. de reuis. n. 13. & conclus. 9. n. 17.* in quo prætermisso iuris ordine sola veritate facti inspecta procedatur. Tileman. de Benig. *d. syntag. 4. decis. Cam. fol. 213. n. 38.* Imo quod in decernendo, statuendo & iudicando summa, ac plane Imperatoria vtatur autoritate, siquidem vt Cæsar iurisdictionem omnimodam habet, & fons sit iurisdictionis. Sic quoque camera insolidum iurisdictionem cum Imperatore habeat, Blar. *in l. diffamari. cap. 6. num. 4. & cap. 8. num. 30.* Wilh. Roding. *Pandect. Cameral. lib. 1. tit. 3. n. 6.* Vbi cameram in decernendo & iudicando plane Imperatoriam Maiestatem, dignitatem & autoritatem obtinere affirmat. Et quod camera obtineat vices Imperatoriæ Maiestatis Ludolph. Schrader. *in tract. Feud. part. 10. sect. 2. n. 71.* Item quod Imperatorem

peratorem parem non superiorem agnoscat. Gail. *obs. 41. lib. 1. num. 8. & 9.*

253 Cæterum vt nulla regularis † definitio in iure certa ac perpetua est, licet quasdam certas esse existimet Accurs. *in l. omnis definitio*: quem confutat Cuiac. *ead. l. de R. I.* Et non ex regulis ius sumendum, vt ait Paul. *l. Regula*, quod eæ ius non constituant, sed ad ius ex quo sumuntur, referendæ sint. Cuiac. *d. regula, de reg. Iur.* Sic

254 quoq; generalis hæc de concurrente † cameræ ac Cæsaræ iurisdictione adsertio per omnia non constat: sed ex iure & constitutionibus, ex quibus ducta est in multis, quibus amplior & angustior Cæsare est iurisdictio & potestas, subuertitur.

255 Ac primo, quantum † ad νομοθεσίαν, Cæsar priuilegiorum concedendorum solus habet potestatem, & quoad leges vniuersales ferendas, vt in toto imperio politico semissem, vt supra *lib. 1. cap. 3. & hoc libro, cap. 1. & 2.* exposuimus. Camera vero, vt paulo ante præmissum est, ordinis iudiciorum solummodo ad certum tempus declarationem.

256 Secundo, etsi ordinariam † iurisdictionem obtinet camera, quod secundum Maranthæ definitionem. *distinct. 15. vers. 14. limit.* ei sit concessa, ab iis, qui ordinariæ iurisdictionis tribuendę potestatem habent, Cæsare nimirum cum ordinibus, imperii corpus constituente Mynsing. *cons. 24. Decad. 3. num. 2. & 4. & 17.* Ideoque recusari non possit Mynsing. *cons. 24. Decad. 10.* Gail. *obs. 33. & 4. li. 1.* Wilhelm. Roding. *Pand. Cam. lib. 1. cap. 3.* (Licet enim vt antea diximus Imperatori de Jure suo sponte in gratiam publicam concedenti honor ille sit reseruatus, vt Cæsaris iudicium appellatur, eiusque solius nomine ac sigillo mandata ac processus expediantur, officiales quoque cancellariæ in Cæsaris eiusque vice collegij verba iurent, Ord. *part. 1. tit. 26.* Petr. Denail. *Iur. Cam. tit. 61. §. 4.* Ord. *part. 3 tit. 12. §.* Vnd so solche. Mynsing. *obs. 1. cent. 4. part. 3.* Gail. *obs. 1. lib. 1. nu. 7. & obs. 29. lib. 1.* Inde tamen delegata iurisdictio eiusdem quemadmodum à Juris Canonici interpretib. definitur, censeri non potest. Quod in incertis non autem in certis, qualia sunt, quæ de iudicum camerę constitutione exposuimus antea *n. 19. 20. 21.* coniecturis sit locus *l. continuus. de verb. obl.*

Diffe-

Differunt tamen in eo, quod Cæſaris propria, cameræ vero mandata ac precaria ſit iuriſdictio. Data enim Cæſari † creationis iure, pars Dominij, ſiue vſusfructus, tum reliquæ vniuerſæ poteſtatis quibus politicæ, tum quoque iuriſdictionis, non niſi morte & aliis modis vſusfructus legibus ciuilibus, ac imperium politicum iure gentium finitur. Cameræ vero iuriſdictio ad nutum non quidem ſolius Imperatoris Zaſ. *conſ. 10. num. 16.* Gail. *obſ. libr. 1. obſ. 41. num. 3. & 4.* Sed imperij vniuerſi vel tota vel pro parte eſt reuocabilis *argum. l. ſoluitur, de iudiciis, cap. vt noſtrum, de appellat.* Cæſari etiam vtpote iure ſuo † non alieno beneficio habenti iuriſdictionem ſuam vel totam, vel in perſonas & cauſas certas mandare. *l. more, de iuriſdictio.* Cameræ vero nec vniuerſum ius ſibi tributum in alium transferre, ſed nec integrum vnius vel cauſarum aliquot iudicium delegare permiſſum: ſed actus ſolummodo quoſdam iudicij particulares, teſtium nimirum examinationes, inſtrumentorum ac priuilegiorum transſumptiones, inſpectionem locorum ocularem delegare conſueuit. VVilhel. Roding. *Pand. Cam. lib. 1. tit. 3. & 7.* 257 258

Tertio, nō tantum in modo habendi, ſed etiam quoad ordinem ac formam † exercendi iudicij liberior Cæſaris quam Cameræ eſt iuriſdictio. Cæſar enim ipſe non tantum cognoſcit ſummarie & de plano ſine ſtrepitu, & figura iudicij leuato velo, vel extraiudicialiter: ſed aliis quoque cauſas ita definiendas committere poteſt. gl. *in clem. ſæpe.* & ibi Card. *de verb. ſignificat.* gl. *in c. fin. de hæretic. n. 6.* Card. *in clem. diſpendioſam, in fin.* de iudiciis & Maranth. *de ord. iudicio. part. 4. diſt. iud. 9. n. 3.* Camera vero non niſi ordine hac forma ordinatione præſcripta iudicat, eaque deficiente, ſolennitatibus à iure communi requiſitis, de quibus *in l. 1. & Auth. offeratur, C. de litis conteſtat.* vt & *in l. prolatam,* & ibi Bart. & Dd. *C. de ſentent. & interloc. omn. iud.* procedere debet Ord. *part. 3. tit. 12. 53. & 54. in pr.* Fichard. *conſ. 146. n. 59.* Gail. *obſ. lib. 1. obſ. 75. num. 6. & obſ. 84. n. 6.* Ludouic. Bender. *in tr. de Reuiſ. concluſ. 17. n. 37. 38. & ſeq.* 259

Etſi enim non ignota eſt cauſarum † in ordinarias & extraordinarias diſtributio, hiſque præ illis datum priuilegium Ord. *par. 3. tit. 2.* Tamen quoad modum & ordinem procedendi nullam 260

vel exiguam inter illas obseruari differentiam post Gail. *de pace publica libro 1. cap. 9. num. 7* testatur Guil. Roding. *Pand. Cam. libro 2. tit. 8. §. 1.*

Limitatio prædicta iuri quoque communi consentanea est,
261 quo disponitur æquiparationem † generalem non habere locum in iis, quæ competunt iure speciali Crott. *in l. 1. col. 3. de leg. 1.* vbi notat licet capitulum sede vacante Episcopo æquiparetur in iurisdictione, non tamen in iis, quę competant ex singulari priuilegio, vt docet Abb. *in c. verum. col. 2. de foro comp.* Rom. *cons. 506. in fine.* refert Pacian. *in tr. de probat. lib. 1. c 27. nu. 25.* Eadem quoq; est ratio eius, quod dicitur Cameram æquiparari Consistorio principis, in quo magis de æquitate, quam iuris rigore ac sola veritate facti inspecta iudicetur. Cui etiam non obstat, quod nullitas processuum quantumuis magna, dummodo de meritis causæ constet, in Camera non attendi adseratur à Tileman. de Bening. *decis. Cam. Syntag. folio 213. num. 4.* per text. *tit. 34. ordin. part. 3.* Quia ibi non disponitur de nullitatibus ab ipsa Camera, sed iudicibus inferioribus, à quibus ad eam appellatur, commissis non quidem in genere, sed talibus, quæ in causa principali damnum irreparabile afferant.

262 Tertio plenior quoque partium † essentialium iurisdictionis Notionis nimirum & imperii in Cæsare, quam in Camera est cōditio. Nam primum quantum ad imperium iurisdictionis explicatiuum attinet, liberum est Cæsari, vt in genere iudicibus omni-
263 bus quocunq; modo † à iure permisso litigantes in ius vocare, ac contumaciam eorū, qui vocati in ius venire, vel alia ad expeditionem iudicii pertinentia facere recusant, punire velit, Marantz. *de ordin. iudiciorum part. 6. vers. contumacia.* Camerę vero in vtroque tam in primo, quam secundo iudicio certus modus præscriptus est, de quo Ord. *par. 3. tit. 12. ac à tit. 41. vsq; ad tit. 46.* Pet. Denail. *pro. Cam. in verb. citatio & contumacia.* Guil. Roding. *Pand. Cam. lib. 3. tit. 4. & à tit. 50. vsque ad tit. 57.*

264 Secundo Cæsaris † ex iuris communis dispositione, tam quo ad processum ordinarium, quam extraordinarium libera est rerum à se iudicatarum executio. Cameræ vero in hac quoque re

certa

certa forma præscripta est, vt nimirum parti victrici primo simplices, secundo arctiores executoriales decernantur, quibus si non paritum vel causæ iustæ prolatæ fuerint, ad pœnarum dictarum banniq; declarationem & executionem proceditur Ordin. *part.3.tit.* 48. Si Banni executionem † circulus vnus pluresve de- 265
tractent, res ad Cæsaris prouisionem per Cameram deferenda est Ord.*part.3.tit.*49.§. Vnd wo sich. Petr. Denaisl. *iur. Cam. tit.* 50. *num.* 20.

Quarto Cæsari vt libera † condemnandi ita quoq; absoluen- 266
di est potestas *leg. qui condemnare. de re iudicat.* In Camera autem si de Proscriptione Principis quæstio incidat, inconsulto Cæsare ad banni declarationem non perueniri; Vsu introductum est. Cuius obseruantiæ rationes afferuntur à Petr. Heig *quæst. libro 1. quæst.9.nu.* 4. Quod vero in causis † maioris momenti, atque pe- 267
riculi Camera inscio Cæsare ad Banni absolutionem procedere non debeat, Ordinat.*part.2.tit.18.*§. So auch/ diserte cautum est Petr. Denaisl.*iur.Cam.verb.Banni absolutio.*§.3. Wilh. Roding.*pand. Cameral.lib.1.tit.7.* Quod tamen ad Bannitos † propter delicta a- 268
trociora ac Reipubl. & imperio perniciosa saltem restringitur Gail.*de pace publ.lib.2.cap.8.* per text.*tit.40.*§. Wo auch.*& d.tit.18.*§. So auch.*par.2.*

Si ex priuilegiis † primæ instantiæ inter Principes reos, & in- 269
ferioris Ordinis Actores via commissarii impetrandi quis vti velit: Delegatum ex ordine Prælatorum vel Comitum à Cæsare, non à Camera petere debet Ord.*part. 2. tit. 4.* §. Zum Vierdten/ Petr. Denaisl.*iur.Cam.tit.158.nu.3.*

Si actor duos bonos † viros, Reus duos consiliarios iudices de- 270
derit, hique in decisione controuersiæ dissenserint, neque consensu partium sibi superiorem adiunxerint, Cæsar præsidem nō suspectum, qui vel alterutram sententiam amplecti, vel peculiarē proferre potest, præficere debet, *Ord par.2.tit.4.*§. Zum Sechsten. Pet. Denaisl. *Iur. Cam. tit.158.nu.13.*

Quod ad secundū siue appellationis iudicium † attinet: Pro- 271
uocationibus à Cæsare recipiendis modus & quantitas rei, de qua litigatur, non præscribitur: In Camera vero certæ pecuniæ

Cccccc 2 sum-

summa, quam vulgo materiam siue materiale appellationis vocant, requiritur. VVilhelm. Roding. *Pandect. iur. Cam. li. 1. tit. 20. num. 12.* quæ primo 50. *Ordin. part. 2. tit. 28.* postea Decreto Spirensi anno 70. §. 66. Als wir daun 150. Tandem Deputatorum Constitutione anno 600. altero tanto auctior trecentorum Florenorum præstituta est, redituum quoque modo ad eandem proportionis normam redacto Petr. Denaisſ. *Iur. Cam. tit. 29. verb. appellationis summa numer. 1. 2. & 6.* Ita tamen, vt statuum Priuilegiis hac auctione nihil derogetur. Pet. Denaisſ. *Iur. Cam. verb. appellationis summa, num. 6.*

272 In recipiendis quoque † appellationibus ab interlocutoria ex iure communi liberior Cæsaris, quam cameræ est potestas, Ord. *part. 2 tit. 28. §. vlt. & §. 3.* Wo aber von. Item à sententia competentię, præterquam, vbi statuto, consuetudine, priuilegio diuersum obtineat, non nisi in scriptis ad cameram appellatur Petrus Denaisſ. *iur. Cam. tit. 26. verb. appellatio ab interlocutoria, num. 3.*

273 In decernendis † quoque mandatis ne recepta appellatione aliquid innouetur donec de appellatione pronunciatum sit, quę inhibitiones vocantur. Petr. Gregor. Tholosan. *Syntag. iuris vniuersi lib. 50. cap. 2.* Franciscus Herculanus *in tract. de attentatis cap. 27.* cameræ quoque potestas restrictior est quam Cæsaris, vt apparet ex iis quæ collegit Schvvaneman. *in processu Camerali, libro secundo, capitu. 3.*

274 Deinde ἀνυπεύθυνος est iurisdictio Cæsaris † camerę vero, Reuisioni & Syndicatui, vt totum quoque iudicium, Reformationi deputatorum obnoxium est Ord. *part. 3. tit. 53. & 54.* VVilhel. Roding. *Pand. Cam. lib. 3. tit. 60. & 61.* Ioan. Ludouic. Bender. *com. de Reuision. actorum concl. 20. num. 22. & 40. tit. 50 part. 5.*

275 Restitutio quoq; in † integrum, si non per calumniam nec ex causis iam antea in iudicio deductis nec ex aliis nō legitimis, nec satis releuantibus postulatur, executionem sententiarum à Camera latarum sistit, Ord. *part 3. tit. 52.* VVilhel. Roding. *Pand. Cam. l. 3. tit. 59.* Principis vero sententiam non suspendit nisi præstita à parte victrici satisdatione de restituendo in euentum retractionis, *cap. suscitata*, & ibi Abb. *de in integr. restitution. Decis. cons. Neapol.* 366. Ma-

366. Maranth. *de Ordin. iud. par. 6. verb. supplicatio. & verb. restitutio. num. 67.*

Quoad Svbiecta † quoq; territorii personarum & causarum Cæsaris in multis Cameræ iurisdictionem superat. 276

Ac primo quantum † ad territorium, Cæsarum iurisdictioni subiectum, quod imperium vniuersum esse diximus. Excipitur Italia, ex qua neque in primo, neque secundo appellationis iudicio causæ ad Cameram deferuntur, sed absque discrimine in aula Cæsarea, vel per delegatos à Cæsare expediuntur. 277

Deinde in casibus, quibus vel propter denegatam vel protractam iustitiam, nullitatem iudicis recusationē vel aliam ob causam citra appellationem, ad superiorem reuoluitur iurisdictio à Iudicio † Rotwilano, nō Camera, sed Cæsar adeundus est. Quod 278 et in toto isto districtu omnis iurisdictio soli reseruata est, vt *cap. seq.* latius exponetur, ac quo ad appellationem in qua Camera cum eo concurrit, saltem iuri suo renunciarit Imperator. Renunciatio enim est † stricti iuris, & strictam non extensiuam accipit interpretationem, vt ait Cagnol. *lib. 1. nu. 83. C. de pactis.* Natta *consi. 78.* incip. *Factum num. 5. vol. 1.* Ful. Pacian. *consi. 132. num. 87.* Et in ea non veniunt nisi expressa. Purpuratus *consil. 372. num. 4.* Beccius *consi. 74. num. 23.* Riminald. *consi. 249. num. 15.* Paris. *consi. 26. num. 23.* Lancellot. Gallia. *consi. 39. num. 34. col. 2.* Surd. *consi. 72. num. 15. & consi. 133. num. 28.* Et renunciatio vnius † remedii non porrigitur ad alterius remissionem *leg. suum hæredem. C. de iure delib.* Idque maxime quando remedia sunt diuersa *leg. Papinianus Exuli. de minoribus.* Purpuratus *consi. 175. num. 9.* Et in specie quod appellatio † & nullitas diuersi sint iuris, & quod renunciatio quo ad appellationem ad nullitatem non porrigatur. Fulu. Pacian. *consi. 122. num. 10* Fabius Turret. *consi. 2. num. 2.* Thom. Doccius *consi. 71. nu. 12.* vbi sententiam hanc communem esse dicit; Nisi nullitas cum appellatione † coniungatur, quo casu appellationis causa dicitur principalis, in qua incidenter de nullitate quæritur, secundum gloss. *in l. 1. in verb obtinebit. C. quando prouoc. non est necess.* Bart. *in l. si expressum. col 2. in pr. de appellat.* Seorsim autem nullitatis de- 279 280 281 282

 ductio-

ductionem qui appellationi renunciauit, instituere non prohibetur. Barb. *consi 8. col pen.* Bald. *leg. 1. C. quando prouoc. non est necess.*
283 Fuluius Pacian. *d. cons. 122. nu. 13.* Et quod remota † appellatione suspecti quæstio non censeatur sublata, quantumuis generalis sit dispositio, tradunt Panorm. *in c. accedens, vt lite non contestat.* Idem Felin. *in c. cum inter. de except.* Dec. *c. quoniam. de probat.* Schrad. *in tr. Feudal. par. 10. sect. 3. nu. 5. 6. & 7.*
284 Secundo, quo ad personas † Cæsaris iurisdictio generaliter fundata est, in omnes directo imperio parentes siue singulares, siue vniuersales: Cameræ vero nõ nisi in eos, qui ex singulari priuilegio ius primæ instantiæ, vel vt loqũtur ordinationis, de qua Ordin. *part. 2. tit. 156. 158. 159. 160.* non habent, quod nimirum per viam simplicis querelæ in Camera conueniri non possint. Nam de secundo vel appellationis iudicio res aliter se habet, Ordinat. *part. 2. tit. 28. in pr.* Denais. *in comm. iur. Cam. in verb. Appellationis interposita.*
285 Qui autem primarum instantiarum † priuilegia habeant recensentur Ord. *par. 2. tit. 2. 3. 4. & 5.* ac late de iis tractant Pet. Frid. Mindan. *in tr. de process. Cam. cap. 16. 17. 18. 19.* Schwaneman. *process. Cameral. libro 1. cap. 2. 3. 4. & 5.* Petr. Denais. *iuris Cameral. titul. 156. 157. & 158.* Guilh. Roding. *libro 1. titul. 4. in addit. cap. 1. 2. 3. & 4.* Qui-
286 bus vero casibus priuilegiatis † instantiis siue iudiciis non sit locus, sed nulla ratione habita Camera recta adiri possit refertur Ordinat. Camer. *part. 2. tit. 19. vsque ad tit. 27.* Petr. Frid Mindan. *dict. libr. 1. capit. 20.* Schwaneman. *libro 1. cap. 6.* Denais. *titul. 163. verb. iurisdictio Cameræ.* Guilh. Roding. *Pand. Cam. lib. 1. tit. 5. 6. vsq. ad tit. 18.*
287 In quibus tamen adstrictior † quoque Cameræ quam Cæsaris est iurisdictio. Huic enim solius rei immediate imperio subiecti conditio locum facit. Illa vero ex constitutione Religionis, de pignorationib. Arrestis fractæ pacis, litigosæ possessionis, nõ fundatur, nisi tam actor, quam Reus directo imperio narrentur subiecti. Schwaneman. *process. Cam. lib. 1. c. 8. n. 3. c. 12. n. 3. c. 13. nu. 2. c. 14. n. 5. c. 15. n. 1. c. 16. n. 1.*
288 Secundo apud Cæsarem † propter vim & turbationem qualem-

lemcunq; agere permissum est, in Camera vero certa quoque vis illatæ qualitas exigitur, vt in constitutione Religionis, vt turbatio religionis respectu facta sit. Gail. *lib. 1. obs. 2.* Schwaneman. *process. Cam. lib. 1. cap. 8. num. 4.* Wilhel. Roding. *Pand. Cam. lib. 1. tit. 6. §. 7.* In pignoratione, vt noui alicuius iuris acquirendi causa suscepta sit, Decreto Ratisbon. Anno 94. §. Wir wöllen auch. Gail. *lib. 1. obs. 8.* VVilhel. Roding. *Pand. Cam. lib. 1. tit. 10. §. 13.* Schwaneman. *process. Cam. lib. 1. cap. 12. num. 3.* In constitutione *de Arrestis*: vt id factum sit ob causam mere ciuilem Schwaneman. *d. lib. 1. cap. 13. nu. 2.* Memor. Visitat. Anno 77. §. Nach dem auch zu Regenspurg. Nicol. Cisn *ad Ordin. Cam. folio 341.* Gail. *de Arrestis cap. 4. num. 16.* Roding. *Pand. Cam. lib. 1. tit. 11. §. 37.* In fracta pace licet non requiratur in ea immediata rei subiectio, tamen necesse est, vt sit vis publica atrox, quæ repelli non possit, vt fiat armata manu, collectis hominibus. Gail. *de pace publica lib. 1. cap. 5. num. 23. & cap. 7. nu. 29.* Schwaneman. *lib. 1. cap. 14. numer. 5.* Quoad litigiosam quoque possessionem non in omnibus eius quoque factis iurisdictio Cameræ fundata est, sed tantum tribus illorum factorum speciebus Ordin. *tit. 21. in pr. & §.* Wo auch zwischen. *& fin. obs. 3. lib. 2. num. 1.* VVilhelm. Roding. *Pand. Camer. lib. 1. tit. 9. §. 4. 5. 6. 7. & 8.* In actione ex lege diffamari, vt talis sit diffamatio, per quam turbetur pax publica Ord. *part. 2. tit. 25.* Mynsing. *obs. 80. cent. 5.* Gail. *obs. 9. nu. 1. & obs. 10. num. 1. & 5. lib. 1.* Schwaneman. *lib. 1. cap. 18. num. 2.* In relaxatione iuramenti, ad effectum agendi, vt causa ob quam Actor in carcere detentus fuit, sit ciuilis & alia, de quib. Schvvaneman. *lib. 1. c. 17. nu. 2. & 3.*

Tertio, in aula Cæsarea † promotoriales non tantum subditis, 289
sed etiam extraneis concedi non prohibetur. Vt vero à Camera decerni possint. supplicantē imperio subditum esse oportet Ord. *part. 2. tit. 26.* Schvvan. *lib. 1. c. 19.*

Quarto, Typographorum † ac pictorũ libellos ac picturas fa- 290
mosas aduersus constitutionem politicam diuulgantium temeritatem solus Cæsar extra ordinem coercet, Decreto Spirensi Anno 70. Darumb gebieten. Pet. Denais. *iur. Camer. tit. 177. verb. librarii. num. 7.*

Quinto.

291 Quinto, idem Cæsar vt & circuli, nummos † & obulos vulgo Pfennige & Heller præter circulorum permissionem & regionis cuiusque necessitatem excusos interdicere, vbicunque locorum repertos confiscare & iure monetæ citra causæ cognitionem priuatos declarare & imposterum ne exerceant, prohibere potest. Decreto Spirensi an. 70. Da aber. Pet. Denais. *iur. §. Cam. tit. 192. verb. Monetarium Edictum, nu. 35. & 36.*

292 Sexto negligentes † in agendis conuentibus exploratoriis per circulos vicinos sibi nominatos suspensione vel aliis remediis ad officium compellere, vt frequentius iis intersint, periculo iuris monetalis amittendi iubere potest. Decreto Comitiorum Spirensi anno 70. Da aber ein. Petr. Denais. *Cam. tit. 192. verb. Monetarium Edictum, nu. 42.*

293 Septimo, si in agendis † conuentibus probatoriis, & re monetaria curanda circuli quidam sunt negligentes, de nummis illegitime cusis Cæsaris, per vicinos circulos tanquam suos cadere delegatos notio est. Decreto Spirensi Anno 70. §. Was auch. Petr. Denais. *iur. Cam. titul. 192. verb. Monetarium Edictum. numero 43.*

294 Octauo, idem quoque cum † Electoribus Rhenanis per commissarios suos annuis mercatibus Francofurtensibus, ne quid vllo pacto in leges monetales committatur Senatus oppidani adiumento prospicit, argento infecto ac reproba omni pecunia
295 occupata: Idemque solus in reliquis imperii † quoque ciuitatibus facit Imperator, & Electoribus Saxonico & Brandenburgico, vt eadem in ciuitatibus sibi subiectis prouideant, mandat. Decreto Spirensi Anno 70. §. Vnnd auff sondern. §. Da sie dann. & §. Dergleichen. Petr. Denais. *iur. Cam. titul. 92. numero 44. 45. & 46.*

296 Nono, contra extraneos † & qui in imperio domicilium constitutum non habent absque consensu Cæsaris processus decernere prohibetur Camera Ordin. *par. 3. tit 48* § Ob auch auff. *vers. fin.* Vnd sol dies. r. Pet. Denais. *iur. Cam, verb. processum, decreti negatione. §. 1.*

297 Postremo quoad personas † quoque maior eo Cæsaris est iurisdictio.

risdictio. Quod is in collegium ipsum à iurisdictione eius ciuitatis, in quo iudicium exercetur, exemptum in personalibus, ius dicat, item Cameræ, vt subditæ causas decidendas committere soleat, & possit, Andr. Gail. *obs.122*. Petr Heig. *quæst. par. 1. quæst 9. n. 1.* Cameræ vero nulla Cæsari vel iurisdicendi, vel delegandi sit potestas. Et licet iure regio Cæsaris in causa † propria, nisi quid 298
Aureæ Bullæ constitutione prohibeatur, sit iurisdictio, vt recepta est interpretum sententia. Fulu. Pacian. *consi. 149.* licet quidam non per se, sed per delegatos in causa propria regem vel Imperatorem iudicare oportere censeant, vt plenius explicat Andr. de Isernia *in cap. Imperialem. § præterea si inter. col. 7. & 8. de prohibita alien. Feudi per Fridericum.* Maranth. *de ord. iud par. 6. vers. appellatio. nu. 3* Fuluius Pacian. *consi 164. nu. 62.* De Camera tamen nihil horum relatum est, sed & regula communi sibi speciali priuilegio subiectos *par. 2. tit. 49.* Von Freyheit/Sicherheit vnd Geleit der Personen deß Keyserlichen Cammergerichts/apud Imperatorem tanquam superiorem ad quem si ipsa iudicasset, causa per viam appellationis deuolueretur, conuenire cogitur *leg. vnica. C. ne quis in sua causa iud.* Bart. *in l. proxime. de his, quæ in testam. delent. argumento l. 1. § si quis leg. Imperatores. de appell. l. in offerendis. C. eod. cap. dilecti. eod. tit.*

Pertinent huc, quæ in genere annotarunt Mynsing. *cent. 5. obs. 1.* Gail. *obs. 1. lib. 1. n. 18.*

Sed an in Cavsis Fevdalibvs † quoque cum Impe- 299
ratore concurrat Camera non leuis, sed à paucis pertractata quæstio est. Et quod non tantum in allodialib. sed & in feudalibus; vt si inter duos imperii Vasallos de re genuinam feudi indolem attingente lis oriatur, quæ extra controuersiam ad solius Cæsaris definitionem pertinet per text. clariss. *cap. 1. apud quem controuers. feud. determinar. deb.* Zasius *de feudis. part. 17. num. 6.* Gail. *lib. 1. obs. 29. nu. 1.* liberum sit actori, an apud Cameram vel Imperatorem agere velit, aperte probari videtur, Ord. *par. 2. tit. 7.* Vbi à concurrente Cameræ cum Cæsaris iurisdictione causæ solummodo Ducatuum, Principatuum, Comitatuum, retenta proprietate propter fidelitatem ab imperio concessorum alteri postulantium defi-

nitiuo iudicio plane auferendorum, excipiuntur. Ea autem ex-
500 ceptionis natura est, vt in † exceptis quidem infirmet, in non exceptis vero confirmet & stabiliat Regulam. Dec. *ad l. 1. de regul. iur.* Bart. *in leg. quæsitum. §. denique. de fundo instr. leg.* Tiraquellus *in tract. de retract. lign. ad fin. numero 4. versic 34.* Fuluius Pacian. *consilio 141. numero 14.* Regula autem non tantum verbis generalibus vniuersalibus & geminatis concepta inter causas feudales & allodiales minime distinguit Schrad. *in tract. feudali. part. 10. sect. 2. numero 71.* Sed etiam diserte additur, quod causæ & personæ omnes non exceptæ Cameræ iurisdictioni subiiciantur. Argumentum secundum adducitur à Schradero: Quod Camera imperialis gerat vices Cæsareæ Maiestatis *in tract. feud. part. 10. num. 71.* Vnde licet Non, vt ordinarium loci, tamen vt iudicem feudalem, nomine & vice Cæsareæ Maiestatis, tanquam Dominum feudi hanc iurisdictionem obtinere existimat: Ac omnia sub nomine Imperatoris expresso expediri, vt perinde sit, ac si ipse Princeps faceret, iisdem verbis adserit, Rosenthal. *in tr. feudali part. 10. cap. 12. num. 19.* Gail. *obs. lib. 1. obs. 29. num. 2. & 3.* vbi præiudicia allegat in causa Bredenrot contra Michael Gilles 4. Sept. anno 51. Item in causa der Wälschen contra Nassaw vltima Augusti an. 1541. Item in causa Schönberg contra Wolff Haller 15. Nouemb. Vnde consectarium est. Et quod hic etiam Cameræ præuentio locum habeat obseruatū esse testatur additio ad Hartmannum Hartmanni *in obseru pract. tit. de feud. obs. 43.* Vt si Capitanei maximi, vt sunt Duces & Comites, & alii Vasalli ligii in causa ad propriam feudi naturam spectante mutuo sese conuenire velint, non coram iudicib. Ord. *par. 2. t. 2. & 3 4. 5.* Feudariæ notionis expertib. Schrad. *par. 10. sect. 1. nu. 209.* Sed vel apud Imperatorem, vel in Camera vicem eius gerente agendum esse. Verum hisce non obstantib. & quicquid sit de præiudiciis à Gailio allatis, iurisdictionem in causis genuinam feudi indolem attingentibus, moribus Longobardicis ad Cæsarem tanquam Dominum feudi pertinentem, nec iudicib. priuilegiatis, vt plerosq; fateri necesse est, Gail. *obs 1. n. 64. vers. 34. lib. 1.* Borcholt. *de feud. cap. 10. nu. 3.* Schrad. *in tr. feud. cap. 12. numer. 28.* nec Cameræ communicatam esse, statuo. Certum est
enim

enim Cæsarem, tam iudicibus primæ instantiæ, quam Cameræ aliquid de iurisdictione sua communicantem, iuri ex Decreto Electionis iure gentium sibi competente renunciasse. Renunciatio † autem omnis odiosa ac stricte intelligenda est. *l. quicquid astringenda. de verb. oblig.* Alciat. *de præsumpt. lib. 3. præs. 59. num. 7. folio* 299
*145.* Et certum est dispositionem † omnem contractum quoque 300
generalem non corrigere aut tollere specialia, aut specialem rationem habentia, Bart. *in l. sed & posteriores. de legib.* Iason *in l. sciendum. num. 5. qui satisd. cog.* Dec. & Cagnol. *in l. in toto iure. de reg. iur.* Marian. Socin. *consi. 131. num. 32. vol. 1.* Rosenth. *de feud. cap. 12. num. 28.* Et in generali commissione causarum non veniunt specialia, quæ pertinent ad principem, quæque Princeps non esset verisimiliter concessurus, *cap. in generali. de reg. iur. in 6.* Bartol. *in Authen. ad reprimendum. in verb. in extrauagante.* Fulu. Pacian. *consi. 47. num. 10. & 11. & consilio 102. num. 16. & consilio 7. numero 15.* Speciale autem illud dicitur, † quod est exempta à communibus regulis *leg.* 301
*si non speciali. C. de testam.* Et specialis iurisdictio † quæ non regula- 302
riter, sed in priuilegium concessa fuit. *leg. 1. de offic. eius, cui mandata est iurisdict.* ibidem in specie Alexand. *num. 15.* & ante eum Bald. *in 1. & 2. elect.* Iason *num. 16.* Decius *num. 39.* Fulu. Pacian. *consilio 47. num. 13. & 14.*

Et in specie generali concessione † non veniunt Regalia, nec 303
principi reseruata, *cap. quod translationem. de offic. delegati.* & Natta *consilio 183. num. 6. volu. 1.* Fulu. Pacian. *consilio 102. num. 5. & 16.* Ac licet generaliter ac vniuersaliter Cameræ iurisdictionem suam cõmunicasset Imperator, id tamen de ordinaria saltem, & quæ proprie Cæsarea dicitur, intelligeretur, Ordinat. *part. 2. tit. 27. verb.* Der Keyserlichen *Iurisdiction.* Verba enim in dubio † semper se- 304
cundum propriam significationem accipienda sunt. *leg. non aliter. de leg. 3. & leg. 1. §. si is qui nauem.* & ibi Bald. *in lect. antiq. de execut.* Dec. *consi. 412.* Fulu. Pacian. *consilio 78. numero 5.* Iurisdictio autem Cæsari tanquam † Domino Feudi competens ab ordinaria & 305
generali iuris reddendi potestate, eidem tanquam Regi Romanorum iure Electionis competente plane diuersa, ac specialis iuris istius, quo de Feudis imperii absque consensu ordinum solus

Imperator disponere potest, supra *li.1.cap.4.num.7.* inter Regalia nostri temporis relati effectus est. Rosenthal. *de feud.cap.5.quæst.5.num.4.& cap.12 conclus.1.num.3.& conclus.3.num.9.* Ergo in mandato iurisdictionis ordinariæ communicatorio, Cameralibus tanquam priuatis respectu Cæsaris dato, minime continetur. Eadem quoque ratio est iurisdictionis, vasallis siue paribus curiæ, in Dominum & conuasallos, certo modo vsu ac more feudorum tributæ Rosenthal. *de feud.d.cap.12.num.4.& concl.cap.3.numero 9.* Quibus nihil obstat, quod de natura exceptionis, vel reseruatio-
306 nis ex *tit.7.ordin.part.2.* affertur. Causæ enim Ducatuum † & Comitatuum non excipiuntur ibi, vt causæ feudales natura sua ad Domini cognitionem pertinentes, sed vt causæ illustres & maiores per se maiorem iudicem exposcentes, Magenhorst. *in annotat. antiquis ad d. tit.2.* ex textu singula. *21.l.non distinguemus.§.de liberali.de recept.arbitr.l.2.de pedan.iudicib.l.iam dudum.C.vbi caus.status agi debeat.* & aliis Gail. *obs.4 num.32.lib.1.* Eadem ratione qua olim defensores Ciuitatum maiora crimina & causas alias forensi magnitudine dignas, vt cum emancipandus vel manumittēdus quis esset, ad præsidem remittere oportuit. *l.1.& 7.de defensoribus ciuitatum leg.pen.& vlt.C.de emancip.lib.& leg.vlt.C.de vind.lib.* Cuiacius *Nouella 15. de defensoribus ciuitat. in fine.* Et generaliter causas maximas Imperatori reseruari tradit Oldrad. *consilio 75.* Ioseph. Gonzaletz. *var. quæst.cap.22.num.23.* Etsi enim vt Imperatoriæ cognitioni locus sit, requiritur vt Principatus & Comitatus sint
307 feuda imperii. Tamen vt Domini & parium † sit cognitio, non sufficit controuersiam tantum esse de feudo, sed quæ ipsam feudi naturam respiciat, quales duas tantum esse nimirum ad feudi vel constitutionem, vel priuationem pertinentes, tradit Baldus *in cap.1.§.inter pares.col.2.versic.ita ponit.de leg.Conradi.* Hart. Pistor.
308 *quæst.lib.1.quæst.15.num.27.* Et si agitur alia ratione † & via, quam ex legibus & constitutionibus feudorum vel ad alium effectum, quam ad constitutionem vel priuationem Feudi, etiamsi lis sit de prædio in feudum dato, non ad Dominum, sed ordinarium rei iudicem spectat cognitio Abb. & Felin. *in cap. certorum.de iudic.* Baldus *in cap.1.de inuestitur.in mar.facta.* Socinus *consilio 12.num.21.*

Baldus,

Baldus *Rub. lect. 1. numer. 7. de iudic.* Alexand. *consi. 79. numer. 1. lib. 1.* Fichard. *consi 128. tom. 2. & in cap. caeterum num. 4.* Oldrad. *consi. 272.* Zas. *consi. 13. lib. 1. & consi. 8. lib. 2.* Mynsing. *obs 99. numer 3. & 7. cent. 1.* Schrad. *in tract feud. part. 10. sect. 2 num 31.* Rosenthal. *de Feudis cap. 12. concl. 2. num 3.* Nullius etiam momenti est, quod de Vicaria Camerae iurisdictione vel potestate adducitur. Etsi enim tralaticium est, quod subrogatus † sapiat naturam eius in cuius locum subrogatur *l. si eum. § qui iniuriarum. si quis caut.* Bart. *in leg. Comperimus. C. de prox sac scrin.* Tamen id tantum locum habet, quando quis vere & in omnibus est subrogatus in locum alterius: Quia tum vere dicitur vices eius gerens, & in capite eius positus, vt loquitur Menoch. *consi. 52. num. 162. lib. 1.* Secus autem quando non vere & in omnibus est subrogatus per ea, quae tradit Rota *decis. 361.* Menoch. *in cap. Romana. de offic. Vicarii.* Abb. *in cap. contra Clericum num. 31. de foro comp.* & alii citati à Menochio *d. consi. 52. num. 166.* Quod autem Camera Caesari κατὰ παντὸς & in iis quae ad Regalem omnē potestatem ac praeeminentiam, item quae non vi iurisdictionis ordinariae, sed ex iure & causa speciali ad eum pertinent, sit subrogata, nec Camerae Ordinatione, nec vllis imperii Decretis & constitutionibus cautum reperitur. Ac magis pro hac sententia, quam contra eam faciunt: Quod iurisdictio Camerae omnis, nomine & sigillo Imperatoris expediatur. Id enim & communicatam cum ea à Caesare iurisdicendi generalem potestatem minuit & non suo, sed mandantis nomine & autoritate exerceri arguit: Tantum abest, vt ad ea, quae Caesari reseruata in generali ista concessione minime comprehenduntur, extendi possit. Multo vero absurdius est, quod Schrader *d. cap. 10. num. penult.* eumque secutus Rosenthal. *de feud. concl. 1. num 33* ex iis, quae de tota hac controuersia tradidimus infra *c. seq.* an iurisdictio Camerae cumulatiue vel priuatiue competat.

309

Tertio, quantum Ad Cavsas non concurrit † Camera cum Imperatore, si lis est de Principatu, Ducatu, Comitatu, Imperii feudo alteri litigatorum iure atque iudicio toto auferendo. *part. 2. tit. 7.* Gail. *lib. 1 obs. 1. num 31. & obseruat. 29. num. 5.* Schrad. *tr. feud. par. 10. sect. 11. n. 69.* Wilh. Roding *Pand. Cam. lib. 1. tit. 17. § 3.* Per. 310

Denaiſ. *iur. Cam. tit. 141. verb. Feuda.* Tilem. de Benig. *obſ. Cam. Pen-*
311 *tecoſte. 7. fol. 166. num. 2.* Idq; etiam ad Baronatus † & alia feuda Regalia propter dictionem & cætera, tam in rubro, quam nigro adiecta per ea, quæ de effectu iſtius clauſulæ tradit Bald. *in l. hac conſultiſſima. in pr. C. de teſtam.* Bart. Iaſ. Lancel. Gallia. & Dd. *in l. Gallus. cap. 29. §. idem credendum. de lib. & poſthum.* Ac non tantum in toto; ſed certa etiam quota Principatus, Comitatus vel Baronatus, cui regalis dignitas annexa ſit locum habere arbitratur Schrad. *par. 10. ſect. 2. nu. 67. & 68.*

312 Cauſæ quoque Fiſcales † Ducatus, Comitatus, territoria, oppida, arces concernentes in Camera abſq; autoritate & mandato Cæſaris non ſunt ventilandæ. Ord. *part. 1. tit. 16. §.* Darzu ob ſich Petr. Denaiſ. *iur. Cam. titul. 145. in verb. Fiſcales cauſæ.* Guil. Roding. *Pand. Cam. lib. 1. tit. 3. & 8.*

313 Tertio, in cauſis ſeſſionum † inter ſtatus conſenſu iudices cõſtitutos non habentes ab Actore querela, coram Cæſare propoſita cauſę meritis binis vtrinq; in vniuerſum ſcriptis explicatis,
314 Cæſar pronunciat. Quibus autem ſui ſunt ex conuentione † iudices, coram iis ad cauſæ concluſionem proceditur, cognitio autem & deciſio ad aulam Cæſaream refertur, Decreto Spirenſi anno 70. §. Damit nun dieſen. §. Den andern. Pet. Denaiſ. *iur. Cam. tit. 287. nu. 1. & 2.*

315 Quarto, in cauſis † moderationum, ſi quid circa procedendi ordinem dubii oriatur, Cęſar à moderatoribus conſulendus eſt. Decreto Auguſtano an. *48. §. 134. §.* Wir wöllen. Pet. Denaiſ. *iur. Cam. tit. 191. ver. Moderationum cauſa. nu. 5.*

316 Quinto, ſi autem à moderatorũ † ſententia ad Comitia Deputatorum ſit prouocatum & in cauſæ deciſione Electorum ac Principum Legati pari vtrinque numero diſſenſerint, Commiſſariorum quoque Cæſarianorum eſt definitio. Decreto Auguſtano §. *128.* Da dann die Sachen. Petr. Denaiſ. *iur. Cam. tit. 191. §. 8.*
317 De cauſis quoque criminalibus † an Camera in iis cum Imperatore concurrat, quæri ſolet. Circa quod diſcernendum eſt inter iuriſdictionem, quæ data eſt Cameræ tanquam ſupremo imperii *δικαστηρίῳ* & eam quæ collegio competit, in perſonas, quas Camerales

rales vocant in locis vbi iudicium exercetur, de qua Ord. *par. 1. tit. 49. in pr. vers.* Auch anderer Gerichts-Zwang Mynsing. *obs. 12. cent. 5.* Gail. *obs. 1. lib. 2. nu. 9.*

Quantum ad primum, cum ex generali attributione concurrentis cum Cæsare iurisdictionis, de criminali nihil excipiatur, firmam manere regulam certum est, per ea quæ tradit Bart. *in leg. quæsitum. §. deniq. de fundo instr.* Tiraq. *in tr. de retr. lign. ad fin. tit. nu. 4. vers. 34.* Menoch. *lib. 3. præs. 97.* Ful. Pacian. *cons. 41.* Quibus nihil obstat, quod à quibusdam adfertur: Merum imperium data simpliciter iurisdictione non transferri *leg. 1. §. 1. & l. fin. de offic. eius, cui mand. est iurisd.*

Præterquam enim, quod vt toties supra diximus non sint idem iurisdictio criminalis & merum imperium, sed tanquam pars & totum differant: sublata & antiquata lege publicolæ Reseruatio illa grauioris & atrocioris coercitionis, quæ veteris Reipub. instituto, in omni iurisdictionis concessione retenta intelligebatur, hoc tempore maxime post editam pacem Constantiæ non habet locum. Et licet de generali quoque iurisdictionis concessione inter nostros dubitetur, an criminalis quoque data censeatur? Rem tamen omni scrupulo carere, & omnem tam ciuilem, quam criminalem iuris reddendi potestatem concessam minime ambigi ostendimus supra *libr. 1. cap. 29.* Si verba concessionis sint vniuersalia, qualia sunt Ordinat. *part. 2. tit. 27.* Qua Cameræ cum Cæsare in personas & causas vniuersas ac singulas, quæ Cæsaris in iurisdictioni subiiciuntur, concurrens iurisdictio tribuitur. Idque ex fine instituti iudicii Cameræ, ne quid nimirum detrimenti Respublica capiat, vtq; tumultus, bella, latrocinia, violentiæ è Republica tollantur, relati in primore eius institutione & Decreto Wormatiensi an. 1495. & Ordinatione anno 1521. *in principio.* Nach dem wir betrachtet/ diese biß anhero grosse Empörungen/ vnnd Widerwertigkeit/ viel Strassen-Räuberey/ vnnd andere vnziembliche Eingriff vnnd Händel/ im heyligen Römischen Reich gevbet/ dardurch grosser Vnrath entstanden/ vnnd aber solches der mehrer theil/ auß Mangel gebührliches Rechtens erwachsen/ so haben Wir mit ewer der Churfürsten/ Fürsten/ vnnd Ständte/

so auff

so auff gegenwertigem Reichstag/ hie in dapfferer Zahl in eigener Person/ auch durch jhre vollmächtige Bottschafft erschienen seind/ zeitigen Rath/ willen vnnd wissen/ vnser Keyserlich Cammergericht/ wie das hievor auff dem gehaltenē Reichstag hie zu Wormbs im 1495. Jahr/ in ein Ordnung gestellet/ vnnd nachfolgendt zu viel gehalten Reichstägen/ zum theil weiter declarirt/ vnd gebessert worden ist/ doch mit etlichen nottürfftigen Enderungen vnd Zusätzen/ wie das hinfürter gehalten werden soll/ auffgericht/ gesetzt vnd geordnet. Id est: Postquam ad animum reuocauimus bella ac latrocinia, & alia eiusmodi hactenus in imperio perpetrata, idq; maxima ex parte propter defectum executionis iustitiæ: Cum consilio Electorum, Principum & Ordinum magno numero per se vel legatos comparentium iudicium cameræ nostræ in Comitiis Wormatiensibus, Anno 1495. primo ordinatum, & in sequentibus aliquot Comitiis declaratum & auctum, additionibus ac mutationibus quibusdam adiectis constituimus, & ordinamus. Idem repetitum Decreto Augustano, Anno 1548. §. Vnd dieweil. & alibi passim, quæ ad iuris in causis priuatis tantum reddendi potestatem referri non possunt. Idque q; ex generali & vniuersali iurisdictione concessa cameræ competit quoties res tulit per Cæsarem, & ordines declaratum esse, multis constitutionum locis probatur, vt de crimine violatæ pacis publicæ Ord. *part. 2, tit.* 20. Perduellionis *dict. tit.* 20. §. Weiter ob sich jmand. Blasphemiæ Ord. Politica, Anno 1548. *tit.* Von den Gottslästerungen. §. Nemblich so jemand. Libelli famosi dicta Ordin. Politica *tit.* Von Schmächschrifften. §. Wo aber einige Obrigkeit. Corrupti vini, ead. Ordinat. Politica, Von den Schiff- vnd Fuhrleuten. Monopoliorū *tit.* Die Monopolia, ead. Ordinat. Et alia collecta à Petro Denaisio *in disputatione de iure Meri Imperij, in eos qui Spiræ constituti iudicij Cameralis corpore vel albo continentur, fol. 5. & 6.* De ea vero iurisdictione, quæ Senatui Spirensi tanquam ordinario loci detracta collegio in personas albo cameræ adscriptas competit, nonnihil est controuersiæ, ad determinationem quidem Deputatorum Anno 1586. Wormatiæ delatæ, sed nondum plane decisæ, Vt patet ex Decreto Deputatorum anno 1600. §. Betreffende *punctum iurisdictionis Ca-*

*ris Cameræ*, quo definitio in conuentum proximum reiicitur. Pręmissis quod camera quoque in criminali iurisdictione cum Cæsare concurrat, suffragatur prohibitio appellationis in causis criminalibus, maxime iis, quibus pœna corpori infligenda est. So Leibes Straffe auff jhn tragen. Decreto imperij August. an. 1530. §. Als jetzt etliche zeit. Ord. *part. 2. tit. 27.* prohibitiones autem & restrictiones, tanquam exorbitantes stricte intelligendæ, nec vltra casus expressos porrigendæ Bald. *in leg. 1. §. si plures. de transactionib.* Socin. *consil. 227. præsens n. 9. col. 14.* Tiraq. *in tract. de retract. lign. ad fin. num. 4. vers. 34.* Fulu. Pacian. *consil. 141. num. 14. & 21.* Cum igitur Appellationes tantum in causis criminalibus ex generali illa concessione sint exemptæ, earum in primo iudicio exercitatio camerę permissa intelligitur. Atque hæc ordinationis interpretatio operosè defenditur à Petro Denaiss. *disputatione Meri imperij*. His tamen non obstantibus sunt & fuerunt qui excepta violatæ pacis publica actione, nullam causam criminalem vigore ordinationis in camera agitari posse affirmant Mynsing. *obs. 80. num. 8. cent. 2.* Andr. Gail. *obs. lib. 1. obs. 65 nu. 5.* Quorum sententiam neruose tuetur Autor Scripti de Mero Imperio Senatui ciuitatis Spirensis in Camerales competente *fol. 9. & plurib. seq.*

Verum vtcunque ea vel in iure vel potiùs facto & vsu sese de camera habeant, Cæsaris tam priuatarum, quam capitalium rerum in primo & secundo iudicio extra controuersiam posita est iurisdictio.

Quod itaq; ἰσοπλάτως à Blarero dicuntur de eadem Cameræ cum Imperatore Maiestate ac dignitate: itē à Gailio quod non agnoscat superiorem: item sit consistorium Principis: non de integra ἀρχῇ βασιλικῇ vel imperio politico, vt accipitur apud Ciceronem *de Oratore.* Item *lib. 2. de inuentione & tot. tit. D. & C. ad L. Iul. Maiestat.* Sed de dignitate, quæ etiam priuato ex demandato publico iurisdicendi munere accedit, vt legitur in *leg. 9. de iurisd.* Vbi prætoris Maiestas dicitur pro ea, quæ *in l. 3. eod. tit.* dignitas prætoria vocatur. Et quod camera dicitur non agnoscere superiorem, non ita exaudiendum est, quasi Imperator & ordines eam in

consortium imperij adsumpserint, sed quod in iurisdictione certis legibus & finibus circumscripta, Principes & reliquos imperij ordines imperio subiectos singulos superiores non recognoscat, ita vt ab iis tanquam inferioribus subditorum suorum in camera ab aliis in ius vocatorum auocatio fieri possit, quemadmodum generalitas ista ab ipso Gailio explicatur & restringitur. Sic etiam quod consistorium Principis dicitur κατὰ μεταφορὰν membri: quod certa pars quædam causarum ante in Augusto ac sacro isto Cæsaris Palatino Synedrio, de quo *in l. humanum. C. de legib.* expediri solitarum, ab imperio ad Cameram sit remissa, intelligendum est.

318 His itaq; detractis camera † in reliquis omnibus cum Impera-
319 tore concurrit, ita vt præuentioni † locus sit, id quod tralaticium est in omnibus qui pares sunt, in iurisdictione; *l. pen. de petit. haere-*
320 *dit.* Præuentio autem † per solam in ius vocationem expeditur: *L. Is qui postea, de iudic. c. proposuisti, de foro compet.* Maranth. *disput. 6.* Zasius *l. cum quadam puella de iurisd. omn. iud.* Si itaq; Camera prius adeatur ac citationē decernat, Cæsare in iurisdictione prior est, *c. cum plures, de off. deleg. num. 6.* & ibi Anchoran. Dd. *in l. quis postea,*
321 *de iudic.* Estque ea præuentionis † vis, vt per eam consolidetur iurisdictio tam iudicis, quam partium, ita, vt qui parem iurisdictionem habet, eam impedire nequeat, sed vbi inchoatum, ibi quoq; finiendum sit iudicium, *l. vbi cæptum, de iudic.* Socin. *in cap. proposuisti, num. 8. de foro compet.* Gail. *obs. lib. 1. obs. 29. nu. 5.* Petr. Heigius. *quæst. lib. quæst. 9. num. 35.*

322 Porro quibus in casibus † de iure communi præuentio locum non habeat, vide Socin. *in cap. proposuisti, de foro competenti.* Etsi autem in causis violatæ pacis publicæ non minor est cameræ quam Cæsaris iurisdictio, tamen in cohibendis motibus bellicis tranquillitatem communem turbantibus absque vllo præuentionis ac litis pendentiæ impedimento sibi soli iurisdictionem omnem vindicat Imperator, vt ex mandato cassatorio processuum inter Serenissimum Principem meum Henricum Julium Ducem Brunsvv. contra ciuitatem Brunsvv. publicato Pragæ 12. Nouemb. Anno 1604. apparet.

Atque

Atque hæc quidem de Collegij amplissimi potestate breuiter indicasse sufficiat.

Quibus summatim † Coronidis loco hæc duo conficio, Cæsaris nempe iurisdictionẽ ipsa origine ac iure Electionis esse propriam & vniuersalem, extra quam si priuilegio expresso vel tacito aliquid de ea sit remissum, cameræ vero à Cæsare † & ordinibus mandatam ac certis legibus ac finibus quos excedere non licet, circumscriptam. Cætera vt & capitis initio monuimus, quæ ad causarum singularum, in quas cameræ iurisdictio est, item ad formularum ac impetrationum explicationem pertinent, vt hic repetere, non est nostri instituti, ita plane superuacaneum esse arbitror, quod tot ac tanti ea de re quotidie edantur Commentarij, vt ius Flauianum, de quo eleganter Baro *in proœmio ad commentar.* De diuiduis & indiuiduis obligationibus longe superent, & nouo Edicto Cæsareo simili quod Justinianus edidit *constitutione 3. D. præposita, §. hoc autem*, opus esse videatur. 323 324

## Capvt VII.

## *De Rotvvilensis Dicasterij Iurisdictione.*

### Observata.

1 *De iudicio Rotvvilensi duo tractanda proponuntur.*

2 *Eiusdem descriptio.*

3 *Non est vniuersale, sed particulare Cæsaris consistorium.*

4 *Iurisdictionem, officium ac dignitatem prætoriam Comites Sultzenses ab Imperatore feudi titulo possident.*

5 *De Adsessoribus olim aliter cautum, hodie vt ex Senatu Rotvvilensi cooptentur obtinuit, idq́ Maximiliani II. quoq́ confirmatione.*

6 *Iudicium Rotvvilense non vniuersum imperium vt camera, sed solum principem autorem habet: vnde ordinatio simpliciter vocatur* Der Röm. Keys. Mayt. Hoffgerichts Ordnung.

7 *Ad Cæsarem solum omnis de personis prætoris Adsessorum, ordine ac forma iudicij dispositio pertinet.*

8 *Visitatio quoque & correctio excessuum personarum iudicialium.*

9 *De νομοθεσία cum nihil vel iure vel priuilegiis collegio reperiatur permissum, eam totam Imperatori relictam non tantum intelligi, sed expresse constitui.*

10 *In iure reddendo quanta iudicij potestas.*

11 *Iudicij Rotvvilensis territorium ac districtus.*

12 *Zasii sententia de iurisdictione Rotvvilensium per totam Germaniam extensa, corrigitur.*

13 *Concessio iurisdictionis cum sit generalis & vniuersalis in causas & personas omnes totius districtus fundata intelligitur.*

14 *Nisi singulari priuilegio quidam principes pro se ac subditis sint exemti.*

15 *Priuilegiorum originalia vel exempla authentica in iudicio exhibenda.*

16 *Exceptis Electoribus in eo districtu comprehensis, quod eorum priuilegia ex aurea bulla manifesta ac notoria sint.*

17 *Priuilegia ac remissiones non habent locum in 30. casibus omni exceptione maioribus, vulgo Ehehafften.*

INTER alia, quibus Cæsaris iurisdictionem minui diximus, est
1 iudicium siue Consistorium Rotvvilense, † quod sub genere der freyen Stüle continetur, de quibus Decreto Comitiorum Wormatiensium, anno 1521. §. Vnd nach dem. ibi: Vnordnung in den freyen Stülen. Item, Vnsern Stul zu Rotweil. de quo breuiter duo explicabimus. Primo, quis sit autor huius iudicij, & à quo iurisdictionem suam habeat. Secundo quæ & quanta ea sit?
2 Rotvvilense iudicium † describendum puto collegium iudicum, qui loco Cæsaris in districtu Rotvvilano iurisdictionem
3 exercent. Est enim non vniuersale † consistorium, quale ante hoc & cameræ iudicium institutum fuit in aula principum, vti in cameræ iudicij definitione expositum est, sed in certo ac limitato districtu, vt statim indicabimus, quoad iurisdictionem, aulam Cæsaream refert, vnde non simpliciter, Das Keyserliche Hoffgericht/ sondern das Keyserliche Hoffgericht zu Rotweil appellatur, institutum autem primo est hoc δικαστήριον ab Imperatore Conrado Duce Sueuorum ac singulari priuilegio datum ciuitati Rotvvilensi,

vvilensi, propter fidelem ipsi in defensione contra Lotharium, obsidione oppidum cingentem, & posteaquam imperio iam potiretur aliquot bellis nauatam operam, vt ibi sedes iudicij perpetuo esset, & à sequentibus Imperatoribus confirmatum Reformat. Judicij Rotvvilensis Maximiliani Secundi, *part. 2. tit. 5. in princ.* Jurisdictio † autem ipsa ac officium ac dignitas prætoria illustri Comiti à Sultz ab Imperatore feudi titulo attributa est, quam hucvsque posteri eius possident, vt patet ex *dict. Reformat. Ord. Rotvvil. Maximil. II. tit. 1.* 4

De Adsessoribus † etsi initio aliter cautum fuisse apparet ex Münstero in descriptione oppidi Rotvveilens. vsu tamen longæuo introductum est, vt ex Senatu Rotvvilensi, adiungantur, quod & à Maximiliano approbatum est *d. Reformatione.* Ex quibus igitur † hoc iudicium Rotvvilense non vniuersum imperium, vt camera, sed solum Imperatorem autorem laudare certum est. Vnde etiam Ordinatio simpliciter; Der Römischen Keyserlichen Mayestet / Keyserliche Hoffgerichts Ordnung/ Decreto Wormariensi, Anno 21. Deß Keysers Stul oder Freyer Stul / & Reform. Maximiliani *part. 2. tit. in princ.* Das Hoffgericht zu Rotweil / vns als Röm. Keys. ohn Mittel Zuständig. Hinc quoque soli Cæsari à Comite † Sultzensi præstantur ea, ad quæ Domino Vasallus obligatur: Alia quoque iura habet quæ in personas ac res feudales competunt, respectu priuilegij Rotvvilensibus concessi, eadem, quæ in reliqui iuris singularis dispositione. Inde etiam est, quod solus Imperator de ordine ac forma iudicij constituat Reformat. Maximilian. *2. part. tit. 1. §.* Vnd nach dem. verbo Vnd nach Gelegenheit. *part. 3. tit. vlt. §. fin.* iudicem siue prætorem Rotvilensem confirmet *dict. Reform. tit. 1. in pr.* Et licet antea adsessores 13. pro Senatus Rottvvilani arbitrio ex ordine eorum crearentur, d. tamen Reformatione Maximiliani, & illi quidem ex Senatu delecti, absque tamen iudicis & reliquorum absessorum examine nec recipiantur, nec remoueantur, constitutum est. *dict. tit. 1. §. fin.* Visitatio quoque † & correctio excessuum personarum iudicialium penes solum est Imperatorem *d. Reform. Ord. part. 3. tit. 20.* Licet enim Decreto Ratisbonensi An. 1532. Rotweilisch Ge- 5 6 7 8

richt betreffende / reformatio dicti iudicij Judici & Adsessoribus Rotvvilensibus mandata Visitatoribus cameræ iniungatur: id tamen non consensu, sed rogatu ordinum, & ex peculiari Cæsaris mandato factum esse diserte apparet ex verbis: Haben vns Chur-fürsten vnd Stände vnterthänigst gebeten / & welchen Visitatorn wir hiermit gnugsam Gewalt gegeben. Item probatur Decreto Spirensi, anno 70. §. Vnd nach dem. Vbi de Visitatione iudicij Rotvvilensis nihil decernitur communi suffragatione, sed Cæsar per Commissarios suos certo tempore id inspecturum pollicetur.

9 Quæ igitur & † quanta iudicio Rotvvilensi sit data iurisdictio, sciendum, cum de iure ac legibus de ordine iudiciorum vel aliis ferendis Judicio, priuilegiis vel dicta Maximiliani Secundi Reformatione nihil permissum reperiatur, id totum Cæsari reseruatum intelligi. Idq; diserte exprimitur *supra alleg. tit. vltim. §. fin.*
10 *Reform. Max. II. part.* 3. Quod vero ad iuris reddendi † potestatem ex sæpe d. Reform. Maxim. II. apparet, non contentiosam tantum iurisdictionem, sed & voluntariæ actus quosdam, vt Tutorum & curatorum dationem & confirmationem nec non aliorum quorundam actuum expediendorum iudicio datam esse potestatem, vt nimirum coram eo fieri possint, ac legitime & valide factæ censeantur Renunciationes, pacta dotalia, donationes propter nuptias, cessiones testamenta, emptiones, venditiones, insinuationes, confirmationes instrumentorum exemplationes
11 & alia de quibus *d. Refor. Max. p. 2. t. 6.* Quod autem & quantū † territorium districtioni iudicij huius sit attributum apparet ex *ti. p. 2 Refor. Max. 2. ti.* Vom Gezirck / Jurisdiction vnd Gerichtszwang deß Keys. Hoffgerichts. Ac licet Zasius *in l. ius dicentis de iurisd. om. iud.*
12 Rotvvilensium † iurisdictionem per totam Germaniam latissimā, sed circumscriptiue nō realiter territorio inesse dicat, tamen ex descriptione iam allegata districtum eius vltra Sueuicum, Austriacum & Rheni circulos, quos tamen nec vniuersos, sed partes quorundam tantum complectitur, ac in specie ad Bauaricum Saxonicum, vtrumq; Westphalicum & Burgundicum non extendi.

13 Cūm itaq; concessio † iurisdictionis sit generalis & vniuersalis tam quoad ipsam iurisdictionem, quam quoad personas & causas

ex iis

ex iis quæ docuimus supra *libr.1.cap.29.* tam in causis ciuilibus, quam criminalibus, item in personas omnes cuiuscunque sint ordinis, Principes, Comites, Barones, Ciuitates, Nobiles, ciues, rusticos districtu designato comprehensos, Rotvvilensibus iurisdictionem competere certissimum est. Quod tamen vt omni ferme concessa iurisdictione tralatitium est, intelligitur nisi ipsis verbis priuilegiorum ac ordinationis, vel aliis legibus consuetudine ac præscriptione legitima personæ ac causæ quædam reperiantur exemptæ. Quantum igitur ad personas † attinet, 14
ipsa dispositione priuilegiorum ac Reformatione Maximiliani Secundi. Primo excipiuntur principes ac ordines, qui pro se ac subditis suis peculiari priuilegio à iudicio Rotvvilensi exempti sunt, ita tamen, vt priuilegia sua iudicio vel originaliter † vel 15
exempla eorundem authentica insinuare necesse habeant. Exceptis † Electoribus in districtu Rotvviliano comprehensis, quo- 16
rum priuilegia cum ex aurea bulla sint notoria, per literas subditos suos auocare possunt, ad easque remitti debent *dict. Maxim. 2. Reformat. tit. 4. in princ.* Quæ tamen priuilegia † ac remissiones 17
non habent locum in casibus exceptione omni maioribus, quorum 30. ex priuilegiis dicti iudicij recensentur *dict. Reformat. Maximil. 2. part. 2. titul. 5.*

## CAPVT VIII.

## *De Episcoporum Iurisdictione.*

### OBSERVATA.

1 *Episcopi vnde dicti.*
2 *Episcoporum 4. gradus.*
3 *Primus gradus Episcoporum simpliciter sic dictorum qui vni Ciuitati & vicis ei adiunctis præsunt, qui & Diœcesani appellantur.*
4 *Secundus Archiepiscoporum vniuersæ Prouinciæ præfectorum, qui & Metropolitani vocantur.*
5 *Tertius Patriarcharum qui integræ nationi præsident.*

*6 Patriar-*

6 *Patriarchæ ſublimiores quatuor, Conſtantinopolitanus, Alexandrinus, Antiochenus, Hieroſolymitanus.*

7 *Minorum gentium Patriarchæ totidem Aquileienſis, Cantuarienſis, Biturigenſis, Grandienſis.*

8 *Patriarcharum definitione an primates comprehendantur.*

9 *Primates Archiepiſcopos dignitate & autoritate antecedunt.*

10 *Primates in Germania Magdeburgenſis, in Italia Aquileienſis, in Gallia Bituricenſis, Grandienſis & Lugdunenſis, in Anglia Cantuarienſis, in Hiſpania Toletanus, in Sardinia Piſanus.*

11 *Epiſcoporum ſub genere Cardinales non continentur.*

12 *Cardinalatus dignitas quorum officiis annexa.*

13 *Cardinales vnde dicantur.*

14 *Cardinales an Patriarchis digniores?*

15 *Pontifex Romanus olim inter Epiſcopos primus numeratus, hodie quartum gradum conſtituit, πανεπίσκοπος, & ſummus totius imperij Eccleſiaſtici Monarcha appellatus.*

16 *Chorepiſcopi an inter Epiſcopos numerentur.*

17 *De Epiſcoporum iuriſdictione duo explicanda.*

18 *Tam de Rebus ſacris quam prophanis νομοθεσία καὶ δικαιοδοσία eſt penes Rempublicam iure gentium.*

19 *Vnde interpetes iuriſdictionem, inuentione iure gentium eſſe dicunt.*

20 *Definitionis iuriſprudentiæ Vlpiani explicatio.*

21 *Iuriſdictio omnis iuris publici.*

22 *Pontificis Maximi Republica veteri Romana quæ fuerit poteſtas.*

23 *Collegij Pontificum quod munus fuerit apud Romanos?*

24 *Priorum Chriſtianorum Imperatorum tempore Epiſcopi vel Presbyteri non iuriſdictionem, ſed audientiam vel notionem ſaltem in Clericos & Monachos in cauſis Eccleſiaſticis habuerunt.*

25 *Niſi à conſentientibus ea notio ſit prorogata.*

26 *Iure Authenticorum adaucta Epiſcoporum poteſtas.*

27 *Iuris prouincialis vel ſtatutorum iuri Canonico contrariorum condendorum poteſtas an competat Epiſcopis.*

28 *An Epiſcopi ſtatuta condere poſſint & quibus in caſibus diſpenſatio ipſis permiſſa?*

29 Sub-

29 *Subiecta iurisdictionis Episcopalis. Territorium Episcopi proprie habere non dicuntur, sed Diœcesin vel Parochiam.*

30 *Diœceses primo παροικίαι, postea corrupto vocabulo parochiæ dici consuetæ.*

31 *Parochias ac Diœceses, quis primo instituerit?*

32 *Diœceseos descriptio.*

33 *Ab administratione Diœcesium Episcopi Diœcesani & caput Diœceseos appellantur.*

34 *Episcopus ordinarius κατ᾽ ἐξοχὴν dictus, intentionem habet fundatam in tota sua Diœcesi & qualibet eius parte.*

35 *Id non ita generaliter intelligitur, vt de Politicorum territorio, Monasteria tamen templa & Basilicæ solis Episcopis subiecta.*

36 *Lex vetus Theodosij de latissima Episcoporum iurisdictione antiquata, & ne de causis ciuilibus vllis cognoscerent, constitutum.*

37 *Quæ porro, ea in re mutata & hodie obtineant.*

38 *Clerici ex quatuor causis Episcopi forum sortiuntur, Domicilij, contractus, delicti & rei de qua agitur.*

39 *Clericorum domicilium quadruplex originis, habitationis Beneficij, & Ordin.*

40 *Regula quod quando quis habet plura Domicilia in arbitrio sit actoris, vbi reum conuenire velit, non habet locum quando agitur de beneficio Ecclesiastico.*

41 *Dictum de Clericis in loco domicilij conueniendis generaliter accipiendum, siue sint seculares siue regulares.*

42 *Regularium quatuor ordines Diui Basilij, Benedicti, Augustini, Francisci, quorum regulis omnes subiiciuntur, præter Carthusianos.*

43 *Siue legitimi, siue illegitimi.*

44 *Cœlibes vel coniugati.*

45 *Idem de vxoribus Clericorum statuitur.*

46 *De famulis controuersum.*

47 *Autoris ea de re sententia.*

48 *Exorbitantia ad consequentiam & casus similes non extendenda.*

49 *Lex in præteritum quid indulgens in futurum vetare censetur.*

50 *Generalis dispositio habet vim specialis expressionis.*

51 *Ex diuersis ac separatis nihil infertur.*

52 *Non tantum quando certum est reum esse Clericum, sed etiam quando ambigitur, iudicis Ecclesiastici cognitio est.*
53 *Clericatus probatio quod sit spirituale quiddam.*
54 *Eremitæ & Hospitalarij, an sint de foro Ecclesiæ?*
55 *Contractus quoque ratione in aliena Diœcesi forum sortitur Clericus.*
56 *Idem ratione delicti.*
57 *Et situs rei.*
58 *Episcopus ratione rei non coram Diœcesano, sed Archiepiscopo conueniendus.*
59 *Par in parem non habet imperium, & asinus intumescit, si videt se per comparem apprehendi.*
60 *Generalis quoque est iurisdictio Episcoporum in Clericos quo ad causas, tam ciuiles quam criminales.*
61 *Siue actio sit realis siue personalis.*
62 *Episcopus non iudicat in causa propria.*
63 *Neque in causis ad mensam Episcopalem spectantibus, nec per se, nec per alium.*
64 *Restringitur ordinariorum iurisdictio in iis quæ capitulis cathedralium vel collegiatarum Ecclesiarum, vel Prælatis inferioribus, priuilegio, conuentione, consuetudine vel præscriptione de ea quæsita sunt.*
65 *Inferioribus ab Episcopis concessa iurisdictio moribus omnium ferme Ecclesiarum exceptis casibus reseruatis, data intelligitur.*
66 *Casus Episcopis reseruati.*
67 *Episcoporum iurisdictio non tantum in Clericos, sed etiam in Laicos.*
68 *Primo si consenserint in iudicem Ecclesiasticum.*
69 *Secundo si conueniantur à viduis, pupillis & aliis personis miserabilibus.*
70 *Tertio si agatur de causa spirituali, vel spirituali annexa.*
71 *Episcopi in causis spiritualibus ipso Imperatore maiores dicuntur.*
72 *Causæ spirituales in duplici differentia ciuiles & criminales.*
73 *Ciuiles quæ?*
74 *Quæ criminales?*
75 *Spiritualitati annexa quæ causæ dicantur?*

76 Non

76 *Non notionem tantum sed imperium quoque tam explicatiuum quam executiuum habent Episcopi.*

78 *Restrictio iurisdictionis Episcopalis in Clericos prima ad iudicium conuentionale, secus in reconuentionali, quo Laici iudicis in Clericos non secus ac in Laicos, est cognitio.*

79 *Clericus reconuentione praeuentus, nec renunciando conuentioni se à Iudicis Laici iurisdictione eximere potest.*

80 *Iudex Laicus Clericum coram se agentem condemnat in expensas.*

81 *Citatur Clericus à Iudice Laico, ut compareat, si sua interesse putauerit.*

82 *Citatio, si tua interesse putaueris, est conditionalis, quatenus citatus comparere velit?*

83 *Ac dicuntur ita citati actores vel defensores voluntarij.*

84 *Pro censibus & vectigalibus & pro rebus patrimonialibus coram iudice seculari conueniuntur Clerici.*

85 *In causa possessorij, tam de re prophana quam beneficij, vel alterius rei Ecclesiasticae, iudicis secularis est notio.*

86 *Non tantum in retinendae, sed recuperandae quoque interdicto.*

87 *Quae sententia communiter recepta est.*

88 *Possessorium in spiritualibus, non est quid spirituale sed temporale.*

89 *Possessio cum proprietate nihil habet commune.*

90 *Quod de possessione beneficij alteriusve rei Ecclesiasticae dictum est, generaliter locum habet in omnibus, in quibus non est quaestio de re mere spirituali.*

91 *Quod de possessorio retinendae & recuperandae dictum est, ad adipiscendae possessionis interdictum non porrigitur.*

92 *In causis feudalibus in Clericos, vasallos actiue & passiue iurisdictionem obtinent iudices Feudales.*

93 *Quando iudex Ecclesiasticus fecit perficienda & non sufficit, ad exequendum, in subsidium brachium seculare implorandum.*

94 *Quod iudex Ecclesiasticus non habeat potestatem realiter exequendi.*

95 *Prehensio Clerici delinquentis non detinendi sed iudici Ecclesiastico remittendi causa permissa iudici Laico.*

96 *Quod dictum est de remissione, restringitur ut locum habeat, si inueniatur*

niatur in habitu ac tonsura Clericali: non si Laicorum more vestitus incedat.
97 Clericus falsum deponens in iudicio seculari ibidem punitur.
98 Clericus volens vsurpare iurisdictionem per iudicem secularem punitur.
99 Clericus in administrationes & officia Laicorum se ingerens à iudice seculari punitur.
100 Clericus capitaliter delinquens ab Episcopo degradatus iudici seculari puniendus traditur.
101 An Clericus commisso ac probato delicto statim sit degradandus, an primum data incorrigibilitate.
102 Contraria sententia apud iuris Pontificij interpretes receptior.
103 An Clericus læsæ Maiestatis Reus agi possit.
104 Clericus Assassinium committens, absque degradatione, punitur à Iudice seculari.
105 Quotiescunque Clericorum insolentia per iudicem Ecclesiasticum cohiberi non potest, ad secularem recurritur.
106 Decreto Augustano Anno 1555. Ecclesiastica iurisdictio contra Augustanæ confessioni addictos suspensa est.
107 Iurisdictionis Ecclesiasticæ expediendæ, alia olim, alia hodie est ratio.
108 Vel enim certis personis delegatur, vel Vicariis quibusdam ordinarie committitur.
109 Vicarij in duplici differentia.
110 Si generaliter loco Episcoporum sunt constituti, ordinarij censentur.
111 Ad vnam vel alteram causam, vel in loco particulari constituti (quos Vicarios, Foraneos vel Rurales appellant) delegatorum numero habentur.
112 Quomodo Vicarij constitutio à delegatione differat remissiue.
113 Modis, quibus citra appellationem ad superiorem recurritur à Vicariis generalibus non metropolitanus, sed ipse Episcopus adeundus est.
114 Episcopi iurisdictio Vicaria maior ac firmior.
115 Quæ de Episcoporum iurisdictione tradidimus regulariter quoque locum habent in prælatis ab ordinariorum potestate exemptis.
116 Sede vacante iurisdictio Episcopalis omnimoda ad capitulũ deuoluitur.
117 Non proprie successione, sed quasi iure accrescendi.
118 Ordi-

118 *Ordinaria iurisdictio Episcopi est penes Ecclesiam, cuius appellatione venit Capitulum.*
119 *Capitulum tanquam membrum cum Episcopo vnum corpus constituit.*
120 *Iura collegij in vno conseruantur.*
121 *Spirituale coniugium inter Episcopum & Capitulum.*
122 *Iurisdictio sede vacante ad capitulum non defertur, sed apud illud remanet.*
123 *De reliqua potestate Capituli sede vacante remissiue.*
124 *Archiepiscopi quibus successerint?*
125 *Archiepiscopi tam in iure ciuili, quam Canonico Metropolitani dicuntur.*
126 *Metropolitani vnde dicti.*
127 *Vt Episcopus Ecclesiam subiectam habet lege Diœcesana: sic Archiepiscopus vltra propriam Diœcesin totam prouinciam cum lege Metropolitana.*
128 *Archiepiscopus habet fundatā intentionem in tota prouincia, etiam in illis locis, quæ non sunt constituta intra certam aliquam Diœcesin.*
129 *Archiepiscopus cognoscit de controuersiis, quæ sunt inter Clericos & Episcopos suffraganeos.*
130 *Non tantum in ciuilibus, sed de crimine quoque suffraganeorum suorum, Archiepiscopi notio est.*
131 *Ita vt censuras contra eos exercere poßit, suspensionis & excommunicationis, id quoque ad officiales & vicarios extenditur.*
132 *Dicta de coercendis Episcopis non habent locum si delicti atrocitas priuationem vel translationem exposcat.*
133 *Eo casu Archiepiscoporum consilio suffraganeorum sola notio competit, definitione Papæ reseruata.*
134 *Dicta de generali potestate Archiepiscopi in vniuersa prouincia fallunt in locis exemptis, nisi consentiant ad quos ea pertinent.*
135 *Præmissa de iurisdictione in personas suffraganeorum non habent locum in subditis eorundem, exceptis casibus reseruatis.*
136 *Episcopis competit iurisdictio priuatiue, vt non nisi per appellationem & alios modos suspensiuos ad Archiepiscopos deuoluatur.*
137 *Quale Episcopi in Diœcesibus, Archiepiscopi in prouinciis, tale Patriarchæ in nationibus habent imperium.*

138 *Patriarchæ ſunt ordinarij Archiepiſcoporum, hi illorum ſuffraganei.*

139 *Ab Archiepiſcopis nationi Patriarcharum adſignatis; gradatim ad eos appellatur.*

140 *De toto officio ac primatu Patriarcharum remiſſiue.*

141 *Primates etſi eodem nomine ac iidem qui Patriarchæ dicantur, hos tamen quam illos maioris eſſe dignitatis & iuriſdictionis.*

142 *Primatibus tamen vt Patriarchis ab Archiepiſcopis reuerentia & obedientia debetur, & ab his ad illos appellatur.*

143 *Papa olim primus Patriarcharum habitus.*

144 *Papa initio Archiepiſcopos, & reliquos Epiſcopos non regum & principum more ſubditorum, ſed fratrum ac collegarum loco habuit.*

145 *Obtento poſtea à Phoca Epiſcopi œcumenici & vniuerſalis titulo, item Caroli Magni, Pipini & aliorum principum fauore, ac ſtudio, ad eum, quem nunc obtinet ſplendorem & magnitudinem peruenit.*

146 *Hierarchia Eccleſiaſtica quouis regno ampliſſimo auguſtior ac dignior habetur.*

147 *Papa iuris conſtituendi & abrogandi ſibi vendicat autoritatem.*

148 *Non tantum Canonici, ſed etiam ciuilis, quatenus concernat peccatum.*

149 *Priuilegiorum quoque concedendorum ampliſſimam poteſtatem.*

150 *De caſibus Papali diſpenſationi reſeruatis remiſſiue.*

151 *Papæ in iure reddendo ſumma poteſtas.*

152 *Papa in cauſis peccatum & iniuſtitiam concernentibus, ſibi in reges & omnes non recognoſcentes ſuperiorem ſumit iuriſdictionem.*

153 *Et quod ratione peccati de omni delicto cognoſcere poſſit.*

154 *Papæ totius Clerus & Eccleſiæ omnes dicuntur ſubiectæ.*

155 *Papa iuriſdictione vniuerſa, quo ad loca, cauſas & perſonas omnes cum prælatis inferioribus concurrit.*

156 *Ad Papam appellatur omiſſo medio.*

1 EPISCOPORVM nomen eſt † à Græco verbo ἐπισκοπεῖν, quod inſpicere ſignificat. Speculatores enim ac inſpectores vitæ, ac morum populi dicuntur *cap. Cleros. 21. diſtinct.* Duaren. *in tract. de ſa-*

*de ſacroſ. Eccleſ. miniſter. lib.1. cap.7.* Horum quatuor † ſunt gradus. 2
Primus eorũ, † qui vni ciuitati, & vicis ciuitati illi adiunctis præ- 3
ſunt, qui ſimpliciter Epiſcopi & Diœceſani appellantur. Se-
cundus † eorum, qui non vnius tantum ciuitatis, ſed vniuerſæ 4
prouinciæ plures ciuitates complectentis Eccleſiæ inſpectioni
ſunt præfecti, qui, quod Epiſcopis habeantur digniores, Archie-
piſcopi, & à matrice ciuitate Metropolitani dicuntur. Tertius
† eorum qui non vni tantum prouinciæ, ſed integræ nationi, quę 5
plures prouincias continet, præſident, qui non ſolum in Epiſco-
pos, ſed etiam in Archiepiſcopos imperium habent: & quod
primi vel principes, ſiue honorabiliores ſint inter Patres, Patri-
archæ appellantur, vt in ſacris literis 12. Patriarchas legimus, *Act.
c.7. & 1. Paralipomen. cap.8.* Quorum numerantur quatuor, † Con- 6
ſtantinopolitanus, qui primum poſt Pontificem obtinet locum,
Alexandrinus ſecundum, Antiochenus tertium. Hieroſolymi-
tanus quartum, *c. antiqua. de priuilegiis. cap. ſacroſancta. cap.1. Conſtan-
tinop. c. renouantes. c. definimus. 22. diſtinct. c.1. cum ſeq. diſt.* Vbi Cardi-
nalis à Turrecremata, Bertachinus *in repertorio, verb. Patriarcha.*
Hi quatuor priuilegia Papę habere dicuntur, Cardinalis *in clem.
in pleriſque. 16. q. de electionib.* De eorundem ſedibus, & quo ordine
olim fuerint connumeratæ exacte tractat Didac. Couarr. *var. re-
ſolution. lib.4. tom.2. fol.317. & 318.* quibus & inferioris ſubſellij
Patriarchæ † adiici ſolent. Aquileienſis, Cantuarienſis, Bituri- 7
genſis, & Gradenſis, Duaren. *de ſacroſanct. Eccleſ. miniſter. lib.1. c.9.*
Et licet Patriarcharum nomine † Primates quoque appellentur, 8
*c.1.2. & 3. 99. diſt. c. conqueſtus. quæſt.1.* Non tamen omnes primates
vere Patriarchas eſſe apparet *ex c. nullus primas q.9.* Vt nec Cardi-
nalibus præferuntur, Felin. *in rubr. de maior. & obed.* Dignitate ta-
men & autoritate † Archiepiſcopos antecedunt, vnde illi ab his 9
prouocantur, *c. de primitib. diſt 99.* Sunt autem Primates † in Ger- 10
mania Magdeburgenſis, in Italia Aquileienſis, in Gallia orientali,
ſiue imperiali Archiepiſcopus Treuirenſis *ex c. Tengaldum 1. q.3.*
Lupold. de Babenbergk *in tr. de iure regni & imperij Romani in princ.*
In Gallia vero Celtica ſiue occidentali, quæ κατὰ μετωνυμίαν partis
ſimpliciter ſic dicitur, Bituricenſis, Grandienſis & Lugdunen-
ſis;

ſis: in Anglia Cantuarienſis: in Hiſpania Toletanus: in Sardinia Peſanas. Petr. Gregor. Tholoſan. *Syntag. iur. vniuerſi. libr. 15. cap. 10. de primatib.*

11 Epiſcoporum † ſub genere Cardinales non comprehenduntur, ſed eſt Cardinalatus † dignitas annexa officiis Diaconorum
12 ac Presbyterorum vrbis, ac Epiſcoporum vrbi vicinorum, qui
13 quod ſeruiant † ſedi Apoſtolicæ, quæ axis & veluti cardo aliarum Eccleſiarum cenſetur *cap. ſacroſancta. 22. diſtinct.* vel quod conſtituant ampliſſimum iſtud collegium, ad quod ſumma negotiorum omnium Chriſtianorum deferuntur, ſic appellantur, Petr. Gregor. Tholoſan. *Syntag. iur. vniuerſi. lib. 15. cap. 4. in princ.* Duar. *de benef. Eccleſ. lib. 1. cap. 13.* Eos etſi Patriarchis præponat ordinarius concilij Baſilienſis interpres gloſſ. *in §. quod ſi quis in prag.*
14 *ſanctione.* Hos tamen † illis digniores eſſe iuris Canonici decretis magis conſentaneum eſt ex iis, quæ tradit Pet. Gregor. Tholoſ. *Syntag. iur. vniuerſ. c. 4. num. 14. lib. 15.*

15 Porro licet olim inter Epiſcopos primum locum † obtineret PONTIFEX ROMANVS, vt variis conciliis & Principum conſtitutionibus cautum reperitur *Nouellæ Iuſtiniani* 131. Tamen hodie tanquam Eccleſiaſticæ dignitatis apex Princeps ac vertex peculiarem & quartum ordinē conſtituit, & πανεπίσκοπος ac ſummus totius imperij Eccleſiaſtici Monarcha appellatur. Pet. Gregor. Tholoſ. *part. 15. c. 2. & 3* De quo plura poſt generalem de Epiſcoporum iuriſdictione explicationem. Licet autē à quibuſdam inter quos & Petr. Greg. Tholoſ. *allegato iam loco*, his quatuor Epi-
16 ſcoporum gradibus, Quintus eorum † nempe quos Chorepiſcopos appellant annumerari ſoleat. Quia vero illi conſtante adhuc dignitate legati & Vicarij tantum fuerunt Epiſcoporum, vt Budæus *in com. Græcæ linguæ*, annotauit, & autore Damaſceno in quadam Epiſtola Chorepiſcopi χωρικοί, id eſt, ruſtici, quod non in ciuitate, ſed vicis ac pagis vilem quandam vicariam operam obiuit, lectores enim ſaltem exorciſtas & alios minorum gentium clericos, non vero presbyteros aut Diaconos Charactere clericali inſignire & ordinare potuerunt, vt conſtitutum reperitur *con. Ancyr. cap. 3. conc. Neocaſ. cap. 3. concil.* Antioch. *cap. 8. & 10. c. Ec-*

cl. 63.

*clef.63.dist.*) Et tam quod nec ab initio bona ratio eorum institutionis apparet, quam quod Vicariæ istius operæ prætextu honorem Episcopalem insolentius ambirent, munere isto sublato, vt refertur *in cap. Quamuis. capit. Chorepiscopi. 68. distinct.* inter Episcopos hoc tempore locum sibi vindicare nequeunt. Petr. Gregor. Tholos *Syntagma. iur. vniuersi lib. 15. cap. 12. num. 46.*

De Episcoporum † itaque iurisdictione, vt & aliorum, hæc 17
duo explicabimus: Primo quæ constitutionum ferendarum? Secundo quæ in iure reddendo ipsis competat potestas? Quantum
ad primum † tam de rebus Ecclesiasticis quam Politicis iurisdi- 18
cendi potestas, tam quoad νομοθεσίαν quam δικαιοδοσίαν est Reipublicæ iure gentium, vt Plato tam de rebus sacris quam humanis ad iustitiam colendam pertinentibus ius constituendum scripsit Baro *Instit. de iustitia & iure. com. parte priore.* Et Aristot. *Polit. lib. 7. cap. 8.* inter partes ciuitatis ponit ἐπιμέλειαν περὶ τὸ θεῖον ἣν καλοῦσιν ἱερατείαν: Id est, vt vertit Lambinus: rerum diuinarum & ceremoniarum curationem quam sacerdotium appellat Lipsius *Polit. lib. 4. cap. 4.* Religio caput in Republica curanda Principi. Idq; est quod
vulgo tradunt interpretes in genere † iurisdictionem inuentio- 19
ne iuris gentium esse ex Bartolo & Baldo. Corn. *consil. 312. num. 1. post princ. vol. 1.* Natta *consil. 636. & 640. num. 2. 26. & 36.* Cui æquipollet quod à potentia præuia nasci dicitur à glossa relata *in cap. 1. de pace tenenda in vsibus Feudor*, relata à Muscurno *in tractat. de iurisdiction. in princ.*

Idque in Republica Romana manifestissimum est qua iurisprudentia definitur rerum tam diuinarum quam humanarum notitia iusti atq; iniusti scientia *l. 10. de iustitia & iure. Instit. eod. tit. in pr.* Quod autem rerum † diuinarum quoq; scientiam iurispru- 20
dentiam describit Vlpianus non eo pertinet vt intelligamus nullam esse rem siue diuinam, siue humanam quam IC. nō tractet, vt simpliciter & crassa Minerua Accursium accepisse quoq; annotauit Bud. *ad l. 1. de iustit. & iur.* Vel quæ ad ciuilem scientiam non pertineat, vt interpretatur Duar. *tit. de iust & iure. ca. 2.* sed vt posteriora verba definitionis præmissa declarant, rerum diuinarum non omniū sed ad iustitiam & iniustitiam pertinentium iurispru-

dentia notitiam contineat, vt fusius hæc explicat Eguin. Baro *tit. de iustitia & iure comment. particula priore.* licet à Cuiacio quoque *in notis ad Institutiones*, priora definitionis verba ad sapientiam siue Philosophiam posteriora tantum ad iurisprudentiam referantur, extra quam subiectæ materiæ ratio patiatur.

Item primaria iuris Romani pars de sacris & sacerdotibus dispositionem complectitur *leg. huius studii. §. publicum ius. de iustitia & iure.*

21 Vt autem iurisdictionem † omnem, tam veteri, quam præsenti Reipublicæ Statu iuris publici, nec in priuatorum commercio esse ostendimus supra *lib. 1. cap. 18.* Sic quoque de Ecclesiastica potestate priuati sibi sumere nihil possint, nisi vel tacite, vel expresse sibi à Republica tributam probent. Et quidem primo Regalis Reipublicæ Status, non tantum sacrorum & Religionis formulam introduxit, quæ postmodum eo vsque valuit, donec discussis Ethnicarum superstitionum tenebris lux veræ doctrinæ cœlestis apparuit: Sed sacerdotes etiam instituit, inter quos summæ & maximæ dignationis fuit Pontifex, qui maximus postea † dictus fuit, quod rerum ad sacram Religionem pertinentium primarius esset Iudex. Penes eum enim non tantum sacrorum ac ceremoniarum omnium fuit arbitrium, sed iustorum funebrium placandorumque manium quæque prodigia fulminibus aliove quo visu susciperentur cura commissa fuit. Vt de hæredibus stricto iure ad faciendum monumentum nulla actione obligatis, sed principali vel Pontificali autoritate ad obsequium supremæ voluntatis compellendis responsum est à Papiniano *leg. hereditas. §. fin. de petit. hæreditatis.* & Vlpian *in leg. Ossa. in princip. & §. 1. ibi, an Ossa vel corpus ab alio illatum Domino loci effodere, vel eruere liceat sine Decreto Pontificis vel Principis, quærenti permissam, pontificialem seu iussionem Principis expectandam Labeonem respondisse refert.* Successu temporum † collegium Pontificum introductum, quorum primo 4. postea Tribunitia rogatione 8. tandem 16 eorum munia eadem, quæ Pontificum quoad curam Religionis ac ceremoniarum fuerunt. Alii quoq; Sacerdotes Pontificibus subiecti Reipublicæ autoritate constituti ac primo à Ro-

22 

23 

mulo

mulo augures, Reges sacrorum siue Reges sacrificuli, Flamines Feciales, Patres patrati, Vestales, Duumviri Epulonum Salii, Sacerdotes Bonæ Deæ, Curiones, Petitii, Pinarii, Luperci, Galli fratres aruales, de quibus Cicero *lib. 2. & 3. de Oratore*. Item *in Orat. de Aruspicum Responsis*. Liuius *lib. 2*. Dionysius Halicarnassæus *lib. 5*. Varro *lib. 4. de lingua latina*. & alii. Post destructam veterem Rempublicam popularem ac imperio ad Principes translato Edictis atrocissimis abolitis Idololatricis cultibus Ethnicis vera & diuinitus reuelata religio clausis Gentilium templis introducta est, Constant. *leg. 1. de Paganis & Sacrificiis & templis eorum*, idque cæteri Principes Christiani, Theodosius, Arcadius, Honorius, Martianus, Leo & Anthemius secuti sunt, vt patet ex *toto titulo iam citato*. Quorum constitutiones, immanium Christiani nominis hostiũ Edictis abolitis, Iustinianus quoq; in Codice suo tantum referri voluit In quib. primo statuitur, de doctrina & cultu diuino *titul. de summa Trinitate & fide Catholica*. Secundo de Ecclesiis & earum priuilegiis *titul. de sacrosanctis Ecclesiis*. Tertio, de Episcopis & Clericis, qui ad ministerium Ecclesiæ destinati sunt, deque eorum prærogatiua potestate & immunitatibus. Tertio, de iis, qui veræ doctrinæ & Ecclesiæ Dei aduersantur, Hæreticis, Apostatis, Cælicolis Paganis, & aliis Ecclesiæ hostibus.

Idem quoque post diuisum imperium ab orientis Imperatoribus obseruatum fuit, vt extat Heraclii constitutio περὶ πίστεως, siue de fide μήτε ἑνιαίαν ἐνέργειαν μήτε διττὴν ἐν Χριστῷ δογματίζεσθαι, id est, neque singularem, neque duplicem in Christo energiam esse asserendam. Item aliæ de Iudæis. Item Leonis Iconomachi, de Hebræis & Montanis. Constantini Caballini, de reliquiis & intercessione sanctorum.

Quantum autem † ad iurisdictionem Ecclesiasticam attinet, 24
de ea Episcopis attribuenda nihil ibidẽ refertur. Episcopi enim forum legib. non habuerunt, nec apparitionem, nec executionẽ, vt Valentinianum dicentem refert Cuiac. *ad tit. de Episc. audientia*. sed tantum audientiam vel notionem, id est, cognitionem absq; imperio & executione, vt rectius Accursio id verbi ac textum

*l.25.eiuſdem tituli.* interpretatur Cuiac. *d. titulo.* Cognitio vero iſta, iudicium vel audientia Epiſcopis Presbyteris in Clericos & monachos ſaltem in cauſa Religionis vel negotio Eccleſiaſtico, non
25 vero in alios in aliis cauſis, niſi inter conſentientes † tributa ex eodem titulo demonſtratur, licet alia quoque ad ius curamque & reuerentiam Epiſcopalem pertinentia contineat, vt erudite Cuiacius ibidem annotauit.

26 Iure vero † Authenticorum, Epiſcoporum poteſtas adaucta fuit, & primo Nouella *de Monachis litigatorib.* Monachos non conueniendos, niſi coram Epiſcopo, cuius arbitrio vel Monachi ipſi reſpondere debent, vel per Antiſtitem ſiue Abbatem ſuum, vel per actorem vel Syndicum, qui apocriſarius dicitur, mulcta ac pœna conſtituta in iudices conſtitutioni non parentes, executores, qui quem ex his vocauerint ad iudicem ciuilem. *Nouella 83.* conſtitutum eſt clericos in cauſa ciuili coram Epiſcopo conueniendos. In cauſa criminali diſtinguitur inter crimen Eccleſiaſticum & ciuile, vt hoc à iudice ciuili illud ab Epiſcopo diſceptetur. *Nouella 123.* Cuiacius *dict. Nouella 19. de Monachis litigatoribus.*

27 Hoc autem tempore † etſi Epiſcopis iuris Prouincialis, vel ſtatutorum iuri Canonico communi contrariorum condendorum facultas nec iure ciuili, nec Canonico conceſſa reperitur, vt recte ſentit Sebaſtian. Medic. *in tr. de legib. & ſtatutis part. 1. quaſt. 3.* Sed quod eo iure vtantur, moribus introductum eſſe probabilius eſt. Licet ſecus videatur Hoſtienſi *in ſumma. de conſtit. pec. cap. ſi quis. de maioritat. & obedient. & c. veſtra nobis. de locat. & conduct.* & ibi gl. Iaſoni quoque *in d. l. omnes populi. num. 11. de iuſtit. & iure.* Et an Epiſcopus poſſit interpretari ſtatuta & alia dubia coram ſe occurrentia, vide Ioan. Bertach. *in tr. de Epiſcopis. par. 5. lib. 4. num. 43.*
28 Diſpenſandi tamen & relaxandi † iuris communis facultas ipſis permiſſa eſt quibuſdam in caſibus. De quibus Speculat. *in titul. de diſpenſat. §. nunc. de Epiſcop. diſpenſation.* Quoad iuriſdictionem vero multo amplior, quam olim habuerunt, Pōtificum præſertim Romanorum conſtitutionibus iis conceſſa eſt, *c. ſignificaſti. c. ſi diligenti. de foro competenti,* & *tot. tit. de offic. ord.* Henricus Boich. *d. c. ſi diligenti.*

genti. Duaren. *de sacr. Eccles. minister. ac benefic. Eccles. libr. 1. cap. 5. de potestate & iurisdictione Ecclesiastica*, quo etiam pertinent, quæ ex variis autoribus, de hoc argumento collegit Gratianus *q. 1. causa siue hypotheseos undecima*.

Quod ad res † quibus iurisdictio Episcoporum circumscripta 29
est, attinet, vt potestas omnis politica certis limitibus territorii personarum & causarum: Sic etiam Episcoporum δικαιοδοσία, non quidem territorio, sed diœcesi ac certarum quoq; personarum & causarum attributione definita est.

Territorium † vt dixi, Episcopi proprie non habere dicuntur 30
Oldrad. *consi. 27*. Petr. Belluga *in spec. Principum. de iurisd. Rub. 22. in §. Et quia quotidie. num. 47. & seq.* Duaren. *cap. 4. libr. 1. de minister. ac benefic. Ecclesiastic.* Nusquam enim in Canonibus Romanorum Pontificum Episcopis districtus continuus adsignatus legitur, sed Diœceses, id est, dispersæ multorum habitationes vel παρόχιαι id est, continuæ & vicinæ multorum habitationes ἀπὸ τῆ παρέχειν sic dictæ iis attribuuntur. Longouall. *in repetit. l. imperium. fol. 309. de iurisd. omn. iudic.* Primo autem παροικίαι † appellatæ sunt. Paulatim vero corrupto vocabulo παρόχιαι vocari cœperunt. *titul. de pa-* 31
*roch.* Duaren. *de sacr. Eccl. minister. lib. 1. cap. 7.* Parochias autem † & 32
Diœceses primo instituisse, ac distribuisse Dionysium Pontificē qui vixit anno Christi *277. ex cap. Ecclesiast. 14. quæst. 1.* refert Thom. Campag. *in tr. de resid. Episc. num. 9.* Rectius autem † Diœceses κατὰ 33
μετωνυμίαν adiuncti dicuntur districtus, ac loca illa, quæ exercendæ iurisdictioni ac reliquæ potestati Episcopali adsignata sunt, Petr. Gregor. Tholosan. *lib. 15. cap. 12.* Veteribus tam loca administrationi magistratuum Romanorum, quam administratio Diœcesis dicta est, vt Autor est Beat. Rhenan. *lib. 3. rerum Germanicarum* & habetur *in lib.* qui inscribitur, *Notitia vtriusque orbis.* Minores etiam prouincias Diœceses; appellat ipse Cic. *lib. 3 Epist. fam.* Vt omniū inquiens Diœceses, quæ circa Taurū sunt omniumq; earū Ciuitatū magistratus legationesq; cōuenirent. Et in Epistolis ad Atticum Mirifica expectatio nostrarum Diœcesium ab hac administratione † Episcopi Diœcesani, & caput Diœceseos appel- 34
lantur *c. cum non liceat. c. 12. de præscr.* Pet. Greg. Tholos. *lib. 12. cap. 12.*

35 Episcopus igitur † qui maxime ordinarius dicitur fundatam intentionem (vt loquuntur) habet in tota sua Diœcesi, & in qualibet eius parte. *c. cum Episcopus. de offic. ord. in 6. 10. q. per totam causam, omnes Basilicæ. 16 q. 1. 2. & 4. c. si quis. de foro comp.* Hostiens. *in summa eiusdem tit.* Pet. Greg. Tholos. *syntag. iur. vniuersi. lib. 15. c. 12. num. 33.* Abb. *in c. cum Capellæ. de priuileg. c. cum contingat. de foro comp.* Anton. de Præt. *in tr. de iurisd. Episcopor. c. 1. num. 2.* Pet. Belluga. *in spec. Principum. de iurisd. rub. 22. §. & quia. nu.* 46. Idque non tantum tacito, sed expresso etiam Imperatorum indulto, vt patet ex *l. omni innouatione. C. & l. priuilegia. 17. C. de sacros. Eccl. §. 1. de Ecclesiast. tit. in Nouellis constit. Friderici II. de pace tenenda. §. si Clericus. de Feudis lib 5.* Petr. Gregor. Tholos. *& c. conquerente. c. 11. de off. ord.* Quod tamen non
36 ita † generaliter, vt de territorio politicorum, sed de personis & causis certis iurisdictioni Episcopali attributis intelligẽdum est: Monasteria tamen templa & Basilicæ, à Principum ac Dominorum politicorum potestate exemptæ, soli Episcoporum iurisdictioni subiectæ sunt. *c. cum dilectus. & c. cũ venerabilis. de relig. Domib. c. pastoralis. in pr* & ibi Abb. *nu. 6. de off. ord.* Abb. *in c. recipimus. de priuil. & excessib.* textus insignis *in c. omnes Basilicæ. 16. q. 7. & 10. q. 5.* tota gl. *c. sic quidam. 10. q 1.*

37 Quod ad personas † attinet, etsi olim lege à Theodosio lata controuersiæ Forenses omnes, non tantum Clericorum, sed etiam laicorum ad Iudicium Ecclesiasticum alterutro litigantium id postulante remitterentur, quæ lex etiã à Carolo Magno postea renouata & confirmata refertur *in c. quæcunque. 11. quæst. 1. c. nouit. de iudic.* Ea tamen mutatis Episcoporum moribus antiquata postea placuit, ne de vllis causis ciuilibus clericorum Ecclesiastici: sed præsides & Magistratus cognoscerent. *leg. cum Clericis. l. omnes. l. iubemus. Cod de Episcop. & Cleric.* sed ne à cultu ac ministeriis
38 diuinis abstraherentur, ac celerius lites finirentur † à Iustiniano Ciuilium quarundam causarum cognitio eis permissa est, hac quidem conditione, vt in arbitrio esset victi sententiæ ab Episcopo latæ acquiescere, vel eam contradicendo impugnare, & ad Politici Magistratus iudicium prouocare. Postea vero non tantum constitutionibus Pontificum, sed Imperatorum quoque, vt paulo

paulo ante diximus, tacito & expresso priuilegio Clerici ex Laicorum iurisdictione plane exempti sunt, *c. significasti. c si diligenti. de foro compet. Constit. Friderici II. hac edictali. §. sancimus. in vsib. Feudor.* Duaren. *de sacris Ecclesiæ minist. lib. 1. cap. 2. in fine*, ita vt coram Episcopo suo tantum sint conueniendi, *c si quis Clericus.* & ibi Abb. & Felin. *de foro competent.* Fab. Turret. *cons 36. nu. 11. 12. 13. 17. & 18.* Fuluius Pacian. *cons. 146. num. 113.*

Vt autem Politicorum iurisdictioni laici, sic quoq; Episcoporum iurisdictioni obnoxij fiunt clerici † quatuor ex causis: Domi- 39
cilij nimirum, contractus, delicti, rei de cuius possessione vel proprietate agitur in Diœcesi sitæ.

Et primo quicunque Clerici, quorum plures sunt gradus, de quibus Pacian. *in tract. de probat. lib. 2. cap. 34. n. 7.* in Diœcesi Episcopi domicilium habent, coram eo conueniri debent. *cap. postulasti.* & ibi Felin. *de foro compet.* Est autẽ domicilium † Clerici qua- 40
druplex. Primo est domicilium originis Abb. *in cap. postulasti. nu. 2. de foro compet.* Bernhar. Diaz. *in practica crimin. Canonic. ca. 8.* Secundo habitationis: Quod proprie domicilium dicitur, de quo gloss. *in cap. statutum §. cum vero de rescript* Bald. *in l. fin. col. 11. C. eod.* Jas. *in l. cunctos populos. C. de summa Trin. & fide Cath.* Tertio, Domicilium, Beneficij requirentis assiduitatem vel residentiam. Innoc. *in cap. postulasti, de foro compet.* gl. & Dd *in cap. cum nullus, de tempor. ord.* Bald. *in l. senatores, de Senatorib.* Felin. *in cap. dilectus. de rescript. & cap. postulasti. de foro compet.* Quarto, Ratione ordinis de quo Abb. *in cap. 1. de Paro.* Felin. *in cap. postulasti. de foro compet.*

Licet autem alias quando Reus † plura habet domicilia, in ar- 41
bitrio sit Actoris, vbi reum conuenire velit, neque reus forum regulariter declinare possit, siue in rem siue in personam agatur, gloss. *in cap. dilecti, de foro compet.* & ibi copiose Abb. & gloss. *in capit. statutum. §. cum vero in verb. recusetur. de rescript. num. 6.* Innocent. & Joan. Andr. *in cap. dilectus. de foro compet.* Vbi iuris ciuilis interpretum communem hanc esse sententiam testatur. Secus tamen est, quando agitur de beneficio Ecclesiastico. Judex enim Beneficij adeo dicitur Judex competens ipsius beneficij vt alius etiam reo ipso consentiente sine licentia eius adiri non possit. *ca. significasti.*

*significasti. de foro comp.* Felin. *in cap. dilectus. num. 10. de rescript.* Quod tamen intelligendum est de ipso beneficio, non de alia materia beneficium concernente Non enim dicitur, quod solus de materia beneficii, sed quod solum, id est, non de alio, quam ipso beneficio cognoscat, vt latius hæc explicat Felin. *in d. c. dilectus. nu. 1. de rescript.*

41 Quod dictum est de Clericis † in loco domicilii conueniendis generaliter accipiendum est de Clericis omnibus, siue sint
42 seculares, siue regulares, quorum quatuor sunt Ordines † Cardinales, Diui Basilii, Benedicti, Augustini & Francisci, quorum regulis reliqui omnes subiiciuntur, præter Carthusanum, qui nullam ex his agnoscit; sed peculiares habet formulas Remund. Fragnier. de religiosis sectis. Cum enim inferiores Prælati de iure peculiari territorio, vel Diœcesi destituantur, Episcopus in tota Diœcesi ordinarius censetur. Vt communem hanc sententiam testatur Abb. *in c. contingat. de foro compet. & in c. graui in fine. de offic. ordin.* Maranth. *de ord. iudic. dist. 11. num. 3.* Petr. Gregor. Tholos. *in c.*
43 *conquerente. de offi. ord.* siue legitimi † siue illegitimi sint, Grammat. *decis. 81.* Iulius Clarus *recept. sentent. lib. 5. § fin. quæst. 36 num. 4.* Cæli-
44 bes † siue coniugati, de conditionibus exemptionis coniugatorum prolixe tractat Didac. Couarru *practicar. quæst. cap. 31. num. 7.*
45 *& 8.* Fulu. Pacian. *tract. de probat. lib. 2. cap. 20. num. 4.* De † vxoribus quoque Clericorum, quod idem habeant fori priuilegium, tradit post Abba. & Ioan. de Imola Felin. *in c. nullus iudicum. n. 3. de foro compet.*

46 De famulis † autem Clericorum an gaudeant Priuilegio fori Dominis indulto, diuersæ sunt sententiæ. Vna affirmantium, altera negantium. Prior affirmantium nimirum probatur à gloss. *in cap. eos. 27. distinct.* & gl. *in c. indicatum. distin. 89.* & gloss. *in cap. Clericum 11. q. 1.* glo. *in c. Ecclesiarum seruos. 12. q. 2.* Baldus *in l. 2. C. de Episc. & Cleric.* Henricus Boich. *c. ex transmissa. de foro competenti*, vbi seruos quoque & Rusticos Ecclesiæ fori Ecclesiastici esse dicit per citatum *c. indicatum. & c. Ecclesiarum seruos. & c. nullus. de foro competenti*, in quo verbum *minores*, gl. ibidem generaliter interpretatur. seruientes & deputatos ad obsequium Ecclesiæ Ioan. Bertachin. *in tr.*

*in tr. de Episcopis, lib. 4. part. 2. num. 6.* Maranth. *de ord. iudicior. dist. 11. num. 4.* Eamque in facti specie contingente secutus est Calcan. *consi. 71.* Alteram negatiuam tenet Capic. *decis. 12. nu. 2. in fine.* Exceptis Ministris ac familiaribus ipsorum Episcoporum, in quos Iudicis Laici nulla est iurisdictio, quam communem dicit Abb. *in cap. 2. nu. 6. de foro comp.* Iul. Clar. *recept. tr. sent. lib. 5. §. fin. quæst. 35. pract. crimin. nu. 18.* Lancel. Conrad. *in temp. iud. lib. 2. cap. 5. §. 4.* Quam limitat. Archidiac. *in c. Clericum iudicem. n. 3. vers. de seruientib. 11. q. 1.* Stephan. Aufrer. *in tr. de potestat. secul. super Eccles. reg. 2. nu. 36.* Quos refert & sequitur Fulu. Pacian. *in tr. de probat. lib. 2. cap. 34. num. 123.* post Felin. *in cap. nullus. nu. 2. de foro comp.*

Verum quicquid † dicatur de singulari vel cõmuni interpre- 47
tum opinione, ego neutram veram & iuri consentaneam esse arbitror. Quantum enim ad primam Canonib. & Rescriptis Pontificum vulgo citatis non probatur. Capitulum enim iudicatum *89.* distinct. ministros & rusticos Ecclesiarum generaliter à iurisdictione magistratus ciuilis non eximit, sed tantum laicos, quibus administratio ab Episcopo commissa est, rusticos Ecclesiæ spoliantes pœna legitima ad restitutionem compelli præcipit, imposterum vero [illegible]icis Ecclesiastica non committenda, sed iis, qui sunt subditi & foro Episcopali subiecti. Cum igitur Regula, quod actor forum rei sequatur *l. 2. C. de iurisd. l. fin. C. vbi in rem actio.* etiam de iure Canonico certa sit, *c. neminẽ. c. 3. q. 6. c. experientiæ. 11. q. 1.* Vbi diserte Laicum Clericum apud Iudicem Ecclesiasticũ & contra Clericum Laicum apud magistratum politicum conuenire debere statuitur. Idem *c. seq. si quisquam Clericus.* Et planum sit, tam de iure Canonico, quam ciuili, quod quæ contra regularem & communem rationẽ constituta sunt, seu vt vulgo loquuntur † quæ à iure communi exorbitant ad consequentiam & casus 48
similes non sint extendenda, *l. quod contra. l. in his. de legib. l. 1. ad municipalem. l. vnica. C. si quacunque prædit. pot. c. quæ à iure. de reg. iur. in 6.* Donellus *com. iur. ciuilis. lib. 1. cap. 14.* Baro *in l. quod contra. de legib.* Eberhard. *in loco à speciali. n. 1. & 3.* Sequitur, quod hic de iure dicendo inter Laicos administratores ab Episcopo cõstitutos rusticos Ecclesiæ spoliantes specialiter non ordinaria, sed Pontificia au-

toritate permittitur, ad quoscunque laicos & rusticos à iurisdictione seculari eximendos extendi non debere: Cum & generaliter cõstitutum sit, quod † lex in præteritũ quid indulgens in futurum vetare censeatur, *l. cum lex.* & ibi Baro *de legib.* Idque multo magis locum habet si de voluntate legumlatoris per verba diserta manifeste appareat. *auth. vt iudices non exp. sent.* Baro *in l. sed & posteriores. de legib. §. autem.* De cætero hoc expresse definitur Ministros, vel Curatores laicos ordinariæ iurisdictioni Ecclesiasticæ non esse subiectos, dum ibi dicitur, de cætero vero cauendum est à fraternitate vestra, ne secularibus viris, atque sub regula vestra non degentibus, cuiuslibet res Ecclesiæ committantur, sed probatis de officio vestro clericis, in quibus si quid reperiri poterit prauitatis, vt subditis emendare, quod illicite gestum fuerit valeatis.

50 Cum igitur non † illud tantum censeatur expressum, quod diserte ac nominatim in specie dicitur, sed & quod verbis generalib. explicatur Bar. *l. 1. n. 7. de vulg. & pupil. substit.* Tiraq. *in tr. de ll. connubialib. gl. 7. n. 87.* Curt. Sen. *consi. 49 col. 15.* Cacher. *cons. 13. n. 17.* Fab. Tur. *consi 98 n. 12.* Et quod venit in cõsequentiã vel colligitur ex cõiecturis *l. Prætor ait.* vbi Bar. *de noui op. nunc. l. tale pactũ. de pactis.* Alex. *consi. 51. col. 4. vol. 1.* Paris. *cons. 20. nu. 28. & seq. vol 3.* Dec. *consi. 369.* Alex. Raudensis *consi. 52. n. 34.* Item quod ex præsumpta mente disponentis resultat. Bald. *consi. 200. in fine. vol. 2.* Paris. *consi. 41. numer. 51. vol. 2.* Pacian. *consi. 9. num. 25.* dicto Canone autem vnico sententia communis non tantum non probatur, sed ex diametro contrarium expresse constituitur. Inprimis vero quod de rusticis Ecclesiarum, à iurisdictione seculari eximendis infert Henricus Boich. ex *cap. ex transmissa de foro competenti*, manifeste erroneum est, quod rustici ibidem non rei coram Episcopo conueniendi, sed actores & spoliati, qui ad iudicium Pontificis prouocarunt referantur. Eadem ratio est *cap. Ecclesiarum seruos*, quo non de ministris, sed mancipiis Ecclesiarum, non à iurisdictione magistratus, sed tantum à munere Angariarum eximendis refertur, quod Principum constitutionibus, conuenit quibus à muneribus istis vilioribus ac sordidis, vt sunt præter alia enumerata *in l. fin. §.*

49

*fin.* §. *inter personalia. de muneribus & honoribus. l. maximarum. C. de excus. mun. lib.* 10. cursus publicus hodie vulgo Postæ, Angariæ vel Petangariæ Persico vocabulo dictæ, à velocitate cursus, quem illi angarion dicunt Herodoto *lib 8. tit. Cod. de cursu publico angariis & perangariis.* Lagus *in meth. iuris. part.* 6. de immunitate Hotom. *de verbis iuris, verbo Angarius.* Ecclesiæ quoque vacationem habent *l. placet C. de sacros. Eccles. l.* 2. *C. de Episcop. & Cleric.* excepto casu *l. neminem*, in aduentu nimirum Principis *d. tit. C. de sacr. Eccl.* & ibi Cuiacius.

Subiectionem vero quoad iurisdictionẽ, siue generaliter, siue in specie pro δικαιοδοσίᾳ accipiatur, à munerum subeundorũ onere, plane diuersam esse ex iis, quæ de vniuersa potestate politica eiusque partibus explicauimus supra *libr.* 1. *capit.* 3. manifestum est.

Ab iis autem quib. † τὰ ἑτερογενῆ εἶναι, siue diuersæ essentiæ nihil mutuo inferri tralaticium est, *l. neq. natales. C. de probationib. l. fin. de calumn.* Quantum ad *c. nullus. de foro competenti.* inepta vocabuli *Minoris*, pro scholarib. vel seruitoribus Ecclesiæ glossæ est interpretatio. Eam enim Concilii Aphricani mentem esse apparet, non tantum maiorum gentium, vt sunt Presbyteri Diaconi & Hypodiaconi, sed & inferioris gradus clericos, vt sunt Hypodiaconi, Acoluthi, Exorcistæ, Lectores, Ostiarii, qui minores, siue in minorib. Ordinibus constituti dicuntur Lancell. Conrad. *in templo iudicum. lib.* 2. *c.* 1. §. 4. *versi.* 3. *n.* 16. *& versi. Ordinum defectus; n.* 2. à magistratuum ciuilium iurisdictione eximendos. 51

Ex quibus liquidissimum euadit iurisdictionem, quam sibi Episcopi, vel in suos, vel inferiorum Clericorum familiares vendicant, nullo certo iure, vel ciuili, vel Canonico, sed vsu & moribus receptam esse. Verum accuratior huius quæstionis consideratio in Germania nostra otiosa & superuacanea videri poterat, quia Episcopi & prælati grandiores fere omnes ciuilem iurisdictionem cum Ecclesiastica coniunctam habent.

Et non tantum quando certum † est reum esse Clericum, sed etiam quando dubium est, sitne laicus vel clericus, iudicis Ecclesiastici est cognitio. Hortens. Caualca. *in tr. de Brachio Regio. part.* 1. 52

53 *num.95.* Tib. Dec. *consi 82. vol. 2. nu. 6.* Quod Clericatus † probatio spirituale quid censeatur. Pet. Belluga *in spec. Principum. rub.* 11. §.
54 *videamus. num. 5.* De Eremitis † item Hospitalariis an sint de foro Ecclesiæ vide Felin. *in cap. nullus iudicum. num. 5. 6. 7. & 8. de foro comp.* Petr. Bellug *in spec. Princ. rub.* 11. *§. videndum. num.* 7. Decius *consilio 197. num. 10.*

Secundo, vt laicorum iurisdictionis subeundæ causa non tantum est domicilium, sed etiam obligatio, de qua agitur ibi cōtracta, Rei situs, de cuius proprietate & possessione agitur, sic quoq; non tantum, qui in Diœcesi Episcopi domicilium habent, sed etiam in eos, qui ibi contraxerunt, Episcopi est iurisdictio. *c. proposuisti.* & ibi Felin. *de foro comp. cap. fin. c. dilecti filii.* & ibi Marian. Soc. *de foro comp. cap. 1. §. contrahentes. eod. tit. n 6.* Constal. *l. de iudic.* Con-
55 tractus autem hoc loco † generaliter pro conuentione quacunque accipitur, non vt quidam arbitrantur accipi *in Labeo. de verb. signif* de qua satis prolixe supra *lib. 1. cap. 23.* Cuiac. *in l. iurisgentium. nu. 7. de pactis.*

56 Tertio, delicti † quoq; ratione competit Episcopo iurisdictio in Clericos in Diœcesi sua, nec Domicilium, nec beneficia possidentes. Felin. *in c. dilectus. nu. 10. de rescript.*

57 Quarto, ratione † quoq; rei clericus extraneus coram Episcopo in cuius Diœcesi sita est, conuenitur. *c. sane. & c. si clericus. de for. compet.* id tamen ad clericos Episcopis inferiores restringi-
58 tur. Episcopi enim ratione rei † sitæ non coram Episcopo in cuius diœcesi res sunt constitutæ: Sed coram Archiepiscopo, ad cuius prouinciam res pertinent, conueniendi sunt, quod par in
59 parem † non habeat Imperium per gl. *in l. §. Veteris. in verb. per vnam. de acquir. poss.* quæ dicit Asinum intumescere, si per comparem se videat apprehendi Fulu. Pacian. *in tr. de probat. lib. 2. cap. 48. num. 5.*

60 Generalis quoq; iurisdictio † Episcopi est in Clericos, quoad causas omnes, tam ciuiles, quam criminales, licet enim in ciuili tantum iudicio, Episcopis olim cōpetierit iurisdictio in clericos *Auth. vt clerici apud prop. Episc. § si quis autem pro pecuniaria & Auth. Clericus. C. de Episc. & Cler.* id tamen correctum est *Auth. statuimus.*

*C. de*

*C.de Episc.& cler.c.si diligenti.de foro comp.* siue in rem † siue in perso- 61
nam sit actio Abb.*in c.Ecclesia S.Mariæ.col.pen.de constit.* Abb.*in cap.
qualiter & quando.de iud.c.si Clericus laicum.* & ibi Felin. *in fin. de foro
compet.* Non autem potest iudicare † in causa propria, in qua pri- 62
uatus censetur Hosti.*in summa.de sent.* §.*qualis.col.7.vers.sed nun-
quid Episcopus.* Licet consuetudine introductum esse affirmet, vt
causam propriam alii terminandam committere possit, quod se-
quitur Felin.*in c.cum venissem.de iudi.* Surd.*consi.50.num.34.* Nec in
causis ad mensam † Episcopalem spectantibus Anton.de Butrio 63
Felin. & Dec.*in c.cum venissent.de iud.* Domin.*in c.1.de pœnis.* Surd.
*consi.50.num.11.* per se, vel alium,*c.cum ad sedem.de restit.spol.* Surd.
*d.cons.nu.15.*

Quæ autem dicta sunt † de ordinaria Episcopi in Clericos di- 64
tioni suæ subiectos, iurisdictione, non habent locum, si aut colle-
giis vel cathredalis, vel aliarum Ecclesiarum, quæ vulgo capitula
appellamus, vel prelatis quibusdam inferioribus priuilegio, con-
uentione, vel cõsuetudine aut præscriptione aliquid de Episco-
pali iurisdictione concessum vel quæsitum est. Per.Greg.Tholos.
*c.conquerente.c.1.n.14.& c.9.n.6.*

Quæ concessio tamen † in casibus non reseruatis moribus 65
ferme omnium Ecclesiarum, non cumulatiue, sed priuatiue fa-
cta intelligitur, vt non nisi per appellationem, & alios modos,
quibus citra prouocationem ad superiorem redit, iurisdictio ad
Episcopum deuoluatur, vt supra *cap 29. libro 1.* in genere à nobis
est expositum. Qui autem casus † Episcopo sint reseruati, vi- 66
de Lancellottum Conrad.*in templo iudic. lib. 2.cap.5. de Episcopo.* §.
*4.num.4.*

Deinde non tantum in Clericos † sed etiam in Laicos iurisdi- 67
ctionem Episcopis iura pontificia adserunt.

Primo, si † consentiant, in Iudicem Ecclesiasticum. *l.si qui ex* 68
*consensu.C.de Episcopal.Aud.* Duare. *de sacris Ecclesiæ ministr. & benef.
lib.1.cap.2.*

Secundo, si conueniantur † à Viduis, Pupillis & aliis personis 69
miserabilib. Abb & Dd.*in c.significantib.de off.delegati.* Abb.*in c.licet
ex suscepto.de foro comp.* Bal. *in Auth.ad hæc. col.2.C.de vsur.* Quod de

viduis dictum est, restringunt ad pauperes solummodo, non opulentiores Abb. & Felin *d.c significantib. de off. deleg.* Alex. *cons.121.col. fin. in 1. vol.*

70 Tertio, si agatur de causa † spirituali vel spiritualitati, vt loquuntur annexa, in quibus non tantum reliquis inferiorib. ordi-
71 nariis † sed Imperatore maior esse dicitur Episcopus, *c.1. & c. Valentin. 62 dist.* vbi gl. & not. Lancel. Conrad. *in templo iud. lib. 2. c. 5.*
72 *§. 4. de dignitate Episcopi. nu. 11.* spirituales † in duplici sunt differen-
73 tia, ciuiles & criminales. Ciuiles sunt, quando † agitur de donis Dei, & Sacramentis Ecclesiæ, de præbendis, dignitatibus, personatibus, canonicatibus ac beneficiis omnibus Ecclesiasticis, de donis, de vestib. & aliis ornamentis Ecclesiæ. Et generaliter de omnibus relatis *in clem. dispendiosam. de iudiciis & c. literas.* & ibi Abb.
74 *de iur. calum.* Criminales, quando agitur † de criminibus Ecclesiasticis: vt de hæresi, schismate, apostasia, sacrilegiis & aliis similibus, de quib. Lancel. Conrad. *in templo iud. lib. 2. c. 5. §. 4.* Marant. *de ord. iud. dist. 13. n. 5.* Vbi has causas rectius criminales Ecclesiasti-
75 cas, quam criminales dici ait. Spiritualibus † annexæ vel mixtæ sunt quę participant, de vtroq; extremorum temporalium nimirum & spiritualium, nec pręcise de altero sunt, vt si de iure Patronatus Ecclesiastici, de pensione Ecclesiastica, de beneficio vnito agatur, vt sunt verba Octauiani Vestrii *in Isagoge in Romanæ aulæ actionem & iudiciorum mores. lib. 3 fol. 31.* de quibus interpretes *in cap. quanto. de iud.* Io. de Anania *in c. consulere. de symonia.* Plures casus in quibus cõtra laicos iudices Ecclesiastici iurisdictionem sibi vendicant, vide apud Maranth. *de ord. iud. dist. 20. nu. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14 15. 16. & aliquot seqq. & in c. licet ex suscepto. de foro comp.* & Henric. Boich. *in c. ex transmissa. nu. 3. de foro comp.* & quia prolixe de his tractet Io. Bertachin *de Episc. lib 4. par. 2. nu. 6. & seq.* Lancel. Conrad. *in templo iud. lib. 2. c. 5* §. 4. Beretta *cons. 3. n. 14.* Et non tantum notio-
76 nem † sed imperium quoq; habent Episcopi. Vnde non tantum, quæ ad explicationem iudicii, sed ad executionem quoq; pertinent, facere possunt, irrogando & imponendo pœnas & censuras quarum appellatione continetur excommunicatio, interdictũ, suspensio, & c. Lancel. Conrad. *in templo iud. lib. 2. c. 5. §. 4.*

Præ-

Præmissa generalitas iurisdictionis † Ecclesiasticæ non secus 77
ac politicorum in pluribus restringitur: Ac primo quoad personas non habet locum in iudicio reconuentionali, in quo iudicis laici ex recepta interpretum sententia, in clericos non secus ac in laicos est cognitio. Bart. *in Auth. vt consequenter. C. de sentent. & interlocut. omn. iud.* gloss. *in cap. de multis petit.* Baldus *in l. g. 2. §. sed si agant, de iudic.* Vbi hanc prorogationem, legalem appellat Speculat. *institut. de reconuent. §. nunc videndum.* Vbi hoc tribus modis limitat. Fabius Turret. *consi. 36. num. 34. & distinct. 6. num. 44.* Idem tenet Felin. *in cap. at si Clerici, de iud.* vbi quatuor limitationes adiicit Roland. à Valle *consilio 21. numero 10. 37. volum. 1.* Cagnol. *in leg. cum quædam puella. numero 33. de iurisdict.* Hortens. Caualcan. *de brachio regio. part. 4. num. 272.* Quod vsque adeo locum habet, vt clericus † reconuentione ita præuentus, nec conuentioni renuntian- 78
do se ex laici iurisdictione eximere possit, quod tamen re integra licitum est, vt tradit Bald. *in Authen. & consequenter, colum. pen. C. de sentent.* Spec. *in tit. de reconuent. §. fin.* Bald. *in l. petendi. C. de in integr. restitut.*

Secundo, iudex laicus † clericum coram agentē, si in lite suc- 79
cumbat, in expensas condemnare potest, Imola & Felin. *in c. at si clerici. de iud.* Marant. *de ord. iud. distin. 9. nu. 45.*

Tertio, clericus à iudice † politico citari potest, vt cōpareat, 80
*si sua putauerit interesse.* Bald. Paul. de Cast. & Alex. *in l. testamenta omnia. C. de testam.* quæ citatio est conditionalis † quatenus citatus 81
comparere velit. Bal. *c. 1. num. 5. col. de milite vas. qui contumax.* Ac dicuntur ita citati † actores vel defensores voluntarii Dd. *in l. mulier.* 82
*solut. matrim.* Alex. & Ias. *in l. de pupillo. §. 1. de noui oper. nunc.* Lucas de Penna *in l. si coloni. de agric. & censit. lib. 11.* Cæsar Contard. *in l. diffamari. in 4. opposit. nu. 10. & 11.*

Quarto, pro censibus † & vectigalibus rerum suarum, & pro 83
rebus patrimonialibus clerici possunt conueniri coram iudicib. secularibus. Petra *de iure quæsito non tollendo per principem. cap. 4. nu. 30.* Pet. Belluga *in spec. princ. rub. 14. §. veniamus. vers. nunc videamus. num. 35.*

Quinto, quando vel controuersia de possessione † non tan- 84
tum.

tum prophanæ, ſed etiam beneficij vel alterius rei Eccleſiaſticæ etiam inter duos clericos litigantes iudicis laici notio eſt, non
85 ſolum in poſſeſſorio † retinendæ, ſed etiam recuperandæ, vt tradunt Afflict. *in deciſ. 78.* & Oſaſc. *deciſ. Ped. 116.* Alciat. *conſ. 24. in cauſ. poſſeſſ. n. 1. vol. 1.* Lopetz *in pract. crimin. c. 102. verſ. qua quidem praxis.* Vbi id in Delphinatu regno Neapolitano, Ducatu Mediolanenſi, in vniuerſa Gallia, & in Ducatu Pedemontano obſeruari probat. Licet in iure communi non generaliter, ſed eo ſaltem caſu, quando Princeps ſecularis à Papa expreſſum habeat priuilegium, vel ſe tueatur præſcriptione hominum memoriam ſuperante, cum qua forma priuilegij concurrat, procedere contendat Fuluius Pacian. *conſil. 164. num. 115. & aliquot ſequentib.* Præce-
86 dentem tamen ſententiam † & vſu receptam, & iuri quoq; conuenire probat Roland. à Valle *conſ. 13. colum. 1.* communemque atteſtatur Ripa *in rubr. de indic.* Menoch. *15. remed. recup. poſſ. n. 210.*
87 Natta *conſ. 4. volum. 2. n. 10.* Lopez *d. cap. 102.* Poſſeſſorium † enim in ſpiritualibus non eſt quid ſpirituale, ſed temporale Archidiacon. & Joan. Andreæ *in ca. frequens, in verb. in ciuilibus, de reſtitut. ſpoliat.* Cardin. *in clem. diſpendioſam, quæſt. 19 de iudiciis.* Bal. *in cap. 1. apud*
88 *quem feudi contr. term.* Et nihil commune habet proprietas † cum poſſeſſione, *l. naturaliter. § nihil commune. de acquir. poſſeſſ.* Et quod
89 de poſſeſſione † beneficij alteriuſve rei Eccleſiaſticæ dictum eſt, generaliter in omnibus locum habet, in quibus non eſt quæſtio de re mere ſpirituali. In iis enim ſemper iudicis ſecularis competens eſt iuriſdictio. Bartol. *in l. 2 colum. 3. de iuriſdict. Et in l. Titia. ſolut. matrim. & in l. omni innouatione. C. de ſacroſanct. Eccleſ.* Bald. *in Authent. qui iurat. colum. 9. C. de bonis autor. iud. poſſ.* Terat. *in cap.*
90 *cauſam. qui filij ſint legitimi.* Quod autem de poſſeſſorio † retinendæ & recuperandæ dictum eſt, ad adipiſcendę interdictum non extenditur, quod illud plus petitorij, quam poſſeſſorij, & plus ſpiritualitatis, quam temporalitatis habere dicatur. Abb. *conſ. 83. incip. præſens dubium.*

91 Sexto, Quando iudici laico † reſpectu certæ cauſæ, quæ ad clericos quoque pertinet, iuriſdictio data eſt etiam in præiudicium ordinariæ iuriſdictionis Epiſcopalis in clericos ius dicit, vt

eſt in

est in causis feudalibus, quibus in clericos vasallos actiue & passiue iurisdictionem obtinet, *c. caterum.* & ibi Panor. *de iud.* Alphon. Aluar. *in spec. c. 36. in fine.*

Septimo, si in executionibus † rerum etiam ciuilium iudex ecclesiasticus omnia fecit, quæ facere potuit, vt puta, si victus Clericus censuras ecclesiasticas contemnat, iudex laicus pro executione adeundus est, text. *in c. cum non ab homine.* & ibi Feli. *de iudiciis.* Oldrad. *consi. 89. num. 6.* Natta *consi. 529. num. 36. volum. 3.* Baldus *in leg 2. versi. non sufficere. Cod. de iis, qui latrocinia occulta.* Paris. de Puteo *in tractat. de syndicatu, in verb. brachium. cap. 1. num. 3.* Berett. *consil. 3. numer. 35.* Hortens. Caualcan. *de brachio regio. part. 4. numer. 267.* qui etiam officium suum impertiri cogitur, quod si denegat, excommunicari potest Abb. *in cap. 1. colum. 2. in fin. de offic. ordin.* Maranth. *disputat. 1. num. 8* Gail. *obseruat. 11. libro 1.* Et quod iudex ecclesiasticus † non habeat potestatem realiter exequendi, probatur *in Auth. de Episcop. §. si quis vero litigantium.* Petr. Belluga *in spec. principũ rubr. 22. n. 49.* Plures casus, in quib. iudicis secularis in clericos est iurisdictio in ciuilibus, vide apud Maranth. *de ordin. iud. dist. 11. vers. successiue quaritur. & in spec. princip. Belluga rubr. 14. §. nam videamus. nu. 16.* 92 93

Præhensio clerici delinquentis † iudici laico permissa est ita, vt eum non detineat, sed exhibeat iudici ecclesiastico Bald. *in l. si qua per calumniam. col. 2. vers. sed quaro. C. de Episc. & cler.* Abb. & Feli. *in c. cum non ab homine. de iud.* Bar. *in l. si quis in seruit. de furt.* Marant. *de ord. iud. dist. 11. nu. 43.* 94

Quod autem dictum est de remissione † clerici à laico deprehensi ad iudicem ecclesiasticum intelligitur, si inueniatur in habitu ac tonsura clericali, secus vero si laicorum more vestitus incedat, quo casu non dimittitur, antequam probetur clericatus. Bal. *in d. l. si qua per calum. versi. sed ponamus. C. de Episc. & cleric.* ita tamen, vt cognitio de hac probatione non sit laici, sed episcopi. *c. si iudex laicus. de sent. excom. nu. 6.* 95

Nono, Clericus falsum deponens † in seculari iudicio à iudice laico punitur, quod iurisdictionem & maiestatem secularem contempsisse dicatur. Petrus de Anchoran. *in cap. ea qua. de regul.* 96

iur. text *in l nullum. Cod. de test ib.* & ibi gloss. Cyn. & Bald. Alphons. Aluaretz *in spec. cap. 36. numero 2.* Licet diuersas Canonistarum eadem re sententias referat Hortens. Caualcan. *de brachio regio, part. 2. num. 125.*

97 Decimo, Clericus volens † vsurpare iurisdictionem ciuilem per iudicem secularem mulctari potest. Innoc. *in cap. olim. de restit. spol. & c. dilectus. de pœnis.* Alphons. Aluar. *d. c. nu. 9.*

98 Vndecimo, si Clericus † adsumat administrationem & officium laicorum, punitur per iudicem secularem, *cap. sacerdotibus. Ne clerici vel monachi secularibus negot. se immisceant.* Alphons. Aluar. *d. c. 36. nu. 5.*

99 Duodecimo, Clericus capitaliter † delinquens ab Episcopo degradatus iudici seculari puniendus traditur.

Sed circa hanc decisionem occurrunt insignes duæ quæstiones. Prima, an commisso delicto grauiori Clericus simpliciter sit degradandus & curiæ seculari tradendus, an vero primo, vt loquuntur, data incorrigibilitate? Secunda, an crimen læsæ Maiestatis Clericus committere, eiusque pœna coerceri possit. Et
200 quantum ad priorem † quod præcise degradari, ac curiæ seculari tradi debeat, textus est planus & expressus *in c. si quis laicus. 2. quæst.*
201 *5.* Sed contraria † sententia apud iuris Pontificii interpretes receptior est: Quod Clericus in delictis quantumuis atrocissimis, etiamsi summum Pontificem occidisset, nō possit deponi, ac degradari, nisi sit incorrigibilis: Quia si pœniteat, detrudendum saltem in perpetuum carcerem, vel monasterium. Aretin. & Decius *in cap. etsi Clerici, in princ. p. de iud.* per text. *in c. cum non ab homine. eodem.* Beretta *consi. 76. num. 12.* vbi ad *c. si quis laicus.* prolixe re-
202 spondet: Quod criminis læsæ Maiestatis † reus agi non possit Clericus, & quidē primo ideo censet, quod Clerici principibus politicis non sint subditi per *cap. per venerabilem. de elect. c. cum non ab homine. de iudiciis:* Bal. *in l. de quibus. colum. 8. versicul. sexto quæritur. de legibus.* Beretta *consi. 26. num. 8.* quod tantum ille possit dici reus maiestatis, qui maiestati, id est, summæ Principis potestati sit subiectus. Clericos autem summæ potestati non subiici ex Barbatia *consilio 21. lib. 1. colum. 3.* idem Beretta *consil. 76. num. 9.* Sed falsum est:

præsup-

præsuppositum, & allegatis iuris Canonici textibus non probatur, clericos propter ordinem ab omni potestate publica esse exemptos, id quod etiam veteres iuris Canonici interpretes intellexerunt, dum clericos etiam à iurisdictione seculari sint exempti: tamen non desinere esse districtuales sui principis dicunt. Et ratione vniuersalis dominij, quod habet princeps in suo regno, clerici terrarum subditarum illi principi originaliter esse de dominio ac ditione istius principis, tradit Panormitan. *in cap. etsi clerici. in fine princ. de iudiciis.* Barbat. *consil. 70. incip. vbi Episcopus. colum. 16.* Ozas. *decis. Pedemontan. 30. num. 8.* & alij relati à Jacobo Beretta *cons. 76. n. 8.* Eiusdem farinæ est, quod ex Barbatia adducitur, quod nulla in clericos principis sit potestas. Etsi enim à particula quadam potestatis, vel Maiestatis Regiæ iurisdictione nimirum, nec tamen per omnia sint immunes, inde tamen non sequitur, in omnibus, quæ ad summam imperij potestatem, ac Maiestatem pertinere diximus supra *libro 1. cap. 3.* esse exemptos. Exceptio enim firmat regulam in non exceptis. Paris. *consilio 50, num. 40. & 41. consil. 35. num. 8. consil. 101. num. 10. cons. 109. num. 32.* Id quod non tantum in clericis inferioribus, sed in ipso quoque Pontifice locum habere, aperta est declaratio imperij Decreto Augustano, tempore Maximiliani Primi, Anno 1500. *titul.* Wie man mit dem Bapst handeln soll. Item, soll auch ein Bottschafft zu vnserm heiligen Vatter dem Bapst geschickt werden / Seine Heiligkeit deß löblichen Vornehmens / wider den Türcken / vnd andere Anfechter der Christenheit / vnnd deß Reichs / deß denn seine Heiligkeit ein Verwandter sey / zuberichten. Id est, Quid cum Pontifice agendum sit, Legati mittantur ad Pontificem, qui eum de laudabili proposito contra Turcas, & alios hostes Christianæ Reipublicæ & imperij, cui & ipse sit obstrictus, certiorem reddant. Plures ampliationes & limitationes iurisdictionis Episcopalis copiose recensentur à Mariano Socin. *in capite primo. de foro competenti.* Stephan. Aufr. *in repetitione clem. 1. de officior. ordin.* & per Autorem *reg. iuris. lib. 3. in verbo Clericus.* Cum quo conuenit Epistola Leonis 4. ad Ludouicum Imperatorem relata *in cap. nos si competentes. 2. q. 7.* Cum quidã de iniuria sibi à Pontifice illata

apud Cæsarem essent questi, eius vel delegatorum hac in re iudicio sese subditū esse, palam profitetur, quod nunc ad spontaneā, & nulla iuris necessitate, sed ex humiliatione quadā factam subiectionem, aulæ Pontificiæ studiosi referre conantur, Ful. Pacia. *consi.164.nu.59.*

103 Decimotertio, Clericus Assassinium † committens propter delicti atrocitatem, etiam absque degradatione à iudice seculari coerceri potest. *c.1. de homicid. nu.6.* Hippol. de Marsil. *l. vnius facinoris. § cogniturum. de quæst.* Paris. de Puteo *in tr. de syndicatu. in verb. Inquisitio. in vers. dicit constitutio regni.* Doct. *in c. at si Clerici, de iud.* Alphons. Aluaretz. *d.c.36.nu.6.* Et generaliter quotiescunque clericorum † insolentia per iudicem Ecclesiasticum cohiberi nō potest, reus ad secularem remittitur iudicem, *c. principes. 23 q.5.* & ibi gl. text. *in c. fama. de sent. excom.* Panormit. *in cap. tria. de decim. is.* Alphons. Aluaretz. *in specul. pontifi. reg. & princip. c.36.n.2.* Ful. Pacian. *consi. 146.nu.24.*

104

105 Postremo publico † imperii Decreto anno 1555. Ecclesiastica iurisdictio contra Augustanæ confessioni addictorum religionem, fidem, ritus, leges, ceremonias & ministerium omne ecclesiasticum vsque ad definitionem controuersiæ, de Religione suspensa est. § Darmit auch. Vbi, Sol die Geistliche Jurisdiction/ wider der Augspurgischen Confession / Religion / Glauben / Bestellung der Ministerien / Kirchen-Gebräuchen / Ordnung vnd Ceremonien / so sie aufgerichtet / oder künfftig auffrichten möchten / biß zu endtlicher Vergleichung / nicht exercirct / gebrauchet / oder geübet werden. Et paulo post: Sol biß zu endtlicher Vergleichung der Religion / die Geistliche Jurisdiction eingestellet / vnd suspendiret seyn vnd bleiben.

Plura de potestate & iurisdictione Episcoporum, de pœnis & coercitionibus Ecclesiasticis, & quam potestatem Magistratus politicus in clericos, ac circa ministeria Ecclesiæ habeat, erudite pertractata videantur apud Duaren. *in com. de sacris Eccles. ministr. ac benef. lib. 1. c.2.3.4.5.6.* Lancellot. Conrad. *in templo iud. lib. 2. cap. de Episcop.* Petr. Gregor. Tholosanus *libr.15. cap.12.* Anton. de Prætis *in clypeo pastorali, cap.6.* De maioritate inter personas ecclesiasticas

cas Hier. Gigas *de residentia Episcop.* Alphons. Aluaretz *in specul.* 30. 32. Circa quæ obiter & hoc obseruandum est: Etsi iurisdictio hæc Ecclesiastica † olim ab ipsis Episcopis magna cum grauitate ac 106
decore exerceri solebat, hoc tamen tempore, ac præcipue in Germania, vbi omnes Episcopi ciuilem ac regalem potestatem cum Ecclesiastica coniunctam habent, vel certis personis † Ec- 107
clesiasticis delegatur, vel vicariis quibusdam iuridicis, qui variis nominibus officiales nuntii, vel missi Dominici, foranei, substituti, visitatores, vice Domini, & vice comites dicuntur, Ioan. Franciscus Pauin. *in tractat. de offic. capit. sede vacante*, ordinarie committitur, quorum auditoria, calumniis, imposturis ac strophis forensibus, quæcunque regia ac prophana brachia longe superare queritur Duarenus *de beneficiis Ecclesiasticis, libro primo, cap.* 3.

Inter vicarios autem, † quos diximus, ea est differentia. Qui 108
generaliter loco † Episcoporum sint constituti, ordinarii cen- 109
seantur, & ab iis, non ad constituentem Episcopum, sed superiorem iudicem prouocetur, Salicet. *in l. præcipimus. C. de appellat.* Alexand. *in rubr. de iurisdict. omnium iud.* Bartol. *in l.* 1. *§. ab eo. quis & à quo appell.* Idem *in leg. præcipimus. in prin. Cod. de appellat.* text. & gl. *in c. Romana. de appell.* Idem enim vicarii & Episcopi auditorium dicitur *ca. Romana.* vbi Philipp. Franc. & Doct. *de appellat.* Baldus *in tit. de pace iuram. firman. §. ex præmissis.* Anton. de Prætis *in clypeo pastorali. cap.* 6. *numero* 45. Surd. *consilio* 50. *numero* 15. Lancellott. Conrad. *in templo iudic. libro* 2. *cap.* 6. *de vicario Episcopi. §. de constitutione vicarii Episcopi. num.* 11. 15. *& sequen.* vbi etiam notat casus, in quibus ex generali commissione cognoscere non potest vicarius. Si vero ad vnam tantum † vel alteram causam, vel in certo loco parti- 110
culari Diœceseos constituuntur, quos vicarios foraneos, vel rurales appellant, delegatorum numero habentur, & ab iis Episcopus vel eius vicarius generalis appellatur. Calder. *consilio* 2. *titul. de appellat.* Felinus *in rubr. de officio eius, cui mandat. est iurisdict.* Maranth. *de ordin. iud. part.* 6. *de appellat. versicul. secunda principalis regula. numero* 369. *& sequentibus.* Quomodo autem vicarii † constitu- 111
tio à delegatione discernatur, docet Bartolus *in leg.* 1. *in fine*

*& à quo.* Lançellottus Conrad, *in templo iudic. lib. 2. c. 6. §. 1. de constit. episcopi.*

112 Quod autem de appellatione † à vicariis generalibus non ad Episcopum, sed superiorem iudicem ecclesiasticum interponenda dictum est, ad alios modos, quibus ad superiorem recurritur, citra appellationem non extenditur, vnde nullitatis deductio ac restitutio in integrum, contra sententiam vicarii apud Episcopum postulari potest. Robert. Maranth. *de ordin. iudicior. d. loco. num. 171.* Præterea licet generaliter eadem sit iurisdictio vi-
113 carii, quæ † Episcopi, hæc tamen illa firmior censetur, præterquam in casibus notatis *cap. 2. de off. vicarii.* Et Episcopus maior est vicario, ac prohibere potest, ne delegatus vicarii procedat. Bart. *in l. iudicium soluitur. de iudic.* Bertachin. *in tract. de Episcop. 5. part. lib. 4. num. 48.*

114 Porro, quæ de EPISCOPORVM † potestate, ac iurisdictione hactenus tradidimus, regulariter locum habent in aliis PRÆLATIS AB ORDINARIORVM POTESTATE EXEMPTIS, vt sunt Abbates, Abbatissæ, & alii Antistites imperii supra enumerati. Hi enim omnia possunt intra limites suarũ prælaturarum, quæ Episcopi in suis diœcesibus gl. *in clem. 1. verb. proprii. de reb. eccles. non alien.* Hostiens. *in cap. statuimus. de maior. & obed.* Felin. *in c. decernimus. 2. de iud. nu. 9.*

115 COLLEGIVM quoq; Canonicum † Cathedralium Ecclesiarum, quod veluti senatus quidam est Ecclesiæ, vt sunt verba Hieronymi *c. Ecclesia 16. q. 1.* Et vulgo Capitulum vocatur. *tit. de his, quæ fiunt à prælat. sine consensu Capit. & de his, quæ fiunt à maior. parte Capituli.* defuncto Episcopo in tota Diœcesi omnem habet iurisdictionem, & quidẽ ordinariam à iure communi: Ita vt omnia, quæ ad notionem & imperium pertinent, tam quoad voluntariam, quam contentiosam iurisdictionem ęque ac Episcopus expedire possit. *c. 2. ne prælati vic. suas. in gl. 1. clem. 1. & 2. de hær.* notat Io. And. *in c. si Episcopus. eod.* Innoc. Host. Io. And. & communiter iuris Canonici interpretes *in c. sua. de off. vicar.* gl. *in c. 2. eod. tit. lib. 6.* Ioan. Fr. Pauin. *de off. ac potesta. cap. sede vacante. q. 1. n. 3. & q. 2. n. 2.* Anton. de Prætis *in clypeo pastorali. c. 5. nu. 4.* Non quidem proprie successione in ius

iurius † Episcopi, sed quasi iure accrescendi. Quia ordinaria iu- 116
risdictio Diœceseos est penes Ecclesiam, cuius appellatione ve- 117
nit Capitulum, *c. cum cleri. de verb. signif. c. antiquos. 10. quæst. 1.* Spec.
*in tit. de instrum. editio. §. nunc aliqua. vers. item circa.* Et quia Capi-
tulares tanquam † membra, & Episcopus, vt caput vnum cor- 118
pus constituunt, *cap. nouit. de his, quæ fiunt à prælat. cap. cum non deceat. de elect. nu. 6.* Petr. Greg. Tholos. *de offi. ord.* Iura autem † collegii in 119
vno remaneant, *c. 1. de electione.* Item propter spirituale † coniu- 120
gium, quod est inter collegium & Episcopum, *argum. c. vltimi. 65. distinct.* Ioan. Francisc. Pauin. *de offic. ac potestat. cap. sede vacan. quæst. 2. 1. partis principal. num. 1. & 2.* Ideoque recte iurisdictionem † sede 121
vacante non ad Capitulum deferri, sed apud illud remanere scri-
psit Gail. *obs. lib 1. obs. 30. n. 10.* per text. *in c. cum olim. de maior. & obed.* & Dd. *in c. 1. & 2. ne sede vacante aliquid innouet.* Quæ præterea † de 122
iure Episcopali ad Capitulum deferantur, sede vacante, nec ne,
prolixe explicat Ioan. Fr. Pauin. *in tr. de off. ac potest. Capituli sede vacante. q. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 1. par. principal. & quæst. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 2. partis principalis.*

Archiepiscopos † quos genere Episcoporum com- 123
prehendi diximus supra principio capituli, olim illis vrbib. præpositos ferunt, quibus antiquæ superstitionis, & idololatriæ tempore præfuerunt Archiflamines *c. illis. 10. dist.* ac vt refert VVolff. Laz. *lib. 1. com. Reip. Romanæ.* in illis sedibus, quibus olim Rectores Prouinciarum, Proconsules & Legati Proconsulum fuerunt cōstituti. Dicuntur Archiepiscopi † in iure tam Pontificio, quam 124
ciuili Metropolitani, *c. per totam fere. 9. q. 1. §. fin. de Monach. & § non autem. Auth. de non alien. reb. Eccl.* Io. Fr. Pauin. *de off. ac potestat. cap. sede vacante præiud. 6. nu. 14.* de nomine Metropoleos † etsi dissentiant 125
aliquo modo commentatores, quos refert Pet. Gregor. Tholos. *syntag. iuris vniuersi lib. 15. cap. 10.* Verius tamen ideo Metropolitanos vocatos, quod in Metropoli aliqua, id est, matrice aliqua ciuitate iam olim constituti sint. Duar. *de sacr. Eccles. Minister. ac benefic. cap. 9.* Vt autem Episcopus lege † Diœcesana sibi subiectum habet Diœcesem: Sic Archiepiscopus vltra propriā Diœcesem, in qua ordinariam potestatem, in suffraganeos totius prouinciæ habet iuris-

iurisdictionem lege Metropolitana: id est, tanquam Metropolitanus *cap. Pastoralis.* & ibi Abb. *de offi. ordin. c scitote. cap. 1. quæst. 3.* Vbi
127 Archidiacon. † adeo vt etiam in locis illis Prouinciæ, quæ non sint constituta, intra certam aliquam Diœcesem intentionem habeat fundatam Abb. *in cap. 1. in fin. de Religios. Dom.* Lancellot. Conrad. *in templo iud. libro 2. cap. 1. 2. 3. 4. & 5. quæst. 1.* Anton. de Prætis *in tract. de iurisdict Episcop. cap. 1. num. 2.* Ideoque cognoscit
128 de controuersiis † quæ sunt inter Clericos & suffraganeos *cap. si Clericus 11. q. 1.* Petrus Gregor. Tholos. *syntag. iuris vniuersi. libr. 15. c.*
129 *11. nu. 8.* Idque non tantum in ciuilibus, † sed de crimine quoque Episcopi vel suffraganei sui Archiepiscopi notio est, *c. de his.* Vbi Cardin. Alex. *12. dist c. quia cognouimus. 10. q. 1.* & notatur à Panorm. *in d. cap. pastoralis. num. 2. & in cap. 2. nu. 3. de accus.* Ioan. Andr. *in c. vbi*
130 *litigantes. de off. ord. nu. 6.* Adeo vt Censuras Ecclesiasticas † contra eum exercere possit, suspensionis & excommunicationis. Idque
131 etiam ad officiales † suffraganeorum, vt officiales delinquentes, & Vicarios extenditur. Abb. *in c. vt tantum. de symonia.* Franc. *in c. 1. de off. Vicar. nu. 6.* Quod tamen de potestate coercendorum Episcoporum dictum est, restringitur, vt locum non habeat, si delicti atrocitas depositionem seu priuationem dignitatis seu transla-
132 tionem exposcat. Eo enim casu cum consilio suorum † suffraganeorum Archiepiscopo solum notio, definitio vero Papæ competit. Abb. *in d. c. 2. de accusat.* per *c. accusatus. & c. quamuis. 3. q. 5.* & habetur *in c. inter corporalia. de translat. Prælator.* Alphons. Aluaretz. *in*
133 *Spec. c. 30. nu. 11.* Quod de Prouincia † Archiepiscopi diximus, non extenditur ad loca exempta, in quibus ea, quæ ad contentiosam iurisdictionem pertinent, exercere non potest, nisi consentiant, ad quos loca exempta pertinent. Dd. *in c. Pastoralis. de off. ord.* Card. *in clem. 2. de priuileg.* Lancellot. Conrad. *in templo iud. lib. 2. cap. 4. de Archiepis.*

134 Deinde quæ diximus de personis † suffraganeorum, non extenduntur ad subditos eorum regulariter exceptis casibus in iure expressis, quorum ex gloss. *in cap. Pastoralis. in verb. exceptis. 34.* enumerat Lancellottus Conrad. *in templo iudic. libro secundo, cap. 4. de Archiepiscopo, numero vigesimo primo, & aliquot seqq.*

Ita

Ita vt nec causam ab ordinario † auocare possit *cap. vt nostrum*, & 135
ibi Philip. Franc. notat. *nu.* 10. *de appellat*. nisi per appellationem & alios modos suspensiuos ad Archiepiscopum deuoluatur iurisdictio, de quibus supra *cap. vlt. lib.* 1. *dictum est*.

Porro vt Episcopos † ac Archiepiscopos in suæ diœceseos & 136
prouinciæ personas, & causas iurisdictionem exercere diximus: Sic quoque Patriarchæ Nationis suæ antistites cogunt & congregant, quo grauiora negotia in ampliori maiorique conuentu tractari ac definiri possint, & quæ perperam ac iniuste ab antistitibus inferioribus decreta vel iudicata sunt, ad maius iudicium ordine deferantur, 6. *quæst*. 3. & 4. vt eam ob causam Synodi tam ciuitatum quàm prouinciarum ac nationum quotannis indici soleant, *distinct*. 18. & *capit. sicut olim, de accusat. Nouella Iustinian. de sanctissimo Episcopo* Duaren. *de sacrosanct. Eccles. Minist. & Benefic. lib.* 1. *cap.* 9. Et quod Patriarchæ † sint ordinarij Archie- 137
piscoporum diu. Abbas *in cap. Antiqua, de priuileg.* ac Archiepiscopi suffraganei Patriarcharum dici possint, vt *in cap. pastoralis, de offic.* Abb. *in dict. capit. Antiqua, de priuileg.* Et ad Patriarchas ab Archiepiscopis † gradatim appellatur, non quidem ab omnibus, 138
sed iis qui sunt in prouinciis Nationi Patriarchæ adsignatis. Habet enim quilibet Patriarcha plures prouincias, Abbas *dict. cap. Antiqua de priuilegiis*. Imo ad quosdam omisso medio est prouocatio, de quibus Specul. *in tit. de appellat.* §. 4. *vers. item non debet*. De toto † autem Patriarcharum officio ac primatu & in quibus reli- 139
quis Episcopis sint maiores, tractat Speculat. *in titul. de dispensationib.* §. *Sunt quoque per ordinem legenda, cap. multis, distinct.* 17. *cap.* 1. & *cap.* 18. *distinct. cap. secundum, & cap. propter*, 19. *distinct. cap. cleros, cap. submittitur, & cap. tantum*, 21. *distinct. cap. per totum*, 22. *distinct. cap.* 1. 2. & *cap. Agatho.* 63. *distinct. cap. per totum.* 65. *distinct. cap. quod à patribus. & cap. quod.* 75. *distinct. cap. satis.* 96. *distinct. cap. multum.* 2. *quæst.* 6. *cap. quod autem.* 4. *quæst.* 1. *cap. sicut inquit.* 2. *quæst.* 7. *capit. quia suspecti.* 3. *quæst.* 5. *cap. per totum.* 9. *quæst.* 3. *cap. Thengaldum.* 11. *q.* 3. *cap. dilectissimis.* 12. *q.* 1. *cap. frater noster.* 16. *quæst.* 1.

Primates, etsi Patriarcharum † nomine dici tradit Duare- 140
nus *in tract. de sacris Ecclesiæ minister. ac Beneficiis libr.* 1. *cap.* 9. *alleg.*

*cleros.* 21. *distinct. cap. Vrbes* 8. *distinct. cap. prouinciæ.* 99. *distinct.* Ac eosdem esse affirmat Speculat, *in tit. de dispensat. §. sunt quoque*, vbi vocalem non realem inter eos differentiam esse adserit per *d. cap. prouinciæ. 99. distinct. tit.* tamen *de iurisdictione omn. iud. vers. Secundum Canon. nu.* 7. ait, quod dicatur primates & Patriarchas idem esse, verum esse quoad quædam, verumtamen Patriarchas esse maioris dignitatis & iurisdictionis per *cap. antiqua. 2. distinct.* Idem Bertachin. *in Repertorio verb. Patriarcha & primas*: Certum tamen
141 est primatibus † vt Patriarchis ab Archiepiscopis reuerentiam & obedientiam deberi Speculat. *in tit. de officior. ordinat. & de maioritate & obedient. in princ. & ab his ad illos appellatur. C. de primatibus. 99. distinct.*

142 PONTIFEX vero Romanus † etsi olim primus Patriarcharum habitus, eoque honore prius moderate est vsus, nec cæteros
143 Episcopos, † & antistites Regum ac Principum more subditorum, sed fratrum ac collegarum loco habuerit, vt ex Epistolis Hieronymi ad Nepotianum & Euagrium, perspicuum est: Ac *Concilio Carthaginensi 3. capitul. vigesimosexto*, diserte est prohibitum, ne quis principis sacerdotum, aut summi sacerdotis, sed primæ tantum sedis Episcopi appellatione vteretur *capit. primæ*
144 *sedis. 99. distinct.* Obtento tamen à Phoca per † Bonifacium Tertium, Episcopi œcumenici, & vniuersalis superbo ac insolenti titulo, eaque authoritate à successoribus non tantum mordicus retenta, sed Pipini & Caroli Magni piissimorum & Ecclesiæ prouehendæ studiosissimorũ Principum temporibus mirabiliter aucta ad eum splendorem, & magnitudinem peruenit, vt quotquot vsque fuerunt & iam sunt orbis Christiani pontifices longo interuallo post eos sint relicti, & quasi in ima cera substituti, adeo
145 vt Hierarchia † hæc regno quouis amplissimo augustior ac dignior habeatur. Quantum enim primum ad νομοθεσίαν attinet,
146 ipse † solutus legibus *c. proposuit. de conces. præbenda.* ac nemini subiectus *c. si Papa, 41. distinct. cap. nunc autem. 22. distinct.* Innocentius *in cap. ex parte 2. de verborum significat.* Joannes Andreas *in cap. fauorem. de Hæretic.* tantam circa ius faciendum dicitur habere autoritatem, vt abrogare possit constitutionem etiam quoad effe-

ctus

ctus præteritos Abb. *in cap. per Venerabilem. Qui filij sint legitimi* per text. cum gloss. *in cap. 1. de immunita. Ecclesiar.* Quod non tantum † circa personas & causas Ecclesiasticas ac spirituales locum habet, sed quoque in iure ciuili quatenus peccatum concernit, *capi. fin. de præscription. cap. noui. de iudic.* Quo ad ius vero singulare † siue priuilegia concedenda amplissimam quoque dicitur 148
147

habere potestatem, Speculat. *in titul. de iudice delegato. §. 7. versic. item si agant.* Bertachinus *in Repertorio verb. Papa*, ita casibus tantum certis exceptis de omnibus dispensandi liberum ei relinquatur arbitrium *argument. l. cum prætor. de Iudic. cap. inter corporalis de Translation. prælator. capit. qualis. 25. distinct. cap. penderet. cap. considerandum. cap. fidelior. 50. distinct. cap. quia simpliciter. 56. distinct. cap. nisi cum pridem. de renunc. cap. proposuit. de concess. præb.* & in specie casus ferme infinitos in quibus Papa dispensandi sumit arbitrium, vide apud Bertachin. *in Repertor. verb. Papa.* Casus autem in quibus dispensare Pontifici non sit integrum, refert Speculat. *tit. de dispensat. § Nunc breuiter dicendum. à num. 2. vsq. ad finem.* gl. & Dd. *in cap. literas. de restit. spoliat.* Bertrachin. *in Repertor. verb. Papa.* Et licet inferiores Prælati, Episcopi, Archiepiscopi, ac Patriarchæ, item legati, in quibusdam quoq; habeant iuris communis relaxandi potestatem, de quibus Specul. *d. tit. de dispens. §. Consequenter, & seq.* Sunt tamen certi casus singulari Pontificis relaxationi reseruati, de quo Spec. *d. tit. de dispensat. §. nunc breuiter dicendum in fine.* & ibi Bal. *in addit. §. finitur.* Et in specie casus in † quibus solus absoluat Papa, refert Spec. *in tit. de pœnit. & Remis.* Card. *in Clem. 1. §. 1. 11. notabil. de priuil.* Juris quoq; † reddendi potestas 150
149

Papæ infinita ferme tribuitur. Primo enim idem Christi & Papæ dicitur consistorium, & quod à nemine possit iudicari nisi circa fidem Abb. *in c. licet. in 4. col. de Electione.* Et in causis peccatum † & 151
iniustitiam concernentib. sit iudex omnium non recognoscentium superiorem, Imperatoris & Regum, gl. sing. *in c. ex transmissa. de foro compet.* Innoc. *in c. licet. eod. tit.* Phil. Franc. *in c. si duob. de appell. c. Nouit. de Iudic.* Abb. *in c. cum Ioannes. de fid. Instrum.* Itẽ quod ratione peccati † de omni delicto cognoscat. Odofr. & Bal. *in Epistola inter* 152
*claras. C. de summa Trinitate, & Fide Cathol.* gl. *in c. nos inter alios de purg.*

153 *canon.* Deinde Papæ † subiectus dicitur totus clerus, id est, omnes habentes ordines & primam tonsuram *Clem. 2. §. 1.* & ibi Card. *de Sepul.* & omnes Ecclesiæ Spec. *tit. de præs. vers. illud.* Et in vni-
154 uersa † iurisdictione Ecclesiastica quo ad loca, personas & causas omnes cum prælatis omnibus concurrere tradunt. Joan. Monach. *in c. si eo tempore de Elect. n. 6.* Bal. *in c. 1. in princ. in 1. col. de his qui feud. dare poss. & in c. 1. n. 1. Quis dicat. Dux. & in cons. 95. n. 2. vers. de Papa autem. vol. 3.* Fulu. Pacian. *cons. 80. n. 16. 17. & seq.* Porro non tantum vt iam dictum est cum prælatis inferioribus omni-
155 bus pontifex concurrit, sed licet ad hos omisso † medio non prouocetur, sed ad proxime superiorem appellatio dirigenda sit, Spec. *in tit. de appellat. §. nunc tractemus in princ.* text. *in l. Imperatores. de appellat.* plenius Canonist. *in c. dilecti. 66. de appell.* Ad Pontificem tamen ex iuris Canonici dispositione ordinis nulla habita ratione, regulariter à quocunque iudice, recta & omisso medio appellatur. text, *in cap. ad Romanam. 2. q. 6. in c. si duob. q. 7. c. solicitudinem de appellation.* Rob. Maranth. *de ord. iudic. part. 6. actu 2. n. 369.* De causa & iure quo tanta hæc quoque Ecclesiastica iurisdictio & potestas competit Pontifici, pro instituto sufficiant, quæ *cap. 4. huius libri* ea de re disseruimus.

## CAPVT IX.

## *De Electorum, ac Principum tam Ecclesiasticorum, quam Politicorum temporali iurisdictione.*

### OBSERVATA.

1 *Principis nominis generalis significatio.*
2 *In negotiis imperij quam varie principis nomen accipiatur.*
3 *Ducum verbi ὁμωνυμία.*
4 *Landgrauij nomine quid veniat?*
5 *Burggrauij titulus.*

6 Vocis

6 *Vocis Germanicæ* Fürst/ *Etymologia & in actis imperij varij acceptus.*

7 *Et qui quoad distinctionem Principum & principatuum imperij.*

8 *Ratione ordinis & functionum principes diuiduntur in Ecclesiasticos & Politicos.*

9 *Commentatorum iuris Saxonici, Principum diuisio.*

10 Principum *verbum hic pro imperij Proceribus Cæsare inferioribus, Prælatis vero, Comitibus & Baronibus eminentioribus accipitur.*

11 *Quid in iure constituendo possint tam Principes, quam reliqui Imperij optimates* lib. 1. cap. 6. *expositum.*

12 *Modus iurisdictionis Principibus concessæ ex inuestitura intelligitur.*

13 *Verba inuestituræ generalia & vniuersalia.*

14 *Concesso toto, partes omnes concessæ intelliguntur.*

15 *Imperatoris infeudatio plenissimam tribuit iurisdictionem.*

16 *Iurisdictio omnis tribus finibus circumscribitur, territorio, causis, & personis.*

17 *Iurisdictio vniuersaliter collata totum territorium complectitur.*

18 *Principes quo ad loca omnia in territorio suo sita nituntur intentione fundata.*

19 *Et locus nullus præsumitur exemptus.*

20 *Quicquid est in Regno, Ducatu, Comitatu, de iurisdictione Regis, Ducis vel Comitis esse dicitur.*

21 *Quoad causas quoque generalis concessio.*

22 *Causæ terminus generalis litem omnem in iudicium deductum comprehendens.*

23 *De quocunque negotio vel causa ciuili vel criminali, reali, personali, petitoria vel possessoria ius dicere possunt Principes.*

24 *Generalis concessio vim habet specialis.*

25 *Quoad personas etiam generalis inuestitura.*

26 *Iudicum omnium iurisdictioni quidam volentes, quidam inuiti subiiciuntur.*

27 *Inuiti quidam ex sua, quidam ex aliena persona.*

28 *Ex persona sua subiectorum quidam proprie & principaliter, quidam per*

*consequentiam Principum iurisdictioni subiiciuntur.*

29 *Proprie & principaliter subiecti, subditi, exteri & alieni fori, qui per consequentiam subiiciuntur, forenses appellantur.*

30 *Subditi proprie definiuntur, qui in territorio iudicis domicilium habent.*

31 *Domicilij constituti vis & efficacia, vt constituentem foro ac legibus eius loci obliget, priuilegiorum quoque & immunitatum participem faciat.*

32 *Domicilij vox analoga aliter apud Iureconsultos, aliter apud alios Latinæ linguæ auctores accipitur.*

33 *Apud alios Latinæ linguæ autores Vox facti est, & domum significat: apud Iureconsultos Iuris habet significationem, quo quis vtitur cum aliis ciuibus.*

34 *Domicilii verbum pro iure acceptum dupliciter, interdum in genere, pro iure sortiendi fori.*

35 *Interdum specialiter ac proprie domicilium dicitur locus in quo quis sedem rerum ac fortunarum suarum constituit.*

36 *Domicilium definitur locus in quo quis habitat, eo animo, vt ibi perpetuo consistat, nisi aliud auocet.*

37 *Causæ constituentes domicilium duæ, habitatio & animus ibi perpetuo consistendi.*

38 *Quibus animus constituendi domicilii ostendatur.*

39 *Donellus omnia, ex quibus animus constituendi domicilium colligitur, ad duo capita redigit, vt id intelligatur vel ex muniis vitæ quotidianæ, vel ex ordine & conditione personæ.*

40 *Omnes itaque qui domicilium in territorio Principum habent, iurisdictioni eorum sunt obnoxii.*

41 *Quod non tantum in iis locum habet, qui ipsi constituerunt, sed & qui ex aliena persona habere finguntur.*

42 *Nupta & vidua, donec in statu viduitatis permanet domicilio mariti obnoxia est.*

43 *Domicilio non tantum fiunt obnoxii Iurisdictioni Principum, si vterq; postulantium, sed & si Reus saltem in ea domicilium habet.*

44 *Actor sequitur forum Rei.*

45 *In causis status, quis actor, quis reus.*

46 In

*46 In duplicibus iudiciis is reus, qui prior ad iudicium prouocauit, si ambo simul prouocent sorte res dirimenda est.*

*47 Domicilij originis ius moribus sublatum.*

*48 An vasalli iuramento saltem fidelitatis, nullo autem homagio Principibus obligati, quod res feudales in eorum territorio sitas habent, ordinariæ Principum iurisdictioni subiiciantur.*

*49 Argumenta pro affirmatiua sententia adferuntur.*

*50 Negatiua verior defenditur.*

*51 Iurisdictio Domini feudi non est ordinaria & generalis, sed specialis, & ad certos terminos restricta.*

*52 Iurisdictio Domini certis solummodo causis feudalibus circumscribitur.*

*53 Causæ feudales sunt proprie quæ ad ipsam feudi naturam, id est constitutionem, conseruationem & priuationem feudi pertinent.*

*54 Dato in feudum Castro iurisdictio & imperium tanquam diuersa data non intelliguntur.*

*55 Argumentorum pro affirmatiua sententia adductorum confutatio.*

*56 Si vasallus alibi domicilium habens, non tantum castra & prædia, sed iurisdictionem quoque à Principe in feudum recognoscat, an ordinariæ eiusdem iurisdictioni subiiciatur, altera quæstio.*

*57 Tertia quæstio: Si Comes, Baro, Nobilis, Comitatum, Baronatum, vel alia prædia allodialia libera ac soli imperio subiecta vna cum iurisdictione in subditos competente, Principi in feudum offerat, an propterea ordinariam eius iurisdictionem subeat.*

*58 Præmissa de Comitum, Baronum & Nobilium vasallorum extra territorium domicilium habentium à Principum ordinaria iurisdictione immunitate, locum non habent, siue spontanea eorundem subiectione, conuentione, vel præscriptione, aliud sit inductum.*

*59 Hactenus de proprie ratione domicilij subiectis, sequitur de forensibus, qui in consequentiam Principum iurisdictioni subiiciuntur.*

*60 Et primo ex contractu.*

*61 Secundo ex delicto duabus ex causis.*

*62 Tertio ex situ rei de cuius possessione, vel proprietate agitur.*

*63 Quarto ex cœpto iudicio.*

64 Iuii-

*& à quo.* Lançellottus Conrad. *in templo iudic. lib. 2. c. 6. §. 1. de constit. episcopi.*

112 Quod autem de appellatione † à vicariis generalibus non ad Episcopum, sed superiorem iudicem ecclesiasticum interponenda dictum est, ad alios modos, quibus ad superiorem recurritur, citra appellationem non extenditur, vnde nullitatis deductio ac restitutio in integrum, contra sententiam vicarii apud Episcopum postulari potest. Robert. Maranth. *de ordin. iudicior. d. loco. num. 371.* Præterea licet generaliter eadem sit iurisdictio vi-
113 carii, quæ † Episcopi, hæc tamen illa firmior censetur, præterquam in casibus notatis *cap. 2. de off. vicarii.* Et Episcopus maior est vicario, ac prohibere potest, ne delegatus vicarii procedat. Bart. *in l. iudicium soluitur. de iudic.* Bertachin. *in tract. de Episcop. 5. part. lib. 4. num. 48.*

114 Porro, quæ de EPISCOPORVM † potestate, ac iurisdictione hactenus tradidimus, regulariter locum habent in aliis PRÆLATIS AB ORDINARIORVM POTESTATE EXEMPTIS, vt sunt Abbates, Abbatissæ, & alii Antistites imperii supra enumerati. Hi enim omnia possunt intra limites suarũ prælaturarum, quæ Episcopi in suis diœcesibus gl. *in clem. 1. verb. proprii. de reb. eccles. non alien.* Hostiens. *in cap. statuimus. de maior. & obed.* Felin. *in c. decernimus. 2. de iud. nu. 9.*

115 COLLEGIVM quoq; Canonicum † Cathedralium Ecclesiarum, quod veluti senatus quidam est Ecclesiæ, vt sunt verba Hieronymi *c. Ecclesia 16. q. 1.* Et vulgo Capitulum vocatur. *tit. de his, quæ fiunt à prælat. sine consensu Capit. & de his, quæ fiunt à maior. parte Capituli.* defuncto Episcopo in tota Diœcesi omnem habet iurisdictionem, & quidẽ ordinariam à iure communi: Ita vt omnia, quæ ad notionem & imperium pertinent, tam quoad voluntariam, quam contentiosam iurisdictionem ęque ac Episcopus expedire possit. *c. 2. ne prælati vic. suas. in gl. 1. clem. 1. & 2. de hær.* notat Io. And. *in c. si Episcopus. eod.* Innoc. Host. Io. And. & communiter iuris Canonici interpretes *in c. sua. de off. vicar.* gl. *in c. 2. eod. tit. lib. 6.* Ioan. Fr. Pauin. *de off. ac potesta. cap. sede vacante. q. 1. n. 3. & q. 2. n. 2.* Anton. de Prætis *in clypeo pastorali. c. 5. nu. 4.* Non quidem proprie successione in ius

iurius † Episcopi, sed quasi iure accrescendi. Quia ordinaria iu- 116
risdictio Diœceseos est penes Ecclesiam, cuius appellatione ve- 117
nit Capitulum, *c. cum cleri. de verb. signif. c. antiquos. 10. quæst. 1.* Spec.
*in tit. de instrum. editio. §. nunc aliqua. vers. item circa.* Et quia Capi-
tulares tanquam † membra, & Episcopus, vt caput vnum cor- 118
pus constituunt, *cap. nouit. de his, quæ fiunt à prælat. cap. cum non deceat. de elect. nu. 6.* Petr. Greg. Tholos. *de offi ord.* Iura autem † collegii in 119
vno remaneant, *c. 1. de electione.* Item propter spirituale † coniu- 120
gium, quod est inter collegium & Episcopum, *argum. c. vltimi. 65. distinct.* Ioan. Francisc. Pauin. *de offic. ac potestat. cap. sede vacan. quæst. 2. 1. partis principal. num. 1. & 2.* Ideoque recte iurisdictionem † sede 121
vacante non ad Capitulum deferri, sed apud illud remanere scri-
psit Gail. *obs. lib 1. obs. 30. n. 10.* per text. *in c. cum olim. de maior. & obed.* & Dd. *in c. 1. & 2. ne sede vacante aliquid innouet.* Quæ præterea † de 122
iure Episcopali ad Capitulum deferantur, sede vacante, nec ne,
prolixe explicat Ioan. Fr. Pauin. *in tr. de off. ac potest. Capituli sede vacante. q. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 1. par. principal. & quæst. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 2. partis principalis.*

Archiepiscopos † quos genere Episcoporum com- 123
prehendi diximus supra principio capituli, olim illis vrbib. præpositos ferunt, quibus antiquæ superstitionis, & idololatriæ tempore præfuerunt Archiflamines *c. illis. 10. dist.* ac vt refert VVolff. Laz. *lib. 1. com. Reip. Romanæ.* in illis sedibus, quibus olim Rectores Prouinciarum, Proconsules & Legati Proconsulum fuerunt cõstituti. Dicuntur Archiepiscopi † in iure tam Pontificio, quam 124
ciuili Metropolitani, *c. per totam fere. 9. q. 1. §. fin. de Monach. & § non autem. Auth. de non alien. reb. Eccl.* Io. Fr. Pauin. *de off. ac potestat. cap. sede vacante præiud. 6. nu. 14.* de nomine Metropoleos † etsi dissentiant 125
aliquo modo commentatores, quos refert Pet. Gregor. Tholos. *syntag. iuris vniuersi lib. 15. cap. 10.* Verius tamen ideo Metropolitanos vocatos, quod in Metropoli aliqua, id est, matrice aliqua ciuitate iam olim constituti sint. Duar. *de sacr. Eccles. Minister. ac benefic. cap. 9.* Vt autem Episcopus lege † Diœcesana sibi subiectum habet Diœcesem: Sic Archiepiscopus vltra propriã Diœcesem, in qua ordinariam potestatem, in suffraganeos totius prouinciæ habet
iuris-

iurisdictionem lege Metropolitana: id est, tanquam Metropolitanus *cap. Pastoralis.* & ibi Abb. *de offi. ordin. c. scitote. cap. 1. quæst. 3.* Vbi
117 Archidiacon. † adeo vt etiam in locis illis Prouinciæ, quæ non sint constituta, intra certam aliquam Diœcesem intentionem habeat fundatam Abb. *in cap. 1. in fin. de Religios. Dom.* Lancellot. Conrad. *in templo iud. libro 2. cap. 1. 2. 3. 4. & 5. quæst. 1.* Anton. de Prætis *in tract. de iurisdict. Episcop. cap. 1. num. 2.* Ideoque cognoscit
118 de controuersiis † quæ sunt inter Clericos & suffraganeos *cap. si Clericus 11. q. 1.* Petrus Gregor. Tholos. *syntag. iuris vniuersi. libr. 15. c.*
119 *11. nu. 8.* Idque non tantum in ciuilibus, † sed de crimine quoque Episcopi vel suffraganei sui Archiepiscopi notio est, *c. de his.* Vbi Cardin. Alex. *12. dist. c. quia cognouimus. 10. q. 1.* & notatur à Panorm. *in d. cap. pastoralis. num. 2. & in cap. 2. nu. 3. de accus.* Ioan. Andr. *in c. vbi*
130 *litigantes. de off. ord. nu. 6.* Adeo vt Censuras Ecclesiasticas † contra eum exercere possit, suspensionis & excommunicationis. Idque
131 etiam ad officiales † suffraganeorum, vt officiales delinquentes, & Vicarios extenditur. Abb. *in c. vt tantum. de symonia.* Franc. *in c. 1. de off. Vicar. nu. 6.* Quod tamen de potestate coercendorum Episcoporum dictum est, restringitur, vt locum non habeat, si delicti atrocitas depositionem seu priuationem dignitatis seu transla-
132 tionem exposcat. Eo enim casu cum consilio suorum † suffraganeorum Archiepiscopo solum notio, definitio vero Papæ competit. Abb. *in d. c. 2. de accusat.* per *c. accusatus. & c. quamuis. 3. q. 5.* & habetur *in c. inter corporalia. de translat. Prælator.* Alphons. Aluaretz. *in*
133 *Spec. c. 30. nu. 11.* Quod de Prouincia † Archiepiscopi diximus, non extenditur ad loca exempta, in quibus ea, quæ ad contentiosam iurisdictionem pertinent, exercere non potest, nisi consentiant, ad quos loca exempta pertinent. Dd. *in c. Pastoralis. de off. ord.* Card. *in clem. 2. de priuileg.* Lancellot. Conrad. *in templo iud. lib. 2. cap. 4. de Archiepis.*

134 Deinde quæ diximus de personis † suffraganeorum, non extenduntur ad subditos eorum regulariter exceptis casibus in iure expressis, quorum ex gloss. *in cap. Pastoralis. in verb. exceptis.* **34.** enumerat Lancellottus Conrad. *in templo iudic. libro secundo, cap. 4. de Archiepiscopo, numero vigesimo primo, & aliquot seqq.*

Ita

Ita vt nec causam ab ordinario † auocare possit *cap. vt nostrum*, & 135
ibi Philip. Franc. notat, *nu.* 10. *de appellat.* nisi per appellationem
& alios modos suspensiuos ad Archiepiscopum deuoluatur iurisdictio, de quibus supra *cap. vlt. lib.* 1. *dictum est.*

Porro vt Episcopos † ac Archiepiscopos in suæ diœceseos & 136
prouinciæ personas, & causas iurisdictionem exercere diximus: Sic quoque Patriarchæ Nationis suæ antistites cogunt & congregant, quo grauiora negotia in ampliori maiorique conuentu tractari ac definiri possint, & quæ perperam ac iniuste ab antistitibus inferioribus decreta vel iudicata sunt, ad maius iudicium ordine deferantur, 6. *quæst.* 3. & 4. vt eam ob causam Synodi tam ciuitatum quàm prouinciarum ac nationum quotannis indici soleant, *distinct.* 18. & *capit. sicut olim, de accusat. Nouella Iustinian. de sanctissimo Episcopo* Duaren. *de sacrosanct. Eccles. Minist. & Benefic. lib.* 1. *cap.* 9. Et quod Patriarchæ † sint ordinarij Archie- 137
piscoporum diu. Abbas *in cap. Antiqua, de priuileg.* ac Archiepiscopi suffraganei Patriarcharum dici possint, vt *in cap. pastoralis, de offic.* Abb. *in dict. capit. Antiqua, de priuileg.* Et ad Patriarchas ab Ar-
chiepiscopis † gradatim appellatur, non quidem ab omnibus, 138
sed iis qui sunt in prouinciis Nationi Patriarchæ adsignatis. Habet enim quilibet Patriarcha plures prouincias, Abbas *dict. cap. Antiqua de priuilegiis.* Imo ad quosdam omisso medio est prouocatio, de quibus Specul. *in tit. de appellat.* §. 4. *vers. item non debet.* De
toto † autem Patriarcharum officio ac primatu & in quibus reli- 139
quis Episcopis sint maiores, tractat Speculat. *in titul. de dispensationib.* §. *Sunt quoque per ordinem legenda, cap. multis, distinct.* 17. *cap.* 1. & *cap.* 18. *distinct. cap. secundum, & cap. propter,* 19. *distinct. cap. cleros, cap. submittitur, & cap. tantum,* 21. *distinct. cap. per totum,* 22. *distinct. cap.* 1. 2. & *cap. Agatho.* 63. *distinct. cap. per totum.* 65. *distinct. cap. quod à patribus. & cap. quod.* 75. *distinct. cap. satis.* 96. *distinct. cap. multum.* 2. *quæst.* 6. *cap. quod autem.* 4. *quæst.* 1. *cap. sicut inquit,* 2. *quæst.* 7. *capit. quia suspecti,* 3. *quæst.* 5. *cap. per totum.* 9. *quæst.* 3. *cap. Thengaldum.* 11. *q.* 3. *cap. dilectissimis.* 12. *q.* 1. *cap. frater noster,* 16. *quæst.* 1.

Primates, etsi Patriarcharum † nomine dici tradit Duare- 140
nus *in tract. de sacris Ecclesiæ minister. ac Beneficiis libr.* 1. *cap.* 9. *alleg.*

*cleros. 21. distinct. cap. Vrbes 8. distinct. cap. prouincia. 99. distinct.* Ac eosdem esse affirmat Speculat, *in tit. de dispensat. §. sunt quoque*, vbi vocalem non realem inter eos differentiam esse adserit per *d. cap. prouinciæ. 99. distinct. tit.* tamen *de iurisdictione omn. iud. vers. Secundum Canon. nu. 7.* ait, quod dicatur primates & Patriarchas idem esse, verum esse quoad quædam, verumtamen Patriarchas esse maioris dignitatis & iurisdictionis per *cap. antiqua. 2. distinct.* Idem Bertachin. *in Repertorio verb. Patriarcha & primas*: Certum tamen
141 est primatibus † vt Patriarchis ab Archiepiscopis reuerentiam & obedientiam deberi Speculat. *in tit. de officior. ordinat. & de maioritate & obedient. in princ. & ab his ad illos appellatur. C. de primatibus. 99. distinct.*

142 PONTIFEX vero Romanus † etsi olim primus Patriarcharum habitus, eoque honore prius moderate est vsus, nec cæteros
143 Episcopos, † & antistites Regum ac Principum more subditorum, sed fratrum ac collegarum loco habuerit, vt ex Epistolis Hieronymi ad Nepotianum & Euagrium, perspicuum est: Ac *Concilio Carthaginensi 3. capitul. vigesimosexto*, diserte est prohibitum, ne quis principis sacerdotum, aut summi sacerdotis, sed primæ tantum sedis Episcopi appellatione vteretur *capit. primæ*
144 *sedis. 99. distinct.* Obtento tamen à Phoca per † Bonifacium Tertium, Episcopi œcumenici, & vniuersalis superbo ac insolenti titulo, eaque authoritate à successoribus non tantum mordicus retenta, sed Pipini & Caroli Magni piissimorum & Ecclesiæ prouehendæ studiosissimorũ Principum temporibus mirabiliter aucta ad eum splendorem, & magnitudinem peruenit, vt quotquot vsque fuerunt & iam sunt orbis Christiani pontifices longo interuallo post eos sint relicti, & quasi in ima cera substituti, adeo
145 vt Hierarchia † hæc regno quouis amplissimo augustior ac dignior habeatur. Quantum enim primum ad νομοθεσίαν attinet,
146 ipse † solutus legibus *c. proposuit. de conces. præbenda.* ac nemini subiectus *c. si Papa. 41. distinct. cap. nunc autem. 22. distinct.* Innocentius *in cap. ex parte 2. de verborum significat.* Joannes Andreas *in cap. fauorem. de Hæretic.* tantam circa ius faciendum dicitur habere autoritatem, vt abrogare possit constitutionem etiam quoad effe-

ctus

ctus præteritos Abb. *in cap. per Venerabilem. Qui filij sint legitimi* per text. cum gloss. *in cap. 1. de immunita. Ecclesiar.* Quod non tantum † circa personas & causas Ecclesiasticas ac spirituales locum habet, sed quoque in iure ciuili quatenus peccatum concernit, 147 *capi*. *fin. de præscription. cap. noui. de iudic.* Quo ad ius vero singulare † siue priuilegia concedenda amplissimam quoque dicitur 148 habere potestatem, Speculat. *in titul. de iudice delegato. §. 7. versic. item si agant.* Bertachinus *in Repertorio verb. Papa*, ita casibus tantum certis exceptis de omnibus dispensandi liberum ei relinquatur arbitrium *argument. l. cum prætor. de Iudic. cap. inter corporalia de Translation. prælator. capit. qualis. 25. distinct. cap. penderet. cap. considerandum. cap. fidelior. 50. distinct. cap. quia simpliciter. 56. distinct. cap. nisi cum pridem. de renunc. cap. proposuit. de concess. preb.* & in specie casus ferme infinitos in quibus Papa dispensandi sumit arbitrium, vide apud Bertachin. *in Repertor. verb. Papa.* Casus autem in quibus dispensare Pontifici non sit integrum, refert Speculat. *tit. de dispensat. § Nunc breuiter dicendum. à num. 2. vsq. ad finem.* gl. & Dd. *in cap. literas. de restit. spoliat.* Bertrachin. *in Repertor. verb. Papa.* Et licet inferiores Prælati, Episcopi, Archiepiscopi, ac Patriarchæ, item legati, in quibusdam quoq; habeant iuris communis relaxandi potestatem, de quibus Specul. *d. tit. de dispens. §. Consequenter, & seq.* Sunt tamen certi casus singulari Pontificis relaxationi reseruati, de quo Spec. *d. tit. de dispensat. §. nunc breuiter dicendum in fine.* & ibi Bal. *in addit. §. finitur.* Et in specie casus in † qui- 149 bus solus absoluat Papa, refert Spec. *in tit. de pœnit. & Remis.* Card. *in Clem. 1. §. 1. 11. notabil. de priuil.* Juris quoq; † reddendi potestas 150 Papæ infinita ferme tribuitur. Primo enim idem Christi & Papæ dicitur consistorium, & quod à nemine possit iudicari nisi circa fidem Abb. *in c. licet. in 4. col. de Electione.* Et in causis peccatum † & 151 iniustitiam concernentib. sit iudex omnium non recognoscentium superiorem, Imperatoris & Regum, gl. sing. *in c. ex transmissa. de foro compet.* Innoc. *in c. licet. eod. tit.* Phil. Franc. *in c. si duob. de appell. c. Nouit. de Iudic.* Abb. *in c. cum Ioannes. de fid. Instrum.* Itẽ quod ratione peccati † de omni delicto cognoscat. Odofr. & Bal. *in Epistola inter* 152 *claras. C. de summa Trinitate, & Fide Cathol.* gl. *in c. nos inter alios de purg. canon.*

153 *canon.* Deinde Papæ † subiectus dicitur totus clerus, id est, omnes habentes ordines & primam tonsuram *Clem. 2. §. 1.* & ibi Card. *de Sepul.* & omnes Ecclesiæ Spec. *tit. de praes. vers. illud.* Et in vni-
154 uersa † iurisdictione Ecclesiastica quo ad loca, personas & causas omnes cum prælatis omnibus concurrere tradunt. Joan. Monach. *in c. si eo tempore de Elect. n. 6.* Bal. *in c. 1. in princ. in 1. col. de his qui feud. dare poss. & in c. 1. n. 1. Quis dicat. Dux. & in cons. 95. n. 2. vers. de Papa autem. vol. 3.* Fulu. Pacian. *cons. 80. n. 16. 17. & seq.* Porro non tantum vt iam dictum est cum prælatis inferioribus omni-
155 bus pontifex concurrit, sed licet ad hos omisso † medio non prouocetur, sed ad proxime superiorem appellatio dirigenda sit, Spec. *in tit. de appellat. §. nunc tractemus in princ.* text. *in l. Imperatores. de appellat.* plenius Canonist. *in c. dilecti. 66. de appell.* Ad Pontificem tamen ex iuris Canonici dispositione ordinis nulla habita ratione, regulariter à quocunque iudice, recta & omisso medio appellatur. text, *in cap. ad Romanam. 2. q. 6. in c. si duob. q. 7. c. solicitudinem de appellation.* Rob. Maranth. *de ord. iudic. part. 6. actu 2. n. 369.* De causa & iure quo tanta hæc quoque Ecclesiastica iurisdictio & potestas competit Pontifici, pro instituto sufficiant, quæ *cap. 4. huius libri* ea de re disseruimus.

## CAPVT IX.

### *De Electorum, ac Principum tam Ecclesiasticorum, quam Politicorum temporali iurisdictione.*

#### OBSERVATA.

1 *Principis nominis generalis significatio.*
2 *In negotiis imperij quam variè principis nomen accipiatur.*
3 *Ducum verbi ὁμωνυμία.*
4 *Landgrauij nomine quid veniat?*
5 *Burggrauij titulus.*

6 *Vocis Germanicæ* Fürst/ *Etymologia & in actis imperij varij acceptus.*

7 *Et qui quoad distinctionem Principum & principatuum imperij.*

8 *Ratione ordinis & functionum principes diuiduntur in Ecclesiasticos & Politicos.*

9 *Commentatorum iuris Saxonici, Principum diuisio.*

10 Principum *verbum hic pro imperij Proceribus Cæsare inferioribus, Prælatis vero, Comitibus & Baronibus eminentioribus accipitur.*

11 *Quid in iure constituendo possint tam Principes, quam reliqui Imperij optimates* lib. 1. cap. 6. *expositum.*

12 *Modus iurisdictionis Principibus concessæ ex inuestitura intelligitur.*

13 *Verba inuestituræ generalia & vniuersalia.*

14 *Concesso toto, partes omnes concessæ intelliguntur.*

15 *Imperatoris infeudatio plenissimam tribuit iurisdictionem.*

16 *Iurisdictio omnis tribus finibus circumscribitur, territorio, causis, & personis.*

17 *Iurisdictio vniuersaliter collata totum territorium complectitur.*

18 *Principes quo ad loca omnia in territorio suo sita nituntur intentione fundata.*

19 *Et locus nullus præsumitur exemptus.*

20 *Quicquid est in Regno, Ducatu, Comitatu, de iurisdictione Regis, Ducis vel Comitis esse dicitur.*

21 *Quoad causas quoque generalis concessio.*

22 *Causæ terminus generalis litem omnem in iudicium deductum comprehendens.*

23 *De quocunque negotio vel causa ciuili vel criminali, reali, personali, petitoria vel possessoria ius dicere possunt Principes.*

24 *Generalis concessio vim habet specialis.*

25 *Quoad personas etiam generalis inuestitura.*

26 *Iudicum omnium iurisdictioni quidam volentes, quidam inuiti subiiciuntur.*

27 *Inuiti quidam ex sua, quidam ex aliena persona.*

28 *Ex persona sua subiectorum quidam proprie & principaliter, quidam*

46 *In duplicibus iudiciis is reus, qui prior ad iudicium prouocauit, si ambo simul prouocent sorte res dirimenda est.*

47 *Domicilij originis ius moribus sublatum.*

48 *An vasalli iuramento saltem fidelitatis, nullo autem homagio Principibus obligati, quod res feudales in eorum territorio sitas habent, ordinariæ Principum iurisdictioni subiiciantur.*

49 *Argumenta pro affirmatiua sententia adferuntur.*

50 *Negatiua verior defenditur.*

51 *Iurisdictio Domini feudi non est ordinaria & generalis, sed specialis, & ad certos terminos restricta.*

52 *Iurisdictio Domini certis solummodo causis feudalibus circumscribitur.*

53 *Causæ feudales sunt proprie quæ ad ipsam feudi naturam, id est constitutionem, conseruationem & priuationem feudi pertinent.*

54 *Dato in feudum Castro iurisdictio & imperium tanquam diuersa data non intelliguntur.*

55 *Argumentorum pro affirmatiua sententia adductorum confutatio.*

56 *Si vasallus alibi domicilium habens, non tantum castra & prædia, sed iurisdictionem quoque à Principe in feudum recognoscat, an ordinariæ eiusdem iurisdictioni subiiciatur, altera quæstio.*

57 *Tertia quæstio: Si Comes, Baro, Nobilis, Comitatum, Baronatum, vel alia prædia allodialia libera ac soli imperio subiecta vna cum iurisdictione in subditos competente, Principi in feudum offerat, an propterea ordinariam eius iurisdictionem subeat.*

58 *Præmissa de Comitum, Baronum & Nobilium vasallorum extra territorium domicilium habentium à Principum ordinaria iurisdictione immunitate, locum non habent, siue spontanea eorundem subiectione, conuentione, vel præscriptione, aliud sit inductum.*

59 *Hactenus de proprie ratione domicilij subiectis, sequitur de forensibus, qui in consequentiam Principum iurisdictioni subiiciuntur.*

60 *Et primo ex contractu.*

61 *Secundo ex delicto duabus ex causis.*

62 *Tertio ex situ rei de cuius possessione, vel proprietate agitur.*

63 *Quarto ex cœpto iudicio.*

64 *Iudicium hoc tempore non tantum per litis contestationem, sed per solam quoque citationem cœptum dicitur.*

65 *Ex aliena persona iudicis ac Principis non ordinarij iurisdictionem subit hæres.*

66 *Item defensor.*

67 *Præmissa de personis volentibus vel inuitis Principum iurisdictionem subeuntibus generaliter vera sunt etiam in priuilegiatis.*

68 *Non tantum in personis singularibus, sed etiam in collegiis, corporibus, ciuitatibus & vniuersitatibus.*

69 *Generalis dispositio non tantum personas singulares sed corpora quoque & vniuersitates complectitur.*

70 LIMITATIO *iurisdictionis Principum.*

71 *Causa limitationis, vel ius commune, vel singulare.*

72 *Ex iure communi quadrifariam restringitur, quoad territorium, causas, personas & partes iurisdictionis, vel actus iudicij.*

73 *Quoad* TERRITORIVM, *primo excipiuntur Monasteria, templa, Basilicæ, soli Episcoporum, in quorum Diœcesi sunt iurisdictioni subiectæ.*

74 *Secundo prædia ordinum militarium, Diuæ Mariæ & Ioannis.*

75 *Tertio restringitur in territoriis principum in districtu Rotvvilano.*

76 *Quarto fallit in arcibus & prædiis communibus collegiorum nobilium vulgo* Der GanErben Häuser.

77 *Verbi* GanErben / *alia in iure Saxonico, alia in locis superioris Germaniæ significatio.*

78 *Quinto fallit in domibus ac prædiis collegiorum Canonicorum in ciuilibus Episcoporum potestatem non agnoscentium.*

79 *Sexto in prædiis nobilium immediate imperio subiectorum.*

80 *Nobiles immediate imperio subiecti, à loco in tres classes distribuuntur:* Die Frey Ritterschafft in Francken/ Schwaben/ vnnd Rein-Landen.

81 *Septimo fallit in liberis imperij vrbibus, territorio Principum comprehensis.*

82 SECVNDO *quoad* CAVSAS. *Primo fallit in spiritualibus, & spiritualitati annexis.*

83 *Secundo in causis feudalibus.*

84 Con-

84 *Concessionis feudariæ effectus iurisdictio domini in vasallum & feudum: parium item curia.*

85 *Causæ terminus generalis.*

86 *In quibus causis feudalibus, iudicibus, beneficiariis iurisdictio cõpetat.*

87 *Quomodo propter neglectam vel denegatam iustitiam à iudicibus feudalibus iurisdictio ad ordinarium reuertatur, remissiue.*

88 *Tertio in causis violatæ vel turbatæ pacis publicæ, Ducatus Brabantiæ subditis exceptis.*

89 *Facti qualitate in constitutione pacis publicæ requisita ad vnguem non probata causa ad ordinarium remittenda.*

90 TERTIO, *quo ad* PERSONAS, *Generalitas iurisdictionis principum restringitur in personis clericorum.*

91 *Secundo, in personis Equitum, Marianorum & Rhodiorum siue Melitensium.*

92 *Tertio, in personis nobilium possessorum communium arcium, vulgo,* der GanErben/ Burgmann/ oder Burg Leuthe.

93 *In collegiis Canonicorum Bruxellensium, Burschedensium, Arnuellensium immediate, vt diximus imperio subiectorum.*

94 *In personis nobilium directo imperio parentium.*

95 *Sexto, milites iure Pandectarum criminum rei magisteria iurisdictioni subiiciebantur, ex constitutionibus præsidum ordinariæ animaduersioni subiacent.*

96 *De vsu horum temporum, periti rei militaris consulendi.*

97 *In ciuilibus olim milites nullo fori priuilegio vtebantur, Iure vero constitutionum singulari iurisdictio in eos magistro tributa est.*

98 *Septimo, fallit in scholaribus, qui suos etiã habent ex priuilegio iudices.*

99 *Generalitatem* Authen. habita. & §. fin. procemij Digestorum, *vsus horum temporum ad Rectores singulis semestribus creatos & scholas solummodo publicas siue vniuersitates restringit.*

100 *Quæ & quanta Magistratibus scholasticis hoc præsertim tempore competat iurisdictio?*

101 *Constitutio Constantini de pupillis, viduis & aliis quæ.*

102 *Ex contractu quod quis sortiatur forum, quomodo restringatur.*

103 *In loco contractus alieni fori homines, vt conueniri possint, requiritur primo, vt tempore contractus ibi constiterint.*

104 *Consistere in loco quis dicatur?*

125 *Ad Imperatorem appellatio regulariter & simpliciter nulla litis æstimationis habita ratione permissa.*
126 *Cameræ certa summa præscripta.*
127 *Priuilegiorum de non appellando quædam prorsus ἀνυπευθύνα reddunt iudicia Principum, quædam sola appellatione eximunt.*
128 *Horum quædam plane, quædam nisi certa quantitas interueniat, appellationem remouent.*
129 *Catalogus priuilegiatorum remissiue.*
130 *Priuilegium fori subditorum regni Bohemiæ amplissimum.*
131 *Ex iure vel capite singulari imminuitur iurisdictio Principum vel ab extraneis, vel à subditis.*
132 *Quomodo ab extraneo.*
133 *Quomodo à subditis.*

PRINCIPIS nomen † generaliter & natiua significatione, id quod primum est denotat Cic. pro domo sua, locum principem autoritatemque in salute mea tenuistis. Ab hac tractum est ad eos qui in ciuitate primum dignitatis locum obtinent, & reliquis autoritate antecellunt. Cic *pro domo sua*, ciuitatis longe princeps Pompeius. Idem *3. Philippica*: O Dij immortales quam magnum est in ciuitate tueri locum Principis. Romani item Imperatores suos, quod Regium nomen esset inuisum Principes appellarunt Ouid. *4. Tristium Eleg.* 4. 1

*Nec tamen officium nostro tibi carmine factum,*
*Principe tam iusto posse nocere puto.*

*L. princeps. de legib. l. 1. de constitut. princip. §. sed & quod principi. Inst. de iure nat. gent. & ciuil.* In militia Romana principes dicebantur secundæ acies milites. Liuius *lib. 8. ab vrbe condita.* Vulgari autem vsu loquendi vox Principis præter Deum Opt. Maximum non tantum omnium Reipublicæ specierum ἄρχοντες, tam allocraticos quam autocraticos reges optimates & populum ipsum, sed inferiores quoque principes summo hoc nobilitatis gradu ornatos, quales sunt Duces, Marchiones, Comites complectitur, Tiraquell. *in tractat. de nobilitate, cap. 6. num. 6.* Idem Lancelottus *in templo Iudicum. lib. 1. cap. 3. de Principe.* Barones quoque larga significa-

mihi videntur omnes qui Regum vel Principum latera stipant, aut honores quęrere aut famam seculi, aut potentiã, aut diuitias, aut voluptates. Nimium multos temere habet, qui multum potest, & illum omnes oppugnant qui Principi gratior existimatur.

In specie vero primo apud nationes quasdam accipitur pro primogenitis Regum. Idem Lancelottus dicto iam loco & numero. Secundo pro dignitate Ducibus, Marchionibus & Comitibus, eminentiore & regiæ ferme simili gloss. *in clem. prima in verbo Regum. de baptismo*. Paris. de Puto *in tractat. de re militari, seu Duello. libr. 7. §. an princeps. in fine.* Lancelottus Conradus *in templo iudicum. libr. 1. cap. 3. de Principe. nu. 4.* Joannes de Imola *in clem. 1. num. 8. colum. 2. de baptismo.* Zabarella *eadem clem. in quæst. 6. colum. 2.* Fuluius Pacianus *in tractat. de probat. lib. 2. cap. 37. num. 12.* vbi exempla ponit in Principe Achaiæ & Principe Taranti, si diis placet. Generalius etiam verbum Princeps accipitur, pro Dynastis quibuslibet regibus inferioribus Politicis & Ecclesiasticis Cardin. *in clem. 1. num. 2. notabili, de testibus.* ita vt prælatos quoq; omnes comprehendat, vt notat Card. Alex. *in c. luxuriosa. §. Ecclesia. 35. dist. clem. ne Romani. §. præfatis. de iureiurando.* Lancelottus Conrad. *in templo iud. lib. 1. cap. 3. de Principe. num. 3.*

In negotiis imperij † varie nomen Principis accipitur, ac pri- 2
mo generaliori conceptu non tantum de superioribus, sed mediis quoque & infimis imperij Romani optimatibus prædicatur. In iuramento Henrici IV. Imperatoris relato à Goldasto *in Statutis & rescriptis Imperial. f. 43.* Ego Henricus Rex de murmuratione & dissensione, quam nunc habent contra me Archiepiscopi & Episcopi, Duces, Comites, cæteriq; Principes Teutonicorum. Idem Henricus Imp. in rescripto ad Principes imperij, ab eodem Goldasto edito, *fol. 53.* Henricus Dei gratia Imperator Augustus, Archiepiscopis, Ducib. Comitibus, cæterisq; regni Principibus.

Et in rescripto Conradi III. ad Joannem Comnenum Imperatorem Constantinopolitanum ibid. *fol. 57. § 3.* Neq; enim obliti sumus vel ego vel Principes nostri imperij. Et §. 4. vniuersis imperij nostri Principibus. Et *in Epistola Episcoporum Germaniæ ad Adrianum Papam. f. 62.* Cõmota est vniuersa Respub. imperij nostri:

Magnus Dux Litauiæ, vel βασιλείαν κατὰ νόμον siue Regnum legitimum obtinent, nec enim refert Rex, Imperator vel Dux vocetur, qui summum in Republica magistratum siue absolutum, siue legibus adstrictum obtinet.

Falsum autem esse quod auditu saltem compertum se habere scripsit Cassanæus *in Catalogo gloriæ mundi. part.* 5. Principum ac Ducum primogenitos Archiduces in Germania appellari, ad eum modum quo in Gallia Regij sanguinis primi Delphini, quod & Mozius putat *in tractat. de Feudis. titul. de his qui feud. dare poßint.* Item Freccius *de autoritate & potestate Baronum ergo subinfeud. lib. 2. quis dicatur Dux. num.* 4. ipsa experientia docet.

Regibus & Imperatori inferiores & subditi, discernuntur in Archiduces, Magnos Duces, & simpliciter ita dictos. Archiducum titulum primum absque autoritate Cæsarea sibi insolenter sumpsisse Brunonem Lotharingiæ Ducem, Archiepiscopum Coloniensem, narrat Paulus Æmilius Veronensis *lib. 2. de rebus gestis Francorum.* Idem postea Carinthiorum Principes vsurpasse iisque extinctis simul cum ditione ad Austriacos transiisse, refert Jacobus Spigelius *in lexico Iuris. verbo Archiducis.*

Sed verius est, quod alij testantur Historici à Rudolpho Primo Imperatore, filium Albertum imperij vicarium hac dignitate ad hæredes transitoria ornatum esse, Cyriacus Spangenb. *Speculo Nobilitatis. lib.* 10. *cap.* 12. cuius posteri soli hactenus hoc titulo vtuntur.

Notandum quoque alio nomine Pfaltz Hertzogen / dictos Austriæ Duces, vt patet ex priuilegiis eorum repetitis & confirmatis à Carolo Quinto, Anno 1522. relatis à Goldasto *in constit. Imperialibus fol.* 2. §. So aber der Hertzog auff einer Reichs Versamblung ist/ soll er als ein Pfaltz Hertzog gehalten werden. Magni autem Ducis titulo etsi Widekindus à Carolo Magno ornatus fuerit, vt sic eum appellat Abbas Stadensis ad annum 920. Andr. Knich. *de iure territorij. cap. 1. num,* 47. & ex successoribus eius, Ducibus Saxoniæ, quosdam eo vsos referat Spangenbergus *speculo Nobilitatis. c.* 10. Tamen hoc tempore neq; in Germania, Gallia, Hispania, Anglia, multo minus in aliis Regnis Europæis quisquam

hac

hac dignitate insignitus, nisi quod Cosmus Medices Florentiæ nouus princeps hoc titulo à Pio Quinto, cui ex plenitudine potestatis, si diis placet, ex Musca Elephantum facere licuit, ambitiose quæsito vtatur.

Landgrauiorum † quoque nomen, non tantum Principibus, vt præter Hassiacos ac Leuchtenbergenses, Austriacis, Alsatiæ & Suntgauiæ, Saxonicis, Thuringiæ, Badensibus, Marchionibus, Susembergæ Landgrauiatum obtinentibus, sed & Comitibus inferioribus tribuitur, vt patet ex titulo Illustr. Comitum à Fürstenberg, in subscriptionibus Decretorum imperij, Von wegen Joachimen Graffen zu Fürstenberg / Heyligenberg / vnnd Werdenburg / Landgraffen in Bahr. item Comitum à Sultz, Ludwigen Graffen zu Sultz / Landgraffen in Kloggaw. Nomine Joachimi Comitis à Fürstenberg, Heiligenberg, & Werdenberg, Landgrauij in Bahr, Ludouici Comitis in Sultz, Landgrauij in Kloggavv; Lupfiorum Comitum, Landgrauiorum Stulingiæ.

5 Burggrauij quoque titulo † vtuntur Generosi & rerum gestarum gloria clarissimi Barones à Thonavv, vt in subscriptione Decreti Ratisbonensis, Anno 1594. Von wegen Herrn Friderichen Pfaltzgraffen bey Rhein / Hertzogen in Beyern / Fabian Burggraffe vnd Herr von Thonaw.

Ad eundem ferme modum quoque legitur in Genealogia Illustrium Comitum Witgensteinensium addito *Responso Iuris doctissimo, viri clarissimi Ioannis Goddæi in controuersia inter Elector. Treueren. ac Com. Witgensteinens.* Mächtildis Burggraffen zu Naumburg.

Sic etiam Baronis Kirchbergij, in Thuringia Burggrauij titulo insignis vltimi suæ stirpis & improlis meminit Goldastus *in corpore membrorum imperij fol.* 27.

6 Vox quoq; † Germanica Fürste / quasi Fürsteher / Spangenb. *speculo Nobilitatis lib.* 10. *cap.* 8. *in princip.* in actis imperij varias habet significationes. Primo enim Principes omnes Comitibus & Baronibus superiores, reges quoque & Imperatores comprehendit, vt patet ex inscriptionibus, Dem Allerdurchleuchtigsten / Großmächtigsten / Vnuberwindlichsten Fürsten vnd Herrn / Herrn Rudol-

Rudolpho dem Andern / Römischen Keyser / zu allen Zeiten Mehrern deß Reichs / in Germanien / Hungern / Boheimb / König. Dem Durchleuchtigsten / Großmächtigsten / Fürsten vnnd Herrn / Herrn Christiano dem Vierdten / in Dennenmarck / der Gothen vnd Wenden König.

Sic etiam *in Apologo vetusto Vulpeculæ* idiomate Saxonico conscripto vsurpatum legitur, *lib. 2 cap. 7.*

Seht Ohm / wenn ick idt seggen dörste /
De Könnick iß ein Eddel Förste /
Men he hefft lef den / de em vele bringet /
Vnd dantzet alse he vor singet.

Secundo, exceptis Electoribus & ciuitatibus reliquos omnes imperii Principes, Ecclesiasticos, & Politicos, Prælatos, Comites, Barones, complectitur, qui congregati dicuntur, der Fürsten Rath.

Tertio, verbum Fürsten: Exceptis Electoribus pro Principibus reliquis Comitibus, & Baronibus superioribus, tam Ecclesiasticis, quam Politicis, siue titulum specialem, vel generalem Principum teneant; accipitur Reformatione iudicii Westphalici Maximil. I. anno 1595. §. 1. ibi, Churfürsten / Fürsten / Prælaten / Graffen / Herrn / vnnd Stätte. Item §. Item / von der heimblichen Gericht wegen / *&* §. Demnach haben wir. Ordinat. Regimenti Anno 1500. Augustæ. Wer in der Churfürsten vnnd Fürsten Anschläge begriffen. Item Decreto Spirensi an. 1542. §. Vnnd sollen / & §. *seq.* Würde sich aber jemandt.

Quarto, Angustissima significatione contrahitur ad Principes Ecclesiasticos & Politicos Imperatore inferiores: Exceptis Electoribus & iis, qui Principi-pares vel Principibus dignitate æquales vulgo, Fürstmässige / appellantur, exclusis Prælatis, Comitibus, & Baronibus. Ord. Cameræ *part. 2. tit.* Wie / vnd vor welchen Richtern / Churfürsten / Fürsten / vnnd Fürstmässige / ein ander zu Rechte fordern sollen. Item §. *1. & 2. eod. tit.* §. Vnd sollen. §. Zum Sechsten. §. Zum Siebenden. *& seq.* §. Zum Achten. *&* §. So dann die Partheyen / *& seq.* Item §. *fin. eodem tit.* Et *eadem par. tit. 5. in principio & fine. & tit. 6.* §. *finali.*

Mmmmm Quan-

7 Quantum ad distinctionem † Principum & Principatuum imperij. Quidam transeunt in proprium nomẽ Principatus, quidam in suo nomine stant. In proprium nomen principatus transeunt, qui specialem habent nobilitatis principalis Titulum Archiepiscopatus, & Episcopatus, Palatinatus, Ducatus, Marchionatus, Landgrauiatus, Burggrauiatus: IN SVO nomine stant, qui non habent specialem principatus dignitatem, sed generali principum Titulo vtuntur. Hi in duplici sunt differentia: Quidam enim à certa regione & prouincia principes inscribuntur, vt sunt Archiduces Austriæ, Fürsten zu Schwaben/ Duces Pomeraniæ, & cum iis simultanee inuestiti Marchiones Brandeburgenses, Fürsten zu Rügen/ Duces Megapolitani, Fürsten zu Wenden.

Dux quoque Sabaudiæ Princeps Pedemontium. Ad eundem modum dicitur princeps Aurealensis, qui nunc Vraniæ vel Orangiæ in Aquitania, inter Germaniæ Ordines olim cooptatus ab Imperatore Ludouico Bauaro, teste Goldasto *in corpore membrorum imperii Germanici, fol.* 18. locum tamẽ in Comitiis hoc tempore non habet, quidam ex Prælatis vel Comitibus ad principalẽ dignitatem euecti, Prælaturæ & Comitatus titulũ retinent, quos Fürstmässige/ id est, principi-pares, vel qui principum dignitate censentur, cõstitutiones appellant Ord. Cameræ *par. 2. tit. 23. & 4. & tit. 5. §. 1. in fine.* Hi sunt ex Prælatis Magister Ordinis Equitũ Teutonicorum, Magister Ordinis Ioannitarum, Abbates Hirsfeldensis, Murbacensis, Campidonensis, Corbiensis, Prumensis, Stabulensis, Præpositus Elbangensis, & Berchtelsgadensis, Abbatissæ etiam quædam vt Quedlinburgensis, Gernrodensis, Buchauiensis, Andtlauiensis, & aliæ enumeratæ sup. *tit. 1. huius libri.* titulum & honorem principum gerunt, sed quod adius Sessurę ac suffragiorum & priuilegiorum primæ instantiæ, inter principes non censentur, sed in Prælatorum Ordine relinquuntur. Hi tali titulo vtuntur: Dem Hochwürdigen Fürsten/ Herrn Heinrichen/ Administratorn deß Hochmeisterthumbs in Preussen/ Meister Teutsches Ordens/ in Teutschen- vnd Welschen Landen.

Herrn Philip Flach von Schwartzenburg/ S. Johanser Ordens-Meister in Teutschen Landen.

Herrn

Herrn Balthasarn / Abt zu Fulda / Röm. Keyser. ErtzCantzlern.

Herrn N. Probsten zu Berchtelsgaden.

Ex Comitibus Comites Habsburgenses, Tyrolenses, Phirtenses, Kyburgenses, Görcenses, olim Hennebergenses, Mompelgardenses, & nuper ad eam dignitatem euecti Comites Arnbergenses, plerique titulo Comitum simpliciter vtuntur, Dem Durchleuchtigen Hochgebornen Fürsten / Herrn Friderich / Graffen zu Mompelgart. Quidã cum additamento, Gefürstete / vt Archiduces Austriæ, Gefürstete Graffen zu Habsburg / zu Tyrol / zu Kyburg vnd zu Görtz / Gefürstete Graffen zu Arnberg / vt habent subscriptiones Comitiorum, Carlen Gefürsteten Graffen zu Arnberg / Freyherrn zu Siebenbürgen.

Hi omnes, vt diximus, exceptis Abbatissis, appellatione der Fürstmässigen plerunque, interdum vero etiam, præsertim in subscriptionibus Decretorum imperii sub *titul.* Geistliche vnnd Weltliche Fürsten / etiam Prælati & Comites, dignitate principali ornati comprehenduntur.

Titulo Principum à certis regionibus nemo est ex Ecclesiasticis, qui vtatur præter Electorem Coloniensem, qui inscribitur, Fürst zu Stabel / Decreto Ratisbonensi, Anno 1594. cum tamen sit Abbatia ipsius Electoris, subscriptio eiusdem Decreti ostendit Ernst / Ertz Bischoff zu Cölln / vnd Churfürst / als Inhabern der Keyserlichen Gefürsteten Abtey Stabel.

Ex Politicis sunt Principes Sueuiæ, iam Archiduces Austriæ, Principes Rugiæ, quo titulo Marchiones Brandenburgenses, & Duces Pomeraniæ, Principes Pedemontium, Duces Sabaudiæ, Principum Vandalorum, Duces Megapolitani: Principum Mercuriæ, Duces Lotharingiæ. Ex horum numero sunt nobilissimi Principes Anhaldini: Item Walachiæ ac Transyluaniæ Principes. Asturiæ & Catoloniæ Principum titulo vsus est Carolus V. Ducem quoque Ferrariæ titulo Principis Carpi vti ex *responso 19. num. 21. volum. 3.* refert Sixtinus *de Regalibus, libro 1. cap. 4. num. 27.*

Sunt & alii in Italia, qui eo titulo vtuntur, vt Principes Massæ,

item Vallis Turri. Errat vero in Burggrauiis Misniæ Sixtinus, qui titulo Principum simplici nunquam sunt vsi, sed tantum deß heyligen Römischen Reichs Burggraff zu Meissen / Graff zum Hartenstein / Herr zu Plawen vnnd Gera / vt patet ex subscriptione Decretorum Augustani anno 1566. & Spirensis anno 1570. Item ab ipso imperio non tantum Princeps, sed Burggrauius Misniæ, vel de Misnia vocatur, Decreto Augustano 1548. §. Mit den Gesandt. Tres autem tantum nostra ætate fuerunt, eo ordine censiti Henricus parens Baro Plauius, Regni Bohemię, tempore Ferdinandi Cancellarius, qui primus dignitatem eam in familiam intulit, & eiusdem duo filii, Henricus Senior & Iunior. Etsi olim quoque eam dignitatem habuerunt diuersæ Principum familiæ, quorum nomina, vsque ad Henricum ex familia Comitum Hartensteiniorum, qui an. 1434. vixit, recenset Cyriacus Spangenberg. *Speculo Nobilitatis. lib. 10. c. 20.* Von Burggraffen.

8 Ratione Ordinis & functionum † quas sustinent Principes diuiduntur in Ecclesiasticos & Politicos, siue vt vulgo loquuntur spirituales, quibus principaliter spiritus & animæ cura est, vel esse debet.

Politici vel temporales, qui non rerum spiritualium & æternarum, sed externarum potius & corporalium, ideo temporalium dictorum, quod ad temporariam hanc vitam pertineant, & pro tempore mutationem recipiant, quæ diuisio aperte colligitur, ex Oratione Imperatoris Valentini, de Ambrosii ad Episcopale munus promotione apud Theodoret. *lib. 4. c. 7.* vbi, de Ambrosio antea Prætura fungente, Episcopo Mediolanensi facto dixit, se gratias agere Deo, quod is animorum curam ei viro tradidisset, cui ipse ante corpora commisisset. *c. Valentinianus 63. dist.* Duar. *de beneficiis ac ministeriis Ecclesiasticis. lib. 1. c. 1.* Pet. Greg. Thol. *Syntag. iuris vniuersi. lib. 16. c. 1.*

Etsi autem Principes Ecclesiastici eadem superioritatis iura, quæ Duces, Marchiones, & Comites ab imperio habent, Gail. *obs. lib. 1. obs. 30.* Sunt tamen inter eos, qui non tantum Episcopatus & Prælaturas imperii cum annexis, quæ diximus, Regalibus ac temporalibus superioritatis iuribus, sed etiam peculiares Ducatus

catus & Comitatus concessos, secularemque iurisdictionem ac potestatem omnem, quam Principes Politici teneant, Gail. *obs. lib.1.obs.30* Modestin. Pist. *consi.49* Cacheran. *consi.3.num.15.* Surd. *consi.275.toto.* qua tamen non, vt Sacerdotes & Episcopi vtantur, inde mixtam quandam rationem eorum administratio habere, eosq; duplicem personam gerere intelliguntur, quales sunt primo Archiepiscopus & Elector Coloniensis, qui inscribitur Dux Angariæ & Westphaliæ, Argentinensis Landgrauius Alsatiæ, Wirtzburgensis, Dux Franconiæ, Virdenensis Episcopus & Comes Virdenensis, Leodiensis Dux Bullionis Cameracensis, Episcopus Cameracensis, Dux Cameracensis, & Comes Cameracensis, Episcopus Constantiensis, Baro der Reichanaw / Episcopus Sittensis, Comes in VVallis.

Episcopum quoque Genenensem Comitis titulum ante mutationem, anno 1528. factam gessisse, narrat Marta Neapolitanus *in tr. de iurisd inter iudicem Ecclesiasticum & secularem exercenda. part.1. c.24. nu.24.*

Commentator iuris † Saxonici Principes in genere distinguit, in Reichs-Fürsten / & Schlechte Fürsten. Landr. *libr.3 art.58.* 9
Der Reichs-Fürsten / duo genera constituit. Quorum primum tribus sequentibus prærogatiuis eminet. Primo, qui Feuda ligia habent solum Imperatorem, vel Regem Romanorum Dominum agnoscentes, *art.58. libr.3.* Principes imperii nullum Dominum præter regem habere debent.

Secundo, vt per vexillum vel sceptrum Feuda accipiant. Ecclesiasticis enim Principibus Imperator confert Feuda per sceptrum. Regna autem Ducatus, Comitatus per Vexilla *art.60.* Landtrecht. *lib.3.* Schrad. *de feudis. part.2. cap.3 numer.3.* vbi ea Feuda dicit appellari Fahnlehen. Idem Schneidewein. *in Epitome Feud. part.1. num 50.* Rosenthal. *cap.2. concl.1. num.4.* Vult. *de feud. cap.8. nu.10.* Alias Feuda vel Beneficia Regalia *cap.1. de leg. Conradi.* Item Feuda titulata ex Matthæo de Afflictis Pacian. *in tract. de probat. lib.2.c.37.* vel nominata Iacobin. de S. Georgio *in verbo Dux. versi. quid si Rex. num.10.* Item Feuda Maiora ex consil. Goden. *20 num.3. 4.8.17. & 18.* Gail. *obs.15. num.1. lib.2.* Sixtinus *de Regalib. li.1.c.3. nu.7.*

Tertio, vt poſſideant prouincias principatus titulo inſignitas Gloſſa *articulo ſecundo*, Landtrecht. *libro tertio*, in verbis, deß Reichs Fürſten.

Secundum eorũ, qui inter fratres plures diuiſa hæreditate Ducatum vel principatum retinet, qui & vulgo, Regierende Landtes Fürſten appellantur, *eadem gloſſa & art. & in gloſſ. ſeq.* ibi Principes proprie dici, welcher der förderſte iſt am Lehen/welcher auß dem Fürſtenthumb zu förderſt belehnet iſt / qui primo ordine de principatu inueſtitus eſt.

Schlechte Fürſten/qui hiſce prærogatiuis carent.

Notis hiſce à numero Principum imperii excludi videntur, primo Principes Sileſiæ, quæ in 14. Ducatus diuiditur, quorum ſingulis nomen à Metropoli ſua tributum fuit 1. Ratibarienſis, 2. Tropauienſis, 3. Teſchinenſis, 4. Opolienſis, 5. Bregenſis, 6. Niſſenſis, 7. Wratislauienſis, 8. Olſnicenſis, 9. Lignicenſis, 10. Monſterbergenſis, 11. Suidnicenſis, 12. Taurenſis, 13. Glogouienſis, 14. Saganenſis.

Horum poſſeſſores omnes dignitatem ac nobilitatem principalem ab imperio, Feuda vero & Prouincias à Regno Bohemiæ obtinuerunt. Horum pleriſque ſine hæredibus maſculis extinctis, Ducatus ad Reges Bohemiæ Feudi Dominos redierunt. Excepto tractu in Ducatu Tropauienſi, & altero in Opolienſi, quos à Ludouico rege impetrauit Georgius Marchio Brandenburgenſis, qui regi adoleſcenti, tanquam pater adiunctus optime de toto regno meritus fuit, cuius filii Georgii Friderici morte ad Illuſtriſs. Principes agnatos Marchiones Berlinenſis liniæ peruenerunt, qui & Croſnam & Zulichiam olim Ducatus Glogouienſis partes ante centum & plures annos ex tranſactione in poſſeſſionem acceperunt. Niſſam ex religioſa beneficentia à Ducibus Lignicenſibus obtinuerunt Epiſcopi Wratislauienſes.

Tres itaque Familiæ Principum in Sileſia ſunt ſuperſtites, ex quibus Lgnicenſes, qui etiam Ducatum Bregenſem tenent. Teſchinenſes & Monſterbergenſes, qui etiam poſſident Ducatum Olſnicenſem ex permutatione cum Ladislao Rege, orti à Georgio Podubracio, qui dignitatem Principum impetrauit

Filiis

filiis à Friderico Tertio Imperatore, vt hæc omnia exactius referuntur à Joachimo Curæo Freistadensi *in Annalibus Gentis Silesiæ, par. 2. fol. 260. 261. 263.* Secundo Principes Hennebergenses, quorum bona omnia fuerunt Feuda Electorum & Ducum Saxoniæ, Landgrauiorum Hassiæ, & aliorum Principum vicinorum, Item Arnsbergensium.

Burggrauij quoque Misnenses qui à solo Rege Bohemiæ respectu Comitatus Hartensteinensis & Baronatus Plauij, & Gerensis ratione Electores & Duces Saxoniæ Dominos Feudi habuerunt.

Item Petrus Ernestus Comes Mansfeldius cum filio Carolo, & Carolus Baro Lichtensteinius, Austriacus qui nuper à Rudolpho Secundo eam dignitatem absque adsignatione certi Principatus virtute obtinuerunt.

Nota autem secunda & tertia non tantum Prælati & Comites Principum ordini adscripti remouentur, quos tamen generali Principum Imperij appellatione contineri certum est.

Est tamen obseruandum respectu primi requisiti nimis angustam esse descriptionem der Reichsfürsten / quæ si locum haberet pauci vel nulli hoc tempore & iure censeri possent, cum fere nulli sint vel ex Electoribus & aliis Principibus, qui non aliunde quã ab imperio feuda habeant, quod exemplis declarare longũ & ab instituto esset alienum.

Nec quicquam id eorum existimationi detrahit, cum & summi ac potentissimi orbis Reges, non solum à paribus, sed & inferioribus feuda accipiant, quorum exempla in Regibus Hispaniç, Angliæ, Scotiæ, &c. vir clarissimus Hermannus Vulteius *de feudis, libro 1. cap. 4. nu.* Imo ipsum Imperatorem, qui dignitate Principes omnes antecedit, citra diminutionem Maiestatis à quibusuis feuda accipere posse, Schraderus & Sonsbecius locis à Vulteo ibidem allegatis.

Affert idem glossator præter hæc ab aliis quoq; adiunctis distinctionem Principum, qua alij Chur oder Oberfürsten / oder Fürstliche Fürsten. Cæteri, Schlechte Fürsten appellentur gloss. *art. 51.* LandRecht / *lib. 3. in verbis* Jeglichs Teutschlandt.

Churfür-

Churfürsten/ qui ius suffragii ferendi in Electione Imperatoris habent, de quibus Aureæ Bullæ *tit. 4.*

Oberfürsten/ vel Fürstliche Fürsten/ qui alios Principes feudi nexu sibi obligatos habent, d. gl. *art. 53. lib. 3.* & gl. *art. 1.* Landtrecht. *lib. 2. in verbis*: Verum valde angusta & concisa est hæc, der Ober-Fürsten/ vel Fürstlichen Fürsten/ descriptio, quorũ paucos in Germania, & vix tot numero reperias, quot nouos Comites & Barones in Gallia. Ex edicto enim regio, anno 1579. 17. Augusti, ex vice Comite, vel Barone Comes creari nequit, nisi qui antea habeat in ditione sua 4. Baronias, quarum quælibet habeat 10. subditos, qui eum comitari possint. Nobilis autem ad Baronis vel vice Comitis dignitatem ascendere non possit, qui in patrimonio suo non habeat saltem 30. nobiles clientelares, siue Vasallos: quod Galli sic exprimunt Estre. Hæc totidem verbis refert Petrus Gregorius Tholosan. *Syntagmate iuris vniuersi. libr. 6. capit. 9. num. 14.*

Idem de Regibus, Ducibus & Comitibus Chassanæus *in Catalogo Gloriæ mundi. part 8. consi. 15.* vbi, vt veraciter Dux dici possit debet habere Decem Comites sub se, sicut Archiepiscopus debet habere 10. Episcopos sub se, & Rex debet habere decem Duces sub se, siue 10. Ducatus dignitatem habentes, ex *c. constitutus. 2. de testib.* Dux vero, Comites & Barones.

10 PRINCIPVM † vocabulo hic vtimur pro imperii proceribus, qui Cæsare & Electoribus inferiores, Prælatis autem, Comitibus & Baronibus, de quorum, ac liberarum imperii ciuitatum iurisdictione seorsim agimus, sunt digniores & eminentiores. Et non tantum politicis, sed etiam ecclesiasticis. Hos enim eadem superioritatis iura, quæ Duces, Marchiones, & alii Principes in territoriis suis hoc tempore obtinere manifestum est, Gail. *in tractat. de pignorat. capit. 7. numero 1. & obs. 30. numero 2. libro primo.* Cacheran. *consilio 3. num. 15.* Surd *toto consi 275.* Modestin. Pistoris

11 *consilio 49.* Quæ circa leges † & statua condenda principum & optimatum imperii omnium sit potestas, supra *libr. 1. cap. 6.* explicatum est.

12 Quantum ad iuris † reddendi facultatem verba inuestiturarum,

rum, ex quibus omnis principum dependet iurisdictio, plerunq; ita habent: Wir Keyser N. belehnen N. N. mit dem Hertzogthumb Pfaltz-Graffschafft / Marg-Graffschafft / Landt-Graffschafft / Fürstenthumb / Graffschafft / Herrschafft / Bischoffthumb / Prælatur / mit allen Gerichten / Oberst vnd Niderst. Nos Cæsar N. inuestimus N. N. de Ducatu, Palatinatu, Marchionatu, Landtgrauiatu, Principatu, Comitatu, Baronatu, Episcopatu, Prælatura cum iurisdictione omni superiore & inferiore. Quæ & similes concessionum formæ, quarum plures obseruauit Knich. *de vestit. pactis. cap. 10. num. 40.* cum non tantum sint generales, † sed vniuersales, non solum notionem, siue cognoscendi & iudicandi, sed & quod cognitum & iudicatum est, exequendi, & tam leuioris, quam grauioris correctionis exercendæ potestatem complectitur, posito enim & concesso † integro, membra omnia concessa esse intelliguntur. *l. si is qui ducenta. §. vtrum.* & ibi Bart. & Doct. *de reb. dub.* Bart. *in l. 1. §. nunciatio. de noui oper. nun.* Eberh. *in top. in loco à toto ad partem. num.* 11. Fuluius Pacian. *consi. 35. num. 313. & consi. 74. num. 2.* Cuiac. *in l. eo quod plus sit. de regul. iur.* Cacheran. *consi. 11. num. 55.* Et in specie Imperatoris † infeudatio plenissimam tribuit iurisdictionem. Fuluius Pacian. *consi. 101. num. 27.* Cumque iurisdictio † omnis tribus rebus tanquam finibus circumscribatur territorio vel loco in quo, causis, de quib. & personis, aduersus quas iudicium agitur. Donell. *com. iur. ciuil. lib. 17. cap. 9. folio 37. numero 1.* Certum est primo in locis & partibus omnibus principatus in feudum ita concessi iurisdictionem principibus competere. Iurisdictio † enim vniuersaliter translata complectitur totum territorium, & omnia, quæ sunt in territorio Bart. *in l. 16. vers. ex hoc sequitur. colum. 4. de iurisd.* Bald. *in l. imperium. num. 3. vers. sed aduerte. col. 1. eod.* & Decius *in l. 1. num. 43. vers. quarto infert. colum. fin.* Fuluius Pacian. *consi 3. num. 47.* Nituntur enim principes in † territoriis suis, vt loquuntur interpretes intentione fundata, ita vt omnia sita in territorio eorum iurisdictioni subesse censeantur. Speculat. *tit. de feud. §. quoniam. quæst. 14.* Abb. *c. si diligenti. notat 2.* & ibi Henr. Boick. *colum. 1. de præscr.* Old. *consi. 176. in fin.* Socin. *consi. 86. numer. 6. & consi. 127. nu. 5.* Idem *in l. 1. nu. 25. de acquiren. poss.* Chassan. *consi. 158.*

13 14 15 16 17 18

num. 24. Anton. Gabr. Roma. com. concl. lib. 1. de præsump. concl. 9. Me-
noch. lib. 3. præs. 10c. Mascard. de probat. vol. 1. concl. 271. nu. 2. Rolan.
à Valle cons. 91. nu. 17. vol 2. Socin. Iunior consi. 52. nu. 9. vol. 3. Cephal.
19 cons. 539. num. 4. lib. 4. Nullus enim † locus præsumitur exemptus,
Bald. in l. insula. 9 de iudic. Mauer. in pract. forens. tit. de iudicib. & eo-
20 rum iurisd. nu. 22. vbi dicit: Quicquid est in regno, † ducatu, co-
mitatu, id de iurisdictione regis, ducis vel comitis dicitur, ita vt
in quocunq; loco territorii sui iurisdictionem exercere possit, per
c. cum Episcopus. de off. ord. nu. 6. & l. pupillus. §. territorium. de verb. sign.
Col. de process. executiuis. c. 1. par. 2.

21 Eiusdem generalitatis † vi quoque in causis omnibus iurisdi-
ctio principibus & aliis concessa censetur. l. si seruitus. de seruitu. vr-
banorum prædior. Donell. com. iur. ciuil. lib. 17. cap. 9. fol. 38. nu. 30. Cau-
22 sæ autem terminus † generalis est, omnem omnino litem in iu-
dicium deductam comprehendens, cap. super quæstionibus. §. nos
autem. & ibi gloss. de offic. delegati. c. ex parte. de verbor. significat. l. 2. §.
fin. al. C. de iuram. calum. Auth. qui semel. C. quomodo & quando iud. Bart.
d. l. amplius non peti. rem ratam haberi. Schrader. tract. feud. part. 10.
23 sect. 1. num. 69. De quocunque igitur † negotio, siue causa ciuili &
pecuniaria, vel criminali, reali & personali petitoria, & possesso-
24 ria ius dicere possunt. Generalis enim concessio † vim habet spe-
cialis concessionis, Curt. Senior consi. 49. Gozad. consi. 30. Crauet.
cons. 249. colum. 4. cons. 27. colum. 8. Laurent. Syluan. cons. 8. & consi. 65.
num. 17.

25 Non tantum autem quod ad territorium & causas, sed & per-
sonas quoq; iurisdictionis illa concessio generalis est, circa quod
26 principio obseruandum, quod iurisdictione † præditis omnibus
commune esse antea diximus, vt quidam eorum iurisdictioni
subiiciantur volentes, quidam vero inuiti, & necessitate iuris co-
27 acti. Ex inuitis quidam † ex sua, quidam ex aliena persona. Qui ex
sua, vel ex iure communi, vel priuilegio. Donell. comm. iur. ciuil. lib.
17. c. 10. Volentes iurisdictioni alicuius subiiciantur, qui cum sint
exteri, & ex alieno foro sponte sua alienam iurisdictionem sub-
eant, quod in vsu iuris prorogationem iurisdictionis appellamus.
Quæ autem, quomodo & ad quem effectum iuris reddendi po-
testas

testas extendi & porrigi possit, *lib. 1. c. 25.* explicatum est. Cum igitur generalis sit ista concessio, non tantum consentientes, sed & qui iuris necessitate iurisdictioni eius subiiciantur, comprehendi necesse est. Inuitorum autem, † in quos principum iurisdictio est 28
ex persona sua conuentorum, quidam proprie & principaliter, quidam per consequentiam principum iurisdictionem subeunt. Qui proprie † subiiciuntur subditi, exteri vulgo forenses appel- 29
lantur, gl. *in clem. 1. verb. subditos. de for. comp.* Dec. *in c. ad nostram. col. 1. vers. quis autem dicatur. de appel.* not. *in c. verum. in c. transmissa. de for. comp. l. fin. de accus.* Tib. Dec *cons. 18. n. 340.* Felin. *c. licet ratione delicti. nu. 23. de for. comp.* Abb. *in c. dilectus filius. nu. 5. de praescr.* vbi dicit, licet quis sortiatur forum in loco contractus, rei sitae delicti, tamen nō proprie dici subditū, nisi ibi habeat domiciliū, Col. *de process. execut. par. 2. c. 1.* Subditi enim † proprie sunt, qui in alicuius territo- 30
rio domicilium constitutum habent. Gloss. *in clem. 1. in verb. subditos. in fin. de foro comp.* Francus *in c. 1. nu. 2. vers. potes. de priuileg. nu. 6.* Castrensis *consi. 89. lib. 2.* Meichsner. *decis. camer. tom. 2. lib. 1. decis. 9. fol. 843. nu. 11.*

Ea. n. vis est domicilii † constituti, vt constituentem foro ac le- 31
gibus istius loci obliget. Priuilegiorum quoq; ac immunitatum participē faciat. Iac. de S. Georg. *in tr. de homagiis. nu. 32.* Chass. *in consuet. Burg. rubr. de feudis. § 3. vers. sed queritur.* Gylman. *rer. iud. cam. decis. 46. n. 36. l. 2. de iurisd. om. iud. l. adsumptio § filius. l. domicilium. ad municipal. l. ciues. C. de incolis. lib. 10. l. iuris ordinem. C. de iurisd. om. iud. c. cum sit generale. de foro comp.*

Domicilii verbum ἀνάλογον est, & † aliter apud Iureconsultos, a- 32
liud apud caeteros latinae linguae autores accipitur. Apud hos vox facti, † ac pro domo accipitur, Iureconsultis autem iuris ha- 33
bet significationem, quo quis vtitur cum aliis ciuibus. Idque dupliciter: interdum in genere † significat ius sortiendi fori, vt cum 34
dicitur, Romam esse commune domicilium omnium Romanorum. Si enim quis exterus eo venit, ibi conueniri potuit, & conuentus ibi se defendere debuit, nisi ius haberet reuocandi domum, *l. 2. § omnes. l. non alias. 24. de iud.* Sic quoque interpretes iuris tam ciuilis, quam Canonici generaliter *domicilii* vocabulo

Nnnnn 2 abutun-

abutuntur. Dum domicilium bonorum dicunt, quorum ratione quis alienæ iurisdictioni subiicitur. Vulteius *l. 2. C. de iurisd.* Non absimili quoque ratione domicilium originis dicitur, pro iure sortiendi fori in territorio & loco, quo quis natus est. Id enim non animus habitantis, sed natura constituit, *l. 4. & l. libertus. 17 §. pa-*
35 *tris domicilium.* Interdum specialiter † ac proprie dicitur locus, in quo quis sedem rerum suarum constituit, *l. ciues. C. de incolis, lib. 10. & in l. libertus. § sola domus. ad municipal.* & recte definitur locus,
36 in † quo quis habitat eo animo, vt ibi perpetuo cõsistat, nisi aliud auocet, *d. l. ciues C. de incolis. l. pupillus §. incola. de verb. signif. l. domicilium. ad municipal. glo. fi. a. in verb. inter absentes. in l. final. C. de præscript. long. temp. gl. l. forma. de censib.* Donel. *com. iur. ciuil. lib. 17. cap. 12.* Vult. *l. 2. C. de iurisd. nu. 17.*

37 Causæ constituentes † domicilium sunt duæ, habitatio & animus ibi perpetuo consistendi. Licet enim plures, quis in vrbe quadam ædes comparet, absque actu tamen habitationis domicilium non comparatur. Nec tamen solo habitandi actu, sed accedente simul animo perpetuo ibi consistendi, *d. l. ciues. C. de incolis lib. 10.*

38 Vnde autem colligatur animus † constituendi domicilii vltra apertam declarationem eius, qui statim ac vrbem habitare cœpit, se in ea domicilium constituere dicit, de qua Alciat. *in l. pupillo. §. incolæ. de verbor. significat.* Abb. *in cap. fur. de paroch.* plura post Alciat *d. l. §. pupillus.* congessit Zang. *in tractat. de except. c. 1. num. 7.*
39 *& aliquot sequentib.* Donell. *omnia, ex quibus animus habitandi, † perpetuo consistendi in loco aliquo colligatur,* ad duo capita contrahit. Vt is nimirum coniiciatur, ex muniis vitæ quotidianæ, quæ quis alicubi obeat, tum ex ordine & conditione personæ *com. iur. ciuil. lib. 17. cap. 12.*

40 Omnes itaque, qui in principum territoriis † domicilium cõstitutum habent, iurisdictioni eorum subiiciuntur *l. 2. de iurisdict. omn. iud. l. 2. §. legatis. §. sed etsi. de iud.* idque extenditur, vt non tan-
41 tum locum habeat in eo, † qui ipse domicilium constituit, sed & qui ex aliena persona in territorio iudicis domicilium habere intelliguntur. Vt olim dum iura seruitutis in vsu essent, liberti domici-

micilium patroni ſequebantur, *l. filii. in prin. ad municipal.* Seruus habitus ex ſeruitute in libertatem proclamans domicilio domini cenſebatur. *l. 1. C. vbi cauſa ſtat. agi debeat.* Et adhuc nupta, † quocunque loco habitet, domicilio & foro mariti obnoxia eſt, non tantum conſtante matrimonio, ſed & morte mariti ſoluto, donec in ſtatu viduitatis permanſerit, *l. filii. §. 1. ad municipal. l. exigere. de iud. leg. penult. in pr. de iuriſdict.* Donell. *com. iur. ciuil. lib. 17. cap. 2.* Tiraquel, *in tr. de nobilitat. cap. 18. nu. 17.* Zaſ. *in l. cum quædam puella. de iuriſdict.* 42

Non tantum autem domicilii ratione † in territorio principis forum ſortiuntur, ſi vterque litigantium ſtabilem rerum ac fortunarum ſedem in territorio principum habeat, ſed etiam ſi reus ſaltem in eo domicilium habeat; actor autem externus, vel alterius ſit fori. Certa enim iuris eſt regula, † actorem Rei forum ac domicilium ſequi debere, non tantum in ciuilibus ac pecuniariis cauſis, ſed etiam in criminalibus; *leg. 2. leg. in criminali. Cod. de iuriſdict. omnium iudic. l. vltim. C. vbi in reum actio exerceri debeat.* Idque extra controuerſiam eſt, ſi conſtat, vter ſit actor, vter ſit reus, ſi vero de eo ambigatur, vt ſunt exempla in cauſa ſtatus, & in duplicibus iudiciis de illis definitur *in titul. Cod. vbi cauſa ſtatus agi debeat.* 43 44

Quod nimirum in cauſis † ſtatus is ſit Reus, qui ex libertinitate in ſeruitutem vel in libertinitatem petitur, vel etiam aduerſus quē ex ſeruitute in libertatem, vel ex libertinitate in ingenuitatē fit proclamatio, elegāter Cuiac. *ad d. tit. C. vbi cauſa ſtatus agi debeat.* quem ibidem refert Vulteius: In duplicibus vero iudiciis, vt ſunt Familiæ Erciſcundæ communi diuidundo, finium regundorum, in quib. omnium, inter quos agitur par in agendo cauſa eſt, & actores ſunt & Rei. *l. inter. §. qui familia erciſcundæ. famil. erciſcund.* In Finium regundorum Iudicio à veterib. definitum eſt, actorē cenſeri, qui prior † ad iudicium prouocauit, & ſi ambo ſimul ad iudicium prouocent, ſorte rem dirimendam *l. in trib. 13. l. ſed cum ſeq. de iud. l. 2. §. 2. C. communi diuidund.* 45 46

Quod de actore extraneo diximus, non tantum locum habet in cauſa qua Actor Reum conuenit, ſed & Reus Actorem in eodē

iudicio in causis in quib. reconuentio à iure permittitur, conuenire velit, Principis in cuius iudicio conuentio instituta est, super recōuentione est iurisdictio, nec Actor reconuentus forum proprium reuocare potest, *l.1.§.fin.de extraord.cognit.l.cum Papinianus, & auth.seq.C.de sent.& interlocut.om.iud.c.1 de mut.pet* Robert. Maranth.*in Spec.par.4.n.1.& seq.*

Quod diximus personas omnes territorii Principum ratione Domicilii iurisdictioni Principum subiectos esse, hoc tempore locum habet, etiamsi subditus extra prouinciam natus, ibique domicilium originis habeat. Etsi enim ius illud ciuitatis, quod natiuitas tribuit, nunquam tollatur quocunque ex eo loco, quo ortus est, se quis conferat, *l.origine. C.de municip & orig.l.assumptio ad municip.* Cuiac. post Bar. *ad tit.de municip.& orig.* quod non tantum quoad honores & munera ibi subeunda, vt rescriptum est *in l.1.C.de munic.& orig.* Sed quoad iurisdictionem quoque locum habeat, si vt accipiunt interpretes Originarius in loco originis vel Patriæ reperitur, Alex. *in l.cum quadam puella.nu.5. de iurisdict.* Iuris Canonici interpretes, *in c.accedens, vt lite non contestat.& c.fin.de foro competent.* & alii, quos refert Zanger.*in tr.de except.c.1.nu.28.*

47 Hoc tamen tempore effectus ille domicilii originis sublatus † est generali Germaniæ consuetudine, de qua testatur post Ripam *in c.1.de iudic.* Gail.*lib.2.pr.obs.26.obs.num.7.* Licet hoc restringat ad absentes solummodo originarios, non autem si præsentes in loco originis deprehenduntur, sed generalis Ripæ definitio verior ac vsu probata, quam & sequitur Coler.*de proc.exec.par.2.c.1.n.17.* Ideo si quis alibi natus domicilium in Principis alicuius territorio constituit, etiamsi in loco originis reperiatur, ibi cōueniri nequit, sed fori præscriptione vti, & ad principis ordinarii iudicium reuocare potest. Zang.*in tr.de excep.c.1 nu.28.* Herm. Vult.*l.2.C.de iurisd.nu.18.*

48 Diximus eos tantum quoad personam † iurisdictioni principum subiici, qui in prouinciis eorum Domicilium habent constitutum. Sed dubitatur de Vasallis principum cuiuscunq; illi sint conditionis, Comites, Barones, Nobiles, vel alii, qui iuramento fidelitatis principibus tanquam Dominis feudi, nullo autem

Homa-

Homagio sunt obligati, & res feudales in territorio Principum sitas habent, domicilio, vel in suis Comitatibus, Baronatib. vel etiam in aliorum Principum territoriis retento. Et quod plene subiiciantur, † videtur ex eo, quod ab interpretibus quibusdam tra- 49
ditur, Vasallū feudi agnitione Domini reddi subditum, atq; subditorum appellatione contineri. Soc. *cons. 56. n. 1 li. 1.* Chass. *in consuet. Burg. Rub. 1. §. 4.* Bal. *in c. Imperialem. §. Illud quoq; vers. quaero ergo. de prohib. feudi alien. per Frid.* Marian. Socin. *c. ex controuersia. n. 3. de foro comp.* Vbi dicit: Domini in Vasallum ordinariam esse iurisdictionem, per *c. Caeterum.* vbi glos. *de iudic.* Wesenb. *tom. 1. cons. 59 num. 2.* cuius rationem afferunt: Quod vasallus iuret Domino fidelitatem & obedientiam, *titul. qualiter iurare debeat Vasall. & tit. de noua forma fidelitat.* in vsib. feudor. Soc. *cons. 272.* vbi dicit appellatione subditorum, de proprietate sermonis venire Vasallos, qui recognoscunt Dominum Crauet. *cons. 201. n. 17.* vbi concludit, eum qui ratione bonorum tenetur iurare fidelitatem, esse subditum simpliciter ac generaliter, quandoquidem non possit esse pro parte fidelis & pro parte non. Cum iuramentum sit indiuiduum, secundum Bal. *in c. 1. § cum autem, col. 2. de controuersia inter Dom. & Vasal.* Eandem opinionem sequitur & hac ratione confirmare conatur Cacheran. *cons. 9. n. 15.* Quod dicatur Vasallos de iurisdictione inuestitos esse ordinarios territoriorum, de quib. sunt inuestiti ex Innoc. *in c. Caeterum. col. 2. de iud.* Bar. *in l. si vni. n. 8. de re iud.* Abb. *in c. prudentia. n. 12. de off. ord.* Brun. *cons. 103. n. 4.* Sed ordinarij ratione iurisdictionis subiiciuntur iurisdictioni Principis, ad quē à sententiis Vasalli appellatur. Zas. *in Epitome feud. part. 7. num. 1. 6.* vbi dicit: Hodie Vasallos in Germania iurare, quod velint parere, cum paribus in iuredicundo, inde etiam esse, quod Vasallus sine Domini consensu iurisdictionem in aliam personam prorogare non possit Bar. *l. 1. §. & post operis: nu. 8. & 9. de oper. nou. nunc.* Sed illis nihil remorantibus † verum est, sola feudi recognitione 50
Comitem vel Baronem Principis ac Domini inuestientis ordinariae iurisdictioni non subiici. Etsi enim Dominus ex natura contractus feudalis iurisdictionem quandam acquirit, tamen non est ordinaria † & generalis, sed ad certos terminos restricta, 51
quos

quos in præiudicium ordinarii & generalis egredi nequit, de qua textus est singularis *in clem. Pastoralis §. denique. de sent. & re iudicat.* Idem notat Zabarella *num.* 3. Et est text. *in cap. 1. qualiter iurare debeat Vasall.* in vsib. feudorum. Vbi Afflictus *in prin.* Menoch. *præs. lib. 1. conclus. 09. num. 99.* Et vsque adeo contrahitur Domini Feudi iurisdictio, vt ei non tantum vniuersalis iurisdictio ordinaria denegetur, VVesenb. *tom. 1. consi. 1. num. 57. & tom. 2. consi. 78. num. 12.*
52 Sed ea certis tantum † causis feudalibus circumscribatur, iis ni-
53 mirum, quæ ad ipsam naturam, † id est, constitutionem, conseruationem, ac priuationem Feudi pertinent. gloss. *cap. 1. §. fin. verb. ad Dominum.* vbi Bl. *num. 1.* Afflict. *num. 3. de inuestitur. in maritum facta.* Felin. *c. cæterum. nu. 1.* & ibi Aretin. *num. 6.* Dec. *num. 3. de iudiciis.* Francisc. Curt. *tract. feud. part. 7. quæst. 8.* Hartman. Pistor. *qu. iur. lib. 1. quæst. 15. num. 27.* Vnde consentiens interpretum est sen-
54 tentia, recognito in feudum † Castro, iurisdictionem & imperium tanquam diuersa recognita non videri, vt exacte deducit Old. *consi. 121.* Alb. de Rosate *in l. imperiũ. in c. 1. de Capita. qui cur. vendidit.* Iac. de S. Georg. *in inuest. feud. in verb. d. Castro Rubri montis. n. 6. & in verb. dictiq. Vasalli promiserunt. n. 2.* plurib. Menoch. *lib. 3. de præ-*
55 *sump. 98. nu. 1.* Nec his aduersantur † quæ ex Socino, Chassaneo, Baldo, Curtio, Socino & aliis, quod vasalli subditi, & Dominus Iudex ordinarius dicatur, sunt adducta. Ea enim nõ de vniuersali subiectione, cuius respectu quis subditus, nec de generali ac proprie ordinaria iuris reddendi potestate, quæ in casibus Feudalib. Domino Feudi, tanquam ordinario speciali ad differentiã delegati cõpetit, dicuntur, pro qua sententia tex. est express. *in d. clem. pastoralis §. deniq. de re iudic.* vbi dicitur ratione feudi ipsum Imperatorem in personam Vasalli non habere iurisdictionem, nisi aliunde ratione Domicilii subditus sit, prolixe ibidem Cardinalis, Oldradus *consi. 43.* Socinus *consi. 1. num. 2.* Afflictus *in tit. qualiter iurare Vasallus. iur. fid. colum. 1.* Alciat. *consi. 460. num. 2.* Natta *consilio 139. numero 14.* Ægid. Boss. *in tractat. de crimin. læsæ Maiestat. numero 106.* In eam tandem sententiam veris victus quoque concedit Cachera, *d. consi. 9. num. 18.* Vbi subditum proprie & vere non feudi, sed domicilii ratione subiectum esse affirmat, ex gloss. communi-

muniter recepta *in clem. vnic. in verb. subditos. in fin. de foro competent.* quam ordinariam dicit Felinus *in cap. fin. num. 23. eodem titul.* Ægidius Boss. *in dict. tractat. de crimin. lasæ Maiestat. num. 95.* Bursat. *consil. 18. numero 1.* Idem Paris. *consil. 12. numero 14.* Ruinus *consil. 120. numero 9. in 4. volum.* Botta *consil. 1. numero 34. & consil. 97. numero 2.* & tantum de Comite vel Barone, cui tantum Dominium Comitatus vel Baronatus extra territorium à Principe in feudum concessum est. Quid si quoque iurisdictio vna cum † Castris & prædiis data sit? & Vasallum ordinariæ Principis po- 56
testati subditum esse videtur Guido Papæ *decis. 272.* Crauet. *consil. 20. num. 11.* Vbi dicit, quando aliquis recognoscit bona ab altero, necessario infertur de iure superioritatis alterius, in ipsis bonis, allegata ad propositum autoritate Bald. *in l. Censualis. C. de donat.* Guido Papæ *cons. 177.* Curt. Jun. *consil. 110. col. 2.* Ripa *lib. 1. Resp. cap. 28. num. 3.* & Jason *in cons. 65. in fin. lib. 3.* Menoch. *de arbitrar. iud. quæst. cap. 1. col. 42. num. 5.* Bursat. *cons. 27. nu. 4.* Masc. *de probat. vol. 1. concl. 544 n. 7.* Sed his nihil obstantibus verum est, non nisi in causis feudalibus Comitem, Baronem, Nobilem alibi Domicilium constitutum habentem, iurisdictioni Principis, Feudi Domini esse subiectum. Quoad actiones vero personales, descēdentes ex contractibus vel delictis & aliis omnibus, Princeps feudi Dominus non est competens Judex, *dict. clem. pastoralis. §. deniq. de sent. & re iudicat. & in c. qualiter iurare debeat Vasallus*, ita quoque definit Marian. Socin. *c. ex transmissa. n. 9. de foro comp.* Vbi ait, si non est quæstio super ipsa re feudali, aut de iniuriis vel causis tangentibus feudum, Ordinarius rei iudex est. Innoc. *in c. castrum de iudiciis.* Bal. *in c. 1. vol. 1. de inuest. in maritum facta.* Quibus in locis omnes affirmant: Quoties agatur alia via, vel tractetur alia quæstio quā feudalis siue ciuilis, siue criminalis ea sit, loci ordinarium non Dominum idoneum ac competentem esse Judicem. Ad ea vero, quæ ex Guidone Papa & aliis pro contraria sententia sunt adducta, respondendum ὁμωνυμίαν esse in vocabulo *superioritatis.* Quod in genere eminentiam ac prærogatiuam quandam significat, siue in rebus siue in personis. In specie vero ad iurisdictionem ordinariam & alia de quibus supra *lib. 1. cap. 6.* refertur. Hoc

autem loco, non de superioritate simpliciter in personam Vasalli, sed tantum de iis quæ ad iurisdictionem in causis feudalibus, item Dominium & alia iura realia Domino in re feudali reseruata pertinent, diserte à Guidone & aliis Dd. accipitur. Etsi autem & iurisdictio in feudum concessa bonorum iure, ac in ea concessa Dominus superior censeatur: Id tamen intelligendum est, quoad personas subditorum, non autem quoad personam ipsius Vasalli. Ea enim sola recognitione & conuentione feudaria Principi non subiicitur. Et tantum de Comitibus, Baronibus, Nobilibus vel aliis, vel ipsum Comitatum, vel alia bona extra Principis territorium in feudum siue sola, siue etiam cum iurisdictione recognoscentibus.

57 Quid vero si Comes, Baro, † vel Nobilis, Comitatum vel Baronatum, vel aliam rem allodialem liberam ac soli Imperatori subiectam Principi in feudum vna cum iurisdictione, quæ competit Comiti & Baroni, vel expressa vel tacita concessione imperij in subditos istius Comitatus vel districtus obtulerit, vel libera ac spontanea consensione, ac voluntate, vel eo, vel simili consilio & prudentia, qua rei suæ emptionem vtilem esse dicit Paulus *in leg. si in emptione, de contrahend. empt.* Stephan. Forcat. *de feud. capite primo, numero* 13. an quo ad personam ordinariæ potestati Principis subiiciatur. Et respondetur quod non: Quia vt antea est explicatum, ea quo ad iurisdictionem acquirendam est natura recognitionis feudariæ, vt in Dominum saltem transferat iurisdictionem certam ac limitatã, in causis nimirum constitutionem, vel priuationem feudi concernentibus. Non vero simpliciter in personam Vasalli alibi domicilium constitutum habentis. Et aliud est Comitatum vna cum iurisdictione vniuersa in subditos, per recognitionem Principi subiicere. Aliud vero se suamque personam simpliciter tam ratione personalium actionum aliunde quam ex feudo descendentium quam realium non ex feudi legibus proficiscentium, ordinariæ eius potestati ac iurisdictioni submittere. Cum itaque actus agentium vltra intentionem eorum operari non debeant, *leg. non omnia.* & ibi Dd. *Si cert. pet.* non sequitur Comitem, Baronem, vel Nobilem dire-

ctum

ctum Dominium tam Comitatus quam Jurisdictionis in subditos, in principem per recognitionem feudalem transferentem, personam quoque suam à iurisdictione immediata imperij eximere, ac simpliciter Principi se subiicere voluisse. Nec si velint, id in præiudicium imperij facere possint. Quod res inter alios acta aliis non præiudicet. & id quod nostrum est sine facto nostro ad alios transferri nequeat, *l. id quod nostrum, de reg. iur.*

Et quæ hactenus, de Comitum, Baronum, † Nobilium, Va- 58
sallorum, Principum, extra territorium Principum domicilium constitutum habentium, ordinaria eorum iurisdictione immediate, de iure quidem certa sunt, secus vero, si vel spontanea eorum subiectione vel conuentione & præscriptione aliud sit introductum.

Et tantum de personis illis † qui proprie & respectu persona- 59
lis subiectionis ex constitutione domicilij Principibus sunt subiecti, sequitur de improprie subiectis, qui non ratione domicilij principibus, sed aliis sunt subiecti, qui quod sint ex aliena iurisdictione & aliam ob causam forum sortiantur, forenses appellantur. Subiiciuntur autem alieni domicilij ac fori personæ iurisdictioni Principum pluribus ex causis. Ac primo, si alteri Principi † vel Reipubl. subiecti obligationem in domicilio Principis 60
contraxerint. Vbi enim quis contraxit, ibi si cum eo agitur, se defendere debet *libro 1. 2. & 3. de rebus autor. Iud. poss. l. hæres. §. 1. & §. proinde. de iud. l. 1. C. Vbi de ratiocin. agat.* Donell. *com. iur. ciuil. li. 17. cap. 14.* Herman. Vult. *l. 2. num. 10. C. de iurisdict.* Costal. *l. 1. de iudic.* Marian. Socin. *c. dilecti filij. n. 7. de foro compet.* Prolixe Zang. *in tract. de except. c. 1. n. 411.*

Secundo ex delicto quoque alieni fori homines † principum 61
Jurisdictionem subeunt, idq; duabus ex causis. Primo, quod in territorio ipso Principis deliquerint. *l. 1. &* ibi Bl. *C. vbi Senat. vel clariss. c. postulasti. & c. vlt. de foro compet. l. 1. & Auth. quæ in Prouincia. C. vbi de crim. agi oport. l. si cui. §. pen. de accus.* Zang. *in tr. de except. c. 1. n. 86. & seq.* Donell. *com. iur. ciuil. li. 17. c. 16.* Herm. Vult. *l. 11. C. Vbi de criminib. agi oporteat.* Secundo etiamsi in territorio Principis maleficium non perpetrauerint: tamen sibi saltem reperiantur sontes,

 prehen-

prehendi, accusari ac puniri possunt *l. 1. C. ubi de criminib. agi oportet.* Idq; propter vtilitatem publicam & vigorem disciplinę publicæ commemoratam *in l. locatio. §. quod illicite. de publ.* qua exigitur ne maleficia sint impunita, vt pacatæ ac tranquillæ sint Prouinciæ ab improbis ac sceleratis hominibus *l. ita vulneratus. ad l. Aquil. l. 3. de offic. præsid.*

62 Tertio, Principum quoque iurisdictio est † in extraneos, *leg. quod 38. de iudic.* qui res in territorio ipsorum sitas habent, Speculat. *lib. 2. part. 2. de comp. iud. adit. nu. 4.* Ac de possessione quocunq; interdicto agatur, siue adipiscendæ, retinendæ vel recuperandæ relatum est *in l. vnic. C. vbi de possess. ag. l. 1. quos bonor.* de proprietate. *l fin. C. vbi in rem actio exerceri debeat, siue rei mobil. vel immobil. l. quod legatur. de Iudiciis.*

63 Quarto Principis etiam iurisdictioni † subiicit, cœptum coram eo iudicium, si postquam inchoatum est iudicium, Reus cōuentus vel domicilio mutato aut nouo priuilegio proprij iudicis quæsito, alterius fori esse cœperit *l. si quis posteaquam. de iudic.* Hoc

64 autem tempore iudicium non tantum † cœptum dicitur, quando lis contestata est (quod proprie iudicium cœptum olim dicebatur. *l. 1. C. de iud.* Donell. *com. iur. libr. 17. cap. 18. in princ.*) sed & quando Reus in iudicium saltem vocatus est, *d. l. 1. si quis posteaquam de iudic.* Herm. Vult. *l. 2. n. 10. C. de iurisdict.*

65 Ex aliena Persona † conuentus iudicis alterius, quam sui vel ordinarij iurisdictionem quis subit, ex facto aditæ hæreditatis. Hæres enim eum in vniuersum ius defuncti succedat, merito eius iure vti debet *l. qui in ius. de regul. iuris. l. quoties. l. hæredes. 12. de hæred. institut. leg. cum hæres. de diuers. & temporalib. præscript. §. 1. Authent. de iureiur. à def. præst. leg. veteris. C. de contrahend. & com. stipul.* Schraderus *in tractat. feud. part. 3. cap. 2. num. 2.* Vbicunque igitur, & quacunque ex causa defunctus conueniri potuit, ibi & hæres se defendere cogitur, nulloque suo proprio priuilegio excusatur, *l. hæres. in princip. de iudic.* Quæ Vlpiani verba posteriora non tantum de priuilegio priuato, diplomate singulari à Principe impetrato, sed de communi etiam & publico, quod certo personarum generi legibus publicis tributum est, quale est militum,

scho-

ſcholarium & clericorum accipienda eſſe, & rationibus & exemplis erudite oſtendit Donel. *com. iur. ciuil. lib. 17. cap. 12.*

Eundem effectum habet litis alienæ vel ſponte vel neceſſitate ſuſcepta defenſio. Non enim defenſor reuocando domum vel allegando priuilegium ſui iudicis auditur, ſed forum defendendi ſubire cogitur. *l.* 1. & ibi Bal. *Vbi in rem act. l. venditor. de iud.* Gail. *obſ. lib. 1. obſ. 37. n. 7.* Donel. *com. iur. ciu. lib. 17. c. 11. in fine.*

Quæ de perſonis tam volentibus, quam inuitis ex ſua vel aliena perſona principum iuriſdictioni ſubiectis ſunt præmiſſa, regulariter locum habent in perſonis omnibus etiam priuilegiatis. *l. in fraudem. 15. §. fin.* & ibi Bald. *de teſtament. milit.* Tiraquel. *in tr. de vtroque ret. par. 1. §. 1.* gl. 14. *n. 96.* Schrad. *in tr. feud. part. 10. ſect. 1. num. 13.* Item non tantum in plebeis, ciuibus & ruſticis, ſed etiam Nobilibus, Baronibus, Comitibus, principibus quoq; & maiore dignitate antecellentibus. Etſi enim pari in parem nulla competat poteſtas, multo minus inferiori in ſuperiorem. *l. minor autem Magiſtratus in princ. de minorib. l. ille à quo. §. tempeſtiuum.* & ibi Dd. *ad SC. Trebell. c. cum infertur. §. ibi,* Felin. *de maiorit. & obed.* Cattelin. Cotta *in memorabilib. in memoriali.* incip. *par in parem.* Bl. *leg. 1. col. 3. C. de ſeru. fugit.* Felin. *in cap. cum contingat. de reſcript.* Eatenus vt nec conſuetudine vel moribus diuerſum quid induci poſſit. Roch. de Curte *in tract. de conſuetud. num. 225.* Schrad. *part. 10. ſect. 1.* Id tamen locum non habet, ſi par vel ſuperior paris vel inferioris iuriſdictioni ſe ſubiiciat, *l. eſt receptum.* 14. & ibi Bart. Bald. Angel. Paul. de Caſtro, Alex. Jaſon, & Dd. *de iuriſd. omn. iud. l. ille à quo. §. tempeſtiuum. ad SC. Trebel.* Soc. *reg.* 249. *in not. fin.* Schr. *in tract. feud. part. 10. ſect. 1. n.* 42. Eo enim caſu minor vel æqualis iuriſdictionem habens ei, id eſt, ad vtilitatem eius & aduerſus eum ius dicere poteſt. *l. 1. & 2. de iudic. l. 1. C. eod.* Baro. *l. eſt receptum de iuriſd. omn. iud.* Si igitur Nobilis, Baro, Comes, vel etiam Princeps vel directo imperio vel alteri Reipubl. parens, vel ſponte Principis iuriſdictionem prorogauerit, vel in eius territorio domicilium conſtituerit, vel contraxerit, deliquerit, aut res & bona ibi comparauerit, æque vt alij inferioris conditionis homines iuriſdictioni Principis ſubiicitur, vt patet ex antea deductis. Leges enim

generaliter loquentes, generaliter intelligendæ, & ad res ac personas omnes sunt extendendæ. *l. 1. § cum vrbem. de offic. præf. vrb.* Bal. *cons.* 191. incip. *in testamentis. libr.* 1. Crauet. *consil.* 3. *num.* 1. & *cons.* 133. *nu.* 5. Etiam priuilegiatas. *l. in fraudem.* § *fin.* Et ibi Bald. *de testament.* Bald. *in l. omnes populi. ante finem de iustit. & iure.* Dec. *in l.* 1. *col.* 2. *de regul. iur.* Borchold. *cons.* 11. *fol.* 140. Ac in specie de illustribus Comitibus Schvvartzburgensibus qui licet singularem aliquam præeminentiam supra alios comites habeant, puta præcedendo aliis, aut quod de primis comitibus regni numerentur, aut nominentur, ac illorum loco esse videantur, qui sint adepti comitiuam primi generis, qui ducibus æquiparentur, *argum. l.* 1. *de comitib. & Trib. schol. & l.* 1. & 2. & *de comitib. rei militaris.* Si tamen domicilia intra prouinciam Thuringiæ, aut maiorem partem bonorum suorum ibi habeant, vel assiduè ibi commorentur, quod coram illustrissimis ducibus Saxoniæ, Thuringiæ Landgrauiis conueniri possint, iisdem verbis tradit Henning. Goden. *consil.* 39. *de iurisd. num.* 7. & 8.

66 Deinde principibus † non tantum personæ singulares, sed etiam collegia, corpora, ciuitates & vniuersitates, quæcunque
67 sint, in territorio eorum subiiciuntur. Quod regulariter † generalis dispositio non tantum personas singulares, sed corpora quoque & vniuersitates complectatur, *l. si quis id quod.* § *fin.* & *l. familia. de iurisdict. l. item ait Prætor. cum l. ergo sciendum. ex quibus maior. l. nihil. ad SC. Maced. l. sed si hac.* § *qui manumittitur.* & ibi Bald. *de in ius voc. l. metum.* § *animaduertendum, quod metus causa.* Menoch. *de arbitrar. iud. quæst. lib.* 2. *casu* 183. *num.* 13. Schrad. *in tract. feud. part.* 10 *sect.* 1. *num.* 15. & *sect.* 5. *num.* 9.

68 Licet autem ita sese habeant, † quæ de generali ac vniuersali concessione iurisdictionis principum, tam quoad territorium, quam personas & causas diximus. Sciendum tamen est, quæcunque hic dispositio sit, quantumcunque generalis in attribuenda iis iurisdictione, de sententia legis ea loca, causas, personas & actus iudiciales exceptas esse intelligi, quæ alio iure & attributione generali non placet contineri. Certum est enim in vniuersum iis, quæ generaliter tractata sunt, per speciem derogari. *l. in toto iure.*

*iur. de reg. iur. l. si peculium, in pr. de man. test.* Cuiac. *in d. l. in toto iure, de reg. iur. in fin.* Boëta *cons 41. num. 20.*

Sunt autem causæ restrictionis † in duplici differentia, vel enim limitatur iure communi vel singulari. Ex iure communi, 69
quadrupliciter † restringitur. Primo, quoad territorium, Secundo, quoad causas, Tertio, quoad personas, Quarto, quoad partes iurisdictionis siue actus iudicij. 70

Quoad territorium itaque † generalitas iurisdictionis primo limitatur, quoad monasteria, templa, & Basilicas: Hæc enim non principum ac dominorum politicorum, sed Episcoporum, in quorum diœcesi sita & condita sunt, potestati & iurisdictioni esse subiecta, cap. præcedenti expositum est. 71

Secundo restringitur, vt locum non habeat in domibus ac prędiis † militarium ordinum, Marianorum siue Theutonicorum, 72
& S. Joannis Hierosolymitani, qui & Hospitalarij dicuntur à Xenodochio titulo Diui Joannis Hierosolymis excipiendis peregrinis templum Domini inuisentibus extructo, cuius ministerio se viri nobiles deuouerant, qui postea milites Rhodienses, vel Rhodiani (rectius autem Rhodij) appellantur. Ægid. Thomat. *de collectis. §. si quisspiam.* vbi disputat, an etiam immunitate collectarum gaudeant, nunc Melitenses, à possessione istarum insularum appellantur, quæ à iurisdictione principum politicorum exempta & libera adseruntur. Huius ex priuilegio Cæsaris Rudolphi Primi, relato & confirmato à Carolo Quinto Augustæ, anno 30. Illius vero Friderici Primi, anno 1185. Philippi anno 1227. Rudolphi anno 1274. Adolphi anno 1295. Caroli Quarti anno 1378. à Ferdinando Augustæ anno 1559. corroborato. Paria autem sunt esse extra territorium & in loco exempto, ex Chalderino *consil. 13. de foro compet.* Zasius *in l. fin. de iurisdiction. omni. iudic.* Et quod non tantum in personas, sed res quoque & prædia sacrorum ordinum Rectori eorum, quem Magistrum dicunt, omnis iurisdictio competat, refert quoque Joachim. Stephan. *de iurisdict. lib. 4. cap. 10. num. 25. & 26.* Johannitarum ordinis priuilegiorum meminit quoque Pontifex *in cap. exhibita in extrauagant, c. suarum. c. 11. de priuil.* & ibi gl. Pet. Gregor. Tholosan.

*syntag. iuris vniuers. lib. 15. cap. 34.* apud quem de vtriusque ordinis origine legibus ac statutis videantur plura, *c. 34. 35. & 36. dicti lib. 15.* In primis vero Henricum Pantaleonem in historia ordinis Iohannitarum Rhodiorum aut Melitensium, Basileæ edita, Anno 581.

73 Tertio restringitur, vt locum † non habeat dicta generalitas in principibus ac ordinibus quorum territoria in districtu Rotvvilano sita sunt, de quibus repetantur, quæ dixi proxime capite præcedenti.

74 Quarto non habet locum in arcibus communibus † ac prædiis collegiorum nobilium, vulgo die GanErben Häuser oder Schlösser. Quorum in genere fit mentio Decreto Comitiali, Anno 1500. Augustano, *titul.* Wider der GanErben Schloß. *& Ordination. de pace public.* Wormatiæ, *Anno 1521. edita, eodem titulo.* Et Ordinat. Cameræ, *part. 2. tit. 13. vocabulum* GanErben / aliter apud Saxones, aliter in locis superioris Germaniæ accipitur,
75 *Articulo* enim 17. LandtRecht / *libr. 1.* GanErben dicuntur † hæredes collaterales posteriores fratribus & sororibus, ita ab eundo, vel properando dicti, quod facilior & expeditior eorum sit successio, nulla sexus, sed gradus tantum propinquitatis habita ratione *dict. artic. 17.* §. Vatters vnnd Mutters / *versicul.* Diese heissen die Sachsen GanErben / & ibi gloss. *in verb.* GanErben / Modestin. Pistor. *consil. 21. numer 43.* In actis vero ac decretis Comitiorum GanErben Häuser oder Schlösser / dicuntur arces plurium nobilium familiis communes, quasi Gemeiner Erben Schlösser / dicto decreto Comitiali Augustano, *titul.* Wider der GanErben Schlösser / *in princip.* Wie auß vnd in die Gemein GanErben Schlösser. Et Wormaciensi, anno 1521. *tit.* Wider der GanErben Schloß / *in princip.* ibi. die Gemein GanErben Schloß. *versic.* Ob die / *ibi.* in den gemeinen Schlössern / *& versic.* solch Erb: *ibi,* allen gemeinen GanErben Schlössern / *dict. part. 2. Ord. tit. 13. in pr.* ibi, Das Gemein GanErben / & §. Wir wöllen / ibi, Wo die gemeine Erben / & Gemeines Enthalts / oder Gerechtigkeit. Petr. Denais. *iur. Cam. tit. 256. verb. receptatores. num. 2.* Tales sunt arces Gelnhusana, & Frideburgens, quarum præclararum exemptionum

privilegia

referuntur catalogo priuilegiorum *in verbis* Gelnhäusische Freyheit/ *fol.* 425. & 430.

Quinto fallit quoque in domibus † ac prædiis Canonicorum 76
liberorum in ciuilibus Episcopi vel Archiepiscopi autoritatem temporalem non agnoscentibus, sed immediate imperio & Cæsari subiectis, Das frey Keyserliche Stifft seyn. Qualia sunt collegia Canonicorum Bruxellæ in Praurheim. Item in Burschedt prope Aquisgranum & Arnuel prope Sarbruccum, Gail. *obs.* 30. *lib.* 1. *num.* 9. Wilhelm. Roding. *Pand. Cam. lib.* 1. *tit.* 4. *num.* 14.

Sexto in prædiis nobilium † immediate imperio subiectorum, 77
vulgo die freye Ritterschafft / welche ohne Mittel der Keyserlichen Mayestet/ vnd dem Reich vnterworffen. Decreto Augustano anno 1555. §. Vnd in solchen Frieden. Ord. Cam. *part.* 2. *tit.* 5. Qui † à 78
loco in 3. class. tribuuntur, Die Freyen vom Adel im Lande zu Francken/ Schwaben/ vnd am Rhein/ Decreto Augustano 1500. *tit.* Wie man mit der Ritterschafft zu Francken / Schwaben vnd Rhein Landen handeln soll/ & Decreto Spirensi 1542. Demnach haben wir. Septimo, In liberis imperij vrbibus † territoriis principum com- 79
prehensis. Hæc enim & præmissa omnia vt exempta extra districtum esse censentur, Damhoud. *in enchirid. parium vers. territorium* Schrad. 2. *part.* 9. *partis principalis n.* 157. Petr. de Anchor. *cons.* 437. *n.* 3. Surd. *decis.* 129. *n* 17. Knich. *de iure territorij c.* 4. *n.* 23. *& seq.*

Secvndo, quoad Cavsas fallit, primo in causis † spiritua- 80
libus vel spiritualitati, vt loquuntur, annexis, quorum cognitio vigore iuris Canonici non ad Politicos, sed iudices Ecclesiasticos spectat. Quod, quibus in casibus & locis hoc tempore locum habeat, capite præcedenti expositum est.

Secundo limitatur in causis † feudalibus. Inter effectus enim 81
concessionis † feudalis præcipuos refertur, quod dominus feudi 82
concedendo alicui feudum eo ipso iurisdictionem beneficiariam, siue feudariam in personas vasalli ac feudum ipsum acquirat, Rosenth. *in tr. feud. c.* 12. *concl.* 1. *n.* 3. Ardiz. *in sum. in vsus feudor. c.* 138. Curt. *part.* 7 Zas. *part.* 11. Hanneto *lib* 4. *iuris feudal, c.* 1. Ant. Cont. *in method. de feudis. c.* 11. Sed & conuasalli, siue pares curiæ natam de feudo quæstionem sententia sua terminare possint. Han-

neton Ardiz. Curtius Zasius *dictis iam locis*. Francisc. Duar. *comm. in consuetud. feud. c.* 20. *num.* 1. *&* 2. Baro *de feud. lib.* 4. *c.* 5. *in fin.* De vtroque prolixe Schrad. part. 10. *tract. feudal. c.* 1 2. 3. 4. 5. *&* 6. *& seq.* Rosenth. *in tract. feud. c.* 12. *concl.* 1 2. 3. 4. 5. 6. 7. *&* 8.

83 Etsi autem Causæ terminus † sit admodum generalis, omnem omnino litem in iudicium deductam, comprehendens, *c. ex parte, de verb. sig. l. fin. C. de Sacrament. calum.* Bart. Bald. Alex. & Iason *in l. causas. C. de transact.* & causa feudalis dicatur omnis, in qua fit mentio feudi. Bald. *in cap.* 1. *§ si qua controuersia. nu.* 2. *de pace Const.* Schrad. *in tract. feud. part.* 10. *sect.* 1. *n.* 68. Limitatio tamen prædi-
84 cta † non de omni lite inter vasallos, nec quoque controuersia mota de feudo, vel occasione feudi, sed de illis tantum intelligitur, quæ de consuetudinibus, siue legibus feudalibus descendũt, & quando de feudo controuertitur, vt de feudo, non autem de alia qualibet re. Hostiens. Innoc. Anton. de Butr. Felin, & cæteri, *in c. Cæterum. de iudic.* Socin. *cap. ex transmissa de foro comp.* Schrad. *dict. part. & sect. n.* 29. 30. 31. *&* 32. Et quod controuersia non descendens ex legibus aut consuetudinibus, siue pactis feudalibus etiamsi de prædio in feudum dato agatur, non ad dominum feudi, sed ad ordinarium rei iudicem spectet, nisi dominus simul sit ordinarius, vel, vt ait Bald. *in rubr. de iudic. sect.* 1. *num.* 7. *& in cap. cæterum. num.* 4. ibi, *nisi domino iurisdictio quoque in feudum concessa sit*, quo casu dominus tanquam ordinarius cognoscit, post Alex. *cons.* 79. *num. libr.* Mynsing. *obs* 99. *num* 3. *&* 7. *cent.* 1. plurium aliorum autoritate comprobat Rosenth. *tract. feud. cap.* 12. *concl.* 2. *num.* 3. *lit. A.* Item quod non de omni causa, quæ vasallum concernit, dominus cognoscere possit, sed de ea saltem, quæ ipsam feudi naturam respiciat, alias autem omnes regulariter ad iudicis ordinarij cognitionem pertinere, textus sunt, & communiter tradunt Dd. *in c.* 1. *in fi.* 1. *apud quem vel quos. & in c.* 1. *de inuestitura de re aliena facta*, & not. Bald. *in c.* 1. *§. inter pares. col.* 2. *vers. ita ponit. l. de leg. Conradi.* vbi duas tantum causas ad naturam feudi, & sic proprie ad domini cognitionem spectare ait, ipsius nimirum feudi constitutionem vel conseruationem, & priuationem. Hartman. Pistoris *quæst. lib. quæst.* 15. *num.* 27.

Quomodo autem propter neglectam † vel denegatam iustitiam, tam ante, quam post litem cœptam iurisdictio dominorum & parium tam per viam appellationis, quam querelæ deuoluatur ad ordinarium, prolixe declarant Schrad. *part.* 10. *tractat. feud. sect.* 4. *vers.* 6. *& vltimo quæro vsque ad fin.* & Rosenth. *c.* 12. *concl* 2. *nu.* 59. *vsque ad finem conclusionis.* 85

Tertio restringitur quoque iurisdictio † principum in causis violatæ vel turbatæ pacis publicæ. De qua cōstitutio primo promulgata sub Maximil. I. in Comitiis Wormaciensibus An. 1495. postea repetita Augustæ Anno 1521. Noribergæ 1522. Augustæ Anno 1548. & 1555. & sequentibus Comitiis. Qui enim contra has constitutiones vel committendo, vel omittendo delinquunt, Decreto Ratisbonensi Anno 94. §. Also ist auch zweiffel/ sola facti qualitate considerata, ac nulla habita ratione, an mediate, vel immediate imperio vel principibus & aliis inferioribus sint subiecti in aula Cæsarea vel Camera cōueniuntur. Constitutione enim de pace publica profana omnes omnium ordinū atq; conditionum homines tenentur, nec vlla ratione à Cæsaris vel Cameræ iurisdictione eximi possunt. Ord. *p.* 2. *tit.* 9. So jemand. Gail. *obs. lib.* 1. *de pac. publ. c.* 1. *n.* 9. *& seq. c.* 11. *n.* 1. 2. 3. 4. *&* 5. Wilh. Rod. *pand. Cam. lib.* 1. *tit.* 7. *n.* 40. Myns. *cent.* 5. *obs.* 50. Schvvan. *proces. Cam. lib.* 1. *c.* 14. exceptis solummodo Ducatus Brabantiæ subditis, qui vigore transactionis Burgundiæ in Comitiis Aug. an. 1548. non nisi coram iudice ordinario ad pœnam banni vel iuris communis accusari possunt. Gail. *de pac. publ. c.* 11. *n.* 6. Et clericis mediate imperio subiectis, qui accusati in Camera fori præscriptione, vt coram ordinario Ecclesiastico conueniantur, vti possunt. Gail. *de pac. publ. c.* 1. *n.* 16. Noc Meurers Cammergerichts Proceß/ *part.* 2. *tit.* 66. Schvvan. *process. Cam. lib.* 1. *c.* 14. *n.* 3 *&* 4. 86

Facti autem qualitate ordinatione † requisita, tanquam forma ad vnguem non probata iurisdictio cameræ, neq; in puncto mandati de restituendo, nec citationis fundata. Sed reus in vtroque puncto absoluendus, & causa ad ordinarium remittenda, coram quo actor reum pro facti qualitate super spolio vel iniuria conuenire necesse habet. Decreto Ratisbonens. anno 94. §. Dieweil 87

dann ferner. Gail. *de pac. pub. lib. c.* 13. Wilhelm. Rhoding. *pand. iur. Cam. lib. 1. tit. 7. n.* 39.

88 TERTIO, Quod ad PERSONAS, fallit primo † in personis clericorum, qui non politicis Magistratibus, sed Episcopo tanquam ordinario suo sunt subditi, *l. placet. C. de episc. & cler. Auth. statuimus. C. de episc. aud.* Id quibus in casibus locum habeat, & restringatur, traditur cap. præcedenti.

89 Secundo in personis † Equitum Marianorum, & Rhodiorum siue Melitensium, qui ab aliorum Ordinariorum iurisdictione exempti ordinis sui Magistris subiiciuntur, Joachim. Steph. *in tr. de iurisd. lib. 4. c.* 10.

90 Tertio, In personis nobilium † possessorum arcium communium, vulgo Der GanErben / Burgmänner oder Burgleuthe / qui non tantum à principum ordinaria iurisdictione sunt exempti, sed Cæsaris & Cameræ quoque respectu primæ instantiæ priuilegium beneficij Caroli Quarti, & sequentium Imperatorum obtinuerunt. *Catalogo Priuilegiorum verb.* Gelnhäusische Freyheit / *fol.* 426.

91 Quarto, In Canonicis siue Capitularibus † Bruxellensibus, Burschedensibus ac Arnuellensibus soli Cæsari & imperio, vt antea diximus, subiectis.

92 Quinto, In personis nobilium † solum Cæsaream iurisdictionem agnoscentium.

93 Milites criminum rei † Magisteriæ iurisdictioni subiiciebantur, iure veteri Pandectarum *l. 4. §. reg. de re militari.* Cuiac. *in l. proposuisti. C. de foro compet.* Herman. Vulteius *in l. magisteria. C. de iurisdict. & in l. vnic. C. in quib. caus. mil. fori præsc. vtuntur.* Constitutionum vero iure ordinariæ præsidum prouinciarum subiacent iurisdictioni, ne sub prætextu priuilegij militaris laxetur disciplina publica, & publicæ vtilitati aliquid detrahatur. *l. 2. C. de priuileg. schol. lib. 12. & l. vltim. de Castrensianis & Ministerian. lib.* 12. Quid au-
94 tem hoc tempore † seruetur præter constitutionem imperij, vulgo, Röm. Keys. May. Reuterbestallung / Anno 1570. publicatam ex peritis rei militaris discendum est.

In causis ciuilibus † olim nullo fori [illegible] vtebantur, sed

in loco

in loco domicilij conueniendi erant, *l. municeps ad municipal.* Paul. Castrens. *in l. penult. C. de iudic.* Jure vero singulari constitutionum iurisdictio Magistro tributa est, *l. penultim.* & ibi Cyn. Bald. Paul. de Castro & alij, *C. de iurisd. l. pen. C. de iudic.* Zang. *in tract. de except. c. 1. n. 123.*

Septimo fallit in scholaribus, † qui etsi ex recepta interpretum sententia in loco, quo literis operam dant, habeant tres iudices, Magistrum Vniuersitatis, diœcesanum & præsidem politicum, vt probant ex *proœm. ff. §. fin. & Auth. habita. C. ne fil. pro patre.* Herman. Vulteius *l. 1. C. de iurisdict. om. iud.* Ac de præside etiam probatur hac ratione, quod extra controuersiam sit, licet scholastici, qui studiorum causa in loco aliquo commorantur, non censeantur contraxisse domicilium, nisi post decennium ibidem transactum, *l. 2. C. de incol. libr.* 10. tamen priuilegiis ciuium & subditorum vtuntur, Bart. *in tr. repress. n. 5. q. 1. nu. 12.* Jo. de Plat. *l. ciues. C. de incol. lib. 10.* Quod extra fauores ad odia & incommoda non esse porrigendum docet Ang. Aret. *in §. ius ciuile. Inst. de iur. nat. gent. & ciuil.* Tiraq. *in tract de nobilitat. cap. 6 num.* 491. Ripa *in l. 1. n. 7. de leg. 1.* Hoc tamen certum est ex priuilegio Friderici *in d. Auth. habita.* vt optio detur, vel coram Magistro, quem honoris causa etiam dominum appellat Imperator, vel Episcopo conueniri velint. Hub. de Bonacursu *in princ. rub. quomod. exam. ord. nu. 40.* Licet autem generalis sit dispositio † de iurisdictione in scholasticos de Magistris, scholaribus omnibus, *auth. & § fin. dicti proœmij Pandectarum de legum Professoribus:* Vsu tamen horum temporum absque discrimine omnibus scholarum Magistris ac Professoribus iuris inter scholares vel reum scholarem, & alios iudicandi facultas non permittitur: sed more in scholis Europæ ferme publicis omnibus recepto singulis semestribus Rector creatur, qui de consilio Senatus Academici, vel Adsessorum ius dicit. Præterea licet etiam, quo ad loca studiorum in genere disponat *dict. Authent. habita.* Restringitur tamen ad scholas tantum publicas, siue Academias, quas vulgo Vniuersitates & studia generalia & priuilegiata appellant. *cap. tuæ. de cleric. non resid. cap. 2. de priuileg. in 6.* Salic. *in dict. Authent. habita. num. 18. C. ne fil. pro patre.*

96 97

*tre.* & ibidem Bologn. *num.* 284. Hostiens. *in sum. de magistr. scrin.* & ibi Abbas & Felin. Bald. *in proœm. decret. num.* 40. Luc. de Penna *l. 1. col. fin. C. qui ætat. vel professione se excusant. lib.* 10. Horat. Lucius *in tract. de priuileg. in fin. de his, qui gaudent priuileg. schol. nu.* 23. vbi exempla studiorum generalium, tam priuilegio, quam consuetudine approbatorum enumerat.

98 Qualis autem & quanta † iudicibus scholasticis hoc Imperatoris Friderici priuilegio iuris reddendi facultas tributa sit? an plena vel integra, tam in capitalibus, quam pecuniariis causis? An vero solummodo in ciuilibus, non vsque adeo inter interpretes expeditum est. Ac in ciuilibus solummodo concessam esse post Bald. Angel. Paul. Castr. Lucam de Penna sentiunt Pacius, Donellus, & alij allegati à Petro Heigio hosce sequent. *quæst. part. 2. quæstio. 11. num. 7.* argumenta referuntur à Scipione Gentili, *de iurisdict. lib. 3. c. 17.* Vtramque autem, tam ciuilem, quam criminalem iurisdictionem, Authentica hac contineri rectius post Accursium & Bartolum arbitrantur Julius Clarus *receptar. sentent. §. fin. q.* 35. Horat. Lucius *de priuil. schol.* 65. *versic. amplia.* Scodobius *in d. Auth. versicul. veruntamen. num. 1. folio* 126. Quam sententiam multis rationibus confirmat, & ad contraria respondet Scipio Gentil. *de iurisdict. libr. 3. cap.* 17. Sed inanis & otiosa hoc Reipublic. statu de Authenticæ illius interpretatione videtur disceptatio, quo non vt Friderici Primi æuo iurisdictio omnis in pleno Principis est arbitrio, sed ad iuta patrimoniorum redacta. Quantum igitur Rectoribus scholarum, imprimis nuper institutarum de iurisdicendi potestate sit permissum, ex concessione eorum in quorum iurisdictione sunt erectæ vel possessione legitima metiendum est.

99 Octauo, Constitutione † quoque Constantini, quando Imperator inter Pupillos & viduas, conuertitur ordo iudicij iure singulari indulto pupillis, viduis & aliis conditione sortis miserabilibus personis, si iis lis sit cum potentioribus, vt eam, extra prouinciam ordinariam, ad Examen Imperatoris trahere possint *d. constit. § fin.* Hoc vero tempore nullum huius priuilegij esse effectum, sed Principes & status in causis viduarum & miserabilium

rabilium personarum ordinariam exercere iurisdictionem, testatur Gail. *obs.lib.obs.1.num.4.* & Herman. Vulteius *l.vnic.C.quando Imperat.inter pupill.vel vidu.* vt supra *cap. 4. huius libri num. 47.* indicatum est.

Quod ad personas † alieni fori, qui propter obligationem principum Jurisdictioni subiiciuntur, præmissa definitio ita declaratur, vt non simpliciter, sed quibusdam adiectis locum habeat. 100

Primo enim in loco † contractus ex obligatione ibi inita conueniri non potest, nisi tempore contractus eo loco constiterit. *l. Hæres absens. §. Proinde. de iudic.* constistere in loco dicitur non domicilium suum ibi figere, vt explicatur *in dict. l. Hæres.* Sed cœptum iter mora aliqua interrumpere, ideo si quis cum aduenis contraxit, qui tantum transeunt, & confestim sint discessuri, vel eo qui prætereuehuntur nauigio, quod παρεκπλεῖν dicit I.C. *in dict. §. proinde.* vel equo. *l. 21. de in ius vocando*, ij in loco quo transierunt, etiamsi obiter quid emerint aut vendiderint conueniri non possunt, *dict. l. Hæres. §. proinde.* Quid autem proprie sit in loco contractus consistere id à I.C. non definitur, sed exempla tantum ponuntur, conductio nimirum tabernæ, pergulæ, horrei, armarij, officinæ: In cæteris, quomodo & quando quis in loco contractus consistere dicatur iudicis arbitrio committendum existimo, ex iis, quæ tradit Menoch. *in tractat. de arb.iud. quæst. libr. 1. quæst. 2.* 101

Secundo non sufficit † ad subeundam iurisdictionem, Principis obligatio, à consistente eo, quo diximus, modo tempore contractus, in territorio alieno, contracta, sed necesse quoque est, vt tempore instituti iudicij ibi inueniatur: *d. l. Hæres in princip. de iudic.* In eoque interpretes omnes consentiunt, Jacobus de Bellouis. *in capit. Romana. §. contrahentes. num. 6. de foro compet.* Bartol. *in d. l. Hæres. § 1. de iudic.* gl. *in cap. 1. in verb. loco.* & ibi Innocent. *de plus petit.* gloss. *in cap. licet ratione. in verb. contractus.* & ibi Abbas *num. 79. de foro compet.* Socinus *in cap. dilectus. eod.* Joan. Franc. Ripa. *cap. 1. num. 65. de foro compet.* Bernhard. Diaz. *in reg. 6. 42. incip. Remissis enim Ciuilibus.* Coler. *de process. executiu. part. 2. cap. 1.* Sed quam 102

habeat

103 habeat necessitatem † quod dicitur Reum in loco contractus inuentum, ibi se defendere debere, per omnia non est expeditum. Et veterum iuris commentatorum Joannis & Azonis sententia relata ab Accurs. *in dict. l. Hæres.* § *proinde in verb. debebit.* fuit ita præcisè cogi Reum ad iudicium in loco contractus, vbi reperitur suscipiendum, vt eo à Magistratu loci domicilij sit remittendus. Sed verior & iuri magis consentanea Donelli *lib.16. commentar. c.16.* est opinio existimantis, cum Remissio in causis ciuilib. ac pecuniariis locum non habeat, Bart. *in d. l. Hæres.* § *.1. de iudic.* Bald. *in l. consentaneum. C. quomod & quand. iud n.8.* necessitatem defendendi sese in loco contractus afferre pœnam contumaciæ, vt si vocatus in ius se non defendat, patiatur actorem immitti in bona sua loco contractus possessa, vt nominatim cauetur *in d. l. Hæres.* § .1. Quæ in contumaces iure ciuili statuta est, vt indicat *l. satisf. de in ius vocando.* Quod si bona loco contractus non habeat nullas aduersus contumaces iudicis esse partes, non quod ius deficiat, sed quod nihil sit, in quo iudex officium suum exercere possit. Idque de iure ciuili indubitatum. Recentioribus vero Pontificum constitutionibus id quoque cautum est, vt licet Reus ex contractu in alieno territorio conuentus, nulla ibi bona possideat, nihilominus tamen iudicem, apud quem ex contractu agitur, bona absentis in alio territorio sita possidere decernere, & magistratum in cuius territorio ea sita sunt, id iudicatum exequi debere. *cap. Romana.* § *.contrahentes. de foro competent.* Quod tamen in foro politico locum non habere iudico, per ea quæ traduntur *c. vlt. de arbitr. num. 6.* & per Bald. *in l. 6. C. de sacrosanct. Ecclesiis.* Castr. *Auth. Qui semel. num. 10. C. de probat.* Blanc. *de compromiss. q.2. n.4.*

104 Quantum ad delictum, † etsi olim necessitas subeundæ iurisdictionis in loco admissi criminis adeo fuit præcisa, vt non tantum alterius prouinciæ Reus apud Judicem fori delicti accusari
105 & damnari potuerit, sed etiam desiderante eo in locum † quo crimen admissum est, remitti debuerit, secundum modum ac formam veterum Imperatorum rescriptis expressum, vt patet ex [illegible] de custod. & exhibit. reorum, *l. si cui.* § *.penult. de accus.* & plenius

nius *in Nouella Iustiniani Constitut. Vt nulli iud.* 134. §. *si vero quis.* Propter causas, quas erudite exponit Donel. *com. iur. ciuil. li.* 17. *cap.* 16. De remissionis argumento prolixe tractat Didac. Couarr. *pract. quæst. cap.* 11. *de literis requisitor. tom.* 2. Id tamen moribus † immutatum est vt hodie inuiti Principes Maleficiorum reos remittere non cogantur, sed ibi plerunque puniantur sontes, vbi reperiuntur, maxime vagabundi Wes. *ad tit. de iud. num.* 16. Zang. *in tract. de except. c.* 1. *n.* 91. Idq; etiamsi moribus non esset introductum, hoc tamen tempore remissionem locum habere non posse arbitror: quod tempore editarum constitutionũ Præsides prouinciarum non suo, sed Imperatoris nomine precario iurisdictionem administrarent, ideoq; is pro arbitrio, de remittendis ex vna prouincia in aliam Rei, quod pari in omnes iure vteretur constituere potuit: Hodie mutata longe ab ea, quæ olim fuit, Reipubl. forma & prouinciis ac territoriis, Feudi titulo Principibus, Baronibus, Comitibus, ac prælatis concessis, id Imperatori amplius non est integrum, multo minus aliis paribus vel inferioribus. Ac vt recte ait Herman. Vulteius *in d. l.* 1. *C. vbi de crim. agi oporteat*, quod olim fuit necessitatis, hodie est arbitrij. Proinde si ex causis, quibus olim † remissiones sunt permissę restitutio maleficorum ad locum patrati criminis, postulatur, ea ante concedi non solet, quam remittenti instrumento, quod vulgo *reuersale* appellant, cautum ac testatum fuit, id non iure & in fraudem iurisdictionis suæ, sed precario factum, & quod in casu simili ad idem gratificandi studium sese id petentes obligent.

(margin: 106, 107)

Quomodo iure ac moribus Saxonicis † contra reos ex loco delicti profugos procedatur, prolixe exponit Zang. *in titul. de except. c.* 1 *n.* 19. Dan. Moll. *Semest. lib.* 2. *cap.* 24. 108

Quod ad locum in quo reperiantur † delinquentes, plerique 109
ex veteribus generalitatem sæpe dictæ *l.* 1. *C. vbi de crim. agi oport.* in qua simpliciter disponitur, non tantum vbi commissa vel incœpta sunt crimina, sed vbi deprehenduntur rei † criminis, 110
quæstiones institui posse, ad locum domicilij restringunt: Vt nimirum extra locum delicti sontes accusari & damnari non possint, nisi in loco domicilij, Azo Accurs. Bartol. & alij *d. l.* 1. Idque

vnico argum. *l. in criminali. C. de iurisd. omn. iud.* quo diserte cauetur in criminali causa accusatori forum rei sequendum esse, sed verior recentiorum est sententia, Cuiacij *in practic. hoc titul. per l. 1. C. ibi quis de curiali vel cohort.* ac Doneli. *com. iur. ciuil. li. 17. c. 17.* quam & sequitur, ac pluribus explicat Vulteius *in d. l. 1. C. vbi de crimin.* Præterquam enim, quod ea restitutio ex textu, qui vt generaliter loquens, generaliter est intelligendus, sumi non possit, veritas eius sententiæ diserte expressa & constituta est *in l. 3. de offic. præsid.* qua ambiguitas omnis tollitur dum ibi planissime dicitur: *In mandatis Principum esse vt curet is, qui Prouinciæ præest, malis hominibus purgari Prouinciam, nec distingui vnde sint.* Leges autem priores ad posteriores trahi tralaticium est, & error est argumenti Azoniani: Actor in criminalibus sequitur forum rei, Ergo sontes nisi in domicilij loco accusari non possunt. Non enim Domicilium solum est forum reorum delicti, vt erudite hæc refutat Donell. *dict. lib. 17. cap. 16.*

111 Quod vero dictum est Reum delicti sortiri forum † in loco, quo reperitur, non in genere de quouis delicto, sed illis criminibus, de quibus agitur criminaliter, & ad vindictam publicam intelligendum est. Quando enim ciuiliter agitur, eadem est per omnia maleficiorum, quæ contractuum & reliquarum obligationum ratio, vt licet extra locum domicilij rei inueniantur, tamen nisi deliquerint, ibi conueniri non possint. Donell. *com. iur. ciuil. libro decimoseptimo. cap. 16.* Vulteius *dict. l. 1. C. vbi de crim. agi oportet. num. 10. in fin.*

112 DE SITV REI, ex † quo quis subiicitur iurisdictioni iudicis non sui, recepta interpretum sententia ita declaratur, vt in arbitrio sit actoris, vt vel in loco rei sitæ vel domicilij reum conueniat, siue de proprietate, vel possessione agat: nec si in domicilio
113 cõueniatur, ad locũ rei sitæ conuentum reuocare posse Coler. *in tr. de process. execut. par. 2. n. 13.* Vbi dicit forum domicilij † esse generale & ordinarium, ac prædominari vel saltem concurrere, cum quolibet alio foro siue contractus, siue delicti, siue destinatæ solutionis, siue rei sitæ. Et iudicem domicilij cæteris paribus ita es-
114 se competentem, vt nulla exceptione, † nisi præuentionis aut litis pen-

tis pendentiæ ſit declinabilis, probat Felin. *in c. fin. nu. 23. & 24.* & ibi Abb. *de for. comp.* Accurſ. & Dd. *in l. fin. C. vbi in rem actio.* licet aliter poſt gl. & Hoſt. *in cap. ſane. in verb. prouinciæ de foro competenti* ſentiat Don. *com. iur. ciuil. lib. 17. c. 16.* vbi ſolum rei ſitæ, de proprietate ac poſſeſſione actionis, forum eſſe contendit, ita vt Reo in loco Domicilij de proprietate & poſſeſſione conuento, præſcriptione vti liceat, ac præciſe in foro rei ſitæ hæc actio intendenda ſit, quod & Zang. ſecutus eſt, *in titul. de except. capite primo, num. 118.* Communem ſententiam confutata ſingulari Donelli opinione defendit Vulteius *dict. l. 1. vbi in rem actio exerceri debet, num. 7. & ſequent.*

Secundo porrectio iſta † iuriſdictionis Principum in homines alieni fori ex ſitu rei in ſuo territorio, reſtringitur, vt ſaltem locum habeat in actionibus in rem, cuius duo ſunt capita, aut enim de proprietate vel de poſſeſſione agitur: Ad actiones autem in perſonam minime extenditur. Eſt enim diſpoſitio *l. 1. C. vbi in rem actio.* à iure communi † exorbitans & quæ à tenore & conſtantia iuris communis deflectunt ſtricte ſunt interpretanda, *l. ius ſingulare. de legib.* 115 116

Et licet quis ratione rei ſubditus dici poſſit, etiamſi Regia dignitate emineat. *ca. vlt. de foro comp.* gl. *in clem. 1. in verb. ſubditis. eod.* Antea tamen diximus, improprie iſtos dici ſubditos, proprie vero ſolos illos, qui ratione domicilij Principibus ſunt ſubiecti. Fel. *c. licet ratione delicti. n. 23. de foro compet.* Abb. *c. dilectus de reſcr.* Col. *de proceſſib. executiu. part. 2. c. 1. n. 13.* Dec. *conſ. 161. n. 3.* Socin. *conſ. 79. n. 13.* Cephal. *conſ. 161. n. 9. & conſ. 246. n. 13.*

Sed quæritur, An ſi extra locum † domicilij Comes, Baro vel Nobilis in territorio alterius Principis bona poſſidens reſpectu iſtorum bonorum homagium præſtiterit, & Principem pro Principe ac Domino ſuo hæreditario agnoſcat, eique ea ratione obedientiam ſe præſtiturum promittat, ordinariæ eiuſdem iuriſdictioni ſubiectus ſit. Et videtur, quod ſic, quia præſtatio homagij plenam ſubiectionem denotat, ac ſubditum quem vulgo vocamus Landſaſſen/efficit. 117

Jacob. de S. Georgio *de Homagio*, Et licet ratione rei ipſius † non 118

nisi quo ad actiones in rem, forum extraneum subiret: Tamen quia præstatione Homagij seipsum subiicit iam amplius se à iurisdictione Principis ordinaria eximere non potest. Certi enim iuris est, si quis sponte se ei, cui non subest, vel conuentione aperta, vel re & facto subiiciat, in eum iurisdictio acquiratur. *l.1. de iud.* Nec illa præstatio Homagij & obligatio ad res restringi possunt, cum obedientia promittitur à persona nec etiam præstari possit à rebus tanquam inanimatis. Ergo non tantum in realibus, sed etiam personalibus Principi se subiecisse videtur.

Sed illis non obstantibus, præstatione eiusmodi Homagij & obligatione ad præstandam obedientiam & alia quæ bonorum respectu subditi præstare tenentur, tanquam subditus ordinariæ
119 iurisdictioni non subiicitur. Est enim Homagium † siue Hominium quod Erbhuldigung vocamus duplex: Personale & reale. Chass. *in consuet. Burg. tit. de Fied. rub. 3. §. 4. verb. & Homag. n. 23. & tit. Des menus mort. rub. 7. §. 18.* Licet igitur, quoad vnam speciem sese subiecerit: non sequitur, quoad aliam se quoq; obligasse. Sunt e-
120 nim contractus † stricti iuris. *l. Quicquid ad restringenda. de verb. oblig.* Menoch. *cons. 160. n. 26. vol. 2. l. veteribus. de pactis. l. in vendendo. de contrah. empt.* Roland à Valle, *cons. 58. n. 64. & cons. 59. n. 32. vol. 3.* Nec
121 obligationes † ex obligationibus faciendæ. *l. 4. §. ait Prætor. de re iudicat. l. dedi. in princ. & l. mulier. de condict. ob causam.* Bart. *in l. 3. §. nunc de effectu. de lib. lega.* Tir. *in tr. de vtroq; retr. fol. 259. n. 1.* Cacheran. *cons.*
122 *21. n. 20.* ac odiosa † est seruitus omnis & subiectio, ideoq; restringenda Jac. Aret. & post eum Bald. *in l. non possunt. in 2. lect. de leg.* Tir. *in tr. de vtroq; retract. in præf. f. 19. n. 62.* Rol. à Valle *cons. 38. n. 19. vol. 3.* Et in specie iuramentum, quod vasallus domino præstat, quod vt diximus, vulgo Homagium: venustius autem Hominium dicitur ab Helmodio, nihil aliud est, quam vt vasalli profiteantur se fideles domino fore & homines eius esse. Cuiac. *obs. lib. 6. cap. 14.*

123 Quantum ad PARTES JVRISDICTIONIS † essentiales omnes attinet, restringitur iurisdictio Principum, si ab eorum sententiis vel Imperator vel camera prouocetur. Est enim appellatio altera
124 libertatis † tuendæ arx dicta à Liuio *lib. 3.* Gregor. Tholos. *Syntag.*
125 *iur. vniuersi lib. 32. c. 10. n. 2.* omnibus regulariter à Principum † sen-

tentiis.

tentiis permissa *Ord.part.2.tit.28.* §. Und dieweil bißher/ & quidem simpliciter nulla litis æstimationis habita ratione, cameræ vero certa † summa præscripta, de qua supra *cap.5.* De summa tamen 126
appellabili Cameræ dictum intelligendum est, vt priuilegiis statuum de appellationibus in camera non recipiendis fraudi non sit deputat. Decreto anno 1600. §. Diese angemeldte/ Pet. Denaisl. *iur.Cam.tit.29.verb.appellationis summa.num.7.* Quorum quædam prorsus † ἀνυπεύθυνα reddunt iudicia Principum, vt de Priuilegio 127
Ducum Saxoniæ adserit Knichius. Quædam soli appellationi, † & quidē plane eximunt quædam nisi certa quantitas appella- 128
bilis interueniat. Quorum autem Electorum & Principum tam Ecclesiasticorum quam secularium iurisdictio vel plane vel certæ † summæ conditione adiecta ab appellatione ad cameram sit 129
immunis, refert Wilh. Roding. *Pandect. Cam. lib.1. tit 20. § principes. fol.17. num.1.2 & 3.*

De Regni Bohemiæ † subditorum priuilegio fori amplissimo 130
tam quoad primum, quam secundum iudicium, relatum est in constitutione Caroli ea, quam Auream bullam vocant, *titul.8. de regis Bohemiæ & Regnicolarum eius immunitate.* Ac tantum de limitatione Jurisdictionis Principum ex iure communi. Ex iure † & ca- 131
pite singulari imminuitur iurisdictio Principum, vel ab extraneis vel subditis.

Ab extraneis † si vel voluntate Principis pars aliqua iurisdi- 132
ctionis, ex causis, quibus Dominium vel aliud ius in re transferri solet, quæ commemorantur *in l.1. deinceps 6. seq. de publ. & pro soluto ac de vsurpat. & vsucap.* Donel. *com. iur. ciuil. lib.4. cap.16.* quatenus eam in commercio esse diximus supra *li.1. cap.18.* more rerum incorporaliū tradita, vel pignoris, locationis aut alio titulo obligata aut vsucapta vel saltē possessa sit. Vt enim de iure superioritatis in genere traditum est à Knichio, partem eius nimirū à Principe externo in alieno territorio obtineri posse, de iure territorij *c.4. ti. de iure superioritatis speciali in alterius territorio n.6. & 7.* Sic etiam de iurisdictione indubitato ac potissimo eius membro, quin in alieno territorio quoad loca & personas certas à Principe vel Domino extraneo quæri possit, dubium nullum relinquitur, per

ea quæ tradit Schrad. *in tr. feud. part. 10. sect. 1. n. 148.* Bal. *in l. 2. de iudic.* Alex. de Imol. *in l fin. de iurisd. omn. iud.* Alciat. *cons. 20. n. 6. libr. 1.* Bal. *c. cum delegatorum. 42. n. 14. de off. delegati.*

133 A subditis † si vel priuilegio vel feudi vel alio titulo habili, vel in certa parte territorij, vel causis & personis à volentibus Principibus, iurisdictio in subditos translata vel obligata, vel inuitis ipsis longa possessione quæsita est. Feudi titulo plerunque in certis locis ac districtibus concedi solet Nobilibus, Baronibus quoque & Comitibus in territoriis suis Domicilia constituta habentibus Priuilegio autem expresse vel tacite vsucapione nimirum legitima Ciuitatibus & aliis vniuersitatibus, vt sunt in Episcoporum territoriis capitula Cathedralium & collegiatarum Ecclesiarum, conuentus item Cœnobiorum in res ac personas vrbibus ac prædiis eorum comprehensas. Hisce omnibus quia non mandata vel delegata, sed iure reali, ac suo non Principis nomine exercenda concessa est iurisdictio, non cumulatiue sed priuatiue datam intelligi, ita vt quo ad prima iudicia Principes cum iis non concurrere, nec causas auocare possint, nisi per appellationem & alios modos legitimos ad ipsos relabatur, moribus magis, quam scripti iuris ratione receptum esse, antea in genere tradidimus. *lib. 1. cap. 30.* Quam consuetudinem secundum naturam suam stricte intelligendam esse, quoque monuimus. Vt enim præscriptio, sic etiam consuetudo iis non præiudicat, contra quos intentata non fuit. Bal. *consil. 257.* incip. *Quæst. vertens. vers. 3. præmittendum. in l. 2.* Fulu. Pacian. *cons. 128. num. 14.* Et Coler. *de processib. execut. part. 2. c. 1. in fine.* Etsi præmissam sententiam iuris quoque rationibus defendere conetur, non raro tamen aulicos causas arduas & pecuniosas ad se reuocare Canonistas in eo secutos ex relatione Zasij *in l. stipulatio hoc modo concepta num. 28. de verbor. obligat.* affirmat.

CAPVT

# CAPVT X.

## *De Prælatorum Imperij Iurisdictione.*

### OBSERVATA.

1 Prælati *verbi etymologia.*
2 *Alia in iure ciuili.*
3 *Alia in iure canonico significatio.*
4 *Aliquando latißime pro quolibet administratore habente officium perpetuum.*
5 *Proprie prælatorum ac prælaturarum appellatione veniunt beneficia & officia maiora Pontificatus, Patriarchatus, Archiepiscopatus, Episcopatus, Abbatia.*
6 *Quomodo in negotiis imperialibus accipiatur nomen prælati.*
7 *Olim latior, hodie contractior prælatorum acceptus.*
8 *Georgius Schillingus à Kanstat Equitum Rhodiorum magister per Germaniam, inter principes imperij à Carolo Quinto susceptus virtutis causa.*
9 *Antistites Fuldensis, Hirsfeldensis, Campidonensis, Murbacensis, Prumensis, Corbeiensis, Stabulensis, Elbangensis, & Berchtelgadensis, quo tempore in principum Ecclesiasticorum subsellia recepti.*
10 *Abbatissas quoque prælatorum appellatione contineri.*
11 *Licet in plerisque decretis Abbatissæ à prælatis videantur distingui, id tamen ab Abbatibus solummodo discernendi, non à numero prælatorum eximendi sit causa.*
12 *Masculinum comprehendit fœmininum.*
13 *Tametsi sexum aliquando distinctum reperias* Prælaten & Prælatinnen.
14 *Prælatorum quoque contractiori hac significatione quidam principum titulo & honore insignes: vt Abbatissa Quedlinburgensis, Gernrodensis, Buchauiensis, Andlouiensis, &c.*
15 *In iure autem ferendi suffragij cæteris pares.*
16 *Prælati omnes in iurisdictione titulo vel priuilegio expresso vel tacito quæsita in districtu suo, quoad personas & causas regulariter idem possunt quod principes.*

17 *Iurisdi-*

17 *Iurisdictio prælatorum eodem modo, quo principum restringitur.*
18 *Minuenda prælatorum iurisdictionis singularis modus* ADVOCATIA.
19 *De origine vocabuli* Aduocatiæ, *remissiue.*
20 *In iure feudorum Aduocatia pro beneficio adiuncto Aduocati officio accipitur.*
21 *In iure Canonico dignitatem, siue vrbis, siue Ecclesiæ præposituram significat.*
22 *Hoc loco Aduocati pro patronis ac defensoribus Ecclesiarum ac cœnobiorum accipiuntur.*
23 *Et iura Canonica & Cæsares ipsi sese Ecclesiæ Aduocatos vocant.*
24 *Aduocatorum munus olim latè patens iurisdictionem non tantum ciuilem & criminalem, sed Oeconomiæ quoque administrationem comprehendebat.*
25 *Progressu vero temporis Ecclesiæ & Monasteria ciuilem iurisdictionem ipsæ vsurpare cœperunt, sola criminali Aduocatis relicta.*
26 *Olim ab Imperatoribus Ecclesiis & monasteriis Aduocati sunt præpositi.*
27 *Hodie in Episcopatus administratione Aduocati officium in vsu esse desiit.*
28 *Monasteria arbitratu suo Aduocatos iurisdictionis criminalis administrandæ causa vel eligunt, vel ius illud feudi titulo in quosdam conferunt.*
29 *In quibus prælatorum iurisdictio Aduocatia diminuatur tenor constitutionis & inuestituræ, vel obseruantia, & vsus ostendit.*

1 PRÆLATI † verbum à præferendo dictum, in iure Ciuili
2 † non nisi adiectiue vsurpatur, vt apud Modestin. *l. si à debitore. 18. de falsis*, prælatus dies, pro anticipato, & cum nondum venisset, tamen quasi iam venisset scripto (quod vulgus Antidatum dicit) cuius contrarium est repetitus. *in l. 1. de fid. instrum.* Ex Homan. *in com. verborum iuris.* Simon Schardius *in lexico*: Apud iuris
3 vero † Canonici auctores simpliciter prælatus pro Antistite Ecclesiastico accipitur *tit. de postulat. prælat. & de eccles. prælat.* Et inter-
4 dum latissime † pro quolibet administratore, qui habet officium perpetuum, ita vt custodes quoq; & ministros sodalitatis minorum

minorum vel prædicatorum plebanos & presbyteros comprehendat. Canonistæ plerique *in c.2.* cum gloss. & ibi Felin. *de iudic.* Decius *col. pen. c. tuam. de cler. ægrot.* Innoc. *in cap. de multa. de præbend.* Cardin. *in clem. 1. de supplend. neglig. prælat.* Lancel. Conrad *in templo iud. lib. 2. c. 10. n. 7.*

Proprie tamen † prælatorum ac prælaturarum appellatione 5 veniunt beneficia maiora Pontificatus, Patriarchatus, Archiepiscopatus, Episcopatus, Abbatia, non autem Rectores Ecclesiarũ, glos. per tex. *in clem. dudum. § non autem. in verb. prælati. de sepultur. in clem.* Fel. *in c. 2. de iud.* Card *in clem* 1. *de sepult. & clem. 1. de consang. & affin.* glo. & Abb. *in c. decernimus. de iud. c. 1. de ætat. qualit. ord. c. indemnitatib. de elect. in 6. c. vt Apostolica. de priuil. eod.* Petr. Greg. Tholos. *in syntag. iur. vniuers. lib. 17. c. 3.* Lancell. Conrad. *in templo iud. lib. 2. c. 10.* In negotiis † vero imperialibus diuersimode hoc verbum acci- 6 pitur. Olim enim, vt constat † ex matricula Wormatiensi, pro- 7 ceres Ecclesiastici omnes Episcopis dignitate inferiores, vt sunt Abbates, Abbatissæ, Magistri ordinum militarium Diuæ Mariæ & Ioannis Builliui, etiam siue commendatarii prouinciales Alsatiæ, Burgundiæ, & Confluentinus, &c. vulgo **Landt Compter / der Baley Elsaß / Burgund / vnd Coblentz /** directo imperio parentes eo nomine appellabantur. Hodie vero prælatorum imperii angustiori appellatione proprie & regulariter ii tantum antistites Ecclesiastici comprehenduntur, qui licet immediate imperio subiecti, partim etiam principum titulo sint decorati, ius tamen suffragiorum singuli insolidum, ac par principibus non habent, sed vniuersi vnius solummodo principis sustinent, vt supra *capit. 2. huius libri* expositum est, vt sunt proprie ac regulariter Abbates, Præpositi, Abbatissæ & commendatarii quidam prouinciales, prælatorum titulo enumerati *supra capit. 1. huius libri.* Ordinis enim Equitum tam Marianorum, quam Diuo Iohanni sacrorum Magistri, item Abbates Fuldensis, Hirsfeldensis, Campidonensis, Murbacensis, Prumensis, Corbeiensis, Stabulensis, præpositus Elbangensis & Berchtelsgadensis ex prælatorum albo in principum Ecclesiasticorum ordinem recepti, singulorum suffragiorum ferendi ius hoc tempore ob-

tinent. Et quantum ad Iohãnitarum Magistrum, ordinis eius iu-
8 ribus † regalibus aliquandiu neglectis, Georgium Schillingium à Kanstat nobilem Sueuum, virum rei militaris in primis nauticæ peritissimum, ob egregiam operam Carolo V. Cæsari, in periculo Algeriano nauatam, Hatsteinio in Magistratu succedentem inter principes imperii primum susceptum renouatis regalibus, Anno 1545. narrat Henric. Panthaleon. *de ord. Ioannitar. rebus gestis lib.* 10 *fol.* 308. A quo tamen subscriptio decreti Comitiorum Spirensium Anno 1545. dissentit, qua Schillingi antecessor Hatsteinius, cuius ille tum legatum egit, iam inter principes ecclesiasticos refertur.

9 De Abbatibus † Fuldensibus, Hirsfeldensibus, Campidonensibus, Murbacensib. Prumensib. Corbeiensib. Stabulensib. Præpositis Elbangensib. & Berchtelsgadensibus variant Decretorum subscriptiones. Fuldensis. n. Anno 1521. inter principes refertur, & in distributione 10. regionum siue circulorum imperii an. 1512. Episcopis adiunctus à prælatis secernitur. Decreto autem Comitiorum Nurnbergensium, an. 24. prælatis annumeratur. Ab an. tamen 1527. semper principib. adscriptus reperitur. Hirsfeldensis etsi an. 1530. in principum ordine referatur: anno tamen 1533. inter prælatos ponitur. Ab. an. autem 1544. perpetuo principib. accensetur. Campidonensis an. 1507. 1512. 1521. item an. 1526. 1527. 1529. 1533. An 1541. 1542. 1545. inter prælatos: Ab anno 1548. semper inter principes ponitur. Murbacensis an. 1521. 1529. 1541 prælatis: Ab an. vero 1548. principibus associatur. Elbangensis quoq; an. 1521. prælatis. Ab an. 1555. semper principibus adscribitur. Berchtelsgadensis an. 1526. 1541. 1542. 1544. 1548. 1555. inter prælatos: Ab an. 1559. semper inter principes est relatus. Prumensis & Stabulensis an. 1533. 1542. 1555. 1559. 1566. inter Abbates. Ab an. 1570. semper inter principes referuntur. Corbeiensis ab an. 82. principum ordini adscriptus. Hi omnes à prælatorum proprie sic dictorum ordine seiuncti, parem reliquis principibus, tam ecclesiasticis, quam politicis in subselliis ecclesiasticis, vulgo der Geistlichen Banck dicendæ sententiæ insolidum potestatem
10 obtinent. Non tantum autem Abbates, † sed Abbatissæ quoque

prӕla-

prælatorum contractiori hac significatione continentur. Etsi enim in plerisque Decretorum † imperialium subscriptionibus 11
Abbatissæ à prælatis distingui videntur, dum præmittitur **Prælaten / Persöhnlich / Prælaten / Bottschafften** / cui diserte subiicitur, **Abbatissen / Bottschafften** / tamen præterquam, quod id nō est perpetuum, sed in subscriptione Decreti Spirensis, an. 1526. & 1527. sub tit. prælatorum Abbatissæ quoque simpliciter ponuntur, non tam Abbatissas à genere prælatorum eximendi, quā eas ab Abbatibus solummodo distinguendi causa fieri, ex clausula perpetua subscriptioni Decretorum præmissa, **Unnd seyn diß die hernach beschrieben: Wir der Churfürsten / Fürsten / Prælaten / Graffen / Herrn / vnd deß H. Reichs Stätte / Bottschafften / Gewalthaber vnd Gesandten** aperte colligitur, quæ sub vno nomine prælatorum vtrosq; comprehendit, vt alias regulariter in quacunq; dispositione fœmininū † sub masculino cōtinetur, *l si quis id quod* 12
*de iurisd. omn. iud. l. mancipia, C. de seruis fugit. l. qui duos milites, de leg.* 3. Dyn. *in l. 1. de verb. sig.* Socin. *reg. 312.* Tiraq. *in tr. de vtroq. retractu. §. 1. gl. 9. n. 200. cum seq.* Dec. *in l. fæmina. de reg. iur.* Cacheran. *cons. 20. n. 8.* Fulu. Pacian. *cons. 17. nu. 4.* Tametsi alicubi † sexum distinctum 13
reperias Decreto Comitior. Spirens. an. *1542.* **§ mit den Prælaten / Prælatin /** & an. *1544.* **§. Aber ein jeder Prælat / Prælatin /** *& versicul.* **Nemblich ein Prelat vnd Prelatin / 2c.** Prælatorum etiam † angu- 14
stiori hoc acceptu quidam principū titulo ac honore vel expresso priuilegio vel præscriptione insigniti sunt. In primis vero Abbatissa Quedlinburgensis, Gernrodensis, Buchouiensis, Andlouiensis, & alię, quo ad ius vero dicendę † sententię in Senatu 15
imperii, plus cęteris nihil possunt.

Porro prelati omnes, † siue principum, de quibus iam diximus 16
*supra cap. 8. huius lib.* siue suo ordine censeantur, si iurisdictionem temporalem, (de Ecclesiastica enim *cap. 7.* explicauimus) vel inuestitura ab imperio, vt pleriq; vel alio titulo, priuilegio vel prescriptione quęsitam habent, in toto suo districtu, quo ad personas & causas in iure reddendo idem ius, quod principes politici obtinent, id quod etiam à Canonistis, prelatos nimirum temporalia habere posse, annotatum est *in c. Romana. §. debet. de appellat.*

*in 6.* Paul. de Castr. *in l. si quando.* & ibi Bart. *num. 13. C. de appellat.* gl. *in c. solita. de maior. & obed.* Bart. *in l. 1. §. si quis. de appell.* Gail. *obs. lib. 30. num. 4.* Et in specie iurisdictionem temporalem, Card. *in clem. statutum. de elect.* Et quandoque præstare iuramentum fidelitatis & homagii principi laico ratione temporalitatis Spec. *in tit. de feudis. § 1. in prin.*

17 Quibus autem † modis tam ex iure communi, quam singulari limitari diximus principum iurisdictionem, iisdem quoque præ-
18 latorum imperij potestatem restringi certum est. Modus † vero singularis, quo præ aliis ordinib. prælatorum potestas plerumq; diminui solet, est Aduocatia, vulgo Vogthey. De cuius vocabuli
19 origine † & significatione multa cognitione digna congessit Knich. *de iure territorii, cap. 4. tit.* Vogtheya. In vsibus feudorum
20 Aduocatia † accipitur pro beneficio adiuncto aduocati officio, quamdiu is pro domino ornate & solerter patrocinium susceperit vt probatur *in §. publice. de pace tenenda, & violatoribus eius.* Stephan. Forcatul. *in comm. de feud. cap. 3. nu. 12.* Schrad. *in tr. feud. part.*
21 *5. cap. 6 nu. 22.* In iure vero Canonico dignitas † est quædam, siue vrbis aut Ecclesiæ præpositura *c. saluator. 1. q. 3. c. in quibusdam. de pœnis. c. præterea. de iure patronat.* Cuiac. *ad constit. Friderici. de pace tenen.*
22 *in vsibus feud.* Hic Aduocatos † pro patronis ac defensoribus Ec-
23 clesiarum ac cœnobiorum accipimus. Sic accipiunt † Pontifices *in cap. quia clerici. de iure patron. & cap. venerabilem. vers. quod autem. de elect. & in cap. Romani. in clem. de iureiur.* Vbi Rex Romanorum Aduocatus Ecclesiæ dicitur, Lupoldus à Babenberg *de iure regni & imperii Romani. cap. 9. in fine.* De quorum officio Stumphius *libro 5. cap. 3.* Imo Cæsares ipsi eo titulo vtuntur. Decreto Comitiorum Colon. anno 1512. Vnnd nach dem wir als rechter Voigt vnnd Schirmherr der Christlichen Kirchen. Fuit autem priscis tem-
24 poribus munus † eorum latissimum iurisdictionis non tantum ciuilis & criminalis, sed œconomiæ quoque administrationem
25 comprehendens. Progressu vero temporis † Monasteria ciuilem iurisdictionem ipsa vsurpare cœperunt, sola criminali Aduocatis relicta.

26 Etsi autem † olim ab Imperatoribus Aduocati tam Episcopis quam

quam Abbatibus sint præfecti, vt de Wormatiensi, Wurtzburgensi, Argentinensi, Spirensi, Lausanensi & Genuensi Episcopo, de Fuldensi, Campidonensi, VVeisenburgensi monasteriis exempla refert Knich. *d. cap. 4. verb. Voigtheia, num.* 33. Alia Cuiac. *ad tit. de pace tenend. in fin.* Hodie vero cum Episcopi † & prælati 27
imperii omnes de iurisdictione vniuersa ab Imperatore instar politicorum principum inuestiantur: Aduocatorum officium in Episcopatus administratione in desuetudinem abiit. Monasteria vero † immediate imperio subiecta, quia de vtraque iuris- 28
dictione ab Imperatore sunt inuestita, vel pro arbitrio aduocatos iurisdictionis criminalis administrandæ causa ad tempus eligere & constituere, vel ius illud feudi titulo ac lege in aliquos conferre sueuerunt. In quibus vero prælatorum † iurisdictionem 29
tam in ciuilibus, quam criminalibus Aduocatia diminuat, tenor constitutionis vel inuestituræ, vel obseruantia & consuetudo, quæ in circumagenda iurisdictione omni potissimum excellit, ostendit.

## Caput XI.

## *De Comitum & Baronum Imperii Iurisdictione.*

### Observata.

1 *Nomen* Comitis *unde?*
2 *Comitum veterum varia genera & officia recensentur.*
3 *Vocabuli Germanici* Graffen *significatio.*
4 Frey Graffen/ *qui dicantur.*
5 *Vox* Graffen *apud Saxones unde?*
6 *Verborum* Marckgraffen/ Pfaltzgraffen/ Burckgraffen/ Centgraffen/ *significatio.*
7 *Ducum, Marchionum, Comitum nomina olim tantum officii ac dignitatis non patrimonii fuerunt.*
8 *Tandem feudi titulo concessa hæreditaria esse cœperunt.*

9 *Eius autor primus in Germania, Ottho Magnus, in Galliis Hugo Capetus.*

10 *Verbi Comitis in consuetudinibus feudalibus significatio.*

11 *Nobilitatis definitio.*

12 *Noblium generali appellatione non tantum simpliciter, ac proprie sic dictos, sed Barones quoq; Comites, Marchiones, Duces, sed & Reges contineri.*

13 *Comitum definitio.*

14 *Nobilitas non tantum priuilegio expresso, sed tacito quoque, id est præscriptione quaritur.*

15 *De Comitatu quorundam dignitatis origine Petri de Andlo opinio.*

16 *Comitum ab adiuncto quantitas, dignitatis diuisio.*

17 *In orientali imperio Comites Ducibus prælati.*

18 *Moribus Gallicis Marchiones Comitibus postponi ex Alciato.*

19 *Comitum Palatinorum dignitas & conditio.*

20 *Comitum proprie acceptorum, quidam principum, quidam suo ordine censentur.*

21 *Principum numero sunt Marchiones, Landtgrauii, Burggrauii, & qui dicuntur* Gefürstete Graffen.

22 *Comites, qui de regalibus iurisdictione ac iuribus omnibus sunt inuestiti, vel legitime præscripta habent, eadem in territoriis suis possunt, quæ principes.*

23 *Nisi conuentione, præscriptione, vel consuetudine quid sit immutatum.*

24 *Comitum familiæ quatuor vetustissimo Cæsarum priuilegio exemplo aliorum ordinum κατ᾽ ἐξοχὴν Comites imperii,* die Vier Graffen deß Reichs/ *nuncupatæ.*

25 *Ex quibus eo in ordine Schvvartzburgenses soli sunt superstites.*

26 *Quando & à quo ea ordinum ac dignitatum distributio sit instituta.*

27 *BARONIS verbi Etymologia.*

28 *Latissima eiusdem significatio.*

29 *Proprie & simpliciter dictum pro capitaneis comitibus proximis accipitur.*

30 *Barones, nobiles simpliciter dictos, dignitate antecellunt.*

31 *Baronum definitio.*

32 *Lingua Germanica in Decretis Comitiorum variis nominibus appellantur, ac primo* Freyen.

33 *Secundo,* Freyherrn.

34 *Tertio, Semper* Freyen.

35 *Quarto, simpliciter* Herrn/ *in inferiore Germania* Baron.

36 *Quinto,* Edle Herrn.

37 *Sexto simpliciter* Edle.

38 *An diuersi sint ordinis semper* Freyen / Freyherrn/ Freyen Herrn/ Edle Herrn/ Edle/ *vel* die Edle.

39 *Eorum nomina quidem diuersa genera vero nulla esse autoris sententia.*

40 *Barones Limpurgenses & VVesterburgenses, vnde semper* Freyen *appellentur.*

41 *Barones in genere diuiduntur in Barones simpliciter sic dictos, & Barones imperii.*

42 *Barones, qui de regalibus & iurisdictione vniuersa ab imperio vel sunt inuestiti, vel legitime præscripserunt, eadem in Baronatibus suis possunt, quæ Comites & Principes.*

NOMEN *Comitis* † in genere à Comitando & sequendo, *l. item apud Labeonem. §. Comitem. de iniur.* Paris. de Puteo *in tr. de Duello. §. an Comes lib 7.* Adrianus Turneb. *aduers. libro 21. cap. 28.* Baro *de feud. lib. 1. cap. 3.* Duarenus *de feud. cap. 6. num. 8.* Ex Tacito, Franciscus Sonsbecc. *de feud. part. 6. cap. 7. & 8.* ducta voce à Comitibus aulicis Regis, qui eum, quocunque iret, comitabantur, & in comitatu eius erant non delitiarum, sed militiæ gratia, si forte procinctus moueretur. *l. milites. §. missionum. de re militari. leg. penult. de milit. testam.* Stephanus Forcatulus *comment. de feud. cap. 3. num. 7.* 1

Hinc primo Comites † Magistratuum prouincialium dicti sunt, qui prouinciales magistratus, tanquam negotiorum publicorum adiutores sequebantur, quales erant quæstores, Legati, scribæ, accensi, vt & Iureconsulti, quos magistratus arbitratu suo electos secum ducebant, comites appellati sunt. *l. ἢ μόνον. 10. §.* 2

τειμί-

*περιλπτικόν. de excus. tutor.* qui & iuris studiosi alibi dicuntur. *leg. 1. de variis & extraord. cognit.* Erat enim eorum officium, causas cognoscere, postulationes audire, libellos supplices legere, & his respondere circa edicta & epistolas scribendas, ac decreta interpretanda versari. *l. 1. in fine, & §. 2. in auth. de iudicibus.* Et adsessores vel consiliarii vocabantur, quod iudicanti adsiderent & consulerent. *leg. penultim. & vltim. de Adsessorib.* Guid. Panciroll. *comment. in Notitiam Imperii orient. cap. 8. in princip* Eadem ratione quoque 12. milites Principi, seu Duci exercitus more Germanorum veteri adsignatos, quod Ducem sequerentur, & ab eius latere non discederent ex Tacito *in libello de Germania*, Comites dictos, refert Zasius *in tract. feud. part. 5. num. 7.* & postea præfecti ac procuratoris nomen in Comitis nomen mutatum, omnibus magistratibus datum est sacrum Comitatum obseruantibus, ac deinde ad omnes negotio alicui præpositos porrectum. Cuiacius *ad titul. de offic. sacr. largition. & in comm. ad consuetud. Feud. libro primo, titul. 1. folio 4. 66.* Sic Comes sacrarum largitionum, cui thesauri Imperatoris fuerunt commissi, *titul. Cod. de offic. Comit. sacrarum largition.* Guidus Panciroll. *comm. in Notitiam Imperij orient. capit. 74.* Comites rerum priuatarum sacri patrimonij orientis. *Cod. iisdem titulis* Comites domesticorum, Equitum, & domesticorum peditum Guidus Pancirollus *in Notitiam orientalis Imperii, cap. 75. 87. 88. 89.* Consistoriani scholarum, Rei militaris, sacri stabuli, Ægypti & Pontificiæ Diœceseos, sacri Palatii Comites, laborum, Metallorum, ludorum, Architecturæ, & Mechanicarum Formarum Rationales Thesaurorum, Horreorum, de quibus prolixe Lazius *Commentar. Reipubl. Roman. libro secundo, capit. 11.* Adrianus Turneb. *Aduersariorum libro decimo quinto. capit. 16. & libro 28. capit. 2.* Stephanus Forcatul. *comm. Feud. capit. 3. numero septimo.* Et qui prouincias regunt. *Eodem titul. lib. posterioribus. C.* Comites Isauriæ, in Constitut. Nouellis, qui in tanto precio apud Imperatores fuerunt, vt eos fratrum amantissimorum & iucundissimorum appellatione dignarentur, Cassiodorus *in Formula Rectoris Prouinciæ, libro sexto, var.* Barnabas Brissonius *de Form. & solennibus populi Roman. libro tertio, folio 315.* Hotoman.

*in comment. iur. in verb. Comites fol.* 88. Petr. Gregor. Tholos. *Syntag. iur. vniuersi lib. 6. cap. 8. & 9.* Petrus de Andlo. *de Imperio Romano. lib. 2. cap. 13.* Alciat. *Disp. lib. 3. cap.* Lancelot. Conrad. *in templo iud. lib. 1. cap. 6. de Comite. num. 1.* Sic etiam à Suida generaliter definitur Comes ὄχλου ἄρχων, Judex vel Magistratus populi. Cuiac. *ad titul. C. de offic. Comit. sacrar. largition.* Sic quoque accipitur Constitut. Friderici *de pace tenenda.* Renatus Choppin. *de leg. And. lib. 1. cap. 48. f. 460.* Hotoman. *de verb. Feudalib. Comites.* Marian. Freccia. *de feud. lib. 1. tit. Quis dicat. Comes.* Petr. Heig. *quæst. iuris ciuil. & Saxon quæst. 2. nu.*
*41. Idem* significatur † vocabulo Germanico Graffen. Paul. Dia- 3
con. *Historia Longobardica. lib. 5.* Peucerus *Chronic. lib. 5. f. 530.* Ex legibus Ripnariorum Petr. Heig. *quæst. iuris ciuil. & Saxon. quæst. 2. n.*
*43 part. 1.* Sic Frey Graffen / † pro prætoribus iudiciorum occul- 4
torum Westphalicorum à Sicambris Westphaliæ populis ex priuilegio sine operosa cognitione in facinorosos animaduertentibus originem trahentium, vt refert Zas. *in l. Imperium de iurisd.* Reform Friderici anno 1442. *tit.* Von dem heimlichen Gericht. Errat itaq; autor Indicis Decretorum imperij, qui verbum Frey Graffen / de Comitib. Palatinis accipit, verba enim ipsa constitutionis de iudice occultorum iudiciorum hoc nomen accipi diserte ostendunt, *vers.* Wann aber jemands. *in verbis* **Wann aber jemands dahin gefordert wird / das sein Herr oder Richter mächtig were zu den Ehren / jn vor jhm oder andern Landläufftigen Gerichten / vnnd daß derselb Herr oder Richter / dem Frey Graffen oder Richter solches zu wissen thäte.** Id est, Si quis eo vocetur, in quem iuris dicendi facultatem habeat Dominus vel Judex ordinarius, isq; hac de re certiorem reddat Judicem occultum. Antiquo etiam idiomate † Sa- 5
xonico verba **Graffen** & **Graffschafft** / pro iudicibus ac territorio vel districtu iudicij accipi testatur gl *art. 12.* Landrecht / *li. 2. in verb.* **Geschichts aber in einer Marck** / à fossis, Saxonica lingua Graven / quibus limites, quibus erant præfecti, & in quibus ius dixerunt Comites, designabantur, vt existimat Heig. *qu. 2. n. 44. & seq.* Hinc
Marggraffen / † id est, Comites limitanei vel limitibus regni prę 6
positi Baro *de feud. li. 2. c. 3. & c.* Pfaltzgrauen / qui ius dixerunt bello partis pacatisq; prouinciis vel Romano veteri more vel Franco-

rum constitutione: Burckgraffen / iudices in terris, quæ Imperatorum donatione Ecclesiis accesserant Peucer. *Chronicorum lib. 5. fol. 530.* Centgraffen / qui in antiquis Germanorum legibus Centenarii dicuntur, (de quibus multa cognitione digna obseruauit & congessit Knichius *de iure territorii, cap. 4. num. 54. & plur. seq.*) & reliqui minorum gentium Comites & pedanei Iudices Gegraffen / quos recte Kreyßgraffen oder Kreyßrichter / voce Go oder Goie / quod superioribus Germaniæ hominibus Sueuis & Heluetiis, idem aliis Germanis Awe / siue territorium & districtum significat, quorum fere infinita exempla enumerat Spangenberg. *Speculi nobilitatis, libro 10. cap. 26.* quos postea Erbrichter oder Paurmeister / vocatos narrat ibidem Spangenbergus, cum quo commune ius Saxonicum Sculteros siue Prætores & Paurmeister, pro eodem ponens, hisque cum maiori parte paganorum, etiam statuendi & collectas imponendi potestatem tribuit *articul. 55.* & gloss. Landtrecht. *libro 2.* Dinggraffen / Raugraffen / Saltzgraffen / Cammergraffen / Hograffen / Handtgraffen / Tuhgraffen / vt ex Eginarto Iornando, & aliis refert Cuiac. *comm. de feud. libro 1. tit. 1.* Knich *de iure territorii. capit. 4. numero 68.* Etsi porro Ducum,
7 Marchionum † & Comitum nomina olim tantum officii ac dignitatis erant, non patrimonii, vt multos eiusmodi præfectos temporarios à Carolo Magno, non tantum rei militaris causa, sed vt ab iis etiam populus iura peteret constitutos, historiæ narrant, & ex legibus Ripnariorum *cap. 55. & 90. dicto loco*, refert Cuiac. exempla quoque multa reperire licet apud Marcellinum.
8 Duaren. *in comm. feud. cap. 6. num. 8.* Tandem tamen hominii † & fidei n[illegible] u, ita vt administratio fruenda etiam ad hæredes perti-
9 neret, quibusdam tributa sunt in Germania † Othone I. in Galliis Hugone Capeto autore Duaren. *in comm. feud. cap. 6. numero 8.* Choppin. *de Domanio Franciæ. tit. 6. numer. 16 in fin. libro 1.* Knich. *in comm. in ius & priuileg. Sax. verb. Ducum Saxoniæ. cap 4. folio 128.* Petr. Greg. Tholos. *Syntag. iur. vniuersi. lib 6. cap. 9. num. 15.* Vnde in con-
10 suetudinib. † Feudorum verbi Comitis significatio pro eo, qui de Comitatu feudo primi gradus inuestitus est *feudor. libro 10. titul. 10 §.* Qui vero Anton. Cont *in com. Feudalibus. titul. de [illegible] feudor.*

Denique

Denique pro gradu nobilitatis politicæ, vt notatur *in c. 1. quis dicat. Dux, Comes, & in capitul. grandi. de suppl. negl. Prælator. & in capit. constitutis. de testibus.* Tiber. Decian. *consilio 2.. numero duodecimo, volum. 1.* Est enim nobilitas in genere excellentia † Principis aut 11
legis beneficio in aliquem collata, qua plebeis omnibus præstat. Eguin. Baro *in tractat. de nobilitate, libro tertio, capitul. 2.* & qua non tantum † nobiles simpliciter sic dictos, quorum in Germania 12
quidam imperio directo parent, vt sunt complures in Sueuia, Franconia, & tractu Rheni Decreto Comitiorum Spirensi, Anno 1542. §. Demnach. Quidam & plerique Principibus & Ordinibus subiecti, sed etiam illos, qui aliquid maius præter communem & vulgarem nobilitatem habent, vt sunt Duces, Marchiones, Barones, per textum *in capitul. constitutis. de testibus. & in capit. grandi. numero sexto. de suppl. neglig. prælator.* Tiraquellus *in tractat. de nobilitat. capit. 6. numero 51.* Fab. de Anna *consilio 56. numero 17. 18. 19. 20. 21.* Cæpoll. *in tractat. de imperat. milit. de leg. in 40. priuileg. nobilitatis.* Albert. Brun. *consilio 103.* Laurent Syluan. *consi. 73. numero 5.* Schrader. *in tractat. feud. part. 10. sect. 7. numero 59.* Et non tantum Principes & Comites, sed & regii honoris collatio inter nobilitatis gradus refertur Petr. de Andlo, *de Imper. Roman. libro secundo, cap. 12.* Dicuntur itaque Comites, † quibus dignitas Co- 13
mitatus codicillis Cæsariis vel regiis, Petr. Gregor. Tholosan. *Syntagm. iur. vniuer. libro 6. cap. 8.* Carol. Sigon. *de Regno Italiæ libro 7. folio 175. numero* 30. vel vsu longæuo quæsita est. Non expresso enim † tantum, sed & tacito quoque priuilegio nobilitas con 14
fertur Bartol. *in l. 1. colum. vltim. C. de dignitatib. per l. de quibus. in fine. de legib.* Tiraquell. *in tract. de nobilitate cap. 6. nu. 9.* Sic plures in Germania † esse comites de Comitatu non inuestitos, sed qui à Ca 15
stellis priuatis, quæ possident nominationis titulos contraxerint quorum maiores Romæ Comites temporarios fuisse, nomenque dignitatis dum externas nationes peterent, retinuisse existimat Petrus de Andlo *de Imperio Roman. libro 2. cap. 12.* in eorumque numero esse superstites nobilissimos, Comites ab Ottingen & Zollern. *eod. tr. lib. 1. c. 15.* Comites ad abiuncto † quantitatis honoris 16
ac dignitatis diuiduntur in eos, quibus proxima post Principes

Duces ac Marchiones dignitas conceſſa eſt ( licet olim tam in o-
17 rientali † quam occidentali Imperio Duces Comitibus poſtponerentur, illiſque adiungerentur in militari diſciplina, vt refert Guid. Pancirolli *Notitiar. Imperii, c. 1. & occid. Imp. cap. 70.* Et in Galliis
18 Comites, † conſuetudine Marchionib. præterri dicit Alciat *in li-*
19 *bello de ſingulari certamine, cap. 32* ) & qui titulo hoc ſaltem † honorati ſunt, quos Comites ſacri Palatii Cæſarii vel ſimpliciter Palatinos appellant Petrus Gregorius Tholoſan. *ſyntag. iur. vniuerſi lib. 7. cap. inpr.* Lancellot. Conrad. *in templo iud. lib. 1. cap. de Comite, numer. 1.* Horum etſi non vulgaris eſt exiſtimatio & ampliſſima poteſtatis politicæ pars ſolis Imperatoribus ac Regibus reſeruata conferatur, vt nimirũ nomine ac vice Imperatoris poſſint creare Tabelliones dignitatem ac inſignia nobilitatis conferre famæ ac natalibus reſtituere, ac alia ad ſummam Reipublicæ poteſtatem pertinentia exercere. Dignitate tamen Comitibus ſimpliciter dictis inferiores habentur, nec ad hæredes poteſtas eorum tranſmittitur. Vnde ad differentiam aliorum Comitum, de Comitatu inueſtitorum ( eſt enim Comitatus non tantum dignitas, ſed etiam dignitas Regia & principalis, vt ſcripſit Baldus *in cap. 1. nu. 3. verſi. item nota. colum. 2. de Feudo Marchiæ* ) qui proprie dicuntur Comites, Comites abuſiui appellantur, vt ex Felino *in cap. Rudolphus, in verbo Comitatus. num. 10. de præſcriptione.* ex Iaſone Iacobino de S. Georgio Cotta *in memorialibus*, Socino & aliis refert Fuluius Pacianus *in tract. de probat. libro 2. cap. 36. in prin.* Fit & Vicecomitum mentio, ex quibus quidam proprie ita dicuntur, quibus vices aliorum demandatæ ſunt Schardius *in Lexico verbo Vicecomes.* Hoc nomine modeſtiæ cauſa pro Comite vſum fuiſſe, Vinianum ex graui perſecutione, qua fere omnem familiam extinxit Fridericus Imperator ſolum relictum Vinianum vel Vimannum Angleriæ Comitem, ex cuius poſteris cum longo poſt interuallo aliquis Mediolani & totius Lombardiæ Præſes conſtitutus eſſet ab Imperatore Adolpho, Vicecomitum nomen retinuerunt, vſque ad Iohannem Galeacium à VVenceslao Cæſare pecunia corrupto, & potiſſimæ Italiæ partem ab imperio alienante Ducem Mediolani creatum, qui mortuus eſt, Anno 1402.

Munſte-

Munsterus *in Cosmographia, lib. 2. de Italia, cap. 21.* Spangenberg. *in*
*spec. nobilitatis, lib. 10. cap. 33.* Von Vitzgraffen. Similis quoq; ratio
est Doctorum Scholasticorum, qui professione vicenaria Co-
mitiuam sunt adsecuti & Vicariis adæquati *leg. unic.* & ibi Cuiac.
*C. de professoribus, qui in vrbe Constantinopolitan. docent. ex lege merue-*
*runt Comitiuam. lib. 12.* Bartol. *in leg. Alexandriæ. C. de decurionibus. lib.*
*10.* Petr. Greg. Tholosan. *Syntag. iuris vniuersi, lib. 6. cap. 8.* Et *in leg. me-*
*dicos. C. de dignitatib. libr. 12.* Pet. de Andlo *de Imperii Roman. libro 2.*
*capit. 11.* Quos tamen hoc tempore quantumuis per vicennium
docuerint, nec Illustres, nec Comites effici arbitratur Menoch.
*de arbitr. iud. quæst. lib. 2. cas. 68. in fine.* Porro Comitum † proprie 20
sic dictorum quidam principum, quidam suo ordine censentur.
Qui principum † loco sunt, cum adiectione sic appellantur, 21
Comites Palatini, Marchiones, Comites, Limitanei, Landtgra-
uii, Prouinciarum Comites, Burggrauii, olim sic dicti, quod eis ar-
cis alicuius custodia, quam Guardiam vel Castaldiam vulgo ap-
pellant, commendaretur. Petr. de Andlo *de Roman. Imperio lib. 2.*
*cap. 12.* Ex quibus præ cæteris celebrantur Norinbergenses, Mag-
deburgenses, quorum multa est mentio *in iure Saxon.* Weichbild/
*art. 44. & art. 47. in gloss. col. 2. & art. 16. & 45.* Posteriori hoc princi-
pum gradu à Ferdinando Imperatore ornatus fuit Henricus Pla-
uius Regni Bohemiæ Cancellarius & Misniæ Burggrauius appel-
latus, quæ dignitas vltra *2.* eiusdem filios Henricum seniorem,
& Henricum Iuniorem, qui Schlebitii sine liberis extinctus non
porrecta est: De Comitum Palatinorum, Marchionum, Landt-
grauiorum, Burggrauiorum nomine, origine, dignitate & offi-
cio prolixe refert Cyriacus Spangenberg. *in speculo nobilitatis, lib.*
*10. capit. 16. & aliquot seqq.* Quibus enumerantur, Die Gefürstete
Graffen/ qui ex Comitibus in Principum Ordinem euecti sunt,
vt olim Hennebergensis & alii nostra ætate Comites Arnbergii
à Maximiliano Secundo, & Mansfeldii, pater Petrus Ernestus,
& filius Carolus ab Imperatore nostro Rudolpho *2.* Qui itaque
de Comitatu, ab Imperio † cum Regalibus iurisdictione ac iu- 22
ribus aliis omnibus, vt habent clausulæ vulgares, sunt inuestiti
vel vsu ac possessione legitime quæsita habent, tam quo ad iuris-

dictionem, quam reliqua iura regalium & potestatem optimatum imperii eadem possunt, in toto suo territorio, quo ad personas & causas omnes, quæ Status imperii in genere & principes posse diximus, *supra lib. 1. cap. 6. & hoc lib. cap. 7.* Quicquid enim est in Comitatu, in iurisdictione Comitis esse præsumitur, nisi contrarium ostendatur Speculat. *in tit. de iurisdict. omn. iudic. §. 1. expedito. versic. magni. & seq. num. 2.* Lancellot. Conrad. *in templo iud. lib. 1. cap. 6. de Comite. num. 7.* Mynsing. *consilio 27. numero 42.* ita vt principes & Ordines reliqui in ditionibus comitum iurisdictionem exercentes ipsis iniuriam inferre ac territoria eorum violare dicantur Corn. *consilio 159. numero 12. volum. 2.* Petra *de fideicommiss. quæst. 13. numero 569.* Gail. *de pace publica libro 1. cap. 16. numero 27. &*
23 *28.* Quod tamen restringitur, vt locum † non habeat, quando vel expressa conuentione & consensu, vel longa possessione & moribus, vel à vicinis principibus & ordinibus, vel inferiorib. & subditis iurisdictio Comitum, vel ex inuestitura, priuilegio, vel præscriptione competens, vel quo ad partem territorii, vel causas ac personas, partes quoque iudicii, diminuta est; In iis enim solum Comitum iurisdictio cessat, in reliquis salua & integra, sicuti perite hæc explicat Knich. *de iure territorii. cap. 4. in princip. à nu. 6. vsq. ad nu. 34.*

24 Vt autem ex Ducibus † Brunsuicensis, Bauariæ, Sueuiæ, Lotharingiæ, Ex Marchionibus, Brandeburgensis, Misnensis Morauiæ & Badensis Ex Landtgrauiis Thuringiæ, Hassiæ, Alsatiæ, Leuchtenbergensis. Ex Burggrauiis Magdeburgensis, Noribergensis, Reineccensis & Strombergensis: Sic quoq; ex Comitum ordine singulari Cæsarum priuilegio 4. familiæ die Vier Graffen deß H. Römischen Reichs/ nuncupatæ fuerunt, Comites nimirum Cliuenses, Schwartzburgenses Ciliæ, & Sabaudiæ, vt recensentur à Pet. de Andlo *in lib. de imperio Romano ad Frid. 3. c. 16. tit. de principibus ac procerib. super quibus Romani imperii fundatus est potentatus.* Munster. *Cosmographiæ lib. 3. c. 18.* ex quib. Cliuenses & Sabaudi in principum ordinem adsciti Ciliensibus Anno 1456. extinctis, soli
25 Schwartzburgenses in Thuringia † rerum in imperio gestarum gloria ac possessionũ amplitudine nobilissimi Comites, ex quorũ

familia

familia fuit Guntherus contra Carolum IV. Imperator Romanorum electus, eo in ordine adhuc sunt superstites, ac ab an. 1567. vtuntur titulo, der vier Graffen deß Reichs / Graffen zu Schwartzburg. Etsi autem quidam sunt in ea sententia, quod ab Ottone Tertio, vel aliis Imperatoribus ordo ille imperii ita constitutus, ac singulæ Ordinum classes ita in 4. membra sint distributæ, vt videtur Petr. de Andl. *loco adducto*. Onuphr. *de Comitiis Imperatoriis*, & aliis citatis ab Andrea Knichio *in tract. de iure territorii cap. 1. numero 84*. Probabilior † tamen Crusii *ibidem*, relata & Munsteri *Cosmographiæ, libro 3. cap. 18.* est sententia: ab annis circiter 300. dignitates & officia hæc primum constituta arbitrantium. Et quod solius honoris ac præeminentiæ, non vero potestatis imperii amplificandæ causa tituli illi petentibus sint tributi, villarum, rusticorum, viculorum, montium, arcium, venatorum, & similium, priuilegia eodem quaternario numero impetrata, ab Onuphrio *dicto loco*, adiecta ostendunt. Ac tantum de Comitibus. 26

*BARONIS* † verbi Etymologiam quidam longe petunt, ἀπὸ τῆς βαρύτητος à grauitate, quod eorum munus fuerit in ipsis Ducatibus, non solum militare, sed prudenter atque grauiter Ducibus ipsis consulere de rebus gerendis consilium capientibus, post Lucam de Penna *in l. fin. in fine. C. de mancipiis. libr. 11.* & Matth. de Afflict. *in cap. 1. num. 5. de his, qui feud. dar. poss.* Eguin. Baro *de iure beneficior. libro primo. cap. 2.* vel βάρυ, id est, mole vel vastitate corporis: qua cæteros homines superare debeant, ex Martino Freccia *in comm. feuda libr. 1. cap. de Origine Baronum*, & Isidoro *libr. 9. Etymolog. tit. de ciuibus*. Borchold. *de feud. cap. 5.* Stephanus Forcatulus *comm. de feud. cap. 3. num. 7.* Francisc. Calletus *in addition. ad Pacian. libro 2. cap. 37. in verbo Baro*. vide quoque Spangenberg. *in speculo nobilitatis, libro 10. capit. 35.* Barones à voce Pannerherr à Monachis Italis corrupta, & primo Banerones, postea Barones dictos putat. 27

Mihi haud inconcinne à Germanico Freyen Barones, quasi Fraiones (vt Guarenda Gewehr / & alia eiusdem notæ) quasi liberi & exempti appellati videntur, cui suffragatur, quod inge-

nuos in gente Francorum Barones vocari solitos scripsit Lazius *com. Reipub. Rom. lib. 2. cap. 33. fol. 262.* Et vulgo nobiles opibus & potentia eminentiores sic appellari, ex Hotoman. & Renat. Choppin. ostendit Pet. Heig. *q. 2. nu. 34.* Et Germanicæ originis esse verbum Baro confirmari videtur ex eo, quod refert Cyriacus Spangenberg *in speculo nobilitatis, lib. 10. cap. 35.* quod Barones dicti fuerint initio simpliciter die Freyen nobiles, qui virtute ac meritis in Principes à muneribus patrimonialibus ac personalib. immunitatem obtinuerunt. Sic etiam in antiquis Cæsarum rescriptis Barones simpliciter vocantur Freyen/ vt in cassatione priuilegiorum contra Rotwilense iudicium impetratorũ edita à Goldasto *in statutis & rescriptis imperialibus, folio 138.* Entbieten allen Fürsten/ Graffen/ Freyen. Et in Chronico Coloniensi in Othone 3. relato ab eod. Goldasto *in rationali constitutionum. f. 102.* vbi. Mit andern Königen/ Hertzogen/ Graffen/ Marggraffen/ Landtgraffen/ Freyen/
28 Rittern/ Ständen. Barones latissima † significatione appellabantur olim omnes, qui Vassi Dominici & honores seu Vasalli regni dicebantur, quo nomine Regni Capitanei seu Magnates, omnes Duces, Marchiones, Comites comprehenduntur ex Sigeberti Chronico, anno 1160. & Othone Frisingensi Renat. Choppin. *de legib. And. lib. 1. tit. 5. de Baronib. cap. 47. nu. 1. & 2.* & Duces Baronum appellatione contineri Blondus affirmat, *libr. 5. decad. 5.* Paul. de Castro *consi. 34. num. 2.* vbi Vicarios perpetuos, vt sunt Comites & Duces, & similes Barones vocant, Lucas de Penna *l. fin. col. fin. de mancip.* Bald. *cap. vno delegatorum. col. fin. de offic. delegat.* Card. Paris. *consi. 141. nu. 29. lib. 4.* Bellon. *consi. 59. nu. 10.* Ascan. Clemens *in tract. de patria potestat. effect. 2. nu. 41. Limit. 4.* Schrad. *in tr. feud. par. 10. sect. 1. numer. 25. & 28.* Eadem de generali Baronis appellatione refert Petr. Gregorius Tholosan. *syntag. iur. vniuersi. lib. 6. cap. 10. num. 4.* Hectorem Boeth. *libro 2. Historiæ Scotiæ* citans apud Germanos Barones in genere Vassos regios dici affirmantem, quo in significatu in Germania superiore vsurpari mihi non constat, apud inferioris vero Saxoniæ homines vocem Baron latius accipi solitã fidẽ facit, quod in nobili illo Apologo politico Reincke Fuchß/ latissime ponitur pro omnib. procerib. & consiliariis aulicis.

De

De König sprack mit Torn vnd Nydt:
He drowede Reinken an alle Gnade/
Vnd leth verboden tho sinem Rade/
Syne Wiesen vnd sine besten Baronen.

Item *cap.* 3.

Höret tho gy Kleinen vnd gy Groten/
Min Baronen vnd mine Hußgenoten.

Item/ *par.* 4. *cap.* 11.

Jck will iu setten bouen an/
In minen Rath/ als einen Edlen Baron.

Sic quoq; Serenissimi principis mei Henrici Iulii Ducis Brunsuicensis, Vasallus Philippus Comes Hohenloius in subscriptione Decreti Ratisbonensis Anno 1603. inscribitur Philippus Graff zu Hohenlohe/ Herr zu Langenburigk vnd Baron zu Lichsfeldt. Angustius autem & proprie † ac simpliciter dictum pro Capitaneis Comitibus proximis: Baro. *de iure Beneficior. lib.* 1. *cap.* 3. Stephan. Forcatul. *in com feud c.* 3. *n.* 7. Dignitate enim † reliquos nobiles & milites antecellunt Boer. *in tr. de autoritate magni concilii. nu.* 113. Alciat. *in tr. de singular. certamin. cap.* 23. Frid. Schenck. *cap.* 1. *Quis dicat. Dux.* Bart. *consil.* 57. *lib.* 2. *argum. cap. Fundamenta.* §. *proinde. de Election. lib.* 6. Tyber. Decian. *Respons.* 32. *nu.* 147. *vol.* 1. Plures vocabuli Baronis significationes refert Petr. Anton. à Petra *in tract. de iure quæsito per principem non tollendo cap.* 22. *num* 12. de varia in Galliis vocis Baronis vsurpatione, Chassanæus *in catalogo gloriæ mundi. part.* 8. *considerat.* 15. Barones † itaque in genere definio proceres proximo post Comites, nobilitatis gradu ornatos. Curt. Iun. *in tract. de feud.* 2. *par. tit. de personis Laicis.* 1. *q. Baro quis sit* Lancellot. Conrad. *in templo iudic. lib.* 1. *cap.* 6. *de Comite in fine.* Steph. Forcatul. *in tract. de feud. cap.* 3. *nu.* 7. Chassan. *in catalog. gloriæ mundi par.* 5. *considerat. vlt.* Molyn. *in consuet. Paris. fol.* 335. *num.* 4. Fransc. Duar. *de feud. cap.* 6. *num.* 8. Ad eundem ferme modum Barones in Gallia describit Chassanæus *in catalogo gloriæ mundi part.* 8 *consid.* 15. Apud nos Barones dicuntur tales, qui habent præeminētiam aliquam vltra simplices nobiles, & subsunt Ducibus aut Comitibus, licet quidam Germaniæ moribus inter Comites & Barones præter nominis ac ordinis ratio-

29 30 31

nem parum vel nihil interesse arbitrentur post Zas. & Frideric. Schenck. Rosenthal. *tractat. feudal. cap. secundo, conclusione prima, numero quinto*, vt & Comitum nomine interdum comprehenduntur Ord. Regimenti August. Anno 1500. *titul.* Von der
32 Graffen Stewr. Lingua Germanica † in Decretis Comitiorum variis nominibus Barones appellantur.

Primo enim simpliciter dicuntur Freyen. Sic verbum Baronum in aurea bulla redditum *in princip.* Fürsten / Graffen / Freyen. Et Reformatione Friderici tertii Francofurti Anno 1542. edita *in princip.* Graffen / Freyen. Et eodem Anno in dem Königlichen Landfrieden / *in princ.* Prælaten / Graffen / Freyen / Reformatione Iudicii VVestphalici, VVormat. eiusdem anni *in princip.* Et Ord. Regimenti An. 1500. Eiusdem Regimenti Ord. Caroli 5. VVorm. Annno 1521. Fürsten / Graffen / Freyen.

33 Secundo † Freyherrn / Sic appellantur Freyherrn zu Walpurgk / Aulendorff / Königsenckenbergk / Ober Stultzburgk / Alten vnnd Newen Fraunhoffen / Dagstul / Hohenschwangaw / Erbach / Graffenseneck / Waldeck / Schwartzenbergk / Hohenlandsbergk / Ehrenfels / Krichingen / Biland / Wintzenbergk, Degenbergk / Rechumb / Maxelrein / Pappenheim.

34 Tertio † SemperFreyen / vt Barones Limpurgici & VVesterburgenses, olim quoque Thusani & Aldenvvaldenses.

35 Quarto † Simpliciter Herrn / vt Barones Russi, Herrn zu Plawen / zu Schleitz / Greitz / Krannichfelt / Lobenstein vnnd Gera / Schonburgenses Herrn zu Glaucha vnnd Waldenburgk / Herrn zu hohen Geroltzeck / Reipoltzkirch / Brandschenck / Burgbergk / Blanckenheim / Cranichfeldt / Rembda Pirmont. Sic Petr. de bella pertica *Barones* vocat *Dominos* Cyti, Choroni de Vasono, de Aras & in Italia de Honforte, de Iuliano *de feud. tit. 3. numero duodecimo.* Et Zasius Dominos terrarum Austriæ *de feud. part. 5. nume-*
36 *ro decimoquinto*, in Germania inferiore Baron. † Edle Herrn / vt Comites Mansfeldenses, Edle Herrn zu Heldrungen / Graffen vnd Edle Herrn zur Lippe / Graffen vnd Edle Herrn zu Dipholtz /

Graffen

Graffen vnd Edle Herrn von Spiegelbergk/ Edle Herrn von Wartberge.

Quinto olim Barones nobilium solummodo titulo appellati fuerunt, idque vel simpliciter † vt Edle von Querffurt. Vnde 37
Comites Mansfeldenses origenem trahunt, vel adiecta demonstratione der Edle/ vt in diplomate Magni Ducis Brunsuicensis dato Anno 1360. in quo testis rerum gestarum adducitur Eberhardus Baro VVarbergensis, his verbis Euert von Werberge der Edle/ eius quoque ordinis olim fuisse probabile est, primæ nobilitatis familias in Saxonia, Die Edlen von Plathο/ In Misnia Die Edlen von der Planitz/ Baronatus Aurbachii possessores, quibus annumerantur Nobiles de Erenbergk, & Nobiles de Steinach. Goldastus *Constitut. Imperial.* De Baronibus Germaniæ † reperiuntur, qui exemplo Erymnai Castorem & Pol 38
lucem fratres vehementer amantes tanquam inter se dissidentes committere tentantis dissidium quærunt inter Semper Freyen/ Freyherrn/ Freyen/ Edle Herrn/ vel die Edle/ idem significantia,& duo genera ponit Pet. de Andlo *de Imperio Romano libr. 2. cap. 12.* Vnum qui dicantur simpliciter, Barones: Alterum qui semper Barones appellantur. Illos definit Capitaneos, qui à principe vel potestate aliqua de plebe vel plebis parte per feudum sunt inuestiti, & Vasallos habent, qui proprie olim Valuasores appellati fuerunt.


Semper Barones vt verba eius habent, qui à nullo horum feudum habeant, sed alii ab ipsis, adeoque liberi sint, vt nulli ad fidelitatis adstringantur iuramentum, vt proprie Barones Limpurgici esse dicantur, Tria Rutger. Ruland. *in tractat. de commissionib. libro quinto, capite quarto, numero quadragesimo.* Primum semper liberorum qui ab Imperio etiam habent officia Imperialia, vt sunt Truccesii & Limpurgici. Quibus & aliis etiam inferioribus ius Archiui eadem ratione, qua Doctores Itali iura Principis Comitibus, Boiardis & Regiensibus Domino Saxoli, Comiti sancti vitalis, & aliis qui vel horti mirabellum possident, tribuunt, de quibus supra *cap. 4. numero quadragesimo quinto, & septuagesimo secundo.*

Secundum liberorum Baronum qui dicantur Freyherrn: Tertium simpliciter Baronum qui Herrn vocentur, quæ distinctio quoad duo posteriora genera inde quoque sustineri posse videtur, quod Freyen/ & Herrn/ in antiquis Imperii constitutionibus, vt diuersa ponantur Reformatione Friderici 3. Anno 1544. *in pr.* Ord. Cameræ VVorm. An. 1495. *in pr.* Maximiliani 1. Reformat. Iudicii VVestphalici Anno 1495. Ord. Reg. Maximil. An. 1500. Et primorum Comitiorum VVormatiens. Caroli 5. Decreti. §. Vnd Anfänglich/ in quibus hæc clausula Churfürsten/ Fürsten/ Grauen/ Freyen/ Herrn. Ego vero Baronum genera nulla † esse, & quocunque nomine, semper Freyen/ Freyherrn/ Freyen/ Edle Herrn/ vel simpliciter Herrn/ Edle/ vel die Edle/ appellantur nobilitate ac dignitate pares esse arbitror. Omnes enim generali vocabulo Herrn/ comprehẽduntur, vt perpetua habet Decretorum Comitiorum subscriptio, Von der Grauen vnd Herrn wegen. Eoque nomine non tantum illi, qui sola Baronatus dignitate sunt insigniti: sed & qui dynastias cum Ducum Principum & Comitum titulo coniunctas habent, sic serenissimi Archiduces Austriæ inscribuntur, Herrn zu Frießland auff der Windischen Marck/ zu Portenow/ zu Bestaia/ zu Salins/ Tripoli, Mecheler/ Duces, Iuliacenses, Herrn zu Rauenstein/ Megapolitani, der Lande Rostock vnnd Stergart/ Herrn Marchiones Badenses, Herrn zu Rotteln vnd Badenweiler/ Principes Anhaldini Herrn zu Zerbst vnd Berneburgk/ Duces Sabaudiæ Herrn zu Preß/ vnd Aß/ Comites Schvvartzburgenses, Herrn zu Arnstädt/ Sunderßhaussen vnd Leutenbergk, Comites Nassouienses, Herrn zu Wießbaden vnd Itzstein/ Beilstein/ Leinungenses, Herrn zur Westerburgk/ vnd Schaumburg/ VVidenses, Herrn zu Runckel vnnd Eissenbergk/ Solmenses, Herrn zu Müntzenbergk vnd Sonnenwald/ Hanouienses, zu Mintzenberg/ Item Herrn zum Lichtenberg/ Neuenarienses, Herrn zu Schorffenbergk vnd Alpen/ Manderschidenses, Herrn zu Gerhartstein/ Gleichenses, Herrn zu Tonne/ vnd Blanckenheim/ & plures alii, vt ex subscriptionibus Decretorum perspicere licet, imo Comites interdum generali vocabulo Herrn/ comprehenduntur Decreto Augustano Anno 150. *titul.* Wann das Gelt zu deß Cammergerichts Vnterhaltung.

§. vnd

§. vnd wir Churfürsten. Cui nihil refragatur. Quod in quibusdam Imperii constitutionibus ac Decretis ante adductis Barones ac Domini Freyen Herren / vt diuersi ponantur: id enim Stylo Cancellariæ magis quam vt gradus dignitate differentes exprimerentur, factum esse, inde quoque liquet quod inferioris ordinis nobiles diuersis quoque nominibus nobilium & militum Edele vnd Knechte / quæ Synonima esse perspicium est, ibidem appellentur: Quod autem pro vno eodemque accipiantur vocabula Freyherren vnd Herrn diserte patet ex Decreto August. An. 1548. §. Wirwol. vbi Comites & Barones appellantur, Grauen vnd Herrn & postea versic. Sich auch zum theil auff der Fürsten Eigenthumb vnd jhre Pfandschafften / Grauen vnd Freyen lassen. Et Ord. Cam. eod. An. constituta, in qua qui *par.* 1. *tit.* 1. §. Nemblich wollen. *& tit.* 3. §. Deßgleichen. Comites & Barones, Grauen vnd Freyherrn / *tit.* 12. §. Doch soll. & §. vnd so deren auch keiner / *tit.* 43 *eiusdem partis* Grauen vnd Herrn dicuntur. Etsi autem de nobilitatis ac dignitatis paritate, hæc ita sese habeant, in aliis tamen modis quibusdam discernuntur, Limpurgici † enim & VVesterburgenses, quos Co- 40
mites Leiningenses iam repræsentant: Semper Freyen / non à feudi ligii vel non ligii possessione, vel adsignatione officiorum palatinorum, qualia nunquam habuerunt, Thusani & Aldenvvaldenses extincti & VVesterburgẽses, qui hoc titulo cum Limpurgicis soli vtuntur, (Truccesios enim & alios Imperii officiales, eundem vsurpasse nusquam relatum est) ita appellantur. Sed κατὰ συνεκδοχὴν totius vel infiniti quod à tempore antiquissimo in dignitate ista ingenui constituti fuerint, & inter quatuor Imperii Barones κατ' ἐξοχὴν, sic appellatos, reliquis ordinibus quaternario numero ad augendum Imperii splendorem & maiestatem ante 300. ferme annos certis officiis ac honoribus insignitis sint adscripti, Onuphrius Panuin. *de Comitiis Imperatoriis tit. fin.* De Imperii cæteris principibus & ciuitatibus, liberis Imperialibus Munsteri. *Cosmographiæ lib.* 3. *c.* 23. licet olim titulum semper Freyen toti Baronum ordini communem quo à nobilibus inferioribus, Der Edlen Knecht vnd Dienstmänner / quos Mittel Freyen sint distincti, ex plebeis autem ciuium & agricolarum ordine immunitate emi-

nentiores simpliciter **Freyen** appellatos fuisse affirmet idem Munster. *dict. lib. 3. cap.* 20. Deinde Barones in genere ita distinguuntur.
41 Quidam enim simpliciter † **Freyen/Freyherrn/Edleherrn** vel **Herren** tantum, quidam cum adiectione **Freyherrn deß Reichs** appellantur, illi sunt qui vel priuilegio expresso, vel tacito hac dignitate sunt ornati, siue feudum eiusmodi nobile possideant, siue non, siue directe vel indirecte imperio pareant, vt recte sentit Rosenthal. *de feud cap. 2. conclus. 2. num.* 9. & probatur Decret. Comit. Augustanor. Anno 1548. §. **Wiewol**, hi vero qui cum ea dignitate ius comitiorum Imperii coniunctum, id est, locum in Senatu Imperii ac dictionem sententiæ habent. Ex his quidam mediate, quidam immediate imperio sunt subiecti. Decreto Comitiorum Augustanorum Anno 1548. §. **Wiewol auch** / quidam de Baronatu ab Imperio inuestiti, quidam vero non, nisi à principibus Feuda vel allodialia possident *dict.* §. **Wiewol**. Et quidam ab Imperio Regalia & iurisdictionem omniiugam habent, quidam non: Qui ita-
42 que † Barones de Regalibus & iurisdictione vniuersa, seu vt loquuntur, omnimoda, cum mero & mixto Imperio, ab Imperio sunt inuestiti, vel eam præscriptione quæsitam habent, toto districtu Baronatus, quo ad personas & causas, eandem quam Principes & Comites in principatibus & comitatibus obtinere diximus iuris reddendi potestatem habent, iisdem quoque limitationibus, ac restrictionibus obnoxiam.



CAPVT

# Caput Vltimum.

## *De liberarum Imperii Ciuitatum Iurisdictione.*

### Svmmaria.

1 *Verbi Ciuitatis simpliciter prolati varij acceptus, ac primo generaliter & proprie pro collecta multitudine hominum suis legibus viuentium siue libera siue alij Reipublicæ subiecta.*
2 *Angustius* πολιτείαν *siue Rempublicam significat.*
3 *Interdum ciuitates Rebuspublicis subiectas.*
4 Μετωνυμικῶς *pro loco, tractu siue prouincia.*
5 *Eodem tropo interdum generaliter pro vrbe & villis.*
6 *Contractius pro loco ædificiorum muris cincto*
7 *Vsitatius autem & hoc loco accipitur pro cœtu ciuium, vrbem muro clausam inhabitantium.*
8 *Ciuitatis descriptiones.*
9 *Ciuitatum ex instituto Reipublicæ Romanæ diuisio.*
10 *In GERMANIA Ciuitates omnes in Imperiales & prouinciales diuiduntur.*
11 *Imperialium vulgata descriptio.*
12 *Prouincialium.*
13 *Recentiorum in diuidendis ciuitatibus variatio.*
14 *Plerique in Imperiales Municipales & mixtas distribuunt.*
15 *Distinctionis rationes & fundamenta ab iis adducta.*
16 *Autoris de ea sententia.*
17 *Cur* διχοτομία *in Imperiales & prouinciales retinenda, causæ & fundamenta adducta.*
18 *Vocabuli libertatis* ὁμωνυμία *tam apud IC quam politicos.*
19 *Vsu nostri temporis liberos Principes vel Ciuitates trifariam accipi.*
20 *Vocis Germanicæ* Reich *duæ significationes.*
21 Κατὰ συμπλοκὴν *verborum Ciuitatum Imperij significatio.*
22 *Verbi Germanici* Reichstädte *apud Historicos præsertim recentiores acceptus.*
23 *In Constitutionibus Imperij Verba* Reichstadt / *latius quam pro ciuitatibus inter Status Imperij relatis acceptum nusquam legitur.*

24. *An-*

necessitatibus, neque vlla lege adstricti, cum nunquam populus eorum fundus factus esset. Alterum earum quæ Romanas vel leges vel incolas acceperant, & Coloniç dicebantur, de quibus prolixe Lazius *Com. Reip. Roman. lib.* 12. *sect.* 1. *&* 2. Hæ autem quantitate in minores & maximas, quæ metropoles appellantur, distinguntur à Modestino *in l. si duas.* §. *si minores. de excusat. tut.* Guid. Panciroll *in tract. de magistratib. municipalibus. cap* 8. *in princ.* Hotoman. *in com. verb. iuris verb. Metropolis.* Pet. Gregor. Tholosan. *de Republ. lib.* 2. *c.* 1. *num* 5. Vulgo in maximas, maiores magnas & minores. Bart. *in tr. de Reg ciuitat. num.* 15. *&* 20. Tiber. Decian. *consil.* 19. *num.* 20. *vol.* 3. *Illustrium* appellatione duæ solummodo ornatæ sunt: Roma antiqua & Constantinopolis, noua Roma nuncupata, propter sedem Imperii isthuc translatam: non autem specialem earum dignitatem. *l* 3. §. *Quod si alterutram. C. de nat. lib.* Decian. *consil.* 19. *num.* 20. *vol.* 3. A legibus quibus vtebantur iuris Romani & Latini, Lazius *Com. Reipub. Rom. lib.* 12. *sect.* 1.

In GERMANIA † vetus earum in Imperiales Prouinciales est diuisio. Mynsing. *consil* 13. *Decad.* 3. Gail. *obs. lib.* 1. *obs.* 1. *num.* 19. 10
Imperiales describunt, † quæ non nisi Imperatorem recognoscunt Mynsing. *d. consil. & nu.* Gail. *obs. lib.* 2. *obs.* 57. *num.* 7. Prouinciales † communitates, quæ in totum subsunt Principibus. Mynsing. *d. cons. & num.* Qui autem hodie † aut heri de ciuitatibus aliquid literis mandarunt, dum quisque tempori & causæ inseruire studet, in fingendis ac refingendis earum formis adeo variant, remque apertam & planam ita inuoluunt, vt certi ferme nihil ex iis constitui possit. In eo tamen † conueniunt, quod tria sint ciuitatum genera, vnum liberarum Imperialium, Secundum subditarum & simpliciter vt loquuntur Municipalium, Tertium earum quæ mixtum statum obtineant ac partim sint Imperiales partim municipales. Distinctiones huius † autores laudant Bartolum, Baldum, Crotum, Zasium & alios *in l. omnes populi de iustitia & iure.* Eamque confirmari putant illustri præiudicio Caroli 4. relato à Crancio Saxoniæ *libr.* 10. *cap.* 2. De controuersia inter Comites nunc Duces Holsatiæ, ac ciuitatem Hamburgensem, quam ita definiuisse Imperatorem narrat, vt Oppidum Comitib.

Imperiales describunt, † 11 ... Prouinciales † 12 ... Qui autem hodie † 13 ... In eo tamen † 14 ... Distinctiones huius † 15

pareret saluis libertatibus quas ab Imperiali culmine promeruisset. Ad mixturam Imperialium ac prouincialium ciuitatum probandam adducunt quoque Mynsing. *d. consil.* 13 *num.* 10. Et Gail. *obs.* 54. *lib.* 2. *num.* 10. Matthias Stephanus *de iurisdictione lib.* 2. *par.* 2. *cap.* 1. *num.* 17.

16 De his vt breuibus † nos expediamus primo nostram de diuisione ac specierum singularum definitione sententiam, postea quid de Mynsingeri Gaili, & aliorum partitionibus ac descriptionibus videatur exponam, quem locum eo mihi difficiliorem renilictum intelligo quo doctiores sunt omnium iudicio, qui, primam illam delineationem nobis reliquerunt. Qua tamen deterreri non debeo, dum studiosam rerum politicarum iuuentutem hac in parte si possim iuuare contendo, in qua eorum autoritas veritatem labefactare videtur.

17 Quantum itaque ad diuisionem † ciuitatum διχοτομίαν antea positam in Imperiales & Prouinciales, vulgo **Reichs vnnd Fürsten Stedte** omnino retinendam censeo. 1. Quod constitutiones & acta Imperii nulla alia ciuitatum genera in Imperio agnoscunt, quemadmodum diserte relatum est Decreto Spirensi *Anno* 1544. §. **Die Frey vnd Reichsstedte** / ibi **die Frey vnd Reichsstedte / vnnd andere Stedte so den Fürsten vnd andern Herrschafften zugehören.** Et Decreto Augustano *Anno* 1548. §. **Vnd als erstlich** *versic.* **wiewol daß etzlicher Fürsten vnd Herrn Stedte.** §. **Aber ein jeder Prælat** in verbis **vnd der Frey vnd Reichsstedte / auch ansehenlicher Chur vnd Fürsten Stedte.** Et quotiescunque liberarum Imperii ciuitatum mentio fit eæ tantum intelliguntur, quæ ad conuentus publicos vocantur & ea quæ diximus supra iura comitiorum habent, vt ex perpetua Decretorum subscriptione. **vnd wir Churfürsten / Fürsten / Prælaten / Grauen / Herrn / vnd deß heiligen Reichs Frey vnd Reichsstedte** / manifestum est. Ac licet de ciuitatibus Anseaticis Decreto Augustano *Anno* 1548. §. **Vnd als erstlich** / *versic.* **Wiewol nun** enuncietur, **daß die See vnd Ansee Stedte der Hülffe halber / weder dem Reich / noch andern Churfürsten / Fürsten oder Herren / vnterworffen sein wellen** / id est, etsi ciuitates maritimæ vel Anseaticæ, quoad punctum contributi-

butionis neque Imperio nec Electoribus Principibus vel aliis Ordinibus se subiectos esse prætendant, inter ciuitates tamen Imperiales non referuntur. Et Decreto Ratisbonensi *Anno* 1576. §. **Wir wollen** Electoribus Principibus ac Ordinibus in quorum territoriis sitæ sunt ciuitates Ansealicæ superiorita- ti. & alia iura in eas expresse reseruantur, **Wir wollen auch zu mehrer Besterckung solcher nothwendiger Defension / mit den Han vnnd Seestedten handeln lassen / vnnd sie dahin vermögen / jhre hülffliche stewer auch darzu geben / doch den Churfürsten / Fürsten vnd Stenden / sonsten an jhren hergebrachten Ober vnd Gerechtigkeit nichts benommen.** Idem & quod ex genere ciuitatum prouincialium non sint exemtæ diserte exprimitur Decreto Comitiorum Augustanorum *Anno* 1566. §. **Die Han vnd Seestedte belangende**, *versic.* **So haben: So haben wir vns mit Churfürsten / Fürsten vnd Stenden / auch der Abwesenden / Räthen vnd Bottschafften dohin erinnert vnd verglichen / daß in berührter Handlung diese Bescheidenheit gehalten werden soll / damit den Churfürsten / Fürsten vnd Obrigkeiten / an jhrer habenden Gerechtigkeit /** Superioritet, **Obrigkeit / vnnd was in jhre** Contribution, **Stewer vnnd Anschlag gebühret vnd zustehet / nichts benommen / diese Stedte auch von jhnen / den Churfürsten / Fürsten vnd Obrigkeiten / nichts außgezogen / zu dem deß Reichs Anschlagen nichts** derogiret **oder darauß verwendet werden / weil es aber ansehenliche vnd vermüglichè Stedte seyn / vnd diese gemeine Hülffe / zu trost der bedrengten Christen / mitleidenlich gemeinet / So wollen wir vns / auch Churfürsten / Fürsten vnd Stende / zu jhnen versehen / sie werden sich von diesem allgemeinen Gottseligen Werck nicht söndern /** id est, Conuentum est inter nos & Electores Principes & Ordines præsentes, & absentium legatos tractatione proposita ita constituatur, vt Electorum Principum & Ordinum iuri & superioritati quoad collectas ipsorum, nullum fiat præiudicium, nihil quoque rationibus ærarii Imperialis detrahatur. Et cum amplæ ac opulentæ sint ciuitates eas à communi hoc opere sese non esse segregaturos vna cum Electoribus & Principibus speramus. Idem & quod appellatione ciuitatum Imperialium siue **der Frey vnd Reichßstedte /**

sitæ

*tionem religionis quam cæterorum subditorum sit potestas Petri Friderici Myndani opinio.*

46 *Rationum ab eo adductarum confutatio.*

47 *An in ciuitatibus Imperialibus Senatus pro tempore lectus, solus vel cum eo reliqui ciues & sic ipsa vniuersitas ius status obtineat.*

48 *In summa an ciuitatum Imperium sit Aristocraticum vel Democraticum nobilis quæstio.*

49 *Verba* ἀριστοκρατίας *&* δημοκρατίας *hoc loco non proprie sed* ἐν πλάτει *pro institutis Aristocraticis & Democraticis accipi.*

50 *Quæstionem magis in facto quam in iure consistere.*

51 *In ea indaganda quinq; spectanda esse.*

52 *Interpretes de his solidi nihil tractant, sola quæstione an ciuitas ex contractu mutui administratorum obligetur, contenti.*

53 *Autoris de quæstione proposita sententia.*

54 *Actus agentium vltra intentionem eorum non operantur.*

55 *Res & iura vniuersitatum comparari Rebuspublicis.*

56 *Natura primæua Rerumpublicarum popularium, vt absq; opera magistratuum per contiones & comitia administrentur.*

57 *Comitia duplicia apud Athenienses: stata & ordinaria quas* ἐκκλησίας κυρίας *appellarunt, & extraordinaria.*

58 *Congregati* σύγκλητοι *appellati, vnde patres conscriptos dictos notat Camerarius.*

59 *Suffragia vel viritim vel per partes quas Græci* φρατρίας *vocarunt iniri solita.*

60 *Auctis ciuitatibus cum populus commode coire non posset Magistratuum creatio inuenta.*

61 *Qui fuerunt in duplici differentia Maiores & Minores.*

62 *Electores & Principes, Prælati, Comites, Barones ac liberæ ciuitates iurisdictionem & alia iura, non vt Curatores & Commissarij sed iure suo perpetua fere hoc tempore obtinent.*

63 *Vt in arbitrio Principum, Prælatorum, Comitum & Baronum quantum præfectis suis ad tempus vel in perpetuum committere velint: Sic quoque in libera voluntate est ciuitatum quid & quantum magistratibus à se constitutis sit tribuendum.*

64 *Nullam magistratus habere iurisdictionem vel alia iura nisi per statuta ciuitatis expressa concessa.*

65 *An mandata iurisdictione Regalia & alia superioritatis iura ciuitatibus competentia transeant.*

66 *Concessione quantumuis generali, non transire regalia quæ specialem concessionem requirant.*

67 *Si Princeps concedat alicui omnigenam iurisdictionem altam & bassam: id salua superioritate & illæsis iuribus status accipiendum.*

68 *Etiamsi adiecta sit clausula: cum translatione omnis Imperij & potestatis & cum omni iure.*

69 *Obiectionum dilutio.*

70 *Tempus per se non esse modum inducendæ vel tollendæ obligationis.*

71 *Menstruus vel annuus magistratus, non minus est magistratus quam decennalis, aut tricennalis.*

72 *Ciuitatum Imperialium & prouincialium quoad gubernandi instituta comparatio.*

73 *Inclytæ Reipublicæ Magdeburgensis breuis delineatio.*

74 *Eiusdem laus & encomium.*

1 CIVITATIS vocabulum † interdum proprie accipitur pro collecta multitudine hominum iisdem legibus & moribus viuentium, siue sit Respublica libera per se, siue alii Reipublicæ subiecta. Cic. *pro Sestio*. tum conuenticula hominum quæ postea ciuitates nominatæ sunt *l. ciuibus. 2. de reb dub. l in omnibus. Ad S.C. Trebellian. versic. omnibus ciuitatibus* quæ sunt sub Imperio populi Romani. *l ciuitatib. de leg. 1. in princ.* ciuitatibus legari potest etiam quod ad honorem ornatumque pertinet. *l. ciuitas. de reb credit.* Alciat. *l. 15. 16. 17. & 18. de verbor. significat.* Con. Com. iuris ciuil. *libr. 1. cap. 4. numero secundo, & cap. 7. numero primo.* Et sic tam ciues proprie sic dictos quam vicarios complectitur. Alciat. *in l. vrbis. §. Romæ. de verbor. significat.*

2 Aliquando † angustius pro Politia siue Republica libera vsurpatur. Cicero *in Somnio Scipionis*. Nihil est enim illi Principi Deo, qui omnem hunc mundum regit quod quidem in terris fiat accep-

ceptius quam concilia cætusue hominum iure sociati quę ciuitates appellantur. Idem *de Legibus Libr.* 1. Inter quos est communio legis, inter eos est communio iuris. Quibus autem hæc inter eos sunt communia & ciuitatis eiusdem habendi sunt, Cæsar *de bello Gallico libr.* 6. Ciuitatibus maxima laus est, quam latissimas circa se habere solitudines *l. omnes populi, in princ. de iust. & iure.* Card. *in* 3
*Clem. dudum. §. de sepulchr.* Interdum pro ciuitatibus † Reipubl. 4
subiectis *l. Bona. & seq. de verbor. significat.* κατὰ μετωνυμίαν † subiecti dicitur locus siue tractus, vel prouincia Comitatus vel districtus quibus continentur Reipubl. ciues. Cæsar *de bello Gallico*: Omnis Heluetiorum ciuitas in quatuor pagos diuisa est. Roman. *consi-* 5
*lio 454 numero septimo.* Eodem tropo interdum † latius vt in materia munerum & contributionum tam pro vrbe quam pagis & 6
villis accipitur *l. forma. §. si vero de censib.* Angustius † pro loco ædificiorum muris cincto accipitur *l. 2. de verbor. significat.* Socin. *in l. ciuibus. de reb. dub.* Felin. *in c. Rudolphus. de rescript.* Dd. pleriq; *in Clem.* 1. *verb. matricem. de sent. excom.* Paris. *consil. vigesimo septimo, numero vndecimo, vol.* 4. *l. si vt proponis. & l. singularum. C. de AEdific. priuat:* Bart. *in l. sed & reprobari §. fin. in 2. col.* Ad villarum differentiam, Bartol. *in l.* 1. *§. sint autem. de oper. noui nunciat.* ita vt quoque suburbia complectatur. *l. vxorem. §. legauerat.* & ibi Bartol. *de leg.* 3. *l.* 2. & ibi Cæpola. *de verbor. significat.* Ægid. *in Constit. Marchiæ Antonitanæ gloss.* 6. *numero septuagesimo tertio.* VVurmbs. *obs. lib. Miscell. obs.* 24. quod non liquidæ. §. *pen. de Penu legat.* Bartol *in l.* 2. *de verb. significat. c. ciuitas. de sent. excommunicat. in* 6. & ibi Bald. gl. *in cap. Si statutum in versic. ciuitatibus de rescript in* 6.

Oppidi quoque nomen cum ciuitate sic accepta hoc tempore confundi, quod æque muris & fossis cingatur, ait Petr. Gregor. Tholosan. *de Rep. libr. secundo, cap. primo, numero quarto.* Idque tamen à villa distinguitur, quæ muris non circundatur. Bart. text. & gloss. *in l. si hæres. §. vices. de leg.* 1. vt & à Castro interpretes. *in l. ciuitas. de sentent. excommunic. in* 6. VVurmbs. *Obs. libr.* 1. *titul.* 2. *obs.* 2.

Licet consuetudine Christiana, vt ait Sigonius *de Regno Italiæ. libr.* 10 *in Henrico* 4. *fol.* 242. *numer.* 3. & iure Pontificio eæ tantum

Basileam, Brunsuicum, Bremam, Erphordiam, Gelhusiam, Gottingam, Hamburgũ, Hildesheimium, Ingelheimiam, Lunæburgum, Lemgouiam, Moguntiam, Magdeburgam, Brackel, Padebornam, Quedlinburgum, Rostochium, Sundt, Treuerim, Tullium, Verdunum, VVismariam, VVarburgum, ex quibus tñ Hãburgum, Tullium & Verdunũ matriculę VVormat. An. 1521. insertę reperiuntur. Idem post relatã cuiusdam IC. præcipui de ciuitatum diuisione in medio relictã vulgatam, item earundẽ per Aquilæ totius vel partis insignia, quorundã distinctionẽ eorum à Gylmanno *tom. 3. Symphor f. 143.* relatam opinionem, scriptis veterũ ac pbatorum Historicorum cõsentaneam esse dicit qua illę Freystette/ appellentur, q̃ ab initio neminem excepto Imperatore superiorem agnouerunt Reichstedte/ quæ aliis subiectæ postea eorum ditioni subtractæ, immediate Imperio sint subditæ: Quod vrbes omnes vltra citraq; Rhenũ sitæ quæ non ab Episcopis & Comitib. sint gubernatæ Carolinorum & Saxonum tempore non Reichsstedte/ id est, ciuitates Regiæ vel Regni, sed oppida villas & Castra Reichsflecken/ Reichsdörffer vnd Bürgge vocatæ, Imperio directo non paruerunt, donec muris cinctæ & ex Principum & Ordinum iurisdictione exemtæ inter immediatas Imperii ciuitates sint relatæ. Inter eas numerat Ratisbonam & Lubecam, olim Ducibus Bauariæ & Saxoniæ, ac postremo Henrico Leoni Serenissimorũ Brunsuicensium ac Lunæburgensium Ducum progenitori, Augustã Noribergã, Rotenburgum, Gemnuda, Lindauium Ducibus Sueuiæ, Vlmam, Abbatiæ Recchenauiensi, Nordlingã, Episcopo Ratisbonensi, Kauffbeuren/ Baronibus vom Hoff/ olim subditam. Et *Anno* 1486. Decreta Comitiorũ Eslingensium die Frey vnd Reichsstedte distincta serie subscripserũt, Et inter illas seorsim sedisse in senatu die Frey vnd Reichsstedte/ ac inter illas Argentina, Basilea, VVormatia, Spira, Francofortum, Hagenouia, Colmaria, inter has vero Nuriberga, Vlma, Reutlinga, Rotenburgum, Hala, Gemunda, Memminga, Haelbronna, Dunckenspuel, VVimphẽ, Rauensburgk, VVinsheim, Schvveinfurt, Giengen & Eslingẽ referuntur: Comitiis quoq; VVormat. *An.* 1495. eodem ordine interfuisse narrat idem autor *Chron. Spirens lib. 4. c. 5 f. 289.* Nullo vero

23 † constitutionum Imperii loco ita generaliter acceptum legitur, vt etiam eas ciuitates, quæ non inter status Imperii referuntur cõprehendat, sed ita vt illis quæ Principibus & Ordinibus parent ex diametro opponantur, Decreto Spirensi *An.* 1544. §. **Aber ein jeder Prælat** *in verbis:* **vnd der Frey vnd Reichsstedte/ auch ansehenlicher Churfürsten vnnd Fürsten Stedte.** *Et* §. **Die Frey vnd Reichstedte/ auch andere Stedte/ so den Fürsten vnd andern Herrschafften zugehörten** idque maxime ostendit perpetua Decretorum Comitialium subscriptio, **vnd wir Churf. Fürsten. Prælaten/ Grauen/ Herren/ vñ deß H. Reichs Frey vnd Reichsstette/** quæ ad nullas alias ciuitates q̃ quæ ad comitia vocantur, & inter Ordines Imperii censentur referri potest. Consilia quoq; vetera de iure ciuitatum Imperialium, quotiescunq; liberarum Imperii ciuitatum mentionem faciunt, nõ nisi de illis quæ inter Ordines referuntur agunt. In genere vero tam Imperiales quam Prouinciales Cõmunen **oder Stedte** vocantur, dicto Decreto Spirensi *An* 1544. §. **Vnd nach dem der Churfürsten** *in pr.* ibi, **Churfürstẽ/ Fürsten/ Prælaten/ Grauen/ Freyen vnd Herrn/ deren vom Adel vnd der** Communen **vnd Stedt.** *Et* §. **Vnd nach dem aber** *in verbis,* **vnd solch Anschleg in allen vnd jeden Stetten/ Flecken vnd Ortern.** *Et* §. **Es soll in einem jeden Fürstenthumb in ein gelegen Stadt.** Idem post Gail. & And. Knichen, affirmat Paulus Matthias VVenerus *practicarum iuris obseruationũ Cameræ Imperialis verbo*, **freye Reichsstedte**: hodie sunt & habentur tales, **Frey vnd Reichsstedte/** quæ catalogo statuum Imperii sunt inscriptæ secundum matriculam Imperii dum Comitia peragũtur in Senatu Imperiali ciuitatum **der Stedte Rath** sibi vendicat sessionem votumque. Idem autor *Chronici Spirensis lib.* 4. *c.* 4 **daß die Frey vnd Reichsstedte nun sammentlich Glieder eines** corporis **deß heiligen Römischen Reichs Stende seyn vnd zu halten werden/ jhre** Session **vnd Stimmen auff den Reichstagen haben/** id est, quod hodie liberæ Imperii ciuitates omnes vnius corporis membra ac Sacri Romani Imperii sint status quæ ius sessurę ac suffragii in Comitiis habeant.

24 Etsi a. vt præmissum † differentiam quidam constituunt inter **Reichstedte & Freye Reichstedte/** vel inter simpliciter Imperiales & liberas Imperiales, vt hæ sint quæ semper libertatẽ abinitio retinuerunt,

nuerunt, illæ quæ cum sub Principis Comitis vel alterius iugo essent exemtionem obtinuerunt, libertatemq; pristinam sub qua omnes olim ciuitates non minus quam integræ Prouinciæ fuerunt recuperarunt. Sixtinus *de Regalibus lib.1 c.4.n.75.&76.* ex Gylman *decis. seu præiudiciorum Cameræ Tom.3. in verbo ciuitas Imperialis. §. fin. verbo*, Freye Reichsstedte/ quod inuertitur à Matthia Stephano *de iurisd. libr.2. par.2 c.1.* Vbi quas illi Frey Reichsstedte/ hic simpliciter Reichsstedte, & vicissim quæ illi Reichsstedte hic Freye Reichsstedte appellat, rationes tamen differentiæ quod nimirum aliæ aquilæ vel partem eius insigne aliæ aliud habeant sunt leuiores quam vt lõgioris refutationis indigeant. Certum est enim vt post Gail. *de Arrest. Imperii c.9.nu.1.&2.* concludit. Sixtinus *dicto loco* in Matricula & Constitutionibus Imperii omnes absq; discrimine siue ab initio fuerint liberæ, siue cum Principibus & Ordinibus essent subiectæ se in libertatem vindicarunt vt de Reutlinga & Eslinga locis decisionibus citatis refertur. Quod autem non
† tantum Reichsstedte/ sed liberæ & Freye Reichsstedte/appellantur 25
à veteri illa distinctione partim inde est quod pleræq; non tantum ex Principum iurisdictione sint exemtæ (quamuis id κατὰ πάντος perpetuum non sit vt de Northusia, Aquisgrano & Colonia diximus) sed præter dictam κοινωνίαν τῆς ἀρχῆς siue iuris Comitiorum, Regalia quoque cudendæ monetæ, vectigalium, iurisdictionem Magistratuum constitutionem, Fisci quoque & alia iura & immunitates ab Imperio teneant. Munsterus *Cosmographiæ lib.3.c.24.* **Wie die Reichsstedte vnd Reichsthaler gefreyet seyn**/ vbi **Gleicher Weise wie die Könige vnnd Keyser in Teutschen Landen hoch begabet/ die Fürsten vnnd Herren/ also haben sie auch nochmals auß sonderer Gnade vnnd Miltigkeit gefreyet die alten Stedte/ als diß Reichs Thäler vnd Flecken/ denselben vergönnet eigen Regierung/ dergleichen einen mercklichen Theil der Zollen/ Vngelts/ vnd andern Gefällen/ jhnen zugestellet**/ id est, quemadmodum Imperatores & Reges, Principes & reliquos ordines, sic etiam antiquas Imperii ciuitates ex singulari clementia ac liberalitate immunitatibus donarunt, iisque iurisdictionem ac potissimam partem vectigalium & aliorum ad Fiscum Imperialem pertinentium con-

concesserunt. Sic quoq; de ciuitatum Italiæ libertate in gene:e loquitur Carolus Sigonius *de Regno Italiæ lib. 7. in Othone Magno:* Regni vero ciuitates plerasq; liberas, tributarias omnes reliq: Nam quarundam etiam perpetuos vt scripsi Marchiones aut Comites, superiori sibi reseruato iure constituit. Libertatem autem ciuitatum in eo fere posuit vt leges, consuetudines, iurisdictionem magistratus, vectigalia sui ferme iuris atq; arbitrii haberent. Liberas Imperii ciuitates à nemine hactenus definitas scio. Ac licet priore editione sic describere me tentasse memini quod sint communitates Imperio directo subiectæ ius sessuræ & suffragiorum in
26 Comitiis habentes: Quia tamen † ad perfectam definitionem requiratur, vt non sit communis, sed propria Aristot. *Top. lib. 6 cap. 12.* *ἴδιον γὰρ καὶ οὐ κοινὸν δεῖ τὸν ὁρισμὸν εἶναι*, & antea eum Plato *in Theæteto*, *ἕως δ' ἂν κοινοῦ τινος ἐφάπτῃ, ἐκείνων οὐκ ἔσται ὁ λόγος ὧν ἂν ἡ κοινότης ᾖ*: id est: Quandiu cōmune aliquid attigeris illorum definitionem non habebis, quorum cōmunitas est, quem locum eleganter sic expressit Cicero *in Topicis:* Sic igitur veteres præcipiunt, cum sumseris ea quæ sunt rei q̄ definire velis cum aliis cōmunia, vsq; eo persequi dum proprium efficiatur, q̄ nullam in aliam rem transferri possit. Et breuius repetiit. Quintilianus *lib. 5. c. 10.* qui à genere perueniēdam esse ad speciem vltimam: verbum autem cōmunitas proximum genus non exprimat, & quæ adiiciuntur differentiæ loco Imperio subiecta ciuitatem Imperialem à generis communitate non distinguant (quod sint & aliæ Vniuersitates directo Imperio parentes vt Collegia Canonicorum Bruxellæ in Paurheim, Item Burschede prope Aquisgranum & Collegium in Arnuel prope Sarbruck: Nec etiam quod directo Imperio pareant de omnib. dici possit: de integro vero sessuræ & suffragii iure in Comitiis alia supra à nobis sunt deducta: Ac nihil omnino reperiatur, quo ciuitates Imperiales non tantum ab aliarum Vniuersitatum, sed & à ciuitatum prouincialium communione segregētur quam ius illud qualecunq;
27 Comitiorum sic eas definio: CIVITATES IVRIS † COMITIORVM COMPOTES, quales hodie tantum sunt quæ matriculæ Imperii cōtinentur, quibus non tantū vt olim quæ Imperio immediate pensitant, sed etiam quæ ius sessuræ ac sententiæ dicendæ in Imperio habent

Quod Imperiales liberæ & Freystätte / dicantur obseruandum vocabulum libertatis vel liberi non vno modo tam apud alios latinæ linguæ autores quam IC. veteres ac recentiores interpretes accipi. Ac primo † libertas in genere vsurpatur pro facultate na- 18
turali eius, quod cuique facere libet nisi quid vi aut iure prohibeatur, quæ ex aduersa regione seruitutem habet *princ. instit. de iure perso. l. in generali de verb signif.* & ibi Alciat. *l.* 27. *Quis & à quo manum. l.* 11 *de liberali causa.* Cuiac. *in l.* 10. 11. *&* 12 *de verb. signif.* Sic etiam in speculo Saxonico vocabulum Freyheit / accipitur *art* 32. *lib.* 3. Secundo contractius pro ingenuitate vsurpat Hermog. *l. cum pacto. de lib. causa l.* 21 *de statu hom.* Hotoman. *de verb. iuris in verb. libertas* In politicis populus vel Princeps liber olim dicebatur, qui superioris expers & nullius alterius potestati politicæ est subiectus, siue fæderatus est siue æquo fœdere in amicitiam venit, siue fœdere comprehensum est, vt alterius populi maiestatem comiter obseruaret *l.* 7. *de captiu. & postlim. reuers.* Tacitus *Annal lib.* 15. Interea cōferendis pecuniis peruastata Italia, euersæ prouinciæ, sociiq; populi & quæ ciuitatum liberæ vocantur. Quod & interpretes Itali sequuntur qui Principes ac ciuitates dicunt liberas qui superiorem nō recognoscūt, Socin. Iun. *cons.* 73. *n.* 8 *vol.* 1. Libertatem eam importare vt non sint sub dominio alicuius personæ vel vniuersitatis ait Corn. *cons.* 187. *col.* 2 *in fine vol* 4. vbi addit hunc cōmunem vsum loquendi quod nulla terra dicatur viuere in libertate, quæ sit sub dominio alicuius personæ vel vniuersitatis, sed quæ non recognoscit aliquē Dominum vel absolute superiorem. Idem Bald. *cons.* 364. incip. *Quia quæst. nu.* 5. *in* 3. *par.* vbi dicit populum dici liberum cui libera lingua est. Similia conferunt. Bald. Angel. Rom & alii relati à Corn. *cons.* 20. *col.* 1. *&* 2. *vol.* 1. Pet. Anton. de Petra *in tr. de iure quæsito per Principem non tollendo q* 4. *n.* 24. Secundo liberæ olim prouinciæ dicebantur à tributo immunes vide Laz. Com. *de republ. lib.* 2. *cap.* 5. *fol.* 150 *in fine.*

Vsu vero nostri † temporis & Reipub liberi Principes vel ciui- 19
tates trifariam accipiuntur. Primo pro iis qui nō plane, sed in quibusdam ab Imperii ac Cæsaris potestate sunt exemti vt de Principibus ac ciuitatibus Italiæ liberis vocatis. Sigonius *de Regno Italiæ*

Xxxxx *lib.* 7.

*lib. 7. in Othone Magno:* Regno vero ciuitates plerasq; liberas tributarias omnes reliquit. Nam quarundã etiam perpetuos Marchiones aut Comites superiore sibi reseruato iure cõstituit libertatem ciuitatum in eo fere posuit, vt leges, cõsuetudines, iurisdictionem magistratus, vectigalia sui ferme iuris atq; arbitrii haberent, ita tamen vt sacramentum regibus dicerent, quocirca alios sibi præfectos rex, alios ipsæ ciuitates cõstituerunt, ac quos quidem Rex ad iura reddenda & populos in fide continendos in prouinciis collocauit ii missi, siue nuncii siue legati Imperatoris vocati: quos vero populi ad regẽdam ciuitatem & iura moderãda posthac crearant, ii consules duo aut plures fuerunt ex antiqua Romana Reipubl. consuetudine sumti, qui quotannis ex singulis ciuitatibus creati apud Episcopum ciuitatis aut nuncium Regis iurant. Secundo in Germania liberæ ciuitates ac libera nobilitas die freye Ritterschafft dicitur, quæ non ab Imperii vel Cæsaris, sed Electorũ, Principum, Comitum & Baronũ Iurisdictione ac potestate plane sunt exemtæ Decreto Augustano *An* 1555. §. Vnd in solchen fried. &c. Ratisbonensi 1557. § wir wellẽ auch/ & 1594. §. desgleichen die freye Ritterschafft; 1603. vnd damit diese hülffe *versic.* nicht weniger die gefreyete Ritterschafft. Sic olim Heluetii liberi die freyen Schweitzer fuerunt dicti, non q; plane à ditione Imperii Romani essent exemti, vt nũc prę se ferũt, sed q; ab eo tempore quo à Germanicis Imperatorib. ratio administrandæ Reipub. immutata, & prouinciæ ac ciuitates pleræq; Principibus, comitibus & aliis feudi titulo sunt cõcessę, illi ab horũ imperio immunitate donati, ac immediate Cæsarũ potestati sunt relictę: id q; ex confirmatione priuilegiorum Helueticorum Cæsarum Friderici 2. Henrici Lutzelburgensis, Ludouici Bauari, pbat Munster. *Cosmograph. lib* 3. *c* 66. vbi in fine verba cõfirmationis Rudolphi Imperatoris subiicit: Rudolphus Dei gratia Romanorum Rex semper Augustus prudentibus viris vniuersis hominib. in valle Schvveitz liberæ conditionis existentibus dilectis suis fidelibus gratiã & omne bonum. Sic quoq; accipitur Decreto Comitiorum Ratisbon. *An.* 1576. § damit auch. *versi.* da der exemtis in possessione libertatis befunden. Tertio generalius Freystedte & Freyheit/ accipitur de illarũ etiam ciuitatum immunitate,

quæ

quæ non κατὰ πάντα, sed in quibusdam à Principum & Ordinũ aliorum iurisdictione ac potestate exemtæ sunt. Sic in diplomate Sigismundi Imperatoris priuilegiorum inclytę ciuitatis Magdeburgensis cõfirmatorio legato Henrico ex nobili & perantiqua in ea Repub. Alemanorũ familia Noribergæ teste Ioanne Comite Palatino Rheni, ac Duce Bauariæ, Ruperto Duce Montis, Ioanne Landgrauio Leuchtenbergensi & Comite in Hals, *An.* 1431. dato, hæc verba me legere memini, **eine bestettigung vnnd** confirmation **vber der ehegenanten Stadt Magdeburg alle Rechte/ Freyheit/ Gesetze vnd löbliche Gewonheit.** Verbi Imperii simpliciter dicti ὁμωνυμία supra exposita est *lib.* 1. *c.* 11. *n.* 6. Germanicum vero **Reich**/ † ἀνω σημαντικῶς 20
in constitutionibus imperii duobus modis accipitur. Primo pro ipsis personis ἀρχόντων siue collegio Principum & Ordinum constit. **deß Königlichen Landfriedens** in principio *versi.* **dazu sie auch** *tit.* **was mit dem gemeinen pfenning erobert wird/ soll dem Reich bleiben.** Id est, quę neruis pecunię publicę occupãtur imperio acquiruntur. Decreto Augustano *An.* 1500. *tit.* **Ob sich jemand an das Reich ergeben wolte.** Item, **ob sich jemand an das Reich ergeben / oder sich dem Reich zinßbar machen wolte / soll der Häuptmann denselben annehmen / vnd sich der maß oder gedinges solches annehmens / an deß Reichs Regiment erlernẽ.** Eod. Decreto, *tit.* **wieviel Pferd das Reich dem Häuptman halten soll/ wie viel Trabanten das Reich dem Häuptman halten/** Item, **wie viel Wagẽ man dem Häuptman halten soll.** Decreto Ratisbonensi *An.* 1541. §. **damit nun solches** *in verbis*, **sich in Kriegßhendeln wieder vns vnd das H. Reich keines wegs gebrauchen zulassen/** Decreto Ratisbon. *An.* 1548. §. **wiewol auch in der Regierungs Handlung:** *versic.* **derwegen** *in verbis*, **daß solche newe Grauen vnd Herrn nicht** immediate, **Glieder vnd Stende deß heiligen Reichs gewesen /** Decreto Spirensi, *An* 1544. §. **doch sollen:** *in verbis* **die Geistliche Fürsten vnd Stende dem Reich ohne mittel vnterworffen.** Secundo pro officio ac dignitate Imperatoria, *tit.* **der Königliche Landfriede** *in princi*pio *versic.* **Als wir hiebevor zu der Hohe vnd Last deß H. Reichs erwehlet.** Tertio pro Territorio Imperii. *Eod. tit. in principio. versic.* **als wir** *in verbis*. **also daß sie jre macht vnd herrschung biß an die Grentzen teutscher Nation vnd deß H. Reichs erstrecket** Decreto Erphordiano *An.* 1567. §. **wir**

haben in verbis, deß Königs zu Polen beschehenes suchen die Narulsche Nauigation vnd Schiffung auß dem Reich nach der Moschaw.

21 Κατὰ συμπλοκὴν † vero latine ciuitates imperii generaliter accipiuntur pro iis quæ ad imperium pertinēt, licet priuilegia & immunitates ab eo habeant. Ad eum modum quo olim ciuitates sub Imperio Romano esse dixit Paulus *in l. omnibus ad Trebell.* omnibus ciuitatib. quæ sunt sub Imperio populi Romani restitui debere & posse hæreditatem fideicōmissariam: Sic Imperii ciuitates in Italia dicuntur Asta, Brixia, Crema, Cremona, Cuma, Florentia, Genua, Luca, Laudum, Mediolanum, Papia, Parma, Placentia, Regiū, Senæ, diuersis locis à Goldasto *in constit. Imp tom.* 3. relatæ quarum tamen aliquæ à Principibus Italiæ Imperatorum beneficio possidentur vt Asta & Vercella à Ducibus Sabaudię, Florentia à Medicæis, Mediolanuū & Cremona ab Austriacis nunc tāquam Mediolani Ducibus. Ad eundem ferme modum Abbates Imperii appellantur Cassiniensis Imperii Princeps, & Abbatia ipsa Camera Imperii, Abbas Cisselensis, S. Georgii in velo aureo, S. Pancratii & Syluestri in vrbe Roma, S. Saluatoris, S. Vincentii Ballēsis, Idem Goldast. *constit. Imp. tom.* 3. Secūdo in specie pro iis quæ ad comitia vocātur Cuspinianus in vita imperatoris Gunteri Comitis Schvvartzburgici, venerunt tunc Spirā Treuerensis, Gerlacus, Moguntinus Comesq; de VVirtenbergk cum multis nobilib. ac ciuitatū Imperialium Oratoribus. Apud Historicos † præsertim recentiores accipitur Germanicum vocabulū Reichstedte / pro ciuitatib. Imperio subiectis Autor *Chron. Spirens. libr.* 4. ibi vnter den Stedten so noch dem Reich zugehörig / sub quibus imperiales & prouinciales priuilegiatas & non priuilegiatas, quas municipales appellat, Principibus & Ordinibus plane subiectas, comprehendit. Hac generali significatione der Reichstädte / *cap. 5. vers.* die dritte zahl cōtineri quoq; dicit, die Nidersechsische vñ andere Stedte / welche jre freyheit / Recht / Regalien / hohe vnd nider Obrigkeiten haben vnd gebrauchen / auch in der alten Reichs matricull vnd in den Reichsstetten begriffen / aber weder auff die Reichs noch Stedte versamblung beruffen werden / auch nit wie andere Stende daselbst vnter den Frey vnd Reichsstedten Stand Stimmen vnd session haben, inter easq; refert Basileam

habent, comprehenduntur Decreto Ratisbonenſi *An.*1576.§. **Als wir dann/** *verſic.* **Dadurch dem heiligen Reich.**

PROVINCIALES † ex contradictionis notatione propter alterius differentię ignorantiam exemplo diuiſionis animalis in rationale & irrationale, rerum corporalium & incorporalium, iuris ſcripti & non ſcripti, &c. CIVITATES IVRIS COMITIORVM EXPERTES. 28

Forma itaq; † eſſentialis ciuitatum Imperialium ſola eſt ius comitiorum ſupra deſcriptum: quo primo à Rebuspublicis ἀριστο-κρατίαν obtinentibus, quales olim fuere Lacędemoniorum, Cretenſium, Carthaginenſium, Athenienſium, de quibus Ariſtot. *politic. lib.*2. & noſtra ætate Venetorum, Heluetiorum ac Rhætorum ciuitates. Falſum enim eſt, quod malæ de rebus Germanicis edoctus affirmare auſus eſt Guicciardinus relatus à Scipione Gentili *de iuriſdictione lib.*3.*c.*2. liberas Germaniæ ciuitates recognoſcere tantum certis ac definitis quibuſdam penſionibus autoritatẽ Imperii cæterum ipſas ſuis ferme moribus ac magiſtratibus gubernari, Et quod à Bodino *de Republ. lib.*2.*c.*6. eodem errore temere affirmatur: ciuitates Germanorum etſi aliæ aliis liberiores ſint, Imperii tamen Germanici maieſtatem comiter obſeruare ac ſingulas ad certam Rerumpublicarum proprie ſic dictarum Ariſtocratiæ nimirum, ſpeciem referri. Imo quoties Principes ac ciuitates ſeditionum ac bellorum ciuilium fluctibus iactentur, idem illis quod cæteris Rebuspublicis cõtingere: vt ſcilicet regem ſe quiſque ferat, Nam totidem Reſpublicas quot ciuitates numerari, quãdo enim in fædere inter duos populos icto vt populus alterius maieſtatem comiter obſeruet ſcriptum fuit, id tantum hanc vim habere ſcribit Cicero *in Oratione pro Cornelio Balbo*, vt ille ſit in fœdere ſuperior, quod quomodo accipiendum ſit explicat, Proculus *in l.*7.*de captiuis & poſtliminio reuerſis*: LIBER POPVLVS eſt qui nullius alterius poteſtati eſt ſubiectus ſiue is fœderatus eſt: Item SIVE ÆQVO FOEDERE comprehenſum eſt: VT IS POPVLVS ALTERIVS POPVLI, MAIESTATEM COMITER OBSERVARET. Hoc enim adiicitur vt intelligatur alterum populum ſuperiorem eſſe, non vt intelligatur alterum non eſſe liberum, Barna- 29

 bas

Basileam, Brunsuicum, Bremam, Erphordiam, Gelhusiam, Gottingam, Hamburgũ, Hildesheimium, Ingelheimiam, Lunæburgum, Lemgouiam, Moguntiam, Magdeburgam, Brackel, Padebornam, Quedlinburgum, Rostochium, Sundt, Treuerim, Tullium, Verdunum, VVismariam, VVarburgum, ex quibus tñ Hāburgum, Tullium & Verdunũ matriculę VVormat. An. 1521. insertę reperiuntur. Idem post relatā cuiusdam IC. præcipui de ciuitatum diuisione in medio relictā vulgatam, item earundē per Aquilæ totius vel partis insignia, quorundā distinctionē eorum à Gylmanno *tom.* 3. *Symphor f.* 143. relatam opinionem, scriptis veterũ ac ꝓbatorum Historicorum cõsentaneam esse dicit qua illę Frey stätte/ appellentur, q̃ ab initio neminem excepto Imperatore superiorem agnouerunt Reich stedte/ quæ aliis subiectæ postea eorum ditioni subtractæ, immediate Imperio sint subditæ: Quod vrbes omnes vltra citraq; Rhenũ sitæ quæ non ab Episcopis & Comitib. sint gubernatæ Carolinorum & Saxonum tempore non Reichsstedte/ id est, ciuitates Regiæ vel Regni, sed oppida villas & Castra Reichsflecken/ Reichsdörffer vnd Bürgge vocatæ, Imperio directo non paruerunt, donec muris cinctæ & ex Principum & Ordinum iurisdictione exemtæ inter immediatas Imperii ciuitates sint relatæ. Inter eas numerat Ratisbonam & Lubecam, olim Ducibus Bauariæ & Saxoniæ, ac postremo Henrico Leoni Serenissimorũ Brunsuicensium ac Lunæburgensium Ducum progenitori, Augustā Noribergā, Rotenburgum, Gemnuda, Lindauium Ducibus Sueuiæ, Vlmam, Abbatiæ Recchenauiensi, Nordlingā, Episcopo Ratisbonensi, Kauffbeuren/ Baronibus vom Hoff/ olim subditam. Et *Anno* 1486. Decreta Comitiorũ Eslingensium die Frey vnd Reichsstedte distincta serie subscripserũt, Et inter illas seorsim sedisse in senatu die Frey vnd Reichsstedte/ ac inter illas Argentina, Basilea, VVormatia, Spira, Francofortum, Hagenouia, Colmaria, inter has vero Nuriberga, Vlma, Reutlinga, Rotenburgum, Hala, Gemunda, Memminga, Haelbronna, Dunckenspuel, VVimphē, Rauensburgk, VVinsheim, Schvveinfurt, Giengen & Eslingē referuntur: Comitiis quoq; VVormat. *An.* 1495. eodem ordine interfuisse narrat idem autor *Chron. Spirens. lib.* 4. *c.* 5. *f.* 289. Nullo vero

23 † constitutionum Imperii loco ita generaliter acceptum legitur, vt etiam eas ciuitates, quæ non inter status Imperii referuntur cõprehendat, sed ita vt illis quæ Principibus & Ordinibus parent ex diametro opponantur, Decreto Spirensi *An.* 1544. §. **Aber ein jeder Prælat** *in verbis:* **vnd der Frey vnd Reichsstedte/ auch ansehenlicher Churfürsten vnnd Fürsten Stedte.** *Et* §. **Die Frey vnd Reichstedte/ auch andere Stedte/ so den Fürsten vnd andern Herrschafften zugehören**/ idque maxime ostendit perpetua Decretorum Comitialium subscriptio, **vnd wir Churf. Fürsten/ Prælaten/ Grauen/ Herren/ vñ deß H. Reichs Frey vnd Reichsstedte**/ quæ ad nullas alias ciuitates q̃ quæ ad comitia vocantur, & inter Ordines Imperii censentur referri potest. Consilia quoq; vetera de iure ciuitatum Imperialium, quoties cunq; liberarum Imperii ciuitatum mentionem faciunt, nõ nisi de illis quæ inter Ordines referuntur agunt. In genere vero tam Imperiales quam Prouinciales Cõmunen **oder Stedte** vocantur, dicto Decreto Spirensi *An.* 1544. §. **Vnd nach dem der Churfürsten** *in pr.* ibi, **Churfürstē/ Fürsten/ Prælaten/ Grauen/ Freyen vnd Herrn/ deren vom Adel vnd der** Communen **vnd Stedt.** *Et* §. **Vnd nach dem aber** *in verbis,* **vnd solch Anschleg in allen vnd jeden Stetten/ Flecken vnd Ortern.** *Et* §. **Es soll in einem jeden Fürstenthumb in ein gelegen Stadt.** Idem post Gail. & And. Knichen, affirmat Paulus Matthias VVenerus *practicarum iuris obseruationũ Cameræ Imperialis verbo*, **freye Reichsstedte**: hodie sunt & habentur tales, **Frey vnd Reichsstedte**/ quæ catalogo statuum Imperii sunt inscriptæ secundum matriculam Imperii dum Comitia peragũtur in Senatu Imperiali ciuitatum **der Stedte Rath** sibi vendicat sessionem votumque. Idem autor *Chronici Spirensis lib.* 4. *c.* 4 **daß die Frey vnd Reichsstedte nun sammentlich Glieder eines** corporis **deß heiligen Römischen Reichs Stende seyn vnd zu halten werden/ ihre** Session **vnd Stimmen auff den Reichstagen haben**/ id est, quod hodie liberæ Imperii ciuitates omnes vnius corporis membra ac Sacri Romani Imperii sint status quæ ius sessurę ac suffragii in Comitiis habeant.

24 Etsi a. vt præmissum † differentiam quidam constituunt inter **Reichstedte & Freye Reichstedte**/ vel inter simpliciter Imperiales & liberas Imperiales, vt hæ sint quæ semper libertatē ab initio retinuerunt,

nuerunt, illæ quæ cum sub Principis Comitis vel alterius iugo essent exemtionem obtinuerunt, libertatemq; pristinam sub qua omnes olim ciuitates non minus quam integræ Prouinciæ fuerunt recuperarunt. Sixtinus *de Regalibus lib.1 c.4.n.75.&76.* ex Gylman *decis. seu praiudiciorum Cameræ Tom.3. in verbo ciuitas Imperialis. §.fin. verbo*, Freye Reichsstedte/ quod inuertitur à Matthia Stephano *de iurisd. libr.2. par.2 c.1.* Vbi quas illi Frey Reichsstedte/ hic simpliciter Reichsstedte/ & vicissim quæ illi Reichsstedte hic Freye Reichsstedte appellat, rationes tamen differentiæ quod nimirum aliæ aquilæ vel partem eius insigne aliæ aliud habeant sunt leuiores quam vt lõgioris refutationis indigeant. Certum est enim vt post Gail. *de Arrest. Imperii c.9.nu.1.&2.* concludit. Sixtinus *dicto loco* in Matricula & Constitutionibus Imperii omnes absq; discrimine siue ab initio fuerint liberæ, siue cum Principibus & Ordinibus essent subiectæ se in libertatem vindicarunt vt de Reutlinga & Eslinga locis decisionibus citatis refertur. Quod autem non † tantum Reichsstedte/ sed liberæ & Freye Reichsstedte/ appellantur 25
à veteri illa distinctione partim inde est quod pleræq; non tantum ex Principum iurisdictione sint exemtæ (quamuis id κατὰ πάντα perpetuum non sit vt de Northusia, Aquisgrano & Colonia diximus) sed præter dictam κοινωνίαν τῆς ἀρχῆς siue iuris Comitiorum, Regalia quoque cudendæ monetæ, vectigalium, iurisdictionem Magistratuum constitutionem, Fisci quoque & alia iura & immunitates ab Imperio teneant. Munsterus *Cosmographiæ lib.3.c.24.* Wie die Reichsstedte vnd Reichsthaler gefreyet seyn/ vbi Gleicher Weise wie die Könige vnnd Keyser in Teutschen Landen hoch begabet/ die Fürsten vnnd Herren/ also haben sie auch noch mals auß sonderer Gnade vnnd Miltigkeit gefreyet die alten Stedte/ als diß Reichs Thäler vnd Flecken/ denselben verordnet eigen Regierung/ dergleichen einen mercklichen Theil der Zöllen/ Vngelts/ vnd andern Gefällen/ jhnen zugestellet/ id est, quemadmodum Imperatores & Reges, Principes & reliquos ordines, sic etiam antiquas Imperii ciuitates ex singulari clementia ac liberalitate immunitatibus donarunt, iisque iurisdictionem ac potissimam partem vectigalium & aliorum ad Fiscum Imperialem pertinentium con-

concesserunt. Sic quoq; de ciuitatum Italiæ libertate in genere loquitur Carolus Sigonius *de Regno Italiæ lib. 7. in Othone Magno:* Regni vero ciuitates plerasq; liberas, tributarias omnes reliq. Nam quarundam etiam perpetuos vt scripsi Marchiones aut Comites, superiori sibi reseruato iure constituit. Libertatem autem ciuitatum in eo fere posuit vt leges, consuetudines, iurisdictionem magistratus, vectigalia sui fere iuris atq; arbitrii haberent. Liberas Imperii ciuitates à nemine hactenus definitas scio. Ac licet priore editione sic describere me tentasse memini quod sint communitates Imperio directo subiectæ ius sessuræ & suffragiorum in
26 Comitiis habentes: Quia tamen † ad perfectam definitionem requiratur, vt non sit communis, sed propria Aristot. *Top. lib. 6 cap. 12.* ἴδιον γὰρ καὶ οὐ κοινὸν δεῖ τὸν ὁρισμὸν εἶναι, & antea cum Plato *in Theæteto*, ὡς δ' ἂν κοινοῦ τινος ἐφάπτῃ ἐκείνων οὐχ ἕξεις τὸν λόγον ὧν ἂν ἡ κοινότης ᾖ: id est: Quandiu cōmune aliquid attigeris illorum definitionem non habebis, quorum cōmunitas est, quem locum eleganter sic expressit Cicero *in Topicis:* Sic igitur veteres præcipiunt, cum sumseris ea quæ sunt rei q̃ definire velis cum aliis cōmunia, vsq; eo persequi dum proprium efficiatur, q; nullam in aliam rem transferri possit. Et breuius repetiit. Quintilianus *lib. 5. c. 10.* qui à genere perueniēdam esse ad speciem vltimam: verbum autem cōmunitas proximum genus non exprimat, & quæ adiiciuntur differentiæ loco Imperio subiecta ciuitatem Imperialem à generis communitate non distinguant (quod sint & aliæ Vniuersitates directo Imperio parentes vt Collegia Canonicorum Bruxellæ in Paurheim, Item Burschede prope Aquisgranum & Collegium in Arnuel prope Sarbruck. Nec etiam quod directo Imperio pareant de omnib. dici possit: de integro vero sessuræ & suffragii iure in Comitiis alia supra à nobis sunt deducta: Ac nihil omnino reperiatur, quo ciuitates Imperiales non tantum ab aliarum Vniuersitatum, sed & à ciuitatum prouincialium communione segregētur quam ius illud qualecunq;
27 Comitiorum sic eas definio: CIVITATES IVRIS † COMITIORVM COMPOTES, quales hodie tantum sunt quæ matriculæ Imperii cōtinentur, quibus non tantū vt olim quæ Imperio immediate pensitant, sed etiam quæ ius sessuræ ac sententiæ dicendæ in Imperio habent

Quod Imperiales liberæ & Freystette / dicantur obseruandum vocabulum libertatis vel liberi non vno modo tam apud alios latinæ linguæ autores quam IC. veteres ac recentiores interpretes accipi. Ac primo † libertas in genere vsurpatur pro facultate na- 18
turali eius, quod cuique facere libet nisi quid vi aut iure prohibeatur, quæ ex aduersa regione seruitutem habet *princ. instit. de iure perso. l. in generali de verb signif.* & ibi Alciat. *l. 27. Quis & à quo manum. l. 11 de liberali causa.* Cuiac. *in l. 10. 11. & 12 de verb. signif.* Sic etiam in speculo Saxonico vocabulum Freyheit / accipitur *art 32. lib. 3.* Secundo contractius pro ingenuitate vsurpat Hermog. *l. cum pacto. de lib. causa l. 21 de statu hom.* Hotoman. *de verb. iuris in verb. libertas* In politicis populus vel Princeps liber olim dicebatur, qui superioris expers & nullius alterius potestati politicæ est subiectus, siue fœderatus est siue æquo fœdere in amicitiam venit, siue fœdere comprehensum est, vt alterius populi maiestatem comiter obseruaret *l. 7. de captiu & postlim. reuers.* Tacitus *Annal lib. 15.* Interea cōferendis pecuniis peruastata Italia, euersæ prouinciæ, sociiq; populi & quæ ciuitatum liberæ vocantur. Quod & interpretes Itali sequuntur qui Principes ac ciuitates dicunt liberas qui superiorem nō recognoscūt, Socin. Iun. *cons. 73. n 8 vol. 1.* Libertatem eam importare vt non sint sub dominio alicuius personæ vel vniuersitatis ait Corn. *cons. 187. col. 2 in fine vol 4.* vbi addit hunc cōmunem vsum loquendi quod nulla terra dicatur viuere in libertate, quæ sit sub dominio alicuius personæ vel vniuersitatis, sed quæ non recognoscit aliquē Dominum vel absolute superiorem. Idem Bald. *cons. 364.* incip. *Quia quæst. nu. 5. in 3. par.* vbi dicit populum dici liberum cui libera lingua est. Similia conferunt. Bald. Angel. Rom & alii relati à Corn. *cons. 20. col. 1. & 2. vol. 1.* Pet. Anton. de Petra *in tr. de iure quæsito per Principem non tollendo q 4. n. 24.* Secundo liberæ olim prouinciæ dicebantur à tributo immunes vide Laz. Com. *de republ. lib. 2. cap. 5 fol. 150 in fine.*

Vsu vero nostri † temporis & Reipub liberi Principes vel ciui- 19
tates trifariam accipiuntur. Primo pro iis qui nō plane, sed in quibusdam ab Imperii ac Cæsaris potestate sunt exemti vt de Principibus ac ciuitatibus Italiæ liberis vocatis. Sigonius *de Regno Italiæ*

*lib. 7. in Othone Magno:* Regno vero ciuitates plerasq; liberas tributarias omnes reliquit. Nam quarundã etiam perpetuos Marchiones aut Comites superiore sibi reseruato iure cõstituit libertatem ciuitatum in eo fere posuit, vt leges, cõsuetudines, iurisdictionem magistratus, vectigalia sui ferme iuris atq; arbitrii haberent, ita tamen vt sacramentum regibus dicerent, quocirca alios sibi præfectos rex, alios ipsæ ciuitates cõstituerunt, ac quos quidem Rex ad iura reddenda & populos in fide continendos in prouinciis collocauit ii missi, siue nuncii siue legati Imperatoris vocati: quos vero populi ad regẽdam ciuitatem & iura moderãda posthac crearant, ii consules duo aut plures fuerunt ex antiqua Romana Reipubl. consuetudine sumti, qui quotannis ex singulis ciuitatibus creati apud Episcopum ciuitatis aut nuncium Regis iurant. Secundo in Germania liberæ ciuitates ac libera nobilitas die freye Ritterschafft dicitur, quæ non ab Imperii vel Cæsaris, sed Electorũ, Principum, Comitum & Baronũ Iurisdictione ac potestate plane sunt exemtæ Decreto Augustano *An* 1555. §. Vnd in solchem frieden. Ratisbonensi 1557. § wir wöllẽ auch / & 1594. §. desgleichen die freye Ritterschafft: 1603. vnd damit diese hülffe *versic.* nicht weniger die gefreyete Ritterschafft. Sic olim Heluetii liberi die freyen Schweitzer fuerunt dicti, non q; plane à ditione Imperii Romani essent exemti, vt nũc præ se ferũt, sed q; ab eo tempore quo à Germanicis Imperatorib. ratio administrandæ Reipub. immutata, & prouinciæ ac ciuitates pleræq; Principibus, comitibus & aliis feudi titulo sunt cõcessæ, illi ab horũ imperio immunitate donati, ac immediate Cæsarũ potestati sunt relictæ: id q; ex confirmatione priuilegiorum Heluetiicorum Cæsarum Friderici 2. Henrici Lutzelburgensis, Ludouici Bauari, pbat Munster. *Cosmograph. lib 3. c 66.* vbi in fine verba cõfirmationis Rudolphi Imperatoris subiicit: Rudolphus Dei gratia Romanorum Rex semper Augustus prudentibus viris vniuersis hominib. in valle Schvveitz liberæ conditionis existentibus dilectis suis fidelibus gratiã & omne bonum. Sic quoq; accipitur Decreto Comitiorum Ratisbon. *An.* 1576. § damit auch. *versi.* da der exemtis in possessione libertatis befunden. Tertio generalius Freystedte & Freyheit/ accipitur de illarũ etiam ciuitatum immunitate,

quæ

quæ non κατὰ πάντα, sed in quibusdam à Principum & Ordinũ aliorum iurisdictione ac potestate exemtæ sunt. Sic in diplomate Sigismundi Imperatoris priuilegiorum inclytę ciuitatis Magdeburgensis cõfirmatorio legato Henrico ex nobili & perantiqua in ea Repub. Alemanorũ familia Norībergæ teste Ioanne Comite Palatino Rheni, ac Duce Bauariæ, Ruperto Duce Montis, Ioanne Landgrauio Leuchtenbergensi & Comite in Hals, *An.* 1431. dato, hæc verba me legere memini, **eine b. stettigung vnnd** confirmation **vber der ehegenanten Stadt Magdeburg alle Rechte / Freyheit / G. setze vnd löbliche Gewo ahett.** Verbi Imperii simpliciter dicti ὁμωνυμία supra exposita est *lib.* 1. *c.* 11. *n.* 6. Germanicum vero **Reich** / ἢ ἄνευ συμπλοκῆς 20
in constitutionibus imperii duobus modis accipitur. Primo pro ipsis personis ἀρχόντων siue collegio Principum & Ordinum constit. **deß Königlichen Landfriedens** in principio *versi.* **dazu sie auch** *tit.* **was mit dem gemeinen pfenning erobert wird / soll dem Reich bleiben.** Id est, quę neruis pecunię publicę occupãtur imperio acquiruntur. Decreto Augustano *An.* 1500. *tit.* **Ob sich jemand an das Reich ergeben wolte. Item, ob sich jemand an das Reich ergeben / oder sich dem Reich zinßbar machen wolte / soll der Häuptmann denselben annehmen / vnd sich der maß oder gedinges solches annehmens / an deß Reichs Regiment erlernẽ.** Eod. Decreto. *tit.* **wieviel Pferd das Reich dem Häuptman halten soll / wie viel Trabanten das Reich dem Häuptman halten / Item, wie viel Wagẽ man dem Häuptman halten soll.** Decreto Ratisbonensi *An.* 1541. §. **damit nun solches** *in verbis*, **sich in Kriegßhendeln wieder vns vnd das H. Reich keines wegs geb. auchen zulassen /** Decreto Ratisbon. *An.* 1548. §. **wiewol auch in der Regierungs Handlung:** *versic.* **derwegen** *in verbis*, **daß solche newe Grauen vnd Herrn nicht immediate, Glieder vnd Stende deß heiligen Reichs gewesen /** Decreto Spirensi, *An* 1544. §. **doch sollen:** *in verbis* **die Geistliche Fürsten vnd Stende dem Reich ohne mittel vnterworffen.** Secundo pro officio ac dignitate Imperatoria, *tit.* **der Königliche Landfriede** *in principio versic.* **Als wir hiebevor zu der Hohe vnd Last deß H. Reichs erwehlet.** Tertio pro Territorio Imperii. *Eod. tit. in principio. versic.* **als wir** *in verbis.* **also daß si. jre macht vnd herrschung biß an die Grentzen teutscher Nation vñ deß H. Reichs erstrecket** Decreto Erphordiano *An.* 1567. §. **wir**

habent, comprehenduntur Decreto Ratisbonensi *An.* 1576. §. Als wir dann, *versic.* Dadurch dem heiligen Reich.

Provinciales † ex contradictionis notatione propter alterius differentię ignorantiam exemplo diuisionis animalis in rationale & irrationale, rerum corporalium & incorporalium, iuris scripti & non scripti, &c. Civitates Ivris Comitiorvm Expertes. 28

Forma itaq; † essentialis ciuitatum Imperialium sola est ius comitiorum supra descriptum: quo primo à Rebuspublicis κυρίαν πόλιν obtinentibus, quales olim fuere Lacędemoniorum, Cretensium, Carthaginensium, Atheniensium, de quibus Aristot. *politic. lib.* 2. & nostra ætate Venetorum, Heluetiorum ac Rhætorum ciuitates. Falsum enim est, quod malæ de rebus Germanicis edoctus affirmare ausus est Guicciardinus relatus à Scipione Gentili *de iurisdictione lib.* 3. *c.* 2. liberas Germaniæ ciuitates recognoscere tantum certis ac definitis quibusdam pensionibus autoritatẽ Imperii cæterum ipsas suis ferme moribus ac magistratibus gubernari, Et quod à Bodino *de Republ. lib.* 2. *c.* 6. eodem errore temere affirmatur: ciuitates Germanorum etsi aliæ aliis liberiores sint, Imperii tamen Germanici maiestatem comiter obseruare ac singulas ad certam Rerumpublicarum proprie sic dictarum Aristocratiæ nimirum, speciem referri. Imo quoties Principes ac ciuitates seditionum ac bellorum ciuilium fluctibus iactentur, idem illis quod cæteris Rebuspublicis cõtingere: vt scilicet regem se quisque ferat, Nam totidem Respublicas quot ciuitates numerari, quãdo enim in fædere inter duos populos icto vt populus alterius maiestatem comiter obseruet scriptum fuit, id tantum hanc vim habere scribit Cicero *in Oratione pro Cornelio Balbo*, vt ille sit in fœdere superior, quod quomodo accipiendum sit explicat, Proculus *in l.* 7. *de captiuis & postliminio reuersis*: Liber Popvlvs est qui nullius alterius potestati est subiectus siue is fœderatus est: Item Sive Æqvo Foedere comprehensum est: Vt Is Popvlvs Alterivs Popvli, Maiestatem Comiter Observaret. Hoc enim adiicitur vt intelligatur alterum populum superiorem esse, non vt intelligatur alterum non esse liberum, Barna-

 bas

bas Brissonius *de formulis & solemnibus populi Romani verbis. fol. 361.* Quod autem ciuitates Imperiales non sint πολιτεῖαι perfectæ, sed saluis priuilegiis, quibus ab Imperatoribus sunt donatæ tanquam subditæ Imperium Romanum in omnibus agnoscant & tam pacis quam belli tempore legibus ac iurisdictioni eiusdem parere cogantur, notius est quam vt vlla demonstratione indigeat. Imprimis vero quod nec ciuitatibus nec aliis Ordinibus superioribus iniussu Imperii regulariter exercitum cõscribere ac bella gerere constitutionibus diserte relatum est Decreto Augustano *Anno* 1555. §. **Wo sich aber/** Ordinat. Cam. *part. 2. tit. 15. in verbis,* **auß der Keys. May. oder vnserm zugeben vnd erlaubnus.** Id quod & legibus Romanis antiquis consentaneum est. *l. lex 12. tabularum. §. ead. ad l. Iul. Maiestatis.* Vbi lege Maiestatis teneri dicitur qui iniussu Principis bellum gesserit, delectumue habuerit, exercitum comparauerit. Vnde constitutione pacis publicæ, *tit.* **Von Mandaten deß Cammergerichts/wieder Friedbrecher.** Et Ordinat. Cameræ *par. 2. tit. 9.* §. **Vnd ob sich/** contra eos qui contra constitutionem pacis publicæ vi vel armis alterum inuasurus videtur mandata auocatoria sub Banni & aliis pœnis grauissimis à Cæsare & Camera non solum instante eo qui vim metuit, sed ex officio etiam decernuntur. Gail. *de pace publica, lib. 1. c. 4. num. 2.* Sixtinus *de regalibus lib. 2. c. 1. numer. 21.* Pet. Denays. *iuris Cameralis tit. 185.* Mandata auocatoria. Eadem forma quoque discernuntur à liberis Italiæ & prouincialibus ciuitatibus iure comitiorũ destitutis. Ex quibus patet, Mynsing. & Gailii Imperialium ciuitatum descriptionem definito angustiorem esse. Licet enim ciuitates quædam Imperiales præter essentialem istam qualitatem plura habeant adiuncta, quod nimirum solius Imperii iurisdictioni sint subiectæ, & non nisi in aula vel Camera Imperiali in ciuilibus & criminalibus conueniri possint. 2. præter Imperium nulli inferiori Principi vel Ordini assecurationis vel alio iuramento sint adstrictæ: 3. munera realia & personalia directo præstent, Cæsari & Imperio, talesq; ab initio omnes fuisse non ambigatur: 4. quod priuilegia & immunitates soli Imperatori acceptas ferant vt de ciuitate Hagenoensi in consilio *de Augustana confessione* relata à Gylmanno *Symphoremate supplicatio-*

*cationum part.* 1. *tit. de Religione. Voto* 12. *fol.* 264. Quia tamen id perpetuum non eſt, ſed multas quoque & primæ notæ inter ciuitates Imperiales in pluribus Principibus ſubiectas eſſe conſtat, iura quoque regalia & alia priuilegia & immunitates quomodocunque quæſita Imperialibus cum Prouincialibus ſint communia: Et adiuncta quæ ſubiecto cauſis ſuis integro extrinſecus accidunt, entitati formali nihil addunt vel detrahunt. Iulius Scaliger *de ſubtilitate contra Cardanum exercit*, 307. Sed definitio ipſam οὐσίαν rei definiendæ oſtendere nec communis, ſed propria eſſe debeat Ariſt. *poſt. Analyt. lib.* 2. *c.* 7. *Et Top. lib.* 6. *c.* 12. ἴδιον ϗ οὐ κοινὸν δεῖ τὸν ὁρισμὸν εἶναι. Ac eæ ſint differentiæ qua ſpecies ab aliis diſtinguantur inter alias conditiones, vt non tantum toti inſint ſpeciei quę per eas definitur, id eſt, omnibus ſub ea ſpecie comprehenſis indiuiduis, ſed etiam vnius alicuius ſpeciei propriæ ſint.

Formam qua à ſpeciebus cognatis diſcernantur liberæ Imperii ciuitates nullam aliam quam ius illud qualecunque comitiorum eſſe perſpicuum eſt. In deſcriptione quoque prouincialium non ſunt paria definitionis ac definiti momenta, quod plures & imprimis nobiles Saxoniæ ciuitates Magdeburgum, Brunſuicum, Brema, Hamburgum, Lunæburgum, & aliæ matriculæ non comprehenſæ imo conſtitutionibus diſerte ab Imperialibus ſeiunctæ, Principibus in quorum territoriis ſunt ſitæ, κατὰ πάντος non ſubditæ, ſed ampliſſima non tantum ab ordinariis, ſed etiam ab ipſo Imperio priuilegia & immunitates quibus multas Imperialium longe ſuperant, obtineant. Quantum ad tripartitam † illam 31
in meras Imperiales Prouinciales, ac mixtas ex illis, à Mathia Stephano relatam diuiſionem, quicunque eam primus attulerit, commentum ſuum, non obſeruatum ex vſu Reipublicæ documentum prodidit. Etſi enim complures ſunt ciuitates Imperiales, quæ Principes & Ordinarios in multis ſuperiores agnoſcant, ipſæ etiam prouinciales quoad regalia & alia tam à Principibus quam ipſo Imperio conceſſas immunitates habeant: inde tamen ipſius formæ eſſentialis commixtionem non eſſe conſtat, ſed ex toto earum genere quædam matriculæ inſertæ, & ad comitia vocari ſolitæ, ſunt & vocantur Imperiales, reliquæ omnes ſiue am-

pla vel nulla priuilegia ab Imperio vel Principibus obtineant, Prouinciales: Tertium autem mixtarum genus nec constitutiones agnoscunt, nec sine contradictionis implicatione, siue mixtio proprie pro eiusmodi compositione qua quæ coniunguntur concinnatione terminorum vnum fiant, quemadmodum Philosophus τῶν μίκτων ἀλλοιωθέντων ἕνωσιν appellat accipiatur, siue ad impropriam significationem (vt de Homericæ mixtionis conualle Plato *in Philebo*) referatur, fingi non potest. In vera enim ac propria mixtione necesse est rationem miscibilium esse, alieno finiri termino vel vt extrema cum aliis extremis vnum fiant. Hoc si in temperatione Imperialis & Prouincialis ciuitatis fieret, daretur medium inter contradictoria, quod manifeste falsum est. Denique ipsa natura iuris comitiorum legibus & moribus publicis indiuidua est, quæ neque naturales neque intellectas partes & per consequens mixtionem non recipit. *l. 4. & 27. de verbor. obligat.* Nullum quoque veritati per se manifestæ præiudicium affert sententia Caroli 4. Imperatoris inter Comites Holsatiæ, & ciuitatem Hamburgensem testante Crancio prolata. Ea enim non de temperatione & commixtione status ciuitatis Imperialis & Prouincialis, quoad ipsam formam essentialem, sed aliis iuribus tam Imperatori quam comitibus Holsatiæ in ea competentibus, tribuendis agitur. Nec huic sententiæ refragantur quoque Bartoli, Zasii & aliorum tradita *in d. l. omnes populi. de iusticia & iure. num. 5.* Bart. enim *d. loco* nullius neque Imperialis neque Prouincialis vel mixtæ ciuitatis facit mentionem, sed tantum de populo habente iurisdictionem, an Statuta facere possit absq; superioris confirmatione, quærit. Zasius licet textum *d. l omnes populi.* cum Bartolo ac cæteris de ciuitatibus, aliis regibus & Principibus subiectis intelligat, cum tamen Vlpianus ibi loquatur de Republica siue Populo iure Imperii sociato, vt apud Ciceronem & Cæsarem accipi diximus locis supra citatis, duarum tamen solummodo ciuitatum specierum meminit, Imperialium, quæ solum Imperatorem, & Prouincialium, quæ vt loquitur Principes terræ vel Comites superiores agnoscant, mixti vero generis mentionem nullam facit.

Nec tantillum quoque veræ & actis ac Decretis Imperii consenta-

sentaneæ huic sententiæ derogat Mynsingeri, & Gailii ab iis adducta autoritas. Et si probari possit ciuitates quasdam Imperii per se liberas & à Principum & Ordinum iurisdictione immunes, spontanea subiectione sese Principibus submisisse, vt in simili de Episcopatu Tridentino ac Brixiensi, & Abbatia Murbacensi refertur Decreto Comitiorum Augustanorum *Anno* 1548. §. **Nach dem auch**. Inde tamen eiusmodi status ac formæ essentialis confusio ex commixtione inferri non posset. Si enim ista subiectio in quibusdam, saluo iure status, & Comitiorum esset facta, nihilominus ciuitates sunt Imperiales, vt Coloniam, Aquisgranũ, Northusiam, Augustam VVormatiam, &c. etsi Electores ac Principes vicini ratione iurisdictionis & Imperii vectigalium salui conductus vel similium iura quædam absque cõtrouersia in iis sibi vendicant, quia tamen vt status Matriculæ insertæ, & ad comitia vocantur, Decreta & Constitutiones eas vocant & agnoscunt Imperiales quemadmodum etiam de Episcopis Tridentinis, Brixiensibus & Abbate Murbacensi dicto. §. *expresse dicitur*: etsi nimirum inter Regem Ferdinandum tanquam Archiducem conuentum sit, vt non immediate Imperio, censum in matricula descriptum, Archiducibus soluant, id tamen dignitati ipsorum principali ac iuri sessuræ ac ferendi suffragii & aliis immunitatibus nihil derogaturum, **sie sonst bey jrer Fürstlichen** Dignitet **vnd Stifft**/ Session, **Rechten vnd Freyheit / bleiben zulassen**. Aliæ vero, vt sunt amplissimæ Saxoniæ ciuitates etsi non tantum priuilegiis & immunitatibus partim ab ipso Imperio partim à Principibus & Ordinibus impetratis, sed quoq; opibus potentia & splendore plures ciuitatum Imperialium longe superant, quia tamen forma essentiali qua hę ab aliis distinguuntur carent, Prouincialium numero constitutionibus non eximuntur.

Extra vero rationem essentialem status & iuris comitiorum ciuitates Germaniæ, in genere sic recte diuidi posse nõ nego: Quod quædam solum Imperatorem saluis tamen priuilegiis ab Imperio impetratis superiorem agnoscant, ita vt apud solum Imperatorem, vel in Camera in ius vocari possint, soli Imperio munera realia & personalia ordinaria & extraordinaria præstent, solis quoq;

legibus & Edictis Imperialib. obtemperent. Quædam vero Principibus & Ordinibus quoad iuris superioritatis actus tam ciuiles quam Ecclesiasticos omnes: Quædam saluis priuilegiis partim Imperio partim Ordinibus pareant. Quocirca & hoc prætereundum non est, si probari posset ciuitates quasdam esse in Imperio Principibus & Ordinib. Feudi vel alio titulo ab Imperatore nunquam commendatas, sed in pristino immediatæ subiectionis statu permanentes spontanea voluntate sese iis in quibusdam pactis & conuentionibus submisisse, vti à Mynsingero & Gailio affirmatur locis supradictis ac in simili de Episcopatu Tridentino & Brixiensi, & Abbatia Murbacensi relatum est in Decretis Comitiorum sæpe antea citatis, quatenus illæ Principibus vicinis sint subiectæ non ex iure superioritatis vel territorii ordinario, sed pactis & obligationibus solummodo metiendum esset. Eadem est ratio si Principes subditis plene subiectis per viam priuilegii vel contractus de iurisdictione, vel aliis iuribus superioritatis aliquid cõcesserint, vel hi contra illos præscripserint, illud vltra terminos concessionis vel præscriptionis non est producendũ. Voluntas enim & consensus sunt substantia obligationum, quæ strictæ sunt interpretationis. *l. Quicquid adstringendæ. de verbor. obligat. l. obligationum substantia. de Act. & Obligat. l. consensu. Eod. tit.* Bar. *in l ita stipulatus. de verbor. obligat. & in l. cum quis. C. de iur. & facti ignorantia & in l. 1. de pactis.* Tib. Decian. *cons. 32. n. 1. vol 3.* Et tantum præscriptũ quantum possessum. *l. Quod meo. 18. § fin. de Acquir. poss.* Rimnald. Iun. *cons. 245. n. 17. lib. 3.* Natta *cons. 283. n. 2. tom. 2.*

32 Cur autem porro † ciuitates Principibus & Ordinibus subiectas ciuitates Municipales potius quam prouinciales appellare recentioribus præsertim placeat non video. Quin siue in bonam siue malam partem id vocabuli accipiatur, naturæ eorum parum conueniat.

Quoad illam enim, Municipes vel Municipales qui ciuitates Romana donati suis legibus & moribus vtentes munerum siue onerum, publicorum non tamen honorum & suffragiorum erant participes. *l. 1. Ad Municipal.* Cuiac. *l. 15. 16. 17. 18. de verb signi-ficat.* cæteri ius suffragiorum habuerunt Alexander ab Alexandro

*Genia-*

*Genialium dierum. lib.* 4. *c.* 10. Licet Alciat. *ad l. Municipes. de verb. signif.* aliter legens Gellium *lib.* 16. *c.* 12. ad honores & suffragia quoq; admissos fuisse putet.

Quoad hanc vero pro hominibus non vere ciuibus, licet ciuitate donati essent, vt & equites Municipales pro ignobilibus equitibus ponere solebant, quod eorum non esset tantus splendor nec tantæ diuitiæ, quantæ Vrbanorum equitum vt Iuuenalis *Satyra* 8. Ciceronem per contemtum equitem Municipalem & Tacitus *lib.* 4. Municipalem adulterum pro ignobili & obscuro dicit cuius sunt verba: Seq; ac maiores & posteros in municipali adultero fædebat Adrianus Turnebus *Aduersariorum libro* 2. *cap.* 9. *in princ.* Ac licet καταχρηστικῶς cuiuslibet ciuitatis ciues in genere municipes vocentur Vlpian. *l.* 1. §. *sed nunc. Ad municipal.* Alciat. *d. l. municipes.* Græci quoque *tit. ad municipalem* in genere περὶ πολιτῶν interpretentur, Cuiac. *ad tit. Ad municipalem & de Incolis.* Prouincialium tamen appellatio Anologiæ ciuitatum veterum Romanarum magis conuenit. Etsi enim prouincia propriæ dicebatur regio extra Italiam bello quæsita, quia tamen generaliter prouinciale & redigere regionem in prouinciæ formam postea vsurpatum est de iis regionibus quæ subiecto populo Romano, per missos ex vrbe præfectos gubernari sunt solitæ vt, eleganter Cicero *in Epistola ad Atticum Asiæ proconsulem*: Et quoniam mihi casus Vrbanam in magistratibus administrationem Reipublicæ, tibi prouincialem dedit. Item Pomponius *in l.* 2. §. *capta deinde Sardinia creati sunt partim qui Vrbanis partim qui prouincialibus præessent.* Et prouinciale officium & prouinciales amici. Cicero *Epistol. libr.* 15. *Epist.* 20. Rectius ciuitates Principibus & Ordinibus tanquam Præsidibus perpetuis commendatæ ad differentiam earum quæ Cæsari reseruatę per magistratus palatinos vel Cameram reguntur prouinciales quam magistratus appellantur.

Vt autem ex reliquis † Ordinibus quidam singulari dignitate 33
& excellentia ad Imperii maiestatem augendam titulis singularibus Ducum, Marchionum, Comitum, Baronum, Imperii sunt ornati, sic etiam quatuor primariæ ciuitates Avgvsta, Aqvisgranvm, Metvm, Lvbeca, speciali priuilegio κατ᾽ ἐξοχὴν Imperii

perii ciuitates appellantur. Petr. de Andl. *in tr. de Imperio Rom. c.16.* De Principibus ac proceribus super quibus Romani Imperii est fundatus potẽtatus, qui tamen pro Meto Moguntiam ponit, non Imperii, sed sedis Archiepiscopalis oppidum; Munster. *Cosmograph lib.3.c.18.* Onuphr. Panuinus *de Comitiis Imperator tit. de Imperii cæteris Principibus ac liberis Imperii ciuitatibus.*

34 Ciuitates itaq; Imperiales † quę vel expresso Cæsarum priuilegio vel præscriptione hominum memoriam excedente. Grauetta *cons.54 n.14.* Roland. à Valle *cons.3 n.28.* vim & effectũ priuilegii ex certa scientia cõcessi obtinente. Iacob. Intrigiol. *de feud.q 39.n 49. & seq.* iurisdictionem q̃ olim Imperatores per præfectos Imperiales vulgo Reichsvogt explicare solebant Munster. in Heluetia, Iosias Simler. *de Repub. Heluet. lib.1. fol.5.* quæsitã habẽt in vrbibus suis, tam quoad causas quam personas eandẽ iuris reddendi quã Principes Pręlati, Comites & Barones in prouinciis suis, obtinent potestatem, iisdemq; modis, quibus eorum, ciuitatum quoq; iurisdictio restringitur, suspẽditur ac tollitur. Nec ad hanc rem opus est earum cum Prędidibus Prouinciæ comparatione de qua Ias. *in l.1. n.22. & 23 de officio eius cui mandat. est iurisdictio.* Ioan. Andr. *in addit. ad Spec. in tit. de iurisd. om. iud.* Ang. *in l.1. §. solet. quando apell.* Præsidis

35 enim † (ita dicti quod præessent Prouinciæ. *l. sæpe. & l. generaliter de offic. præ.* vel iurisdictioni *l. ex quacunque. Si quis in ius voc. non ierit.*) nomẽ tam ante quam post cõstitutum imperium vsitatum generale, & omnib. pene officiis cõmune fuit, quæ ad Prouinciarum administrationem pertinere videbantur Laz. Com. *Reipub. Rom lib.2.c.8. in princ. l 1.* & ibi Baro *de offic. præsid.* quos & Rectores vel Correctores in quibusdam Prouinciis appellari solitos affirmat Papin. *l. pen. de offic. præsid.* Idemq; est cum legato. Budæus *in Annot in D. tit. de officio proconsul.* Sub Iustiniano quo imperante forma Prouinciarum mutata fuit Guid. Panciroll. *in Notitia Imperii orientalis c.11 in fine.* Moderatores etiã Prætores, Comites, Vicarii appellati sunt, qui prouincias regebant. *l.1. C. vt omnes Iud. tit. de offic. Rector. Prouinc. & Authent. de Appellat.* Baro *d. l.1. de offic. præsid.* qui hodie gubernatores, locum tenentes Rectores ordinarii appellantur. Specul. *in tit. de iurisdict. omn. iudic. versic iudicium.* Lancellot. Conrad. *in Specul. omn. iud. lib.1.c.7 n.3.*

His

His etsi liberæ † imperii ciuitates nostri temporis, in eo qui- 36
dem sint similes, quod vt illi, tam quæ voluntariæ, quam contentiosæ iurisdictionis fuerunt, exercere potuerunt in vniuersa prouincia *l. 2. de off. præs.* tam in ciuilibus, quam criminalibus iudiciis *l. de omnibus. leg. omnia. & seq. l. congruit. l. obseruandum. de offic. præsid.* Item, vt illi maius imperium in prouincia sua habuerunt omnibus post principem, *l. præses. eod. tit.* Sic hæ quoque in vrbibus sibi ab imperio concessis tamen, non tantum quoad iurisdictionem, sed & alia in multis † amplior, & excellentior earum potestas 37
præsidum est officio. Primo enim etsi Præsides semel constituti, tam ab initio Reipubl. quam sub Augustis non temere mutarentur, sed per multos annos continuarentur; inclinante tamen imperio prouinciarum rectura tantum annua fuit, & sic pro Principum arbitrio temporaria, & mutationi obnoxia, vt ex Liuio & Cassiodoro refert Lazius *comm. Reipub. Roman. lib. 2. cap. 8. folio 189. nu. 54.* Ciuitatum vero iurisdictio, potestas ac dignitas perpetua est, non tantum ex natura priuilegiorum, *l. 4. de iure immunitat. & cap. decet. de regul. iur. numer. 5.* Oldrad. *consi. 300.* Socin. *consi. 61. libr. 1.* Decius *in cap. cum accessisset, num. 64. de constit.* Tiraquel. *in repetit. l. Boues §. hoc sermone. in 8. limitat. de verb. significat.* Felinus *in cap. 2. 7. limit. de treuga & pace.* Tapia *in repetit. l. fin. cap. 4. 1. part. n. 48. de constit. princip.* Et quia ius reale innominatum in iurisdictione ac reliquis iuribus sibi à principe tributis ciuitates quæsitum habent, per ea, quæ tradunt Bald. *in leg. qui se patris. C. vnde legitimi.* Andr. Isern. *in cap. 1. §. similiter, num. 1. de Capitaneo, qui cur. vend.* Lucas à Penna *in leg. qui fundos. C. de omni agro deserto. libr. 11.* Paul. Molin. *de primogen. Hispan. cap. 3. nu. 21. lib. 2.* Anton. Gabriel. *tit. de non tollendo iure quæsito, concl. 7.* Tapia *in l. fin. de constit. prin. cap. 11. 2. par. num. 45. de constit. princip.*

Sed ideo maxime, quod ciuitates singulæ non minus, quam Electores Principes, ac reliqui proceres inter Status & membra imperii numerentur, & vacante sede imperatoria earum Classis cum Electorum ac Principum Ordinibus totam ἀρχὴν πολιτικὴν ἀόριστον vti appellat Aristotel. *politic. libro tertio, capit. 1.* id est, imperium politicum, vel ius maiestatis Reipublicæ Romanæ indefinitum

nitum & nullo tempore circumscriptum ex triente, constitato vero imperio & creato Cæsare ex sextante indiuiso obtineant & in ferendis suffragiis ac de Republ. disponendi non minorem quam illi (eligendi Regis & aliis quibusdam Septemuirorum prærogatiuis exceptis) potestatem obtineant. Secundo etsi vt ait Vlpianus Præses ipso iure delati officij in prouincia sibi commendata maius imperium habuerit, omnibus post Principem *dict. l. præses. de offic. præs.* vt ita nullus magistratus in primo iudicio de re quacunque ius dicere potuerit præter præsidem. Tamen à Præside non tantum ad proconsulem diœceseos administratorem prouocatio permissa fuit *l. si procons. C. de appell.* Baro *d. l. præses. de offic. præs.* Sed & modi omnes amittendæ vel tollendæ iurisdictionis, tam communes quam proprij, generales & speciales, reuocatio nimirum, priuatio propter delictum, inhibitio, auocatio, suspensio, per denegationem vel protractionem iustitiæ dilationem, relationem, recusationem, restitutionem in integrum & alij de quibus in genere plene tractauimus supra *li. 1. c. vlt.* locum habent: A ciuitatibus vero imperialibus, etsi cæteris modis non minus vt aliarum ordinum earum iurisdictio tolli & suspendi possit, vsu tamen nostrorum temporum nec reuocatio nec auocatio permittitur. Vt in genere de iurisdictionis iure reali per contractum vel priuilegium quæsito non tollendo, quale est, vt iam diximus ius ciuitatum imperij omnium docuimus *dict. cap. vlt. lib. 1.* Tertio etsi iurisdictionem more maiorum competentem plenam habuerint præsides *l. de omnibus. & l. seq. de offic. præsid.* pleraq; etiam meri imperij negotia iis sunt commendata, vt patet ex *leg. illicitas. & l. congruit. dict. tit.* id tamen integrum non habuerunt, sed pœnæ quædam grauiores principi reseruatæ fuerunt, ita vt eo inconsulto deportare & publicationem omnium bonorum facere siue proscribere iis non licuerit *l. 2. §. præsidem. de pœnis. l. inter pœnas. §. 1. de interdict. & relegat. l. vnic. C. ne sine iussu Princip.* Item nec interdicere potuit vltra tempus administrationis suæ, ne quis arte sua vteretur per *leg. vltim. de pœn.* Scipio Gentilis *de iurisdiction. libro tertio, cap. 20.* Quod generale fuit in his, quæ pertinent ad delictorum coercitionem, & quæ meri imperij fuerunt

lege

lege dari atque finiri soliti, vt nec omnib. semper ac plenum daretur, sed ea tantum magistratus haberent, quæ specialiter legibus vel constitutionibus tributa fuerunt Cuiac. *ad d. titul. Cod. ne sine iussu princ.* Ciuitates vero imperii veteri deferendarum singularum partium iurisdictionis more sublato integram iuris reddendi, & tam in ciuilib. ac pecuniariis, quam capitalibus rebus & notionem & imperium, quod iudicium primum, plenam & absolutam potestatem habent.

Quarto, præsides iurisdictionem tanquam ministri & mandatarii nõ suo, sed administratorio nomine exercuerunt, vt patet ex *leg. præses. § fin. & toto titul. de offic. præs.* Baro *ad titul. de offic. præfecti Augusta. & in dict. leg. præses. 3. de offic. præsid.* Ciuitates vero imperiales iurisdictionem non simpliciter mandatam, sed iure quod diximus, quodam in re innominato obtinent. Et quoad ἀρχὴν πολιτικὴν non ministri, sed συνάρχοντες ac Domini pro rata proportione inter alios Ordines diuisa, vt est natura Aristocratici imperii habentur.

Quinto, hoc etiam priuilegiis liberarum quarundam ciuitatum accensetur, quod in primo iudicio non statim in Camera imperiali Cæsarem regulariter repræsentante, sed coram iudicibus suis priuilegiatis vulgo, der Außträge/ cõueniri debeant Gail. *obs. lib. 1. num. 20.* Wilhelmus Roding. *Pandect. Cam. libr. 1. de iurisd. tit. 4. cap. 7. num. 1.* Præsides vero omnes recta apud principem in ius trahi potuerunt, ad quem etiam prouocatio ab his fuit *l. de procons. C. de appellat.* Baro *l. præses. de off. præs.*

Quod autem dicitur † ciuitates tantum in vrbibus suis posse 38
quantũ Imperator in imperio, vel generaliter iura principis habere per multa adducta à Gail. *de pace publ. lib. 1. cap. 6. nu. 11.* Scipio Gentilis *de iurisdict. lib. 3. cap. 22.* Captio est ex parte ad infinitum, qua id, quod aliquatenus vel secundum quid vel quodammodo recte dicitur, quasi ἁπλῶς omnino & in totum pronunciatum accipitur. Quomodo enim regia & amplissima Cæsaris potestas à Principum Ciuitatum ac reliquorum Ordinum iure tam in administratione vniuersæ Reipublicæ, quam in specie, quoad iurisdicendi facultatem differat, ex iis, quæ supra *lib. 1. cap. 4. & 6.* item

*lib.2.cap.1.2.3.& 4.* tractauimus, perſpicuum eſt, Doctores etiam à Gailio *de pace publica, d.libr.1.cap.6.num.11.* Item *de Areſtis imperii, cap.9.num.1.& obſ.57.num.7.lib.2.* citati de Rebuſpublicis ſui iuris, & nullum alium ſuperiorem agnoſcentibus, inprimis vero Bartolus *in leg. infamem. de publicis iudiciis*, quem cæteri omnes ſequuntur, vt recte obſeruatum eſt à Scipione Gentili *in tract. de iuriſdictione, lib 3. cap.23.* Sixtinus *de Regalib. lib.1. cap.4. num.13.* Licet autem ciuitates imperiales politicæ nobilitatis titulo non ſint ornatæ, nec etiam per iuriſdictionis, ac meri & mixti imperii, & aliarum immunitatū cōceſſionem ex plebeiorum numero quātum ad ipſam vniuerſitatem (ſingularium enim perſonarum & familiarum complures in iis, honorariis quoque nobilitatis codicillis decoratos eſſe nemo ignorat) diſerte non ſint exemptæ, Chaſſanæus *in Catalogo gloriæ mundi, part.11. conſid.5.* Iuriſdictio enim abſque titulo dignitatis regalis, Ducatus, Marchiæ, Comitatus; nec ſimplex quoque libertatis conceſſio ciuilem nobilitatem, quam eleganter Baro *in tract. de nobilitate definit.* Excellen-
39 tiam Principis † vel legis beneficio, in quem collatam, qua plebeis præſtat, non tribuit ex iis, quæ tradunt interpretes *in cap.1. quis dicatur Dux, Comes & Marchio, & in capit. quæ ſint Regalia. & in cap.1. de Feudo Marchiæ.* Baldus *in l.1.C.de dignitatibus.* Tiraquellus *in tract. de nobilitate, cap.7.* Tiberius Decianus *conſilio 19.num.5.& 8. volum.3.* Sed principis ſiue Imperatoris ſolummodo conceſſio Bald. *in l. Sacrilegii. C.de diuerſis reſcriptis.* Iaſon & Bart. *in l. omnium. C.de teſtam.* Ioan. Plat. *in leg.1.C.de dignitatibus.* Franciſcus Purpuratus *leg.1.de officio eius, cui mandata eſt iuriſdictio.* Socinus *conſi.246.* Tiraquellus *in tract. de nobilitate, cap.6.* Nobilitandi porro actum natalium reſtitutionem apud I.C. & alios elegantiores autores, dici monet Budæus in Annot. prioribus ad Pandect. *l.vltim.de ſenatoribus.*

40 Nec etiam † inter gradus dignitatum ordinariarū, tempore quidem Reipublicæ Romanæ liberæ non vſitatarum, ſed poſtea ſub Cæſaribus ad diſtinguendas ſublimiores perſonas inuentarū referuntur, quorum quatuor tantum ponit notitia imperii. Con-
41 ſtitutiones autem † non tantum Illuſtrium, Spectabilium, Clariſſimo-

rissimorum, Perfectissimorum, sed etiam egregiorum, qui intra perfectissimos hoc honore per codicillos Cæsareos obtento fungebantur, faciunt mentionem Constantinus ad Bythinios *l. 1. C. Theodos. de Muril. leg.* Guid. Panciroł. *in cõmentario*, eleganrissimo *in notitiam vtriusq; imperii, cap. 2. 3. & 4.* Tiber. Decian. *cons. 19. nu. 20. vol. 1.* Quia tamen † non tantum legibus illis antiquis, sed nouis 42 etiam præsentis Reipub. institutis, non solum scriptis, sed moribus quoq; & consuetudine dignitates quęrantur, *c. Episcopos.* & ibi Imperatores *7. distin.* Felin. *in rub. de maiorit. & obed.* Angel. Aretin. *consi. 23.* Doctores communiter *in l. cum quid si cert. pet.* Liberæ autem ciuitates † inter Status & Optimates imperii, quæ summa 43 est post Imperatorem dignitas referuntur, ac ita non † magistra- 44 tuum temporariorum vti Pręsides ac Præfecti dignitatum gradibus distincti, sed συναρχόντων numero Electoribus, Principib. ac reliquis Ordinibus accensentur: maximę eas in imperio esse dignitatis nemo negare potest. Nec enim ea solum dignitas est, quæ diserte codicillis Cæsareis, sed & sine eiusmodi expressione confertur Bar. *in l. 1 col. vlt. C. de dignitatib.* per *l. de quib. de legib.* Nihil enim interest, suffragio populus voluntatem suam declaret, an rebus ipsis & factis *l. recusari de acqu. hæred.* Imo plus est facere, quam pronunciare, & re quam verbis demonstrare *l. si tamen. §. ei qui seruum: de Ædilitio Edicto.* gl. *in c. cum dilecti. de appellat.* Tiraq. *in tr. de nobilitate. c. 6. nu. 9.*

Coronidis Loco hic non importune † quæri quoque 45 poterat, id, quod mouet Petr. Frider. Mindanus *de extrahendis processibus, lib. 1. cap. 31.* in quæstione, *An ciuium in ciuitatibus imperialibus maior sit circa mutationem Religionis potestas, quam cæterorum subditorum, numer. 3. versic. qua ratione.* Vbi licet fatetur, quod ciues extra Senatum sint potissima pars ciuitatis, constitutio quoque de pace Religionis, in puncto permissæ reformationis nusquam Senatus, sed Ciuitatum ipsarum, Der Stätte / vnnd Frey- vnnd Reichs Stätte Bürger vnnd Einwohner / faciat mentionem, §. Nach dem aber / prohibitio quoq; ante editam constitutionem vsitatæ promiscuæ religionis non ad Senatum, sed ad partes ipsas ciuitatis referatur, *eo §.* Wo kein Theil des andern Kirchengebräuch

oder Ceremonien abzuthun / oder jhn darvon zu tringen vnterstehen /
sondern jeder Theil den andern / laut dieses Friedens / bey solcher seiner
Religion / Glauben / Kirchengebräuchen / Ordnungen vnd Ceremo-
nien / auch seiner Haab vnd Gütern / vnnd allen andern / wie hiebevor
beyder Religions Stände halben verordnet vnnd gesetzet worden / ge-
rühiglich vnd Friedtlich bleiben lassen. Id est: Vna pars ciuitatis al-
terius Religionem, cultum diuinum, ceremonias non abrogabit
sed vigore constitutionis huius de pace ac exercitio Religionis
ceremoniarum & cultus diuini, item quieta in possessione rerum
suarum relinquant, quemadmodum de vtriusq; Religionis Sta-
tibus & Ordinibus constitutum est. Et in tota Tractatione de ci-
uitatum religionis mutatione, semper ciuitatis ipsius tanquā Sta-
tus, nusquam vero Senatuum siue Magistratuum fit mentio. Ideo
tamen religionem mutare non posse ait: Quod primo potius nō
in numero, sed in dignitate plerumq; consistat per Iason. *in l. im-
perium. num. 3. de iurisd. om. iud. l. quæritur. de Statu homin.* glos. *in l. 1. in
verbo stipulatio. de verbor. obligat.* quæ dicat genus à potiore sui su-
mere denominationem, exemplo adducto ab Episcopo & Capi-
tulo, quod licet in hoc plures sint Canonici, illum tamen esse
Statum imperii. Secundo, quod mutatio Religionis iurisdictio-
nem requirat, quam penes communitatem nullam, apud Sena-
46 tum plerumque omnem esse affirmat. Verum hæ rationes † in-
firmiores sunt, quam vt illud, quod intendit, efficere possint.
Quantum enim ad primam certi atque explorati iuris est, quod
à maiori parte vniuersitatis, non κατ' ἀξίαν, sed κατ' ἀριθμὸν, dum-
modo duæ partes sint præsentes decernitur, ratum sit, ac cæteris
siue præsentibus, siue absentibus, legitime tamen vocatis præiu-
dicet, *l. plane. quod cuiusque vniuersit. nomine. l. duo ex tribus. de re indi-
cata. leg. 4. de Decretis ab Ordinib. faciendis.* quod & collegiis clerico-
rum Decretalibus Pontificum, Epistolis simili modo concessum
est. *c. licet. in fine. c. coram. cap. cum in iure. c. cum in Ecclesia. c. & quia pro-
pter. cap. Cumana. cap. in Genesi. de electionib. c. vltimo. de sententia & re
iudicata.* Ac toto titulo *quæ fiunt à maiori parte Capituli.* Ac licet iu-
re Canonico sit additum, quod si minor pars habeat iustam ra-
tionem, eamque probare possit, apud superiorem audiri debeat.

Hostien-

Hostiensis *in summa tit. de his, quæ fiunt à maiori parte Capituli*, ita tamen, vt pro maiori parte præsumatur donec contrarium probatum sit. *cap. nullus 61. distinct. cap. illud 23. distinct cap. dudum. de electionib.* Quia tamen ea restrictio non est recepta iure ciuili (Brocardica enim ab eo adducta ex Iasone *in l. imperium. num. 3. l. quæritur. de Statu hominum.* & gloss. *in leg. 1. in verbo stipulatio. de verbor. obligat.* Quod in mixtis dignius trahat ad se indignius, & quod à potiori fiat denominatio, quorum similia quoque adducit Goden. *consilio 34. de iure ciuitatum*, leuiora sunt, quam vt in re tam ardua iuris manifesti correctionem inducere possint) cum quo & mores omnium gentium consentiunt Aristotel. *Politic. libro 4 cap. 4.* ἐπεὶ δὲ πλείων ὁ δῆμος, κύριον δὲ τὸ δόξαν τοῖς πλείοσιν. Et *cod. lib. cap. 8.* τὸ δὲ ὅτι ἂν δόξῃ τοῖς πλείοσιν ἐν πάσαις ὑπάρχει, καὶ γὰρ ἐν ὀλιγαρχίᾳ, καὶ ἐν ἀριστοκρατίᾳ, καὶ ἐν δήμοις, ὅτι ἂν δόξῃ τῷ πλείονι μέρει τῶν μετεχόντων τῆς πολιτείας, τοῦτ' ἐστὶ κύριον: id est, quod pluribus visum probatumque fuerit, id in omnibus Rebuspublicis valet. In Oligarchia enim & Aristocratia & Democratia, quod eorum, qui Rempublicam gerunt maiori parti placuerit, id est, ratum ac firmum: Ac certum sit, quando differentia est, inter ius ciuile & Canonicum, quod hoc in argumento quidem doctrinæ & disciplinæ Ecclesiasticæ, item peccati & conscientiæ, iuri ciuili etiam in foro politico derogет, *cap. 1. verbo, in Ecclesiasticis. de constitut. cap. 1. 2. 3. 4. 5. distinct. 12. cap. quæ contra. cap. frustra. distinct. 8. cap. quis nesciat. distinct. 9. cap. certum. distinct. 10.* Baldus *leg. 4. Cod. de nuptiis.* glossa ordinaria *in §. hactenus generata. Instit. de gradibus cognat.* Baldus *in leg. eos. Cod. de vsuris.* Socinus *consilio 39. incip. visis. num. 5. volum. 1.* Negulantius *in tract. de pignoribus part. 5. num. 10.* Mynsing *obs. 6. cent. 4.* In aliis vero vtrique iurisdictioni suum ius constet *cap. vltimo. de arbitris, in 6. cap 1. & 2. de oper. noui nunciat.* Baldus *l. 5. C. de sacros. Eccles.* Castr. *Auth. qui semel. num. 12. Cod. de probat.* Blaneus *de compromiss. quæst. 2. numer 47. cap. super venerabilem.* & ibi Panormitan. & Dd. *qui filii sint legitimi. l. 6.* & ibi Bald. & Dd. *C. de sacros. Eccles.* Iason *leg. 3. § genera. nu. 18. de acquir. possess.* Oldendorpius *in tract. de vsucap. in principio, numero decimo septimo.* Alciatus *in rubr. de præscript.* In mutatione autem Religionis non fit cognitio, quæ Religio & disci-

& disciplina Ecclesiastica sit vera, & sacris literis consentanea, sed tantum nouum illud ius superioritatis, quod ante moribus omnium (secundum quos teste Aristotele *Politicor. libro septimo, capite octavo.* πρῶτον περὶ τὸ θεῖον ἐπιμέλεια: primum est curatio rerum diuinarum. Item *libro tertio, capit.* 14.) apud vniuersum fuit imperium, nunc conseruandæ pacis & tranquillitatis publicæ, singulis Electoribus, Principibus ac Statibus & vltra eosdem liberæ quoque nobilitati, der freyen Fränckischen/ Schwäbischen vnnd Rheinländischen vnd Wetterawischen Ritterschafft/ communicatum fuit, vt quam velint Religionis formam Catholicæ vel Augustanæ confessionis instituant, exercetur. (licet quod ad Status Ecclesiasticos in dubium vocare nuper viderim Justum Springerum *in commentario de pace Religionis*, propter eum quē sibi opinionis errore, ex vulgata Regalium ac τῆς ἀρχῆς πολιτικῆς siue κυρίας πάντων, διὰ πασῶν distantium æquiparatione finxit Reipublicæ præsentis principatu, & quod maximæ istius controuersiæ decisionem ab Augustanæ confessionis Ordinibus Regi Ferdinando vltro permissam arbitretur. Quæ duo vtpote autoritate regia & ex recepto vel compromisso partium statuere, contraria & falsissima esse, verba ipsa §. Vnd nach dem/ manifeste ostendunt, de quibus satis à nobis explicatū opinor supra *c.* 2.) in quo tanquam ab imperio iam probato, nihil quod peccatum & conscientiam concernit peragitur. Ac licet glossa *in l. vbi de tutorib. & curatorib. datis ab his:* hanc quoq; quæstionem moueat an in Decretis ab vniuersitate faciendis expendi nimirum, quam numerari suffragia debeant: Certum tamen numeranda esse cum membra vniuersitatis parem potestatem habeant. *l. nulli. quod cuiusque vniuers. nomine. & l.* 2. *de Decret. ab Ord. fac.* Etsi minor pars iustam intercedendi causam habeat, quod tamen Decretum maioris partis non ipso iure sit nullum, sed à Præside causa cognita rescindendum sit. *titul. de Decretis ab Ordinib. faciendis*, cum & ius Canonicum conuenire antea diximus *capite primo, de his quæ fiunt à maiori parte capituli.* Baro *in leg. illud. Quod cuisque vniuersitat. nomine.* Est etiam in votis Cameralium, quod absque controuersia in ciuitatibus per plura vota constitutū Senatusconsultum faciat, &

vim

vim legis habeat, tam in negotiis politicis, quam Ecclesiasticis obseruandum, nisi Camerinam in Germania mouere velimus Gylman. *Symphorem. supplicat. part. 1. tit. 3. de religione voto 9. fol. 246.*

Falsum quoque est, quod secundo addit ideo à maiori ciuium parte Religionis mutationem induci non posse, quod iurisdictione, quæ penes Senatum plerumque omnis sit, careat.

Certum est enim hanc Religionis mutandæ potestatem, non ad iurisdictionem, siue δικαιοδοσίαν, sed ad νομοθεσίαν antea ad imperium vniuersum nunc ex noua constitutione, vt diximus Statibus competentem pertinere.

An avtem in liberis † imperii Ciuitatibus Senatus pro tempore lectus, an vero cum eo in genere reliqui Ciues, & sic ipsa vniuersitas simul imperium & ius Status obtineant: in summa: An Ciuitatum imperium sit † Aristocraticum vel Democraticum? non leuis momenti quæstio est. 47 48

Quocirca † notandum verba Aristocratiæ ac Democratiæ hic non accipi proprie de speciebus Reipublicæ, quando nimirum apud omnes, vel quosdam est ἀρχὴ ἀόριστος vel κυρία πάντων vt est apud Aristotelem *Politic. libro quarto, cap. 8.* καὶ γὰρ ἐν ἀριστοκρατίᾳ καὶ δήμοις, id est, in Aristocratia & popularibus ciuitatibus. Item *libro secundo, capit. 12. & libro sexto, cap. 2. & libro tertio, cap. 13.* Sed ἐν πλάτει pro instituto Aristocratico vel Democratico, vt *Polit. cap. 11. libro secundo, & cap. 12. eodem lib.* quando partis cuiuscunque potestatis politicæ ab imperio, vel Principibus concessæ est, vel apud omnes, vel paucos quosdam, vt eodem modo eadem potestas singulis Electoribus, Principibus, Comitibus, Baronibus, tributa respectu Ciuitatum Monarchia dici potest. 49

Quæstio autem ipsa † magis in facto, quam in iure consistit, ideoq; in singulis obseruandum est. 50

Primo cum nec regalia † nec iurisdictio ciuitatibus competat ipso iure Lancellottus Conradus *in templo iudicum, libro 1.* 51

*cap. 7. numero decimo septimo*, sed priuilegiis vel præscriptione ea acquisiuisse probent necesse sit, vt tradunt interpretes post Gloss. *in §. iusiurandum. in verbo iurisdictione.* & Baldus *in capit. 1. de pace tenenda in vsibus Feudor.* Bartolus *in leg. quo minus. in 2. colum. versicul. vtrum autem. de fluminibus. & in leg. præsides. Cod. de Episcop. audientia.* Cæpolla *in tract. seruitutum. de præd. rustic. titul. de fluminibus.* Angelus Aretinus *in leg. illud. 2. de appellat.* Salicetus *in leg. vectigalia. Cod. de nou. vectigal.* Bartolus *in leg. hostes. de capt. & postlim.* Henning. Goden. *consilio 109. numero 54.* Ciuitates enim omnes de iure subesse imperio Bartolus *in leg. omnibus, ad Trebellian.* Zasius *in leg. imperium. de iurisdictione.* Idem Goden. *consilio 2. de iure ciuitatum, numero quinto.* Schurphius *consilio 30. numero secundo, cent. 1.* Etsi enim Bartol. post Gloss. *in leg. & quia. de iurisdictione*, & Innocentius Speculator & alii, lege quoque dari iurisdictionem arbitrentur, vnde etiam est, quod Schurphius *consilio 26. numero secundo, cent. 1.* Ciuitates quoad certam quantitatem iurisdictionem in ciuilibus ac delictis leuioribus ex legis dispositione habere putet, §. *& iudicare. §. autem. in Authent. de defensorib. ciuitatum.* Id tamen præsente Reipublica forma, qua iurisdictio omnis est penes Imperatorem, & ab eo tanquam fonte in reliquos inferiores magistratus dimanat locum non habet, *leg. 1. & toto titul. ad leg. Iuliam de ambitu. §. interim. in authent. de defensoribus ciuitat.* Baldus *consilio 161. incip. proponebatur.* Wesenbecius *ad titul. de iurisdict. numero nono.* Baldus *in leg. quanquam. numero 10. Cod. de senten. quæ sine certa quantitate proferuntur.* Zoarez. *allegat. 7.* Marcabrun. ab Anguill. *consilio 99. numero decimo nono.* Ideoque specifica concessio requiritur, tantum enim quæsitum, quantum forma concessionis tributum docetur, exacte Andreas Knich, amicus meus *de vestiturarum pactis, part. 3. capit. 2. numero 146. & sequentibus.* & *de iure territorii, cap. 1. numero 30.* Regalia quoque ipso iure cuique competere nusquam relatum est. Licet enim Sixtinus *de Regalibus*, referat Gailium & alios ciuitates imperiales iura Principis & Regalia habere tradentes, quia tamen Bartolus *in leg. infamem. de publ.*

*de publ. iudiciis.* quem Gailius & omnes ab eo allegati sequuntur de ciuitatibus omnino liberis & iure Rerumpublicarum censitis loquatur Scipio Gentilis *de iurisdict. libro tertio, capit. 22.* Inde ad ciuitates Germaniæ imperio extra controuersiam subiectas inferri nihil potest. Et cum pleræque non tantum iurisdictionem ciuilem, sed in reformatis ciuitatibus suspensa Catholicorum Romanorum potestate, etiam Ecclesiasticam, sed & alia iura superioritatis tam Ecclesiasticæ (consistorii nimirum, Ordinationis ministrorum verbi diuini, Confirmationum, Inspectionum, Visitationum.) Et in specie potestatis mutandæ Religionis ex noua constitut. *de pace Religionis.* §. Vnd damit. Et quod etiam speciales Ordinationes Ecclesiasticas habeant Ordines Augustanæ confessionis, Gylmann. *Symph. supplicat. tom. 1. part. 1. titul. 3. folio 245. numero 8. folio 187. numero septimo.* tam ciuilis vt ius gerendi belli & fœderum ineundorum pacis publicæ causa, item iniungendorum munerum, tam realium, quam personalium, de quibus pauca supra *lib. 1. cap. 6.* & prolixe Knich. *in tract. de iure territorii.* Regalia quoque, vt ius cudendæ monetæ, collectandi, vectigalium & alia Fisci iura obtineant: Quid & quantum de his ab Imperatoribus ac Regibus Romanorum iure singulari ciuitatibus concessum, (id quod ex tabulis definiendum *l. 1. C. de iure aur. annul.* Knich. *Encyclopædia cap. 16. numero quarto.*) vel præscriptum (quod ex possessione legitima metiendum) spectandum est, Mascard. *de probatio. conclusio. 1214.*

SECVNDO, an vniuersitati, vel senatui & consulibus ab imperio, vel aliunde quæsitum?

TERTIO, quid & quantum senatui & magistratui ab vniuersitate concessum?

QVARTO, quomodo & an ad certum tempus vel perpetuo.

QVINTO, an ita tributum, vt vniuersitas ciuium se ea omnino priuarit, vt non cum velit cum consulibus & senatorib. concurrere possit.

52 Interpretes de hisce solidi † nihil tradunt, sed post Bart. Iasonem & Angel. *in leg. ciuitatis*, solius quaestionis an ciuitas ex contractu mutui administratorum obligetur, sunt contenti, quam ita definiunt distinguendo inter magistratus & administratores annuos & perpetuos. Si per annuos Consules vel Burgimagistros sit contracta obligatio, quod ea non teneatur ciuitas, nisi re prius deliberata, & communicata cum tota ciuium vniuersitate, aut saltem cum omnibus consiliariis, & tribunis plebis, qui forte vt aiunt, de consuetudine loci vna cum aliis populum ciuitatis repraesentant, vel si probetur rem in vtilitatem ciuitatis conuersam. Hartmann. Pistoris *in quaestione 37. numero primo, part. 1.* Colerus *de processibus executiuis, part. 2. cap 3.*

Secus esse aiunt in magistratibus perpetuis, ex quorum contractu firmiter obligetur Ciuitas, vbi videlicet, vt loquuntur facta congregatione omnium, qui sunt de corpore & consilio communitatis, & populum communitatis repraesentant, mutuum accipitur: Vt enim quod communiter fit in aliqua vniuersitate praemissa deliberatione cum subditis congregatis pulsata Campana omnes obligat, etiam in delictis: ita multo magis de contractibus statuendum, vt videlicet ciues vniuersi & singuli cogantur ratum habere, quod fecit consilium ciuitatis ab iisdem praepositum communitati, cum factum praepositi habeatur pro facto singulorum ciuium, per *capit. qui per alium de regulis iuris.* Bartolus *in leg. sicut. numero secundo, quod quisque vniuersit. & in leg. ciuitas. si cert. petat.* Alexand. *in leg. 4. de re iudicata.* Zas. *in dict. leg. ciuitas*, & alios Coler. *de processibus execut. part. 2. capit. 3. numero 351.* Et quod consilium ciuitatis totum populum repraesentet Henning. Goden. *consilio 34. numero primo.* Idem Gylmann. *Symph. supplicationum, part. 1. titul. 2. de reconuentione, folio 69. numero* ... Quasdam esse ciuitates vel vniuersitates, quae magistratus non habeant certos, sed quos ad placitum deponere possint, eoque casu in gerendis negotiis requiri consensum populi. Quasdam quae habeant magistratus perpetuos

petuos, & tunc, quod illi faciant totam vniuersitatem fecisse dici ex Baldo *de pace Constantia §. damna. numero primo.* Esse autem in plerisque ciuitatibus tria consilia, Drey Räthe / qui cum tribunis plebis, mit den Viertel oder Innungsmeistern / repræsentant populum ciuitatis, ita vt penes ipsos consistat summa administrationis totius ciuitatis. Idem Colerus *dict. parte, & c. numero 338.* Henningus Goden consilium ciuitatis consistere ait ex Consulibus Gildemagistris & Sexviris, *consilio 34. numero 21.* Idem Hartmannus Pistoris *quæst. 37. libro primo, numero quinto.* In plerisque ciuitatibus vltra Senatores, id est Consiliarios & Burgimagistros (quos in locum Decurionum hodie successisse, ac idem in horum, quod in illorum electione olim valuit, obtinere, post Albericum de Rosato *in leg. Imperatores. §. iidem rescripserunt. versicul. item quæro,* ait Wesenbec. *consilio 40. numero 22.*) certos esse magistratus, qui vt olim apud Romanos Tribuni plebis, partes populi tueantur, & quibusdam in locis, Gildemeister / in aliis, Viertels- oder Zunfftmeister / in aliis vero aliter vocentur, vt proinde nisi illis conuocatis, Senatus totam ciuitatem non repræsentet, neq; absq; his communi ciuium consensu quippiam gestum esse dicatur. Ac de Administratoribus perpetuis ciuitatis definit Bartolus *in l. præses. C. de transact. nu. 4.* Quod habeant liberam administrationem & super causis communitatis etiam absque speciali mandato, tam paciſci, quam transigere possint Coler. *d. part. & cap. nu. 348.* De forma quoque constituendi Syndici tribus verbis agit Speculator *de Syndico in fine. nu 22.* Quod magistratus tanquam caput vniuersitatis constitutioni Syndici interesse debeat notata *in leg. nulli. & leg. plane. Quod cuiusque vniuersit. nomine.* Quantum ad Bartoli autoritatem *in leg. præses. Cod. de transact.* à Colero allegatam vitiose ex illo textu colligitur potestates, vt vocat vel administratores liberam habere dispositionem, de rebus ad ciuitatem pertinentibus. Ea enim constitutione Imperator A A. primo rescribit, de lite tantum dubia inter eum, & ciuitatis suæ administratores transigi posse. Ex quo non sequitur manda-

tum iis generale, cuius vi omnia, quæ speciale mandatum requirunt, quorum ad centum fere casus enumerat Mozzius *in tract. de contract. tit. de mandati diuisione, à num. 11. vsque ad num. 58.* agere possit ab vniuersitate datum. Genus enim speciem, non speciem genus arguere tralatitium est. Ac de Brocardicis istis Doctoribus vere & grauiter dixit Duarenus *ad tit. Cod. si in communi eademque causa in integr. restitutio postuletur.* Quod eiusmodi præstigiis, quibus ex particulari vniuersale colligitur, omnia inuoluant, nec intelligant aliam esse rationem interpretandi leges & constitutiones generales, quam Imperatorum rescripta.

Ex quibus perspicuum est Senatus & magistratus ciuitatum siue perpetuos, siue temporaneos de mutatione Religionis, & aliis superioritatis capitibus nihil statuere posse, sed in his & aliis magni momenti negotiis opus esse, vt ciuitas vniuersa more & loco solito & collegialiter congregata *leg. 2.* & ibi Glossa. *C. de decur. libro 2. l. actuarios* & ibi Bartol. *Cod. de muner. eod. lib. 1. l. nulli.* & ibi interpretes, *quod cuiusque vniuersit. nom.* Specul. *in tit. de syndico colum. 1.* & ibi Bald. *in addit. in prin.* Crauetta *consilio 4. incip. præsupponit. colum. fin. & consilio 154. colum. 2. in fine.* ita vt necesse sit duæ collegii partes, vt sint præsentes ex iisq; maior pars constituat *dict. leg. nulli. & leg plane.* & ibi Baro. *quod cuiusque vniuersit. nomine. l. quod maior. quod cuiusque vniuersit. nom. l. nominationum. C. de decurionibus, libro* 10. Bartol. *in leg. omnes populi. de iustit. & iure.* Henning. Goden. *consilio 34. de iure ciuitatum: numero 6. cap. cum omnes.* ibi interpretes *de constit.* Vantius *in tract. de nullitatibus. in rubr. de nullitate ex defectu inhabilitatis seu mandati comparentium, numero* 151. Alexand. *consilio 1. colum. 2.* Rota *decis. 555. & 132. in antiquis.* Anton. Capit. *in decis. Neapol. decis. 4. colum. 2.* Nisi Decreto vniuersitatis non tantum iurisdictio, sed & Regalia ac iura superioritatis omnia ita in Senatum essent translata, vt iis omnibus administrandis & constituendis ipsam ciuitatem representent. Nihil enim refert, an ipsa vniuersitas vel is cui ab ea negotium datum est constituat. Et in specie nihil interest

per

per se quis aliquid decernat, an vero ii, quibus decernendi negotium datum est, *dict. leg. item.* Vt & in Republica Romana constitutio partis populi, vt plebis vel paucorum, vt Senatus atque adeo vnius, vt Prætoris, aut Principis ius est ciuile, quia & ciuitas videtur constituisse, quod isti constituerunt, qui à populo Romano potestatem acceperunt Donell. *comm. iur. ciuilis, libro 1. C. in fine.* Hartman. Pistoris *quæst. iur. libro 1. quæst. 37. num. 5. in fine.* vbi dicit, Senatum quoque ciuitatis absque conuocatione Tribunorum, de quacunq; re statuendi potestatem habere, si talis sit in ciuitate Senatus, qui omnes Ordines repręsentat.

An autem & quæ ciuitates omnem potestatem & sic Regalia quoque & superioritatis iura Statui ipsi cohærentia ita in Consules ac Senatores transtulerint, vt nec reuocare nec cum magistratu concurrere possint, ita vt sint loco optimatum & Principum in Republica, penes quos est ἀρχὴ ἀόριστος vel κυριώτατον, non ad iuridicialem, vt diximus, sed coniecturalem cõstitutionem pertinet. Mindanus nõ solum Senatum, sed simul etiam ciues Statum imperii agere ac repræsentare dicit. *cap. 31. numero 3.* Cameræ autem adsessores quidam *Symphoremate supplicat. libro 1. tit. 3. de Religione, voto 9. folio 244. numero 3.* populum ciuitatum imperij omnem potestatem in Senatum transtulisse & Senatum in locum Principis elegisse dicunt, *ibidem numero 8.* In liberis Ciuitatibus Senatus Principis locum tenere, & sic ius reformandæ quoque religionis habere, Iustus Springerus *d. tr. de pace religionis, cap. 10.* Primo quidem, quod res est, totam vniuersitatem Statum repræsentare dicit: Nimis vero propere ἀμφισβητούμενον, siue id, quod nondum liquet, & in disquisitione positum est, non aliquatenus & quodammodo, sed ἁπλῶς & omnino pro certo & vero affirmat: Magistratum personam ciuitatis repræsentare, eique dignitatem Status inhærere, item regulam esse, soli Senatui constituendæ religionis libertatem esse datam.

De hac re, vt breuiter † quoque sententiam meam expo- 53
nam,

nam, si non toti communitati, sed Senatui ab Imperatore in specie iurisdictio, & alia iura sint concessa, & sic solus Senatus Status iure censeatur, quin à solo senatu ea exerceri possint mi-
54 nime ambigendum puto. Actus enim † agentium vltra intentionem eorum non operari tralaticium Bertrand. *consi. 119. nu. 1. vol. 6.* Dec. *in rub. de appellat.*

SI VERO quæcunque sunt iura Ciuitatis, non Rectoribus & Magistratibus, sed toti vniuersitati concessa esse constet.

55 Primo, certum est res & iura † vniuersitatum comparari rebuspubl. *leg. 1. Quod cuiusque vniuersitatis nomine. §. quibus autem permissum, in verbis, ad exemplum Reipublicæ, & leg. municipes, eodem titul.* Quæ autem Reipublicæ sunt, singulorum nec pro parte quidem sunt, sed nullius in bonis esse intelliguntur, *leg. 1. de rer. diuis. leg. in tantum. leg. sed Celsus. de contrahen. empt.* Et in specie ad exemplum Reipublicæ Romanæ Ciuitatum aliarum ac municipiorum res communes introductę *l. Celsus. de contrah. emt. l. eum qui vectigal. de verb signif. l. fin. de Assessorib.* Baro *in l. 1. quod cuiusque vniuersit. nomine.*

56 Ea autem † est natura Rerumpublicarum popularium, vt absque opera magistratuum per conciones & comitia administrentur, Id quod etiamnum obseruatur in illis Heluetiorum pagis, qui nulla habent oppida vti sunt Vranii, Suitii, Vnderwaldii, Glaronenses, & Abbatis Cellani Togurini quoque, licet oppidum habeant, in quibus plebis consilio omnia aguntur, Iosias Simlerus *de Repub. Heluetiorum, libro secundo.* Est enim in libero populi arbitrio imperium inita societate contractum per se ipsum mutatis vicibus in Comitiis exercere, vel Magistratus, quibus pars imperii eius nomine exequenda committatur constituere, idque initio cum paruæ adhuc essent Respublicæ ita obseruatum fuisse minime ambigitur. Ac de Romana patet ex *leg. 2. de Orig. iuris.* de Græcis testatur Cic. *in Orat. pro L. Flacco,* (licet causæ inseruiens) *Græcorum autem totæ Respublicæ sedentis concionis temeritate administrantur.* Et fuerunt

runt conciones † seu Comitia, quas ἐκκλησίας Græci vocarunt 57
Athenis Stata & Ordinaria, quas ἐκκλησίας κυρίας appellarunt, de negotiis Reipublicæ consuetis. Et extraordinaria, quando propter incidentem necessitatem extra stata tempora conuocabantur. Congregati σύγκλητοι † appellati, vnde Latinos postea 58
Patres conscriptos dixisse notat Camerarius *in comm. pol. lib. 4. cap. 6.*

Et interdum viritim † interdum per partes, quas Græci 59
φρατρίας appellant, suffragia inierunt Aristotel. *Politic. libro* 4. *cap* 15. Appian. *Bellorum ciuilium, libro tertio.* Auctis autem Rebuspublicis † cum populus commode coire non posset, ma- 60
gistratuum creatione opus fuit, qui sunt in duplici † differen- 61
tia, maiores & inferiores. Maiores sunt in Monarchia Reges, in Aristocratia Optimates, inferiores, qui Generis vocabulo πρὸς τὴν χρῆσιν ad speciem contracto, proprie magistratus dicuntur, quibus ab his pars aliqua imperii, & administrationis Reipublicæ commissa est.

Quia vero Electores † & Principes, tam Ecclesiastici, quam 62
Politici, Prælati, Comites, Barones, & liberæ imperii Ciuitates iurisdictionem, & alia Regalia & superioritatis iura non alieno, vt Curatores & Commissarii, sed suo nomine perpetua fere hoc tempore obtineant, ea quoque Præfectis & aliis, vel omnia, vel pro parte mandari posse extra controuersiam est.

Ac vt in † arbitrio eorundem est, quid & quantum de con- 63
cessa sibi ab imperio iurisdictione Regalibus & aliis superioritatis iuribus, vel ad tempus, vel in perpetuum committere velint: Idque, cum mandatum in ea re versetur ex formula eiusdem metiendum: Sic quoque tanquam in plena ac perfecta Democratia, quid & quantum de concessa sibi iurisdictione, & aliis iuribus à ciuium vniuersitate magistratibus sit tributum ex forma constitutionis cognoscendum est. Nullam enim † ma- 64
gistratus habent iurisdictionem, nisi quatenus per Statuta Ciuitatum eis expresse reperitur tributa: interpretes *in Auth. Cassa*

*& irrita. C. de sacrosſ. Ecclesiis.* Canoniſtæ *in cap. Eccleſiæ ſanctæ Mariæ. de conſtit.* Socinus *conſilio 108. libro 4. deciſ. Genuenſ. deciſ. 18: numero 1.*

65 An autem Decreto † Electionis mandata generaliter iuriſdictione & adminiſtratione Ciuitatis, regalia quoque & alia ſuperioritatis iura Ciuitati competentia magiſtratibus ciuilibus conceſſa eſſe intelligantur? Certum eſt conceſſione quan-
66 tumuis † generali non tranſire regalia, quæ ſpecialem deſiderant conceſſionem Menochius *in tract. præſumpt. libro tertio, præſumpt. 197. numero vigeſimo octauo, cap. 1. de Capit. qui cur. vend.* Tiberius Decianus *conſilio 23 num. 10. conſi. 124. num. 11. lib. 3.* Bald. *in l. 2. circa 6. col. C. de ſeruitut. & aqua.* Mynſing. *conſi. 30. num. 6. & 7. Decad. 4.*

67 Ac ſi Princeps † concedat inferiori omnigenam iuriſdictionem altam & baſſam: id tamen ſalua ſuperioritate & illæſis iuribus Status intelligendum eſt, Iſernia *cap. 1. numero 52. quæ ſint Regalia.* Lanarius *conſilio 34. numero octauo, & conſilio 39. numero 6.* Vincentius de Anna *in repetit. conſtit. conſtitutionem diuæ memoriæ. numero 13. cum ſeq.* Et nunquam concedi poteſt tanta poteſtas à Principe, quin ſemper ſarta tecta remaneat ſuperioritas Peregrinus *conſilio 1.* Gregorius Lopez. *part. 1. tit. 13. leg. 22 folio 40.*
68 licet adiecta † ſit clauſula cum translatione omnis imperii & poteſtatis, & cum omni iure Petr. *de iure quæſito non tollendo. cap. 21. numero trigeſimo ſexto. folio 283. & cap. 22. numero 88. folio 302.* Exacte Knich. Cum itaque ius mutandæ ac reformandæ Religionis Statibus omnibus imperii, & ſic quoque Ciuitatibus imperialibus §. Vnd damit ſolcher Fried/ Decreti Auguſtani *Anno 1555.* Andreas Knich. *Encyclopadiæ, cap. 13. num. 18.* tanquam ius ſuperioritatis ſit conceſſum, quin illud generali iſta conceſſione per electionem conſulum ac tribunorum tranſtuliſſe non cenſeri certum eſt. Idque eam quoque ob cauſam, quod licet alia omnia ab vniuerſitate in Senatum translata eſſe liquido conſtet, noui tamen huius iuris ſummi & maximi & ſalutem æternam concernentis abdicatio, quin ſpecialem ac diſertam conceſſio-

cessionem desideret nemo sanus ambigere possit. Quibus nihil derogant, † quæ de distinctione annuorum & perpetuorum 69
magistratuum ab interpretibus afferuntur. Vt enim † tempus 70
solum per se nec inducendæ, nec tollendæ obligationis est modus subtili & exacta iuris ratione *l. obligationum fere.* §. *placet.* §. *at si ita. Instit. de verb. obligat.* Bart. Alexand. Iason Zas. *l. qui hoc anne. de verb. obligat.* Surdus *consi. 201. num. 13.* Menoch. *de præs. libr. 3. præs. 131. num. 26.* Decius *l. quod initio. numer. 11. & 12. de reg. iuris.* Riminaldus Iun. *tit. Instit. quibus alienare non licet.* Raudens. *consi. 10. nu. 129.*

Sic quoque nihil refert, an magistratus & Administratores Ciuitatum sint temporanei & populi arbitrio variabiles, an vero sint perpetui. Menstruus enim † vel annuus magistratus non 71
minus est magistratus, quam decennalis & tricennalis. Tempus enim non efficit magistratum, vt eleganter scripsit Marius Salamonius *in tract. de principatu, lib.* 1. Nihil enim addit vel detrahit potestati concessæ, licet quoad limitationem potestatis tributæ sit de forma mandati, quæ ad vnguem obseruanda, *l. si mandauero tibi, in princip. mandati.* Bald. *in l. post mortem. colum. pen. versic. modo quæro. C. de fideicommissis.* Iason post alios *in Auth. quæ supplicatio. num. 5. C. de precibus imp. off.* Paris. *consi. 47. & consilio 91. numer. 9. volum. 1.* Rota Genuens. *decis. 167. numero 2. leg. 1.* §. *illud. &* §. *item quæritur. & leg. fin.* & ibi Angelus *de aqua quotidiana & æstiua.* Cæpolla *de seruitutibus, in rubr. de seruitute aquæductus, in 3. quæst. princip.* Paris. *consilio centesimo decimo tertio, numero trigesimo, colum. 1.*

Posito autem, quod constet in aliquibus Ciuitatibus vniuersitatem imperium initio Democraticum in Senatum, siue temporariũ, siue perpetuum, tanquã in optimates ita transtulisse, vt nihil sibi in eo reseruarit. Et sic non tantum iurisdictio, sed & regalia, & alia iura competentia, in specie quoque ius illud nouum mutandæ Religionis, ita sit translatũ, vt nihil sibi in eo reseruarit ciuitas, & sic meri sint subditi non immediate Cæsari, sed soli Senatui iuramento obstricti, vti arbitrantur

 Gyl-

Gylmannus & Springetus *locis adductis*, ( cuius tamen contrarium affirmant ciues Colonienses *Symph. supplicat. tom. 1. part. 1. tit. 3. fol. 160. & 63.*) citra rebellionis notam, in iis Senatui opponere se non posse, haud negauerim.

Quibus & illud COLOPHONIS nomine addendum, etsi quoad formam & Statum inter Imperiales ac Prouinciales ea est differentia, quam antea deduximus: quoad gubernandi tamen instituta in pluribus conuenire, ac inter alia primo in eo, vt liberarum Imperii Ciuitatum Consules & Senatores, Imperatori non reddere rationes administrationis rerum vniuersitatis affirmat Godenus *consilio 1. de iure ciuitatum, num. 8.*

Cuius rei hæ redduntur rationes, quod nimirum reddendis rationibus Domino tantum diuino & humano iure in calce administrationis suæ sunt obnoxii, qui aliena negotia gesserunt Roland. *consilio quadragesimo nono, numero primo.* Menoch. *de arbitr. iudic. quæst. libro secundo, cent. 2. casu 209. numero 1.* Franciscus Munoz, de Escobar, *in tr. de Ratiociniis administratorum, c. 1. nu. 5.*

Bona autem ciuitatum, quoad proprietatem non sunt imperij. Principum & Ordinum, in quorum Prouinciis sitæ sunt, sed in vniuersitatis patrimonio, *leg. sed Celsus, in principio. de contrahen. emptio. leg. quod in litor. de acquirend. rer. leg. inter publica. de verborum significat. leg. 1. de loco publico fruendo.* Wesenbecius *ad titul. de rerum diuis. numero tertio.* Donellus *comm. iuris ciuilis, libro quarto, cap. 2. & 4. & leg. 1. leg. in tantam. §. vniuersitatis. de rerum diuis.* Glossa *in cap. expedit 12. quæst 1.* & notatur à Bartolo *in leg. 4. §. actor. de re iudic. & leg. fin. de collegiis illicitis.* Henningus Godenus *consilio 30. de iure ciuitatum, numero tertio, quarto, & quinto,* licet quoad iurisdictionem & alia regia ac superioritatis iura Cæsari & Principibus iuramento sint obstrictæ, quibus tamen proprietas rerum suarum non imminuitur. Sic quoque prouincialium Ciuitatum Rectores, Principibus, & aliis Ordinibus, de Reditibus & prouentibus ciuitatis, rationes reddere, vel

annuis

annuis rationibus, quem adhibere postulanti, obsequi, non teneri, vsu & moribus totius Germaniæ, vt nimirum nec imperialium, nec Prouincialium Ciuitatum magistratus, Cæsari & Principibus, sed vel ipsi communitati, vel iis, quibus hoc negotij ab ea datum est, rationes reddere teneri, testatur idem Godenus *dict. consilio trigesimo, numero octauo.* quem sequitur Thomas Michaelis *de iurisdictione Thesi 137. in fine.* Contrarium tamen quibusdam in locis obseruari manifestum est.

Secvndo, vt Consulum ac Senatorum Ciuitatum Imperialium, sic etiam Prouincialium plerumque tres sunt distincti Ordines, vulgo Drey Räthe/ qui alternis vicibus sibi in gubernatione succedunt, ex quibus, qui modo Reipublicæ præest, der Regierende Rath/ Consules Regierende/ oder Worthaltende Bürgermeister appellantur. Personæ hæ omnes interdum sola Electione vniuersæ communitatis constituuntur, interdum ab eo nominati à Principibus confirmantur.

Tertio, vt in Imperialibus, sic etiam Prouincialibus à Senatu præsidente quædam iure magistratus, vt est in genere iurisdictio, & procuratio rerum Ciuitatis, quædam autem non nisi consensu totius Ciuitatis expediuntur.

Sic in nobili †: REPVBLICA MAGDEBVR- 73
GENSI, quam honoris causa nomino, quod in ea educatus, ac sub Præceptoribus Clariss. SIGFRIDO SACCO, DIONYSIO DRAGENDORPHIO, EDONE HILDERICO, & GEORGIO ROLLENHAGIO ad pietatem & virtutem per annos octo informatus (quorum eodem affectu merito recordor, quo Bartolus Magistri sui, Petri de Assisio, *in leg. quidam cum filium. de verborum obligation.*) tres sunt Senatus, quorum singuli 25. constant personis, quorum 14. Senatores Rathmanne/ 11. vero tribuum magistri vocantur. Ex Senatoribus duo Consules, vt summi magistratus, & capita consilii publici, alternis semestrib. præ-

ſidentes,& totidem Camerarii,qui quod primæ ſint poſt Conſules authoritatis, ſuperiores vulgo Ober-Cammerer / ex Magiſtris duo, quaſi Tribuum Proconſules, vulgo Paurmeiſter oder Worthalter / & duo Camerarii minores conſtituuntur: His ſtatis quotannis temporibus, abſque confirmatione electis adminiſtratio Ciuitatis, rerumque omnium publicarum ἀνυπεύθυνος, & reddendis rationibus extra Ciuitatem nemini obnoxia committitur.

Vnde non tantum interius præconſultorum Conſilium, den Geheimen Rath / ad quod poſt Conſulem præſidentem, duo Senatores, quatuor Exconſules, Syndicus, Secretarius & Primarius ſcriba Ciuitatis, vulgo der Ober-Stattſchreiber / quod vix alii ſint, quibus leges, conſuetudines, & priuilegia, atque omnia arcana Reipublicæ notiora eſſe poſſint, adhibentur, ac Senatus Selectorum, der Außſchuß / in quem ex collegio Scabinorum Prætor, & vnus ex Aſſeſſoribus, ex vtroque Senatu veteri, decem vel duodecim, & ex numero centumvirorum, tres recipiuntur ab eo conſtituuntur: Reliqua item officia ac munera Reipublicæ neceſſaria, qualia ſunt Ædilium, Præfectorum vigilum, incendiorum, Portus, Stabuli, Armamentarii, Portarum, Annonæ, ſalis, lapicidinarum, quæſtorum, rerum Capitalium, & ſimilia ab eo diſtribuuntur: Sed & omnia alia ad Gubernationem Reipublicæ pertinentia exequitur, niſi forte res grauior ac difficilior incidat, quæ interioris iſtius quē diximus προβούλων conſeſſu, (priuſquam ad Senatum vniuerſum definienda referatur) vel ſelectorum conſilio explicanda ſit.

Maximi autem momenti negotia, qualia ſunt belli, & pacis actiones, legum municipalium rogationes, fœdera, munerum nouorum, tam Ordinariorum, quam extraordinariorum, iniungendorum neceſſitas, alienationes rerum vniuerſitatis, & ſimilia, ad Ordinum vniuerſorum Ciuitatis conuentum, vulgo deß weiten Regiments / (in quo numerantur primo Senatus Præſidens, 2. Prætor & Adſeſſorum collegium, 3. Sena-

3. Senatus vetus proxime defunctus, 4. Senatus tertius, qui ante annum magistratu abiit, der Oberalte Rath / 5. Centumviri) definienda referuntur.

Penes summum enim hoc consilium, quod vicem Vniuersitatis refert, totius Reipublicæ ius est, &, à quo autoritas magistratuum, & alia omnia, ad statum publicum pertinentia dependent. Quæ de fœderibus, & bellis, pacis publicæ tuendæ causa, expediendis, diximus, tunc maxime vsu venerunt, cum ante annos plus Sexaginta à Carolo Quinto Romanorum Imperatore proscripta, ac post recusatas duriores, libertati ac Religioni aduersas pacis conditiones, MAVRITIO Saxonum Electore, Cæsaris & Ordinum, Decreto publicæ militiæ Duce facto, vltra annum graui obsidione pressa fuit, in qua fortiter sustinenda, ac pro † viribus depellenda, prudentia, virtus & constantia eius ita eluxit, vt immortalem ad omnem posteritatem laudem & gloriam hinc consecuta, ac salua tandem Religione ac libertate, ex summis illis difficultatibus emergendi felici dexteritate, omnibus fere, æstu, ac fremitu, fatalis istius tempestatis correptis palmā præripuerit. De cuius innocentia, fide & integritate, potissimus eius temporis Poeta, Petrus Lotichius Secundus, *in Elegia de obsidione vrbis*, ad Ioachimum Camerarium, non minus eleganter, quam vere ita cecinit: 74

*Prosit & excuset, quod sim mihi CONSCIA RECTI*
*Inque caput patriæ, nulla quod arma tuli.*
*Sed prodesse parum: labes hinc prima malorum*
*Hoc misera (verum si profitemur) obest.*
*Mœnia debueram natalia prodere, texi,*
*Fida nec innocuis ciuibus esse, fui.*
*At decus hinc nostræ quondam meruere puellæ,*
*Ad quas & populi summa relata fui.*

Et pau-

Et paulo post:

*MAIORVM tumulos, sacrasque TVISTHONIS umbras*
*Testor, & hæc tacito sidera fixa polo,*
*ME SERVASSE FIDEM: si mentior, ultima nunquam*
*Quæ patior, tantis hora, sit oro, malis.*

FINIS.





# INDEX RERVM ET VERBORVM HOC IN TRACTATV DE IVRISDICTIONE ROMANI IMperii contentorum locupletissimus:

*In quo prior numerus marginalem, posterior folium significat.*

## A.

B.

cem

Decreto

Iudicum

D.

E.

F.

H.



I.

Iurisdi-

L. im-

M

FINIS.



